JACOBI SIRMONDI

SOC. JESU PRESBYTERI

OPERA VARIA

TOMUS QUARTUS.

ACCEDIT IN PRÆSENTI EDITIONE VENETA appendix tres Gelasii I. Romani Pontificis epistolas continens, quas e vetustissimo Veronensis Capituli codice nuper editas Tomo V. Conciliorum editionis Venetæ, denuo contulit, emendavit, supplevit, ac præfatione & notis illustravit Josephus Blanchinus ejusdem Capituli Canonicus & Bibliothecæ custos.

VENETIIS,

E TYPOGRAPHIA BARTHOLOMÆI JAVARINA.

M. DCC. XXVIII.

PRÆFATIO

De iis quæ hoc volumine continentur.

DE variis Dissertationibus aliisque opusculis quæ in volumen istud collegimus, dicere hoc possumus in universum, ibi maxime conspici ac spectari Sirmondum, ibi præclaras egregii viri dotes eminere: illam videlicet ingenii ac judicii præstantiam; illam antiquitatis intimam cognitionem, ac eruditionis exquisitæ lectissimas opes: tum singularem scribendi disserendique peritiam, ac vel difficillimis in rebus cum acerrima subtilitate, non perspicuitatem modo, sed amœnitatem quoque maximam: in sermone demum cultissimo nativum nihilominus ac præcipuum quemdam candorem; ut nihil fieri posse videatur, aut doctius iis libellis, aut elegantius.

Singulatim autem, quas potissime res tractent, aut qua occasione scripti sint; deinde, eruditorum hominum de illis judicia, eorum saltem quorum nomen illustrius atque auctoritas major, visum est aliquanto distinctius, præfationis loco, exponere. Etsi enim hæc partim ex ipsis opusculis Sirmondi, partim ex aliorum recentiorum libris repeti, penitusque cognosci possint; imo jam nota paulo doctioribus & comperta sint: erunt tamen quos juvare poterit noster hic labor, & qualicumque subsidio esse, quo ad illam Sirmondi operum partem, atque ad eas quæ ibi disceptantur gravissimas controversias, accedant paratiores atque instructiores.

Anno MDCXVIII. instaurata est ab hæreticis adversus Romanæ sedis dignitatem *de suburbicariis regionibus & ecclesiis* celebris contentio. cui occasionem præbuit Nicænæ Synodi canon sextus a Rufino Latine sic expressus: *Ut apud Alexandriam & in urbe Roma, vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum ecclesiarum solicitudinem gerat.* Græca autem canonis verba hæc sunt: Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. quæ Dionysius ita reddidit: *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam & Pentapolim, ita ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem; quia & urbis Romæ episcopo parilis mos est.*

Opportunissimus hæreticis hominibus visus est hic canon, quo potestatem ac jurisdictionem sedis Romanæ saltem arctarent. Inde enim sic argumentati sunt: Ecclesiasticas dignitates ad civilium formam & modum constitutas fuisse: inde adeo Pontificis Romani diœcesim & provinciam omnino iisdem circumscribi finibus, quibus olim urbis præfecti diœcesis & provincia. Hanc porro suburbicariis regionibus, regiones autem illas centesimo lapide definiri: proinde, & ecclesias quæ a Rufino suburbicariæ nominantur, ac Episcopo Romano attri-

buuntur, centesimo contineri, neque extra illos fines jurisdictionem Romani Antistitis pertinere.

Novum hoc commentum Jacobus quidem Gothofredus, homo Calvinianus, protulit in lucem: at mox, quasi succenturiatus Gothofredo Claudius Salmasius, eidem Calvini sectæ addictus, multo etiam acrius propugnavit.

Contra hos Sirmondus, meras esse fabulas demonstravit, quæ de suburbicariarum regionum etymo & notione, deque earum numero & situ adversarii jactitabant: nequaquam sic vocatas esse quod suburbanæ forent, aut potro quod intra centesimum consisterent; sed nimirum, quod subessent urbico magistratui, urbis vicario videlicet: non autem præfecto, cujus potestas non excedebat territorii fines, eoque angustioribus etiam quam centesimi terminis claudebatur. Quin, decem numero fuisse regiones suburbicarias, non quatuor tantum: neque aut omnes, aut solas, intra centesimi fines constitisse. Picenum quippe, quod suburbicarium haud dubie fuit, totum esse extra centesimum: Umbriam autem & Tusciam annonariam maxima sui parte centesimo comprehendi: cum tamen, ipso fatente Salmasio, non sint suburbicariæ.

Nec minus vanum esse, quod adversarii de ecclesiis & diœcesibus Episcoporum sic statuerent, quasi illæ perpetuo & constanter civilium magistratuum formam essent imitatæ. Ceterum, si Romana diœcesis ex civili magistratu metienda sit; non ex præfecto, sed magis ex vicario urbis æstimari debere.

Non unam porro esse Romani Pont. diœcesim. quippe hunc urbi quidem præesse tanquam Episcopum: at simul provinciæ Romanæ Metropolitanum, totius Italiæ Primatem seu Exarchum, Occidentis totius patriarcham, catholicæ demum Ecclesiæ pastorem esse ac præsidem summum. Ita, multiplicem ipsius diœcesim existere: urbem Episcopo, provinciam Romanam Metropolitano, Italiam universam Primati, totum Occidentem Patriarchæ, summo Pontifici Ecclesiam catholicam parere.

Cum autem suburbicariarum nomen, pro rerum aut personarum ad quas referuntur diversa ratione, nunc angustius, nunc laxius accipi, certis argumentis palam fiat: tum eo nomine dictas a Rufino esse provincias, quæ urbis Antistiti tanquam Patriarchæ suo subessent.

Denique in Canone Nicæno, jus patriarchicum, non autem metropoliticum duntaxat, Alexandrino Episcopo adversus Meletianos vindicari: proindeque, in comparatione Præsulis Alexandrini cum Romano, istum haud dubie spectari, non ut Metropolitam, id quod Launoio placuit, sed tanquam Patriarcham.: quod quidem, tum Sirmondus, tum & postea Henricus Valesius in Observationibus Ecclesiasticis ad Socratem & Sozomenum, ac illustrissimus Petrus de Marca *Concordiæ* libro primo cap. III. plane demonstraverunt.

In hac tota concertatione, ordo & series rei gestæ hæc fuit. Litem movit, uti jam dictum, Jacobus Gothofredus edita Francofurti anno 1618. *de suburbicariis regionibus & ecclesiis, seu de præfecturæ & Episcopi urbis Romæ Diœcesi conjectura*: absque auctoris tamen nomine. Huic Sirmondus continuo *Censuram conjecturæ Anonymi scriptoris de suburbicariis regionibus & ecclesiis* opposuit. atque hoc ejus libello acta res erat, ac profligata & obtrita hæreticorum calumnia. nihilominus proximo post anno Gothofredus, iterum absque auctoris nomine, *Vindicias pro conjectura adversus Censuram Jacobi Sirmondi* protulit.

Tum vero Claudius Salmasius Divionensis, qui ante annos duodecim Heidelbergæ in Jurisprudentiæ scholis Dionysium Gothofredum, Jacobi

Patrem, magistrum habuerat; in eamdem arenam descendit: ac, sive aliquo erga Gothofredum studio, seu verius odio erga Romanam Ecclesiam capitali, oblatam occasionem arripuit: juvenis alioqui præfervidus & cum nobili adversario componi cupidus: quodque ante aliquot annos jam adorsus erat, *Nilo & Barlaamo* scriptoribus schismaticis in lucem editis *adversus Papæ primatum*; idipsum denuo majoribus animis est aggressus. ac primum *amici ad amicum de suburbicariis regionibus & ecclesiis epistolam* edidit.

Paucis post mensibus a Sirmondo prodiit adversus utrumque, *Adventoria Causidico Divionensi* (Salmasio nimirum Parisios cogitanti) *adversus amici ad amicum epistolam de suburbicariis regionibus & ecclesiis: cum censura Vindiciarum conjecturæ alterius anonymi.*

Tum magnus ille literator Salmasius, eruditione congesta inflatum grandem commentarium parturiit, *Eucharisticon Jac. Sirmondo pro Adventoria*: quod opus paulo post Sirmondus *Propempico* multo breviore confutavit: ac illi denique dimicationi finem sic imposuit, *ut jam nemo sit inter eruditos* (Valesii in eam rem verba sunt) *qui non Sirmondi sententiam ambabus, quod aiunt, ulnis amplectatur.*

Et quidem, cum multi spectatæ eruditionis viri eamdem controversiam illustraverint; imprimis Hieronymus Alexander Jurisconsultus Romanus; Jacobus Gutherius Patricius Romanus, Jurisconsultus Parisiensis; Joannes Dartis Juris in Universitate Parisiensi togatus antecessor; Petrus de Marca Parisiensis Archiepiscopus aliique plures: facile omnes palmam Sirmondi sententiæ adversus Gothofredum & Salmasium adjudicavere.

Gothofredi & Salmasii opinionem David quoque Blondellus late confutavit in Commentario de primatu in Ecclesia.

II.

Sirmondi cum Petro Aurelio contentionem *de Arausicano canone*, * Petri de Marca, præsuli illustrissimi ac eruditissimi verbis præstat quam nostris explicare. Is igitur famosi, ut ipse ait, eruditorum virorum disceptrationibus canonis sententiam illustrare aggressus: Eas, inquit, contentiones « excitavit ex fide veterum codicum canoni adjecta negatio a viro clarissimo & eruditissimo Jacobo Sirmondo in editione Conciliorum Galliæ, qui ejus lectionem ita constituit: *Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi: quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem qui in baptismate, quacumque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in Confirmatione sacerdos commonebitur: nam inter quoslibet chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut præjudicans quicquam, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio.* Mentem vero canonis hanc esse ait; ut unicam, eamque in fronte, chrismatis unctionem fieri præcipiat: ideoque ministrum baptismi chrisma in promptu habere, ut baptizatum mox liniat. si quo vero casu chrismatus in baptismate quispiam non fuerit, commonendum Episcopum in Confirmatione; nempe ut baptizatus, cui chrisma administratum non est in baptismo, tunc ab Episcopo chrismetur. Chrismatis unam esse benedictionem, vel in baptismo, vel in confirmatione. Necessariam autem non esse repetitam chrismationem, semel scilicet a presbytero in baptismo, & iterum ab Episcopo in Confirmatione: quæ sola manuum impositione conferetur: Hanc interpretationem, adjectamque canoni negationem maledicentissimis verbis traducit Petrus Aurelius, qui vulgatam lectionem tuetur, in qua repetita chrismatio necessaria esse statuitur. Sine flagitio dici non posse contendit, Gallicanos Episcopos hoc canone chrismationem ab impositione manuum in Confirmationis sacramento sejunxisse, contra morem receptum ab Apostolorum ætate, in Occidentis & Orientis Ecclesia: vimque & benedictionem chrismationi, quæ adhibetur a presbyteris in baptismo, eamdem tribuisse cum ea quæ in Confirmatione administratur ab Episco-

* *In Appendice ad Concil. Claromontanum.*

„ po. Alienum ait ab omni usu antiquitatis, ut presbyteris liceat chrisma fronti baptizatorum illinere: quod Episcopis reservatum est, ut „ presbyteris concessa est unctio in vertice. Has ergo ut novitates amoliatur, lectionem Binii retinet, quæ repetendam chrismationem demonstrat: suamque ipse interpretationem adhibet in hunc sensum. Nullus „ presbyterorum aut diaconorum, qui ad ægros vel labotantes accedunt „ baptismi gratia, absque chrismate progrediatur: quia id constitutum „ est, ut baptisma ab iis non administretur sine chrismatis unctione; quam „ *semel* tantum conferant, nulla alia scilicet extra baptismum chrismatione „ illis permissa, quæ tunc ab Episcopis administrari debet: Si quis autem „ in baptismo chrismatus non fuerit, Episcopus ea de re tempore Confirmationis admonendus est: nempe ut baptizatum arceat a Confirmatione, & ad presbyterum remittat prius chrismandum in vertice. ipse „ enim Episcopus ejusmodi chrismationem præbere non potest, quia „ chrismatis ipsius nonnisi una benedictio est, ut loquitur canon, id est „ chrismatis Episcopi, seu chrismatis episcopalis, quod ab Episcopo „ in Confirmatione administratur. Esset autem duplex benedictio „ illius chrismatis, si priùs vicem ejus quæ a ministris petenda erat, deinde suam expleret. Ceterum a ministris expetenda est prima chrismatio omissa, quia necessaria est reperita chrismatio, nempe prima illa baptismalis, & secunda quæ ab Episcopo adhibetur in „ Confirmatione. quod eo non pertinet, ut chrismatis baptismalis omissionem sola necessitate contractam, cuiquam obesse, aut chrismationis „ episcopalis vim minuere velit Synodus: sed ut sine ullo ejusmodi præjudicio repetita chrismatio, seu chrismatio duplex necessaria habeatur. „ Absurdam sane, inextricabilem, & sententiæ Synodi contrariam explicationem nobis obtrudit Aurelius: quia vitium lectionis a Sirmondo „ emendatum abjicere noluit.

„ Ceterum (*subjicit vir amplissimus*) ut de castigatione canonis a viro „ doctissimo asserta dubitandum non esset, ita de mente Synodi ab eo „ proposita amplius deliberandum censeo. Etenim vix suspicari possum „ Gallicanos Episcopos ab eo ritu consignationis administrandæ discessisse, „ quem ab ultimis temporibus Occidentis & Orientis Episcopi custodiebant, manus imponendo baptizatis; deinde unguento delibuta fronte, „ cum solemni formula. Hactenus Parisiensium magnus ille Archiepiscopus: qui mox suam de illius canonis sensu mentem exponit.

Isaacius Habertus doctor Sorbonicus, Ecclesiæ Parisiensis Theologus, ac postea Vabrensis Episcopus, in doctissimis Observationibus ad Pontificalem librum Græcorum, de chrismatis ritu disserens, postquam notavit, in veteri quidem lege traditam scripto fuisse chrismatis institutionem & usum, non item in legis novæ instrumento: eosque hallucinari qui Apostolos in libro Actuum Confirmasse cum chrismate autumant: Præfracte id, inquit, contra summos Theologorum persuadere nititur Petrus quidam Aurelius, quem honoris causa vellem quidem, sed nominare non possum: cum nec veri sit nominis, &, ut verbis Apostoli utar, sit ψευδωνύμου γνώσεως, *falsi nominis scientiæ*. Acquiescerem Aurelio, si forte, quod ipse magna cum modestia putat, comparandus esset priscis illis Ecclesiæ & scholæ principibus viris, longe aliud sentientibus, Basilio, Hieronymo, Cyrillo, aliis SS. PP. quamplurimis: S. Thomæ, S. Bonaventuræ, Scoto, Durando, Gabrieli, Ricardo, sexcentis aliis veteribus Theologis: quibus universum recentiorum agmen non adjungo, ne in eo Suarem aut Vasquesium conspicatus, divini morbi sui, ut solet, extrema patiatur. *Et aliquanto post*: Ego verò non ulterius

in Archieratico, ad ritum chrismatis, observ. 1.

ulterius in hanc controversiam progrediar: quam ad Arausicani Conci- “
lii Canonem asserendum duplici Antirrherico exhausit omnium erudi- “
rorum judicio de literis meritissimus Sirmondus: cujus doctrinam quia “
laudavi, quam alii mirantur; in odium & obtrectationem atrocissimam “
Aurelii incidere mihi gloriosum duxi ..... sententiæ tamen meæ rationem “
apud æquos judices exponere non detrecto: imo sponte provoco ... “
Atque ut hinc exordium faciam; in ἀντίμεμψιν duplicis infamis paginæ “
adversus me conscriptæ, ego viri hujus seculi clarissimi paucas lineas “
sed pretiosas remitto, quibus de illius cum Sirmondo contentione de- “
ciditur. P. C. *amico* A. G. *Ut ad canonem Arausicanum veniam, non video* “ a Ex epist.
quid in Sirmondum tam acriter insurgat Aurelius: sive is unus est homo, seu, “ cccxix.
quod magis credo, constans ex plurium contributa opera, alio forte bonarum litera- “ Hugonis Grotii
rum & eloquentiæ subsidia, alio Ecclesiasticæ notitiam historiæ, alio spinosam illam “ ad Petrum Cordesium.
de schola theologiam conferente. Pene Sirmondo dixerim: Ἄττα γέρον μάλα δή σε “
νέοι τείρωσι μαχηταί. *Sed nec ipse se deserit homo viridis adhuc senectutis*: & “
ad Hieronymi exemplum, bostassus fortius figit pedem. Ego vero Sirmondi non “
tantum bonam fidem hac in parte agnosco, sed etiam lectionem verissimam credo “
(ut non necessaria habeatur chrismatio repetita) *auctoribus antiquis codicibus* “
canonum illorum & collectionum trium: adversus quæ instrumenta adferri traditionem “
Ecclesiæ ab Aurelio miror: cum in hoc genere mores & pro temporibus & pro “
locis fuisse varios ipse agnoscat &c. 15. *Octob.* 1633. “

Nec prætereiri hoc loco debet magnus ille Hieronymus Bignonius, ro-
gatorum tunc doctissimus & integerrimus: qui in Gallica ad Hugonem
Grotium a epistola 7. Aug. an. 1633. data (quæ quidem a b Grotio — a Vide testimonia de Bignonio,
dicitur *viri omni laude superioris aurea sane epistola, & animi, unde profecta,* initio Marculfi.
puritatem præferens) scripsit in hanc sententiam. Coortam Sirmondum
inter & Petrum Aurelium de duplici chrismatione concertationem, ex “&c.
iis, quas ad te mittit Cordesius, literis cognosces. Mihi quidem sic “ b in epist. cccxxix.
videtur, in eo negotio non satis æqua lege agi, cum nempe antiquitas “ poster. edit. pag. 118.
ad posteriorum temporum normam exigitur. Quæ quidem viri præ- “
stantissimi verba satis indicant, cuinam parti Bignonius suffragaretur.

Henricus item Valesius, contentionis illius & ipse spectator, nec
parum idoneus certe judex, Sirmondum, ait tam luculente rem egisse,
primum in epistola, deinde duobus Antirrheticis libris, quorum ulti-
mum, inquit, factione Aureliana diu suppressum esse meminimus: ut “
quicumque eos absque ullo partium studio legerit, Sirmondo victoriam “
adjudicare cogatur. Mox autem: Pudet me profecto, pergit vir doctus, “
interpretationis Aurelianæ: adeo ab omni sensu ac ratione, & ab ipsis “
verbis Arausicani canonis abhorret. Itaque, fremant licet atque ob- “
strepant Aurelianarum partium sectatores, semper vera habebitur canonis “
illius editio & interpretatio quæ a Sirmondo prolata est. Aurelii autem “
lectio & explicatio ab omnibus doctis bonisque repudiabitur. ita Va- “
lesius. “

Atque ut nostris hominibus exterum quoque adjungamus; Lucas Hol-
stenius, cujus celebre in literis nomen, in Dissertatione de ministro
Confirmationis apud Græcos, de Arausicano canone ait: Cujus canonis “
sinceram lectionem, verumque sensum Jacobus Sirmondus eruditissimis “
suis Antirrheticis contra personatum Aurelium ita asseruit, ut solem “
mero meridie lucere dubitet, qui de presbyterali Gallorum chrismatio- “
ne vel minimum posthac ambigat. ita Holstenii posthuma Dissertatio:
quam aliquanto post auctoris obitum, approbatione Joannis Bonæ,
postea Cardinalis, ornatam, Franciscus Barberinus, non minus litera-
rum sacrarum studio quam purpuræ ac dignitatis splendore insignis, Ro-

mæ typis mandari curavit, ipseque Collegii sacri decano Carolo Medicæo nuncupavit.

Nec pigeat fortasse Dallæum quoque audire, insignem scholæ Calvinianæ theolgum: qui in tractatu de Confirmatione lib. 2. cap. 1. ita „scriptum reliquit: (Hic *Sirmondus*) ut ab illo (*Petro Aurelio*) sollicitatam „Arausicani cujusdam canonis emendationem suam vindicaret; duos Antirrheticos libellos emisit: in quibus, ut erat candidus & ingenuus, multa „de antiquitatis in hoc argumento scitis placitisque agnovit, quæ Aurelius *Anæretico* & *Orthodoxo* editis verbosissime confutavit: neque modo „falsa, sed & hæretica esse magno strepitu, magna adversarii invidia contendit... Scio Aurelium magnis clamoribus hanc causam sic agere, quasi „Sirmondus, & a perspicua veterum sententia per summam imperitiam „atque ignorantiam discesserit, & damnatam in hodierna Romæ communione doctrinam sequatur. sed ille quærat quibus persuadeat, vel „Sirmondum in Patrum scriptis hospitem & infantem esse, quem nos ex „plurimis, & quidem laudatissimis ejus operibus scimus in omni ecclesiastica antiquitate atque eruditione versatissimum esse; vel Jesuitam ea „sequi quæ in Romana communione noxia & intolerabila judicata sint. „Non abnuo Aurelio favere Gallicanum Clerum: cujus sumptibus excusa „sunt illius Opera. sed cum in illis partibus non aliæ leges pro publicis „atque totius Ecclesiæ communibus habeantur, quam quæ sunt a Romano Episcopo vel latæ vel confirmatæ; apparet Sirmondi opiniones, quandiu nullum de iis judicium Urbicus Episcopus tulerit; nondum autem „ullum tulit; pro damnatis & a Romana communione alienis haberi non „posse.... Sane, si, quod plerique censent, Aurelius vere Sansigiranus est, „notum est ejus, quam Sirmondi, de religione sententias multo plures „habere in Romanis partibus adversarios, multoque majori invidia vulgo „flagrare. hæc Dallæus.

Ad extremum, notari dignum est quoque, cum Gratiani editiones quidem vulgatæ, De Consecr. Dist. IV. de Baptismo §. 125. canonem Arausicanum absque negante, de qua certatum, particula repræsentent; in postrema tamen, multoque accuratissima & splendidissima, a doctissimis fratribus Pithœis emendata & Notis illustrata, Parisiensi editione, citari in Notis Pithœanis veterem Gratiani codicem, qui sic legit: *Non præjudicans quidquam dico, sed ut non necessaria habeatur rechrismatio.*

III. *Quæstio de duobus Dionysiis*, adeo vexata & pervagata est, ut minime opus sit hic eam explicare. Sirmondi autem opinio tam multos tamque præstantes habet adstipulatores, ut illorum suffragia, imo & sola nomina, longum sit referre. Certe quidem compluribus annis ante dissertationem „a Sirmondo editam, Petavius ad Heribertum Rosvveydum * scribens: De „Dionysio, inquiebat, Areopagita, tibi citra ullam dubitationem assentior: neque quidquam strenui illi patroni hactenus proferunt, ὅ τι οὐκ „ἄρρητον ἀλιτεῖν. Itaque frustra Parisiensis ille cum Atheniensi confunditur. Ita & ὁ μακαρίτης Fronto sentiebat, & hodie Sirmondus noster, & quicumque reconditiores paulo literas attigit.

* Lib. 2. epist. 19.

Tamen, quod Hilduinus, ob *Areopagitica*, malæ fidei a plerisque postulatur; parcius ista abbati illi objicienda clarissimus Mabillonius admonet: ac Dionysii missionem in Gallias per Clementem, ante Hilduinum proditam & creditam esse, pluribus testimoniis docet in *veterum Analectorum Tomo* I. pag. 63. proinde in jus vocari non debere Hilduinum, qui bona fide argumenta undequaque collegit. Si qua autem in re hallucinatus videtur, dandam esse veniam illis temporibus, quibus censoria natio a republica litteraria penitus exulabat. Denique Hilduinum

ab Agobardo Lugdunensi antistite, æquali suo, impense laudari annotavit idem Mabillonius lib. III. singularis ac præstantissimi operis de re *Diplomatica* cap. 3. n. 15. Nos vero hæc aliaque plurima in utramque partem, lectoribus expendenda relinquimus.

IV. Quod *Quæstionem triplicem* attinet: harum prima & præcipua est De lege *Celebrandis* XIX. Cod. de Nuptiis: Quam legem solennem fecit, inquit* Jacobus Gothofredus, non obscuritas ejus ulla, vetum ἐναντιοφανὴς quoddam inter eam aliasque leges nonnullas codicis Theodosiani .... variæ conciliandi viæ a vitis doctis dudum tentatæ: frequentissima jam illa quæ magnos, fateor, auctores habet, quamque nuper *Triplicis Quæstionis* auctor, vir de literis optime dudum meritus, amplexus est, novisque insuper conjecturis ipse firmarum ivit: qua videlicet in falsi suspicionem lex illa *Celebrandis* adducitur, atque a Triboniano tantum non fabricata creditur. ita Jurisconsultus ille insignis, in Dissertatione, quam eodem ac suam Sitmondus anno edidit. Ipse nihilominus legem illam Arcadio Imperatori tribuit, & falsi suspicione liberare conatur.

* in appendice Philostorgiana.

De *Codice Alarici Regis*, sive Codicis Theodosiani Breviario, idem Gothofredus modo laudatus, docte admodum disseruit in suis ad *Codicem Theodosianum* prolegomenis cap. v. ibique cum Sirmondo censet, Codicis illius neque breviatorem, neque interpretem fuisse Annianum, sed recognitorem duntaxat & subscriptorem. Pag. 193.

V. *Historiæ Prædestinatianæ* (cujus scribendæ causa & occasio quænam fuerit, obscurum non est) veritatem ac fidem, si non omnes, longe plurimi certe doctrina insignes viri suis suffragiis comprobavere. Unum hic laudabimus, ceteris dignitate præstantem, Raimundum Capisuccum, pridem Sac. Palatii Apost. Magistrum, postea Cardinalem: qui in Dissertatione de hæreticis Prædestinatianis, quam Innocentio* XI. jam purpuratus obtulit, se *utriusque partis argumenta diligenter ac sine ullo partium studio expendisse* contestatur. ac primum, postquam plures eruditionis laude illustres viros, qui Prædestinatianam hæresim quinto seculo revera extitisse, cum Sitmondo prorsus asseverant; atque in his Joannem a S. Thoma, & Natalem Alexandrum, Dominicanæ familiæ Theologos libris editis claros laudavit: tum ipse, Affirmativa, inquit, sententia tot attestationibus & priscorum auctorum testimoniis munitur, ut de ejus veritate non videatur superesse locus dubitandi. Atque hanc deinde assertionem vir amplissimus copiose exponit, ac liquido demonstrat. Imprimis vero quæ ab adversariis ad convellendam Synodi Arelatensis III. auctoritatem, item quæ contra Fausti & Lucidi epistolarum fidem excogitata fuerunt, plane diluit, tanquam *nebulas*, ut ipse ait, *quæ splendore veritatis clarius affulgente facile dissipantur*. Etsi autem haud adeo ipsi placet id, quod Sirmondus aliique plures censuerunt, hæresim illam in monasterio Adrumetino natam esse; hoc tamen probabilitate omni non carere, semel iterumque affirmat. atque ita porro concludit: *fere omnes antiquos, præcipue quinti seculi scriptores, pro reali existentia hæresis Prædestinatianæ testimonium ferre: ac mirum esse quod nonnulli recentiores, Cornelii Jansenii Iprensis Episcopi suspicionibus acti, antiquorum auctoritate contempta, in contrariam vertantur sententiam*. Deinde, quod Sitmondus illam hæresim in Gallia per Gothescalcum monachum renovatam fuisse confirmavit, id quoque Cardinalis Capisuccus, tanquam *sententiam inconcussis fundamentis innixam, pro conclusione* statuit, *& apertissimis testimoniis* probat: Gothescalci dicta expendit, sensum hæreticum eruit, Synodi Carisiacæ & Valentinæ adversus ejusdem Gothescalci errores capitula conspirantia exponit. Denique ad geminam, quæ a Gothescalci

* in fine Quæstionum Theol. select.

defensoribus profertur, confessionem fidei ab eo monacho editam; respondet, *neminem ignorare hæreticorum versutiam & calliditatem, qua in fidei formulis edendis ita verba componunt, ut suum errorem occultent*. Id quod plurimis veterum etiam hæreticorum exemplis comprobat vir maximus; deinde Gothescalci speciatim, fraudem & impietatem convincit.

Ac compluribus annis ante Sirmondum, Joannes Maldonatus ita scripsit ad Franciscum Turrianum: prædestinatiani, hæretici fuerunt, qui „iidem olim de prædestinatione, atque nunc Calviniani, senserunt. In „Africa primum nati sunt, ut Prosper & ipse Hincmarus scribit, in mo„nasterio Valentini: qui ex incauta lectione librorum D. Augustini, erro„rem hauserunt. quem imperante Lothario renovavit Gothescalcus monachus „Orbacensis (id est monasterium apud Remos) & nostra memoria Joan„nes Hus & Calvinus propagarunt. Contra Africanos illos scripsit Augu„stinus librum de Gratia & libero arbitrio, & librum de Correptione & „gratia, & epistolas XLVI. & XLVII. Adversus Gothescalcum scripsit Hinc„marus, eodemque tempore Concilium Valentinum in Gallia, ex quo „habemus nonnulla fragmenta. Primum Prædestinati vocati sunt, ut ali„cubi apud auctorem Commentariorum in psalmos, qui Arnobio falso „adscribuntur: quem ego suspicor fuisse Faustum Galliarum Episcopum. „nam stylus hominis Galli est, non Africani: & Augustini tempore „vixisse certum est. Certe idem quod Faustus de Prædestinatione sentit. „Post Prædestinatiani dicti sunt apud Hyginum, Hincmarum, Remigium, „Sigebertum. quasi vero tu ista non legeris, &c. Ita Maldonatus: cujus epistolæ; cum ea typis nondum edita esset; istud segmentum manu exaratum Sirmondo dedit Petrus Puteanus vir clarissimus.

VI. & VII. Sequuntur *Triplex Nummus & Antirristani duo*: de quibus Sirmondi Opusculis merito sane scripsit tunc vir doctus Philippus Brietius: Dole„bit semper posteritas, quod tam pauca de Nummis antiquis scripserit, in „quibus dignoscendis, legendis, explicandis Antiquariorum omnium solert„iam, & industriam superavit. Sitim accendunt & acuunt, quæ ulti„mis vitæ temporibus, & jam annos natus nonaginta duos, libellis „tribus vulgare compulsus est. Mirum autem videri potuit, hominem „ætatis tam provectæ, perpetuum mentis vigorem retinuisse, & poste„riores ingenii partus senis nonagenarii, elegantia atque venustate pares „iis, quos quinquagenarius emiserat.

VIII. Quo anno *publicæ pœnitentiæ historiam* Sirmondus emisit, ubi, inter cetera, docuit pœnitentiæ publicæ olim obnoxia quidem fuisse graviora peccata; sed tamen ea duntaxat quæ publica essent & manifesta; eodem anno prodiit Joannis Morini *De Disciplina in administratione Sacramenti pœnitentiæ Commentarius historicus*: in quo vir eruditissimus publicam pœnitentiam criminibus etiam occultis antiquitus impositam fuisse, plurimis veterum testimoniis probare contendit: sic tamen, ut secreto confitentes, ad publicam pro crimine occulto pœnitentiam cogi non possent. „Ceterum, non sum nescius, inquit Morinus, multos & insignes docto„res contrarium sentire, & opinari pœnitentiam publicam pro peccatis „occultis imponi jure non posse. Habet proinde utraque sententia qui„bus se se auctoribus tueatur: ita ut neutri nota ulla merito inuri possit.

Quanquam autem Petavius Morino suffragari visus est cum animadversiones Epiphanianas scriberet: ipse tamen cap. VI. lib. VI. Operis *de pœnitentia publica*, pro certo & perspicue demonstrato affirmat, Augustini quidem ævo, & sequentibus porro seculis, quandiu pœnitentia publica viguit, non omni peccato lethali, sed iis tantum quæ graviora essent & publica, pœnitentiam publicam fuisse impositam. Quod igitur olim

olim dixerat: * *sæpenumero propter occulta solum & ab ipso, qui commiserat, sponte prodita, publicam esse indictam pœnitentiam: atque hujus rei fidem facere antiquissimos canones imprimis Basilii, in epistola ad Amphilochium: & Conc. Carthaginiensis* III. *Can.* XXXII. ipse * postea Petavius mentem explicuit: debere istud intelligi de iis *qui sua sponte se offerrent pœnitentiæ publicæ: cum nonnulli etiam, quantumvis nullius gravioris noxæ rei, eximio quodam pœnitentiæ studio incensi, inter publice pœnitentes nomen darent*. id quod ipse Sirmondus toto libri sui capite v. non fatetur modo, sed etiam probandum suscipit.

* Animadvers. Epiphan. pag. 248.

* De pœnit. publ. lib. 1. cap. v.

Pro Sirmondo adversus Morini sententiam plura qui volet, habet accuratam sane & uberem * Dissertationem viri docti Jacobi Petiti: qua ille, cum *Theodori Cantuariensis Archiepiscopi Pœnitentiale* in lucem emitteret, magnum hunc Ecclesiæ Anglicanæ antistitem defendit adversus Morinum, qui publicam de occultis criminibus pœnitentiam a Theodoro Cantuariensi sublatam fuisse affirmaverat. In ea autem Dissertatione tria hæc copiose prosequitur eruditus auctor, I. *Patres plane negare, morem pœnitendi publice de peccatis occultis, Ecclesiæ decreto sancitum fuisse*. II. *Eosdem affirmare, morem Ecclesiæ fuisse de peccatis occultis secreto pœnitendi*. III. *Pœnitentiam denique publicam omnino pro publicis tantum criminibus ab Ecclesia constitutam fuisse*. Deinde, quæ Morinus pro publica de occultis etiam sceleribus pœnitentia protulerat, accurate diluit.

* Theodor Cantuar. Pœnitent. tom. 2. observat. pag. 62.

Quod trium criminum veniam pœnitentibus olim negatam fuisse docet Sirmondi liber, idem censent & alii complures viri docti: atque in his Cardinalis Bona, qui hoc ipsum iisdem prorsus, quibus ante Sirmondus, argumentis declarat lib. 1. Rerum Liturgicarum, cap. XVII. n. 1. & lib. II. cap. XIX. n. 4. Ac posteriore in loco, num. 5. de Communione peregrina disserens vir præstantissimus, postquam varias doctorum hominum sententias recensuit; tum quid ea de re Sirmondus in Historia pœnitentiæ publicæ cap. ult. & Albaspinæus lib. 1. Observationum Eccles. senserint, exponit, eorumque argumenta expendit. moxque: Probabilis quidem est, inquit, Sirmondi & Albaspinæi conjectura: optarem nihilominus eamdem solidioribus magisque perspicuis ex antiquitate argumentis fulciri. Demum vir modestissimus: Quid igitur, inquit, vere sit peregrina Communio, libenter discam a peritioribus: mihi enim non liquet. Attamen Sirmondo plane assentitur, peregrinam Communionem nequaquam per sese pœnam fuisse: imo, solatii potius & ornamenti loco esse advenis & hospitibus concessam.

Quod optaverat Sirmondus cum *disquisitionem de Azymo* emitteret, ut, si IX.
quibus haud satis persuasisset id, quod perspicue tamen libro suo demonstrari putabat, videlicet Latinam Ecclesiam multis seculis pane fermentato in mysteriis usam fuisse; saltem alios ad præclaram ipsorumque studiis non indignam investigationem excitaret; id omnino pro viri optimi voto contigit. Duobus & viginti post annis doctissimus Mabillonius in præfatione ad Acta SS. ordinis S. Benedicti, qui VIII. Christi seculo floruerunt, adversus Sirmondi sententiam satis multa disseruit. Præstantissimus vero Cardinalis Joannes Bona, biennio ante illam Mabillonii lucubrationem; cum in suis *rerum Liturgicarum* libris sententiam Sirmondi exposuisset, usum fermentati videlicet in Ecclesia Latina ab ipso susceptæ religionis exordio cœpisse, & multis exinde seculis perstitisse: Et mihi quidem, inquit, hoc valde probabile visum fuit, priusquam illius tractatum vidissem: & in hac sententia confirmatus sum, cum rem ipsam intimius perlustravi.

Cum autem hic operis Liturgici locus quosdam commovisset; opti-

mus Cardinalis, tum literis datis ad Mabillonium, qui eas vulgavit *; tum *Monitione* quam in altera Operis sui editione apponi curavit, sententiam suam accurate defendit. Ac primum, certa ab incertis, & dogmata fidei a ritibus Ecclesiæ secerni debere. minime dubium esse quin Christus in ultima cœna panem azymum consecraverit: aut quin valida sit tam azymi quam fermentati panis consecratio. Præterea, convenientius omnino esse Eucharistiam in azymis, Christi exemplo, conficere: at ex Christi facto colligi non posse, in solis azymis confici debere: cum Orientales utantur fermentato; præcipiantque Constitutiones Apostolicæ, ut nationes suum singulæ ritum servent. An vero Ecclesia Latina fermentato usa sit aliquando, rem facti esse, nec ullo modo pertinere ad dogma; sed ad ritum, qui mutationem & novitatem admittit. atque hanc in rem Algeri verba refert ex libro II. de Sacram. corporis & sanguinis Domini cap. X. *Utrum ex azymo an ex fermentato pane corpus Christi confici debeat, inter Latinos & Græcos magna concertatio est; cum tamen non sit contra fidem christianam seu azymum, seu fermentatum sacrificetur: tum quia utrumque panis est, tum etiam quia quamvis Christus de azymo pane corpus suum fecerit, forsitan non quia res quæ fiebat, hoc exigebat, sed quia cœna in qua hoc factum est, panem alium non exhibebat. panem tamen fermentatum non prohibuit.*

* in edita Dissertationis de Pane eucharistico.

Ceterum verisimile censet Cardinalis Bona, Apostolos pro varietate locorum, gentium, temporum, nunc azymo, nunc fermentato usos esse. quocirca monet, non excludere se usum azymi: sed probabilius videri sibi, Latinam Ecclesiam pluribus seculis azymo & fermentato promiscue in re divina usam esse. in quo aliquantisper discedit a sententia Sirmondi, qui existimasse non videtur, Latinos antiquitus azymis usos esse.

In epistola autem ad Mabillonium, superius laudata, quæcumque vir doctissimus objecerat, diluit accurate, suaque & Sirmondi argumenta vindicat idem Cardinalis. cumque aliquot post mensibus Mabillonius eruditam *de Pane Eucharistico azymo & fermentato dissertationem* suam ad illum misisset, in qua antiquiorem apud Latinos usum azymorum, conjecturis & argumentis pluribus adstruere conatus erat: nihil tamen ipse de pristina sententia remisit: quin eamdem confirmavit fusiori disputatione, quæ *Rerum Liturgicarum* libris postea inserta est: in qua Mabillonii nova pro azymis argumenta dissolvit: vetera usque ad seculum nonum testimonia diligenter conquirit: tum, Neminem, ait, virum doctum, & „in his studiis versatum futurum reor, qui non ingenue fateatur, nullum „testimonium huc usque productum esse quod perpetuæ & in omnibus „Ecclesiis Occidentalibus usitatæ azymorum consuetudini clare & legitime „suffragetur. Mox id ipsum de IX. seculo demonstrat. dein pro sua opi- „nione rursum compluribus testimoniis & argumentis pugnat.

Demum attento animo & a præjudiciis opinionum libero cuncta expendi postulat. Nimirum hominibus, qui sola in altari azyma contueri, sola in scholis & exedris audire azyma solerent, difficile esse, sicut jam Sirmondus admonuerat, de superioribus temporibus aliud suspicari quam „de suis. Inde adeo factum, ut omnis multitudo, inquit Bona, pro azy- „mis stet. Sed si ex veterum Patrum monumentis magis quam ex subtilioribus scholæ argumentis veritas sincere & sine partium studio investigetur, perspicuum fore ait, priora inter & quæ secuta sunt tempora, multum interesse. Porro contentionem hanc omnem posse componi Augustini verbis in controversia simili Græcos inter & Latinos de Jejunio sabbati. *Sit una fides universæ, quæ ubique dilatatur, Ecclesiæ tanquam intus in membris; etiamsi*

ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo, quod in fide verum est, impeditur. Pariter enim in azymi & fermentati causa, nihil de fide, nihil contra fidem esse: neutram partem certam, neutram falsam dici posse: neutram censuræ esse obnoxiam.

Quod Sirmondus fermentum, cujus in Melchiadis, Siricii & Innocentii Romanorum Pontificum decretis mentio est, non ad eulogias; quod Cardinali Baronio aliisque antea visum erat; sed ad Eucharistiam ipsam refert: hanc ipsius interpretationem prorsus approbaverunt doctissimi & clarissimi viri, Cardinalis Bona, Rerum liturgicarum lib. I. cap. XII. num. 16. * Christianus Lupus, ac Joannes * Mabillonius, qui eam novis & illustribus testimoniis confirmavit.

* *Dissert. de Actis S. Leonis IX. pag. 707.*

* *Dissert. de Azymo. pag. 133.*

X. *Antiquæ Inscriptionis explanationem* Sirmondianam, Romæ typis edi curavit anno 1617. Franciscus Augustinus, & Antonio Mariæ Marchioni Salviato nuncupavit, atque in præfatione ait: Sibi antiqua monumenta " scrutanti venisse in manus e visceribus antiquitatis effossum lapidem aut " lapillum potius & gemmam thesauris Arabum anteferendam: quæ cum " diu, inquit, multumque inter rudera urbisque parietinas latuisset, ad " extremum eruta, ne agnoscebatur quidem pro gemma: priusquam Jacobum Sirmondum e sodalitate Jesu, virum insignite doctum, & literaturæ " cujusdam remotioris apprime gnarum nancisceremur, qui ductus in rem " præsentem, de lapidis pretio judicavit. Censuit hæc esse incunabula quædam Romanæ linguæ, quæ sic habuit suas ætates ac progressiones, quemadmodum habuit imperium. &c.

Eamdem *explanationem* eodem anno Parisiis excudi curavit vir illustris, Nicolaus Claudius Fabricius PeiresKius, tacito Sirmondi nomine, ob viri modestiam. at auctoris nomen PeiresiuKs non reticuit, cum, missitatis quoquo versum exemplaribus, literas ad amicos dedit: sicut ait qui hæc narrat in PeiresKii vita Petrus Gassendus. Porro Tanaquillus Faber, vir eruditionis non vulgaris, notavit *, interpretem omisisse in *inscriptione* literam A. quæ significat *autem*: quæ vox olim initio sententiæ po- " nebatur. ita hodie τὸ *enim*, inquit vir doctus, nunquam nisi post vocem " aliquam scribimus: quondam aliter fiebat, ut exempla multa apud Plau- " tum, quædam apud Terentium fidem faciunt. "

* *Lib. 2. epist. 32.*

XI. Nota est doctis viris quæ Sirmondum inter & Petavium extitit de anno Sirmiensis Synodi, deque fidei formulis in ea editis controversia. Nempe cum illius Synodi Baronius alium annum, alium postea Petavius in Animadversionibus Epiphanianis, statuissent; Sirmondus pro Baronio *Dissertationem* seu *Diatribam* scripsit: in qua præterea contendebat, duas in ea Synodo promulgatas fuisse formulas fidei: unam, qua damnatus Photinus, orthodoxam; alteram vero impiam & Arianam, quæ a S. Hilario blasphemia Osii nominata est: cum unicam Sirmiensi quidem Synodo Petavius tribueret. qui & suam deinde sententiam uberius explicavit in *Dissertatione de Photino hæretico*, quam attexuit *Rationario temporum*, cum illud tertio typis mandaret. Huic Dissertationi in tres partes seu capita tributæ, alteram Sirmondus *Diatribam* totidem constantem capitibus opposuit. Demum Petavius, *utriusque Diatribæ de Photino & Sirmiensi Synodo Elenchum* conscripsit.

Diu luce caruerunt, tum Elenchus ille Petavii, tum Sirmondi ambæ Diatribæ. Ante annos autem abhinc quindecim Stephanus Baluzius, cum Petri de Marca Parisiensis Archiepiscopi opuscula, in iisque Dissertationem ejusdem illustrissimi antistitis de Synodo Sirmiensi plenaria publicaret; ad calcem voluminis adjecit, quæ Dissertationi illi lucem fœnerarent, tum Petavii Dissertationem de Photino hæretico, jam antea ex-

cusam; tum ineditas adhuc Sirmondi Diatribas. etsi posterioris primum duntaxat de tribus caput edidit. Nos integram utramque Diatribam, & præterea Petavii Elenchum, omnia ex ipsis auctorum autographis, repræsentamus nunc primum. Ita præsto erunt, quo lis illa plenius ac certius dijudicari possit, cuncta utriusque partis instrumenta. Legi possunt etiam, præter Petri de Marca præclaram *Dissertationem* modo laudatam; quæ ea de re scripserunt, Henricus Valesius in Annotationibus ad Historiam Socratis: Antonius Pagius ad annos Christi 347. & 351. & si qui forte alii.

Demum ad *Præfationes* quas ex diversis Sirmondi libris istic unum in locum contulimus, adjectæ sunt ejusdem plures *Epistolæ* criticæ, philologicæ, officiosæ, pleræque nunquam antea editæ. Cum autem sermonis munditia & eximius sane dictionis cultus ac nitor illas omnes commendet: tum ex iis multæ sunt eruditione quadam exquisita refertæ: adeo ut aliquæ, imprimis quæ de duobus Amalariis, de veterum ratione accumbendi, de nummis quibusdam antiquis disserunt; Sirmondiani libelli seu dissertationis integræ instar videri possint. Utinam autem plures nancisci licuisset: cum minime dubium sit, quin plurimas tam longo ævi spatio vir humanissimus, & cum doctissimis ætatis suæ viris literarum consuetudine conjunctus scripserit. Nunc eas damus quas ipsius manu scriptas in schedis reperimus. Postremo aliquot carmina, præcipue *Hodæporicum Lutetia Romam*, cum a doctis viris, qui viderant, magni fieri cerneremus, desiderari noluimus.

Unum superest quod annotemus in fine hujus præfationis. Sirmondus in *Adventoria* De suburbic. &c. cap. 4. partis secundæ, ait Cypriani ævo unicam in Africa provinciam ecclesiasticam fuisse, quæ Numidiam quoque & Mauritanias duas complecteretur, idque tum ex Cypriani epistola xl. confirmat, tum ex Concilii Carthaginiensis anno 348. sub Grato illius urbis Episcopo coacti procemio, ubi sic legitur; *Dei ergo nutu congregati ad unitatem, ut per diversas provincias Concilia celebrarentur, & universæ provinciæ Africæ hodierna die Concilium gratia Dei Carthaginem veniret.* quem locum sic explicat, post Sirmondum, Carolus a S. Paulo Fuliensis abbas, ut per *diversas provincias* intelligantur provinciæ civiles: per *universæ* autem *provinciæ Africæ Concilium* intelligatur unica Ecclesiæ Africanæ provincia. Contendit vero Emmanuel Schelestratius in suis de *Africana Ecclesia* dissertationibus, corruptum esse haud dubie hunc Synodi Carthaginiensis locum, ac emendari debere tum ex codice ms. Pithœi, tum ex ea editione quam Lucas Holstenius ad vetus exemplar Vaticanum exegit: quibus in libris posteriora verba sic leguntur: *& universæ provinciæ Africæ hodierna die Concilii gratia ad Carthaginem venirent.* quibus ipsis verbis palam fieri ait vir doctus, plures Ecclesiæ Africanæ povincias fuisse. Verum esto, potior sit ac genuina lectio hæc posterior, quam Labbeus etiam in postrema Conciliorum editione ad oram libri exhibuit; nec jam possit ex eo Synodi loco sententia Sirmondi ac Fuliensis abbatis adstrui: at neque pro Schelestratio quidquam potest inde certo colligi. quidni enim hæc quoque verba: *& universæ provinciæ Africæ*, de provinciis civilibus, ut superiora, intelligantur? Sed controversiam hanc discutere, aut alia Schelestratii eamdem in rem argumenta expendere, alterius est loci, nobis sufficiat hæc obiter indicasse.

CENSURA

CENSURA
CONJECTURÆ
ANONYMI SCRIPTORIS

DE
SUBURBICARIIS REGIONIBUS
& Ecclesiis.

Auctore JACOBO SIRMONDO Societatis Jesu presbytero
anno MDCXVIII.

ILLUSTRISSIMO VIRO

NICOLAO BRULARTO SILLERIO

FRANCIÆ ET NAVARRÆ CANCELLARIO.

NOn levem, neque indignam cognitione tua causam ad te defero, Vir Illustrissime. Etenim qui Romani se nominis hostes profitentur, novam hodie, non post xxx. annorum possessionem, qua perimi actionem omnem leges jubent; sed post omnes retro ætates, quibus Christi Ecclesia stetit, Pontifici maximo de jurisdictionis finibus controversiam movent. In quo quidem quod Sedi Apostolicæ obtrectare atque obloqui non cessant, mirandum minime duco. quis enim castra unquam laudat perfuga, quæ deseruit? Quod vero tam insulsæ, tamque ineptæ rei fidem cuiquam se facere posse arbitrantur homines, quibus si mens læva non esset, ingenium alioqui non deest, haud scio an cordato ulli queat non ridiculum videri. Et tamen criminationi suæ suffragatores advocant, hinc Rufinum historicum, hinc, si dici fas est, leges ipsas. Quos ego contra nec Rufinum quem laudant, nec leges quas citant intellexisse, brevi, ut opinor, libello perdocui. Tui an fallar erit arbitrii, legum historiarumque omnium scientissime BRULARTI. *Te enim, quem refugere adversarii ipsi non possint, judicem delegi. Cur tuo illi stare judicio nolint, quem sciunt etiam ante, quam supremum hoc Gallicani juris tribunal ascenderes, exteris quoque gentibus, Germanis, Hispanis, Italis, ac Romæ ipsi, dictandis fœderum, pacis, connubiorum, aliarumque, quas regio nomine tractasti, maximarum rerum conventionibus, summæ æquitatis, exaggerateque sapientiæ tuæ admirationem injecisse? Audient ergo, quem Principis oracula fundentem audire gestit Gallia; & illa se oris facundia, illa compositi vultus gravitate damnari sentient, qua Dice ipsa spectari, qua Themis loqui non abnuat. Sin recusabunt, & vadimonium deserent: nec illos calumniæ absolvet conscientia, & meæ interim erga te observantiæ venerationique fides integra constabit.*

ILLUSTRISSIMÆ A. T.

Devinctissimus,

JACOBUS SIRMONDUS.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

PRodiit nuper in lucem de suburbicariis regionibus, Ecclesiisque Commentarius anonymi scriptoris, qui tanquam novus finium regundorum magister, Pontificis Romani potestatem iisdem olim, si Deo placet, quibus Præfecturam urbanam terminis circumscriptam fuisse nos doceret. Is Lutetiam Parisiorum simul est allatus, argumento ipso plerosque omnes qui literas amant, ad sui lectionem excivit, plurimos ad plausum. Est enim, ut vulgo notum, genere quodam hominum referta hæc civitas, quibus cum recti fere nihil unquam sapiat, totum contra hoc genus scriptionis, quod Ecclesiæ Romanæ dignitatem lædat, avidissime amplectuntur: nullum ut tam perversæ notæ librum nundinæ parturiant, cui non se isti continuo non lectores solum præbeant, sed præcones. Hos si audias, nihil eo Commentario accuratius, nihil perfectius, nihil divinius: unus ut hic reservatus cælesti calculo auctor videatur, qui rem omnibus sæculis inauditam sua ætate primus expromeret. Si judicium ad amussim revoces, hominem intelliges multa non parvo, sed casso labore hinc inde congessisse, ut eorum quidem quæ pollicebatur probaret nihil; admirandis tamen, speciosisque acroamatis fucum faceret imperitis: ceterum meros, quod de se ipso vaticinatus est, carbones pro thesauris, testas pro gemmis, vitrea fracta venderet pro margaritis. Quod si conjecturam professus, intra conjecturæ se modum continuisset, dissimulari poterant quæ peccarat. Quis enim ad scopum ita semper collineat, ut nunquam aberret? Nunc vero, cum inanes conjecturas suas oraculorum instar haberi vult, ut qui aliter sentiant, eos inertiæ, stuporis, inscitiæ condemnet: censuram profecto in sese provocat, quam in alios exercet. Cujus ipse, opinor, sibi conscius ingruentis, artem quæsivit, qua ictum eluderet. Nam quod Diogenem ferunt, cum interrogaretur qua conditione colaphum, alapamve pacisci vellet, galeam postulasse; hoc iste, & plerique hodie mali ominis scriptores facere videntur, qui adversus publicæ reprehensionis vindictam, quam deberi sibi intelligunt, satis tutos se arbitrantur, si nomen reticeant. Id consilium quam belle sibi succedat, viderit Conjector. Ego tametsi ea certaminis lege uti poteram quam indixit; malui tamen γυμνῇ, quod aiunt, κεφαλῇ congredi, & veritatis, pietatisque studio etiam cum larva luctari.

JACOBUS SIRMONDUS SOC. JESU P.

TABULA CHROROGRAPHICA Pag. 501.

CONJECTORIS,

EJUSQUE ENARRATIO.

PArum fuit auctori, Conjecturam suam auribus nostris inferre, nisi eam oculis quoque spectandam objiceret. Totam ergo Tabula chorographica comprehendit, & Tabulæ enarrationem adjecit, cujus hæc fere summa est. *Vetus, inquit, Ecclesiæ mos fuit, ut Ecclesiasticæ dignitates civilium dignitatum formam sequerentur. Quare quemadmodum in Imperio Romano varii magistratuum gradus extitere: aliis quippe singulæ civitates, aliis provinciæ commissæ; aliis denique Diœceses, hoc est plures simul provinciæ. qualis erat urbicaria Diœcesis Præfecti urbis Romæ, & Alexandrina Præfecti Augustalis. Sic in Ecclesia Episcoporum varii gradus. Nam præter singularum civitatum Episcopos, Episcopis quibusdam provinciæ singulæ, plures aliis cessere, hoc est Patriarchiæ & Diœceses, a quibus & Diœceseon Exarchi, & Patriarchæ appellati sunt. Patriarcharum porro Diœceses ad civilium, ut dictum est, Diœceseon formam constitutas liquet. Atque hoc exemplo Alexandrini Episcopi, seu Patriarchæ Diœcesin per omnes Alexandrinæ, seu Ægyptiacæ Præfecturæ, seu Diœceseos provincias sese diffudisse. Simili ergo more (similem enim fuisse Nicæna synodus testatur) specialem Episcopi Romani Diœcesin per omnes Præfecturæ, seu Diœcesis urbicariæ provincias diffusam fuisse constabit: ita ut Præfectus urbi, & Episcopus Romanus, eandem Diœcesin, ille in civilibus, hic vero in Ecclesiasticis administraret. Ceterum Præfecti urbis Diœcesis ad centesimum ab urbe lapidem, nec longius olim producta est. intra quod spatium plures regiones, seu provinciæ fuere, quæ ab urbe ipsa, cujus Diœcesi suberant, urbicariæ & suburbicariæ dicebantur. fuere autem numero quatuor, Tuscia suburbicaria, Picenum suburbicarium, Latium vetus. Latium novum. Per harum ergo suburbicariarum quatuor regionum Ecclesias Episcopi Romani administratio porrigebatur: quem propterea Rufinus, Nicænum canonem felicissime interpretatus, suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerere scripsit.* Hæc totius tabulæ est summa, quam deinceps per utriusque Dissertationis capita diducit. Nos ubi capitum periochas ordine præmiserimus, tum singula κατὰ πόδας dispungemus.

PERIOCHE
SINGULORUM CAPITUM
UTRIUSQUE DISSERTATIONIS CONJECTORIS:

in qua quidem ea præcipue designantur, quæ in Censura nostra potissimum refelluntur.

DISSERTATIONIS PRIMÆ, DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Cens. I. Cap. 1. AD Præfectum urbis appellatum olim ex omnibus orbis Romani provinciis. ejus rei Mecænatem Augusto auctorem facit Dio lib. LII. Servatum id sub Constantino Magno adhuc, ut ostendit ejus Constitutio ad Julianum P. V. Cod. Theod. l. XIII. *De appellationibus*.

CAPUT II.

Cens. I. Cap. 2. Diœcesis Præfecti urbis intra centesimum ab urbe milliarium sita. Diœcesis post tempora Constantini dicta est plurium simul provinciarum administratio. In Diœcesi proinde Præfecti urbis variæ regiones, seu provinciæ fuere, quæ urbicariæ vel suburbicariæ appellabantur.

CAPUT III.

Cens. I. Cap. 3. Inscriptio vetus interpungitur, in qua P. CENIANO legitur pro PICENIANO, id est Piceni annonarii. In Piceno porro annonario præcipua urbs erat Flavia Fanestris, in eaque Consularis sedem habebat, ut docet subscriptio legis V. Cod. Theod. *De pactis*, *Alleg. Flavia Fanestri*.

CAPUT IV.

Cens. I. Cap. 4. Suburbicariæ regiones intra centesimum ab urbe milliarium sitæ. ab Italis interdum distinctæ, eique oppositæ: quia Italiæ notio duplex. Aut enim latius accipitur sic, ut urbem quoque Romam, & suburbicarias regiones comprehendat: aut angustius sic, ut urbem & suburbicarias excludat, easque tantum Italiæ partes occupet, quæ sunt extra centesimum.

CAPUT V.

Cens. I. Cap. 5. Quatuor sunt numero suburbicariæ regiones, Tuscia suburbicaria, Picenum suburbicarium, cujus metropolis Spoletum, Latium vetus, Latium novum. Has quatuor in universum regiones ad Præfecturæ urbicariæ diœcesin pertinuisse, ostendit lex 1. Cod. Theod. *De calcis coctoribus*.

CAPUT VI.

Cens. I. Cap. 6. Baronii ἀνωλογία & κρίψις. Italiæ vox ab eo non distincta.

CAPUT PRIMUM.

Dissertationis secundæ, de Ecclesiis suburbicariis.

EPiscopi Romani specialis Diœcesis. Episcoporum omnium duplex ratio. Prærogativa Episcoporum ab urbium dignitate. Romani proinde ab urbis Romæ majestate. Nova dignitate aucta civitas, vel provincia, Episcopo novam dignitatem conferebat. Cens. II. Cap. 1. & 2.

CAPUT II.

Episcopi Romani Diœcesis eadem quæ Præfecti urbis, sicut Episcopi Alexandrini eadem quæ Præfecti Augustalis. Nicæni Synodi canon in eam rem explicatus. Cens. II. Cap. 3.

CAPUT III.

Rufini Aquileiensis epitome canonis VI. Nicæni. Suburbicariæ Ecclesiæ, quæ in regionibus suburbicariis. Schismaticorum pœna extra Episcopatus terminos relegari, quem turbassent. Italiæ Episcoporum Diœceses a Romana distinctæ. Mediolanensis & Romani Episcoporum summa æquaque auctoritas. Cens. II. Cap. 4. & 5.

CAPUT IV.

Baronii & Bellarmini objectionibus occurritur. Canon VI. Nicænus non mutilus. Calchedonensis Concilii de hoc canone judicium. Comparationis Episcopi Alexandrini & Romani in eo canone vis & ratio. Gratianus τῶν ὁμοίων effert comparativo verbo, *parilis mos est*. Cens. II. Cap. 6.

CAPUT V.

Alexandrina Diœcesis amplior Romana; hæc illa propter urbis dignitatem nobilior & illustrior. Utraque Præfecturarum typum secuta. Concilium Arelatense primum sub Constantino celebratum est anno CCCXVI. non CCCXIV. quod Baronius & Balduinus temere voluerunt. Cens. II. Cap. 7.

CAPUT VI.

Rufini explicatio canonis VI. Nicæni vindicatur. Suburbicariæ Ecclesiæ, quæ in suburbicariis regionibus intra centesimum. Cens. II. Cap. 8.

PERIOCHE CAPITUM
UTRIUSQUE CENSURÆ,

In quibus superiora omnia ordine refelluntur.

CENSURÆ PRIMÆ DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS,

CAPUT PRIMUM.

AD Præfectum urbis appellatum ex Provinciis sub Augusto non fuisse, neque ejus rei auctorem a Dione fieri Mecænatem. morem etiam hunc sub Constantino non fuisse. Dio & Constantinus August. a Conjectore perperam expositi.

CAPUT II.

Diœceses Imperii quænam, & numero quot fuerint. Præfectum urbi nec Diœcesin habuisse, nec provinciam. Sub ejus dispositione administrationes varias fuisse, at nullam Provincialem. Suburbicarias ad alium pertinere.

CAPUT III.

Vetus Inscriptio inepte a Conjectore correcta. vera ejus emendatio. alia vetus Inscriptio mendum edita. Primarias Provinciarum urbes non recte colligi ex subscriptionibus legum.

CAPUT IV.

Suburbicariæ regiones intra centesimum non erant, sed centesimum comprehendebant. Decem numero fuerunt, Vicario urbis subjectæ: reliquæ septem Vicario Italiæ. Italia angustius sumpta pro his septem Provinciis, non pro omnibus quæ extra centesimum.

CAPUT V.

Suburbicariarum numerum male colligi ex l. 1. Cod. Theod. De calcis coctoribus. Latinum novum Provinciam per se non fecit. Ridicula Piceni Chorographia conjectoris. Spoletum urbs Umbriæ, non Piceni.

CAPUT VI.

Baronius a Conjectoris reprehensione defenditur.

CAPUT PRIMUM.

Censuræ II. de Ecclesiis suburbicariis,

EPiscopi Romani Diœcesis una specialis, altera universalis. illa certos in Ecclesia fines habet, hæc nullos. Hincmari, Ambrosii, Valentiniani testimonia. Reliquorum Episcoporum dispar ratio.

CAPUT II.

Ecclesiæ Romanæ primatus unde in Synodo Nicæna confirmatus. Valentiniani Novella exposita. Ecclesiastica dignitates an cum civilibus mutentur. Græcorum ambitio repressa.

CAPUT III.

Specialem Episcopi Romani Diœcesim male cum Præfectura urbana comparari. In ea Occidentem universum Græcorum confessione contineri. Πατριάρχης Ecclesia. Pontifex κεφαλὴ κεφαλῶν.

CAPUT IV.

Suburbicaria a Rufino Ecclesiæ quæ dicantur. Canonis Nicæni vetus editio nova. Schismaticorum exilii lex certa non erat. Conjector Episcopi Romani Diœcesin a Provincia non distinxit.

CAPUT V.

Provincia Metropolitanorum. Pontifex Romanus idem etiam Patriarcha, Primas, Metropolitanus, & Episcopus. Provinciæ Romana amplitudo. Conjectoris quadruplex error. Provincia Mediolanensis olim Italia dicta. Pontifex Italiæ Primas. Mediolanensis Episcopi an æqua cum Romano auctoritas.

CAPUT VI.

Canonem VI. Nicænum recte a Baronio & Bellarmino mutilum doceri: neque illis adversari Synodum Calchedonensem. an ulla in eo canone fiat Ecclesiarum comparatio, & quæ. Gratianus Canonum Collector, non Interpres, ut credidit Conjector.

CAPUT VII.

An Ecclesiasticæ Diœceses civilium formam secutæ sint. Casu factum, non lege, ut Episcopi Alexandrini & Præfecti Augustalis eadem esset Diœcesis. Romana Diœcesis, si cum civili Magistratu conferenda fuit, cum alio potius conferri debuit, quam cum Præfecto urbis. Ruit ergo tota ratiocinatio Conjectoris. Ejus de prima Synodo Arelatensi anachronismus.

CAPUT VIII.

Rufinus in epitome Canonis Nicæni a Conjectore non intellectus. vera ejus de suburbicariis Ecclesiis expositio. Alexandrina & Romana sedes quatenus comparatæ. Pontifex Romanus diversas in Ecclesia personas sustinet.

EMBOLUM AD CONJECTOREM.

Synesii nuperus Interpres ab iniqua ejus reprehensione vindicatus.

CENSURA

CENSURA
DISSERTATIONIS PRIMÆ
DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Ad Præfectum Urbi appellatum ex provinciis sub Augusto non fuisse; neque ejus rei auctorem a Dione fieri Mecænatem. morem etiam hunc sub Constantino non fuisse. Dio & Constantinus Aug. a Conjectore perperam expositi.

IN ipsa operis fronte, ut de totius ædificii structura judicare liceat ex vestibulo, meram nobis fabulam ingerit, ad Præfectum urbis, Augusti Cæsaris instituto, appellatum ex omnibus Provinciis olim fuisse, atque ad Constantini usque magni tempora hunc morem perseverasse. quorum alterum Dionis testimonio, alterum ex Constantini ipsius lege, prava utrumque interpretatione, adstruere conatur. Non hic quærimus, an Præfecto urbis nonnullarum Provinciarum appellationes aliquando fuerint attributæ, quod extra controversiam est: neque an Tacitus Imp. omnium illi Provinciarum provocationes concedere voluerit, quod innuere Vopiscus videtur: Sed quod id ipsum ab Augusto constitutum, atque ejus rei auctorem Augusto fuisse Mecænatem, Dionis ut putat testimonio affirmat Conjector: id vero & re ipsa falsum esse, & a Dionis mente alienissimum, res docet. Mecænatis apud Dionem lib. LII. verba sunt: Πολίαρχος δὲ δὴ ἀποδεικνύσθω, ἵνα τά τε ἄλλα τῆς πόλεως προστατῇ, καὶ τὰς δίκας τὰς παρὰ πάντων ὧν εἶπον ἀρχόντων ἐφεσίμους τε καὶ ἀναπομπίμους κρίνῃ. *Præfectus urbi designetur, qui & urbem ceteris in rebus perpetuo regat, & causas in quibus ab omnibus quas dixi magistratibus fuerit appellatum, dijudicet.* Ab omnibus, inquit, quos dixi. Quinam porro, de quibus dixerat? Quæstores, Ædiles, Tribuni plebis, Prætores, urbani omnes magistratus. Ab urbanis ergo magistratibus ad Præfectum urbi ut appellare liceret suadebat Mæcenas, non a Provincialibus. Nam de Provincialibus nondum egerat: & postea ubi de Provinciarum magistratibus disserit, ita disserit, ut Provincialium ab inferioris gradus judicibus appellationes non ad Præfectum urbi, sed ad cujusque Provinciæ Consularem referendas censeat. Sic enim ait, ὁ δ᾽ ἐκ ὑπατικῶν ταῦτά τε, καὶ προσέτι καὶ τὰς δίκας τάς τε ἐκκλήτους καὶ τὰς ἀναπομπίμους, τὰς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν αὐτοῦ φοιτώσας κρινέτω. *Consularis vero tum ea qua dixi munera obibit, tum causas in quibus a Prætoriis ad ipsum sit provocatio, cognoscet.* Quare dubium non est, quin Conjector noster Dionis verba perperam intellexerit.

Nec vero felicius in Constantini lege versatus est, quæ numero est XIII. Cod. Theod. *De appellationibus*, his verbis:

IMP. CONSTANTINUS AUG.
ad Julianum P. V.

Nonnulli judicum inferioris gradus, a sententiis suis interpani provocationis auxilium ægre ferentes, id efficiunt, ut nobis eorum relationes non necessaria & insolentes ingerantur. Igitur volumus, cum ab eorum sententiis fuerit provocatum, super ea quæstione, cujus appellatione interposita judices esse desierunt, minime eos ad nostram referre clementiam: sed gravitatis tuæ, cui nostram vicem commisimus, sacrum auditorium expectari. Ex hac ille constitutione probari id posse confidit, quod initio posuerat, sub Constantino etiam Magno provocatum ex omnibus Provinciis ad Præfectum urbi fuisse; sed frustra. Lex quippe ista ad rem de qua est quæstio, nihil facit. De appellationibus enim agimus, in quibus ad Præfectum urbi provocabatur: lex vero de iis agit, quæ ad Principem fiebant. quas nimirum Principes aliis rebus occupati, nunc his, nunc illis vice sua judicandas delegabant. Aliud autem est ex officio & ordine cognoscere, aliud ex delegato, vel ex prærogativa rescripti. Ut igitur Juliano Præfecto urbi hoc loco, sic Probiano Proconsuli Africæ appellationum causas, Africanas opinor, vice sacri examinis dijudicandas mandat idem Constantinus, l. III. tituli ejusdem. Unde non debuit quod de appellationibus delegatis scriptum est, ad ordinarias transferri. Nec si de ordinariis sermo esset, idem ad Præfectum urbi pertinuisse omnium Provinciarum provocationes ex XIII. lege colligere liceret: non magis sane, quam ad Africæ Proconsulem ex tertia. Itaque tenetur Conjector, quacumque se vertat. Et poteram Suetonii quoque locum, in quo idem esse credidit ad Senatum appellare, quod ad Præfectum, & alia ejus generis toto capite

multa refellere. sed non est instituti mei omnia persequi, cum satis sit pauca quædam carptim notare, ex quibus qualia sint cetera, liceat agnoscere.

C A P U T II.

Diœceses Imperii quæcumque, & numero quæ fuerint. Præfectum urbi nec Diœcesin habuisse, nec Provincias. Sub ejus dispositione administrationes varias fuisse, at nullam Provincialem. Suburbicarias ad alium pertinere.

Diœcesin in Noticia Imperii, & in Codico utroque proprie dici tractum multarom Provinciarum, quæ ab uno quopiam spectabili viro administrentur, nemo nescit, & argumento est lex unica Cod. *Ut omnes judices*. Tamessi enim Præfecti quoque prætorio Diœcesis interdum legatur, ut In Codice Theod. l. 4. *De Prætoribus & Quæstor.* præcipue tamen Diœceses eorum fuerant, qui Præfectorum prætor. vice vel infra Præfectos, provincias aliquot rexere, ut Vicarii, Comes Orientis, & Præfectus Augustalis. qui omnes spectabiles tantum fuere, non illustres. Ac Diœceses quidem per omnes provincias quot fuerint, Notitia declarat. in qua Imperii Orientalis septem designantur: sub dispositione Præfecti præt. per Orientem quinquo, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, & Thracia: duæ sub dispositione Præfecti præt. per Illyricum, Macedonia & Dacia. Imperii vero Occidentalis sex: quarum sub dispositione Præfecti præt. per Italiam tres, Italia, Illyricum, Africa: totidem sub dispositione Præfecti præt. Galliarum, Hispania, Septem provinciæ, Britannia. Ita Diœceses utriusque Imperii numeratæ omnino tredecim. At repertus est Conjector novus, qui decimam quartam Præfecti urbis Diœcesin crearet, quam Diœcesin urbicariam vocat, intra eos fines, qui centesimo ab urbe lapide Præfecturæ urbanæ jurisdictionem circumscribunt. In quo quidem quod centesimo milliario Præfecti urbis notionem definit, non reprehendo: id omnibus notum est. Quod vero spatium hoc territum Diœcesin vocat, & multas provincias complexum esse scribit; id certe partim novum atque inusitatum est, partim frivolum atque fictitium. Neque ad hæc ille stabilienda legis scriptorisve alicujus auctoritatem profert, nec proferre ullam potest. Et tamen hæc totius est pompa Conjecturæ, hoc futuræ substructionis fundamentum. quam inane, quam caducum, quis non videt? Quæro enim (nam hoc in primis percontari necesse est) ecquando urbicariam istam Diœcesin natam putet. An cum Præfectura ipsa sub Augusto? Atqui Diœceses hujusmodi, quæ multas singulæ provincias contineant, a Constantino Magno institutas, ipsemet confitetur. Provinciæ quoque nomen, & Augusti temporibus, & multis post illum sæculis, tota Italia inauditum, extraque Italiam provincias omnes fuisse dubium non est. Ideo namque Augustus ipse Italiam non in Provincias, sed in Regiones divisit; & Gallia Cisalpina inter provincias quidem aliquando numerata, sed tum scilicet, cum Italiæ nondum pars erat, hoc est ante Augustum. Denique Provincias adeo in Italia non agnoscebant, ut Italiam a Provinciis perpetuo distinguerent. ut cum L. 3. Cod. *De excusationibus tutorum*, Italicarum rerum administratio Provincialium administrationi opponitur, & apud Plinium juniorem in epistolis Italica prædia provinciis Provincialibus ... L. ... Cod. Theod. *De excusationibus*, Provincialis Judex ei qui intra Italiam. Cum igitur ad Constantini usque tempora nec Provinciæ in Italia fuerint, nec Diœceses; qua legis prærogativa Præfectum urbis & Provincias jam cum habuisse dixeris, & Diœcesin? Mihi vero ne post Constantinum quidem habuisse compertum est. Etsi enim receptum satis dein in Italiam Provinciæ nomen fuisse nescii non sumus, idque ex Notitia ipsa confirmari, quæ Vicario urbis Provincias aliquot attribuit; & ex L. Symmachi statuæ inscriptione, in qua finitimæ urbi Provinciæ nominantur; & ex Novella Valentiniani, *De Thronibus*, quæ suburbicarias etiam Provincias commemorat: nusquam tamen, ne tum quidem, cum ceteris Italiæ regionibus Provinciæ tribui nomen cœpit, in Præfecturæ urbanæ administratione usurpatum legere est. Nec usurpari certe congruenter poterit. tum quia Præfectus urbi urbanus fuit magistratus; Provinciæ autem non urbanorum, sed Provincialium erant magistratuum. tum quia totus ille tractus, qui a Præfecto urbis regebatur, non ex una quapiam, aut pluribus integris Provinciis, sed ex multarum diversis partibus constabat. Quicquid enim Campaniæ, Samnii, Valeriæ, Piceni, Umbriæ, Tusciæ intra centesimum ab urbe lapidem erat, id totum ad Præfecturæ urbanæ terminos pertinebat. Provinciis ergo Præfectura urbana cingebatur, & de singulis partem aliquam decerpebat: in Provinciarum ipsa numero non censebatur. Quod si Præfecti urbis administrationi, hoc est urbi, urbisque territorio, Provinciæ nomen non congruit, ne Diœcesis quidem conveniet, quam multarum Provinciarum complexionem esse diximus. Quare desinat intra centesimum urbicariæ Præfecturæ milliarium Provincias fingere Conjector, atque inter eos qui Diœcesibus olim præfuerunt, Præfecti urbis nomen expungat. Et mirari profecto subit, hominem qui Notitiam in ore semper habeat, omnesque illius recessus curiose rimatus sit, cum in ea videat administrationes omnes, quæ sub Præfecti urbis dispositione fuerunt, diligentissime percenseri, Præfectum annonæ, Præfectum vigilum, Comitem formarum, Comitem riparum & alvei Tiberis, & cloacarum, Comitem portus, Magistrum census, Rationalem vinorum, Tribunum fori suarii, Consularem aquarum, Curatorem operum maximorum, Curatorem operum publicorum, Curatorem statuarum, Curatorem horreorum Galbanorum, Centenarium portus, & Tribunum rerum nitentium; non animadvertisse, nullum in tam prolixo catalogo Provincialem magistratum nominari; nullumque in eo nec Provinciæ, nec Diœcesis vestigium residere; Suburbicarias adeo Provincias ad alterum quempiam Magistratum, in cujus essent potestate, referri oportere. Is autem quis fuerit, suo postea loco, ne a filo digrediar, ostendam. Nunc satis est monere, Suburbicarias regiones, seu Provincias, non eas fuisse, quas commentus est, neque ad Præfecti urbis, ut illi visum est, administrationem pertinuisse.

CAPUT III.

Vetus inscriptio inepte a Conjectore correcta. vera ejus emendatio. alia vetus inscriptio nondum edita. Primarias Provinciarum urbes non recte colligi ex subscriptionibus legum.

IN capite sequenti multa sunt quæ censuram flagitent, sed nihil illustrius illa vetere inscriptione, cujus depravatam lectionem interpunctione corrigendam suscepit, tam infelici exitu, ut qui se viris literatis ridendum dedita opera præbere vetit, nullo conato hoc exemplum assequi possit. Inscriptio ut ab eo producitur, est hujusmodi: *Tarrutenio Maximiliano V. C. eloquentissimoque Consulari Piceniano.* Pro *Piceniano*, quod vir, ut ait, supra omnem existimationem maximus, (cujus nomen honoris causa reticet) conjunctim legendum existimavit, ipse maximo major divisim, *Piceni ano* hoc est, ut interpretatur, *Piceni annonarii*, legendum censet. O divinum conjectorem! Primum ergo, te alloquor, tam hebetes nos putasti, ut pro Annonario *Ano* dici aut scribi potuisse tibi crederemus? tam hospes adeo ipse ac rudis es in iis ipsis quæ tractas, ut Piceni annonarii Consularem seorsim nullum fuisse nescias, sed conjunctim Flaminiæ & Piceni annonarii, quod docere te poterat Notitia ipsa in elencho Consularium Occidentis? Denique itane obliti, tu & maximus ille vir, acuminis vestri eratis, ut mendosum esse inscriptionis exemplum, & pro *Ano* incisum in marmore *Anno* fuisse non intelligeretis? Integram, ut est a Jano Grutero pag. CCCLXXV. n. 8. edita, sed cum hac emendatione nostra recognosce, & te, si quis est sensus, ἀφροσύνης pudebit. Sic enim habet:

TARRUTENIO MAXIMILIANO
V. C. ELOQUENTISSIMOQUE
CONSULARI PICENI ANNO
ÆTATIS NONO DECIMO
VICARIO URBIS ROMÆ
LEGATO AMPLISSIMI ORDINIS
SECUNDO SOCARO EXOPTA-
TISSIMO ANICIUS ACILIUS
GLABRIO FAUSTUS V. C.
LOCI HUJUS ORNATOR
TOGATAM STATUAM LIBENS
OPTULI.

Jam, opinor, vides in Maximiliano laudari, quod præmatura ætate, id est anno undevicesimo, Consularitatem adeptus sit: sicut in Anicio Basso, quod tres uno tempore magistratus gesserit, alia laudat Inscriptio: quæ digna est, ut qua parte ad nos pervenit, hac occasione lucem videat.

ANICIO AUCHENIO BASSO
V. C. QUÆSTORI CANDIDATO
UNO EODEMQUE TEMPORE
PRÆTORI TUTELARI
PROCONSULI CAMPANIÆ
PRÆFECTO URBI
TRINI MAGISTRATUS
INSIGNIA FACUNDIÆ
ET NATALIUM LUCE
ORNANTI. & cætera,

quæ desiderantur. Romæ olim & memoria nostra fuit: nunc interiisse videtur. certe, an restet ignoro.

Sed inscriptioni tandem succedat inscriptio legis v. Cod. Theod. de pactis *Alleg. Flavia*

A *Fanestri in secretario*. Ex qua quidem, quoniam lex ad Consularem Piceni scripta est, acute, ut tibi visus es, Fanum Fortunæ Piceni annonarii caput fuisse auguraris, in eaque urbe sedem habuisse Consulares. Nam *hujus*, inquis, *subscriptionis qua vis sit*, Ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. eodemque argumento Florentiam alibi Tusciæ annonariæ primariam urbem probas, quod Florentiæ accepta dicatur lex VIII. Cod. Theod. *De accusationibus*, quæ ad Correctorem Tusciæ data est. Qua in re cum alia sint quæ redargui merito debeant, ceteris parcam, ne gravior sim, & hoc uno contentus, semel dicam, totum hoc conjecturæ genus, quod firmissimum judicas, B nullum esse. Ac ne ambagibus te suspendam, eodem in Codice Theodosiano ad Vicarios Africæ plurimæ sunt leges. Harum aliæ Hadrumeti acceptæ leguntur, ut III. *De fide & jure hastæ*. aliæ Thamugadi, ut II. *De honorariis Codicillis*. aliæ Tacapis, ut XXXIII. *De appellationibus*. aliæ aliis in urbibus. An igitur urbes has omnes Africæ primarias fuisse, aut sedem in omnibus habuisse Vicarium contendes? Nugæ. Diœceses, provinciasque suas obibant Magistratus, & quaqua in urbe res tulerat, ibi legem acceptam, lectam, regestam, allegatam, propositam, adnotabant. Neque aliud in his notis mysterium scimus nos οἱ μεμυημένοι. tu si quid μυστικώτερον arcana initiatione didici- C sti, nos doce.

CAPUT IV.

Suburbicariæ regiones intra centesimum non erant, sed centesimum comprehendebant. Decem numero fuerunt, Vicario urbis subjectæ: reliquæ septem Vicario Italiæ. Italia angustius sumpta pro his septem Provinciis, non pro omnibus quæ extra centesimum.

REdit ad suburbicarias regiones, earumque D fines intra centesimum ab urbe lapidem constituit. Et consequens sane id erat, ut quoniam has omnes ad Præfecturam urbanam pertinuisse dixerat, iisdem eas quibus illam terminis definiret. Nos vero urbicarias & suburbicarias regiones dictas inprimis eas fuisse, quæ centesimum ab urbe lapidem, hoc est, totam Præfecti urbis jurisdictionem ambitu suo comprehenderent, nec ipsæ a centesimo comprehenderentur, non abnuimus, quod jam ante professi sumus. Sed extra harum numerum, & extra fines Præfecturæ, alias fuisse quæ urbicariæ itidem ac suburbicariæ tum Regiones, tum Provinciæ appellarentur, exploratum habemus, Conjectorique, qui hoc videre non potuerit, E σιχασταὶ suam defuisse scimus. Quod ut ordine ostendamus, meminisse oportet Vicarios Præfecti præt. in Italia duos fuisse, Vicarium urbis Romæ, & Vicarium Italiæ. Vicarii urbis Romæ sedem Romam fuisse compertum est: Vicarii Italiæ statio Mediolanum, ut ex Paulino presbytero in Ambrosii vita intelligimus, & ex Marcellino libro rerum gestarum XXVII. cum de tribus apparitoribus potestatis Vicariæ per Italiam Valentiniani jussu cæsis agit, & Mediolani locum ubi sepulti sunt, Ad innocentes appellari scribit. Inter hosce duos Vicarios divisæ omnes Italiæ regiones ac Provinciæ fuerunt, hoc discrimine appellationis, quod quæ sub Vicario erant Italiæ, præcipuo titulo Italiæ re-

giones & Provinciæ vocabantur: reliquæ urbicariæ, & suburbicariæ, quia in Vicaril urbis erant potestate. Quænam autem hæ fuerint, quæ Urbanæ vicariæ parerent, indicat Notitia his verbis: *Sub dispositione V. S. Vicarii urbis Romæ Provinciæ infra scriptæ. Consularis Campaniæ, Tusciæ & Umbriæ. Piceni suburbicarii, Siciliæ. Correctar Apuliæ & Calabriæ, Brutiorum & Lucaniæ. Præsides Samnii, Sardiniæ, Corsicæ, Valeriæ.* Quæ porro ad Vicarium Italiæ spectaeint, non docet Notitia, quam hac parte aliisque mutilam habemus: sed ex urbicariarum catalogo facile est septem reliquas intelligere, Venetiam & Istriam, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam & Picenum annonarium, Alpes Cottias, Rætiam primam, Rætiam secundam. Hæ igitur sub dispositione Vicarii Italiæ fuerunt. Ideo enim de reparatione, verbi gratia, pontis Liquentiæ ad Carasronium Vicarium Italiæ scripta est lex II. Cod. Theod. *Ne opera a conlatoribus exigantur*, quia pons hic in Venetiæ Provincia erat, quæ ab Italiæ Vicario regebatur. At Honorius de pastoribus Valeriæ & Piceni, quibus equorum usum indulgebat, ad Benignum Vicarium urbis Romæ ideo scribit L. V. Cod. Theod. *Quibus equorum usu*, quia Picenum & Valeria, ut vidimus, in Vicariæ urbanæ Provinciis censebantur. Nunc ergo Urbicarias regiones, & suburbicarias appellari eas consuesse, quæ urbis Vicario parerent, Valentiniani sane Cod. eodem lex tertia declarat, in qua per urbicarias regiones inhibitum a se usum equorum scribit, quem per Apuliam & Calabriam, per Brutios, & Lucaniam, atque Samnium vetuerat, quæ omnes Provinciæ erant Vicarii urbis. Declarat & Valentiniani ejusdem rescriptum de Ursicini exilio ad Maximinum Vicarium urbis, quod Annalibus Ecclesiasticis ad annum Christi CCCLXXI. insertum est, in quo suburbicariis illum regionibus præfuisse disertis verbis significat.

Quo etiam fit, ut in lege IX. Cod. Theod. *De annonis & tributis*, & in IX. item *De extraordinariis muneribus*, & si quæ sunt aliæ, in quibus Italia cum urbicariis regionibus comparatur, & ab eis distinguitur, urbicarias regiones de his omnibus accipiendas censeam, quæ a Vicario urbis administrabantur; Italiam autem non omnia complecti, quæ extra centesimum erant, ut visum est Conjectori: sed eas duntaxat Provincias, quæ in Vicarii Italiæ erant potestate. Nam ut Vicarius Italiæ nuncupabatur, qui hisce tantum regionibus præerat: sic Italiam peculiari jure dici oportuit hanc ejus Diœcesin, qua septem illæ Provinciæ includebantur. Quos sane fines, neque his ampliores, Italiæ dat Synodus Sardicensis, cum ab ea non solum Romam, sed Campaniam quoque, Calabriam, & Apuliam excludit in epistola ad Alexandrinos, apud Athanasium Apolog. II. pag. 588. ἡ ἁγία σύνοδος συναχθεῖσα ἀπὸ ῥώμης, καὶ ἰταλίας, καμπανίας, καλαβρίας, ἀπουλίας. Itemque Athanasius ipse in epistola ad Solitarios, pag. 640. de Episcopis qui cum ipso communicabant, ἀπό τε τῆς μεγάλης ῥώμης, καὶ τῆς ἰταλίας πάσης, καλαβρίας τε καὶ ἀπουλίας, καὶ καμπανίας, βρυττίας τε. *e magna Roma, Italiaque universa, ex Calabria, Apulia, Campania, Brutiis.* Eodemque sensu Italiæ quoque nomen usurpari a Symmacho videtur lib. VII. epist. CXXI. ad Patruvinum, & Italiæ civitates in dicta lege ad Catasronium. In distiebo etiam Græco, quod statuæ Cronii Eusebii Vicarii Italiæ olim adscriptum, sed corruptissime hactenus editum est:

A Ἰταλίης ἄρχοντα σαώτορα λαῶν,
Βουλὴ καὶ βασιλεὺς ... Εὐσεβίη.
id est,
Rectori Italiæ, servatori populorum,
Eusebia Princeps cum Patribus posuit.

Hæsitque postea ejusce appellationis vestigium in regno Italiæ, quod iisdem ferme finibus continebatur. Quid jam hic homine facias, qui Vicarii urbis jura centesimo lapide terminet; Vicarii contra Italiæ Diœcesin ab Alpibus ad Siciliam usque porrigat, & toto passim capite multis modis allucinetur?

Caput V.

B *Suburbicariarum numerum male colligi ex l. 1. Cod. Theod.* De calcis coctoribus. *Latium novum Provinciam per se non fecit. Ridicula Piceni Chorographia Conjectoris. Spoletum urbs Umbriæ, non Piceni.*

De suburbicariarum Regionum finibus hactenus: nunc earum numerum & nomina persequitur, quatuorque esse docet, Tusciam suburbicariam, Picenum suburbicarium, Latium vetus, Latium novum. quo ausu, qua fiducia, quis dicat? Non puto Chimæram ipsam poeta-
C rum commentitiam magis videri posse, quam absurda & aliena sunt, quæ hoc capite continentur. Primum enim quis risum teneat, cum audit quatuor suburbicarias Regiones ideo statui, quia in lege 1. Cod. Theod. *De calcis coctoribus*, quatuor regionum fit mentio, unde calx Romam vehebatur? quasi regiones aliæ, quæ alia urbi subministrarent, esse non potuerint, aut cur de regionum in ea lege nominibus illi potius credamus, quam Vido Pancirolo, qui Umbros, Picentes, Campanos, & Tuscos interpretatus est? Etenim cum in lege III. tituli ejusdem Terracinenses inter eos numerentur, qui calcis canonem præstabant, & Terra-
D cinam in Campania provincia fuisse, vel Symmachi verba declarent, lib. X. ep. LIII. quibus Lupum Campaniæ Consularem Terracinensium angustias sublevasse testatur, erret necesse est, qui ex hoc regionum numero Campanos excludat. At Conjector Terracinenses non Campaniæ, sed Latio novo adscribit. Quod dum facit, in uno bis peccat: tum quod Latium novum seorsim provinciam facit: tum quod Terracinenses Campaniæ subducit. Nam Augusti quidem ætate, cum ad Latium vetus, quod Tiberi & Circeiis claudebatur, pars altera Circeios ad Lirim amnem adjecta est, non eo factum ut Latii regio
E duplex esset, veteris ac novi, ut illi videtur; sed noica utriusque fuit, quæ Campaniam simul etiam complexa *Latiam* appellabatur, prima ex XI. regionibus in quas Augustus Italiam omnem Plinio teste distribuit. Post tempora vero Constantini, quando Italiæ provinciæ plures factæ sunt, & Latium hoc in duas divisum, tum Latii pars illa in qua est Terracina, & quam Latium novum vocat, non jam Latio, sed Campaniæ attributa est. quod & Symmachi superior locus, & aliorum plurimi ostendunt. Quare eximat licet ex suburbicariarum numero Latium novum, quod distinctam ab aliis provinciam nunquam fecit: & gloriari desinat a se id observatum, quod necdum a quoquam notatum fuerit. Cur enim debuit quod falsum erat a quoquam doceri?

Ceterum levia & ludiera sunt ista præ iis quæ de Piceno suburbicario delirat. Cum enim Piceni regionem totam, aut pene totam, ultra centesimum ab urbe lapidem sitam videret: Suburbicarias autem regiones omnes intra centesimum fuisse sibi, ut dictum est, persuasisset: rationem acutus homo excogitavit, qua Picenum intra eos fines cancellosque redigeret. Quo pacto? Umbriam suis sedibus summovit, Picenumque novum in media Umbria collocavit. Quis jam divino Conjectori de Provinciarum numero & situ reluctari velit, cum illum videat & novas pro arbitrio condere, & veteres suis locis movere! Quid ergo? Cum Plinius lib. III. Umbriam Italiæ quintam regionem fuisse doceat, Picenum sextam, nullumne inter ambas discrimen statuemus? Cumque Spoletinos Plinius idem in Umbriæ populis nominet: ac σπολήτιον τῆς ὀμβρικῆς Strabo lib. V. σπολήτιον πόλιν Ptolomæus vocet, Hannibalemque Livius lib. XXII. cum per Umbriam Spoletum venisset, obsesso frustra oppido, inde in agrum Picenum avertisse iter scribat: Conjectori tamen licebit adversus omnium scriptorum fidem Spoletium non Umbriæ, sed Piceni urbem, & quidem metropolim affirmare? Atqui si aliis de Spoletio non credebat, Spoletinos ipsos de se testantes audire debuit, qui L. Aproniano Correctori Tusciæ & Umbriæ, ut patriæ suæ moderatori, statuam olim posuerunt, cujus apud Janum Gruterum extat Inscriptio pag. CCCCXXVI. n. 7.

L. TURCIO APRONIANO V. C. FILIO L. TURCI APRONIANI V. C. PRÆFECTI URBIS NEPOTI
L. TURCI SECUNDI C. V. CONSULIS QUÆSTORI PRÆTORI QUINDECEM VIRO SACRIS FACIUNDIS. CORRECTORI TUSCIÆ ET UMBRIÆ OMNI VIRTUTE PRÆSTANTI STATUAM EX ÆRE ORDO SPOLETINORUM AD MEMORIAM PERPETUI NOMINIS CONLOCAVIT.

Atenim suffragatorem sententiæ suæ invenit Balbum agrimensorem, qui Spoletinum agrum in Provincia Piceni agnoscere videatur: & legem V. Codic. Theod. *De medicis & professoribus*. quam Spoletio acceptam notat subscriptio. Quid tum vero! Cum inscriptione lex illa careat, unde liquet ad Consularem Piceni potius datam esse, quam ad Umbriæ Correctorem? Et tamen Spoletium ais Piceni suburbicarii metropolim hac lege ostendi. Apud Balbum vero, pro Spoletino Pollentinum legi oportere si dixero, quid oppones? Nam Pollentinus quidem ager in Piceno fuit, Spoletinus non item. Quod si Spoletium in Piceno tecum esse vult Balbus, tecum errat, & finium regundorum pessimus est magister. Verum erroris tui fons & caput, quod Picenum suburbicarium ad Præfecturam urbanam pertinere, atque intra ejus fines quovis pignore collocandum putasti. Nos, qui Picenum hoc suburbicarium ex eo dictum censemus, quod urbis Vicario subesset, cum Annonarium a Vicario Italiæ regeretur; nec Balbi testimonio, nec legis mutilæ auctoritate indigemus. Tu quoque, si tibi quod verum est suboluisset, Umbriam, ni fallor, & Picenum suis in sedibus reliquisses,

A

CAPUT VI.

Baronius a Conjectoris reprehensione defenditur.

POst hæc tanquam re bene gesta exultat miles gloriosus, & arma jactans hostem petit quem debellet. Baronium denique Cardinalem aggreditur, atque ἀσυλλογισίας illum, & κρύψεως insimulat. Non novum, neque hoc sæculo natum eorum est vitium, qui magnorum virorum obtrectatione famam quærant. Ita demum aliquod in literis nomen se consecutos putant, si Baronium, Bellarminum aut alios

B

immortalis gloriæ viros maligno dente perstrinxerint. Ingrati homines, qui cum sine vitio ipsi nihil scribant, in iis, quorum eximiis lucubrationibus quotidie proficiunt, nævum, si quis sit, ferre nolint: stulti, qui nobis fucum his artibus se facere posse arbitrentur. Sed quænam hæc tandem est ἀσυλλογισία Baronii? Quia ex legibus, quæ urbicarias regiones ab Italia separant, aliquas illarum extra Italiam esse conclusit, cum de omnibus concludi deberet. Quasi vero Picenum & Tusciam, quas Urbicarias nominatim dici meminerat, extra Italiam omnem ponere licuerit. Nam quæro ex te: si Italia nunc angustius accipitur pro ea tantum

C

parte, quæ Vicario Italiæ paruit, ut capite IV. dictum est: nunc latius pro ea quam intelligere vulgo solemus, cum Italiæ nomen audimus: Urbicarias autem regiones in priore illa Italia non fuisse, in posteriore fuisse, in confesso est: si hoc sensu Baronius & in Italia, & extra Italiam Urbicarias dici & fuisse sensit, quis reprehendet! At Siciliam inter urbicarias numerare non debuit. Immo debuit: cum inter eas quas Vicarius urbis regebat, unde urbicariis nomen, Sicilia numeretur. quæ ipsa tamen in lege IX. Cod. Theod. *De extraordinariis muneribus*, ab urbicariis sejungitur, non quod urbicaria ipsa non esset, sed quia de fundis patrimonialibus & emphyteuticariis quæstio

D

erat; quibus curandis peculiares erant in Sicilia Rationales, ut ex Imperii notitia liquet, atque e lege unica Constantini Cod. Theod. *De communi dividundo*, ad Gerulum Rationalem trium Provinciarum, hoc est, ut ego sentio, Siciliæ, Sardiniæ, Corsicæ. Magni enim refert in Legibus interpretandis, videre non solum a quo, & quo tempore, verum etiam ad quos, & quibus de rebus scriptæ sint: quod qui negligant, eos errare identidem & labi necesse est. Jam vero quod de Urbicarii etiam nomi-

E

ne argutaris, Africæ, remotisque provinciis convenire non posse: in eo ipso quam frustra Criticum agas, facile esset ostendere, si has in legibus Urbicarias dici contenderem. Sed hunc ego funem non duco. Tu Baronium in urbicariarum finibus designandis tibi sugillandum non esse memineris: quos si ampliores ille, quam par erat, descripsit, tu non minore culpa angustiores fecisti. Cave autem in nullius fuci fraudisve homine κρύψιν ullam suspicere, quam certam & apertam in te omnes notant; & quanta ea sit, quo tot cuniculis & ambagibus pervenire studeas, altera mox Diatriba patefaciet.

CENSURA
DISSERTATIONIS SECUNDÆ
DE ECCLESIIS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Episcopi Romani Diœcesis una specialis, altera universalis, illa certos in Ecclesia fines habet, hæc nullos. Hincmari, Ambrosii, Valentiniani testimonia, Reliquorum Episcoporum dispar ratio.

A Diutriba ast ulteru da Suburbicariis Ecclesiis. De quibus ne auspicatius differera incipeset, quam de Suburbicariis regionibus disputarat, sui se similem statim ostendit. Toto enim hoc capite vel errat, vel impooit, fucumque suo mora aut facit, uut patitur. Primus ud coercendam Pontificis maximi administrationem producitur Hincmarus, qui specialem illi Diœcesin udsignet, extra quam proinda jus illi ac potestas sit nulla. Diœcesin porro illam ab Hincmaro dici affirmat, quæ suburbicarias Rufini Ecclesias complectatur. Sed de Rufini sententia nos postea viderimus: nunc Hincmari verba expendamus. quæ u Correctore quidem truncu & mutila hoc modo recitantur: *Sancta Romana Ecclesia plures metropolitanas in sua speciali Diœcesi habet. Similiter & Alexandrina Ecclesia in sua* B *Diœcesi*, &c. apud Hincmarum antem epist. VI. c. 4. sic hubent: *Sancta Ramaua Ecclesia, cui sollicituda omaium Ecclesiarum iu B. Petro principe Apostolorum est cammissa, plures Metrapolitauas in sua speciali Diœcesi habet. Similiter & Alexandrina Ecclesia in sua Diœcesi. Sed & Antiocheua sedes uaanullos Metropolitauos iu sua Diœcesi habet*. Quis hic hominis indolem non stupeat, qui paulo anta Baronium, quanquam falso, ἀφελῶς insimulabat, cum nunc vitiato Hincmari textu: in tam aperta fraudis suæ dissimulusione deprehendi? Verum has ego tcebnas nihil mosor. Solenne id vitinm est omnibus qui Se- C dem Apostolicam lacessunt. nec aliis certe, quam truncatis, corruptis, pravumqua in sensum detortis testimoniis oppugnari veritas potest. Stuporem ejus potius, & ἀβλεψίαν demiror, qui non senserit, boc Hincmari testimonio, quod adversus Pontificem compararat, nullum ad ejus in Ecclesiam universam auctoritatem confirmandam adferri luculentius potuisse. Etenim quis non videat duplicem ab Hincmaro Pontificis Romani Diœcesin distingui? Specialem unam, quæ certis finibus contineatnr: ulteram universalem, quæ nullis finibus circumscribatur, sed omnea ubiqua terrarum Ecclesias comprebendat? Nam abs re profecto non est, quod Hincmarus, cum specialem Ecclesiæ Romanæ Diœcesin sæpius D memoret, specialem Alexandrinæ vel Antiochenæ nusquam dicat: quia nimirum Alexandrino atqua Antiocheno Putriarchis sua cuiqua una erat Diœcesis, extra quam potestas illis nulla. ut Romano Pontifici, præter specialem Diœcesin, altera est universalis. Speciulem ergo Ecclesiæ Romanæ Diœcesin cum Alexandrinu & Antiochena jure componit: quod & harum singulæ, atque illa pariter, plures habeant Metropolitanos. At cum universali sedis Apostolicæ Diœcesi nulla usquam componi aut conferri queat: quia uni Petro, ejusque in eo succes-

A soribus, omnium Ecclesiarnm cura commissa est. Sedes, inquam, Apostolica nnu est, *cui*, ut ait idem Hincmarus cap. 5. *sollicituda & prælatio amnium Ecclesiarum iu primatu est S. Petri collata*. Ob banc itaqua universalis Diœcesis udministrutionem totius orbis Romani caput Romunam Ecclesiam dixit Ambrosius in epistola, quam Concilii Aquileiensis nommine ad Imperatores scripsit. Ob banc eandem universitatis, boc est Ecclesiarum universarum rectorem Romanum Pontificem appellat Valentinianus III. Novella da Episcoporum ordinatione. *Tunc demum*, inquit, *Ecclesiarum pax ubique servabitur, si rectorem suum agaoscat universitas*. Er audet tumen post B hæc omnia Conjector, non modo amplissimum uliquem Patriarcham, uut Primatem, sed Episcopos omnes cum Romanæ sedis Pontifice contendere. quia, *alim*, inquit, *Episcapi singuli, præter specialem Diœceseos suæ sollicitudinem, uaiversalem etiam Ecclesiam sua quadam mada curabant*. Quonam modo? Dic tu, quæso. nam tuus ille, a quo hæc hausisti, hariolarii desiir. Quænam istu olim fuit Ecclesiæ per singulos Episcopos procuratio? Etenim si ullam tum in Ecclesia perturbationem & ἀταξίαν fuisse censes, ut Episcopo cuique in ulienos fines uc jura involare fas esset, erras. quid enim ab antiquis Ecclesiæ moribus magis alienum? quid Ecclesiasticiu legibus ac regulis severios interdictum? Sin hoc C in more fuisse vis, ut Episcopi suas quique Diœceses curarent: tum si quid uspiam extra aarum fines animadverterent, quod corrigi, caverive oporteset; de eo quoniam ipsis in alienu Diœcesi jus nullum esset, vel ad Diœcesis illius Episcopum, cujus intererat, vel ad Provinciæ Metropolitunum, aut Primatem, vel ad ipsum, si ejus opem res posceret, sedis Apostolicæ Antistitem referrent. quo more Cyprianum ex Africu de Marciano Arelatensi Novatiani sectatore, ad Srephanum Papam; & Cyrillum ab Ægypro da Nestorio Constantinopoli hæresin facientem ad Cælestinum retulisse non ignoras. Si hoc, inquam, more usos contendis, recte censes. Hoc enim est, quod in Athanasio magno laudat Basilius epist. D 52. parem illi Ecclesiarum omnium curam fuisse, ac propriæ. ἀλλ' ἡ μέριμνά σοι πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν τοσαύτη, ὅση καὶ τῆς ἰδίας παρὰ τοῦ κοινοῦ δεσπότου ἡμῶν ἐμπεπιστευμένης ἐστί. Sed quid opus erat ut hæc doceres, ad prima nos Ecclesiæ tempora revocare, cum mos idem in Ecclesia nunc maneat nullisque sit unquam sæculis intermissus? immo vero quorsum hæc abs te, nisi ut tuo te gladio confoderes, commemorari par fuit; cum vel ad discriminu diversorum inter Episcopos ordinum ac potestatum, vel ad supremam sedis Apostolicæ auctoritatem, diffusamque (quod negas) per totum orbem ejus Diœcesin comprobandam,

nullum his certius debeat argumentum desiderari? Quare, aut desine cum Pontifice Romano aliorum Episcoporum curam administrationemque componere: aut doce, ad alium unquam Episcopum totius Ecclesiæ causas fuisse delatas, alii omnium Ecclesiarum sollicitudinem fuisse commissam, alium totius orbis caput & universitatis Rectorem olim fuisse appellatum.

C A P U T II.

Ecclesiæ Romanæ primatus unde. in Synodo Nicæna confirmatus. Valentiniani Novella exposita. Ecclesiasticæ dignitates an cum civilibus mutentur. Græcorum ambitio repressa.

QUi Ecclesiæ Romanæ primatum detrahere non poterat, de primatus origine cavillatur. Negat hunc Petri merito & successioni deberi, ex urbis ipsius dignitate ac prærogativa natum videri vult. Olim ait Episcopos honoris sui gradum in Ecclesia juxta civitatum, quibus præsidebant, digoitatem esse sortitos. Ita Romano, quud Romæ præesset, primas fuisse tributas. Constantinopolitano, postquam Constantinopolis nova Roma facta est, secundas obtigisse. Quid ergo, Conjector? Etiamne Petrum censes Romanæ urbis dignitati cathedræ suæ prærogativam debuisse? Erras. Apostolorum ille princeps, cui Christus, ut Chrysostomi Homilia I. de Pœnitentia verbis utar, *τὴν ἐπιστασίαν τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας ἐνεχείρισε*, *Ecclesiæ præfecturam toto orbe diffusam commisit*, primatus sui honorem Romam intulit, a Roma non accepit. Nisi forte adeo stupidi sumus, ut credamus, Petrum Antiochiæ, priusquam Romam veniret, Ecclesiæ caput non fuisse. Quod si revera primatum a Petro Ecclesia Romana suscepit, quo jure Valentiniano in Novella id affirmanti succenses? *Cum sedis*, ait, *Apostolicæ primatum, sancti Petri meritum, qui Princeps est episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas civitatis, sacræ etiam Synodi firmarit auctoritas*. Quia causam, inquis, istam Synodus Constantinopolitana & Calchedonensis non commemorant. An igitur, quia ejus non meminerunt, ideo inficiatæ sunt? Quid si hanc ipsam Synodus Nicæna secuta est, cum Romani Pontificis primatum auctoritate sua comprobavit? Nam quod in Novella, sacræ Synodi nomine, non Nicænam, sed Constantinopolitanam intelligendam putas, & hoc obiter notandum censuisti; errorem profecto atque inscitiam tuam obiter indicasti. De primatu siquidem Episcopi Romani Synodus Constantinopolitana nihil sanxit. hoc unum canone III. statuit, ut Constantinopolitanus secundum a Romano locum obtineret. Primum ergo locum Romano Nicæna jam Synodus firmarat, quæ sola antecessit. Quare de illa haud dubie loquitur Valentinianus: deque eadem & Synodus Calchedonensis, cum de primatu eodem agit, in illo ipso can. XXVIII. quem citasti, adeo quæ scribis parum consideras. Canonis verba relege, & agnosces distingui a Synodo patres, qui antiquæ Romæ Antistiti primatum tribuerant, a centum quinquaginta, hoc est a Synodi Constantinopolitanæ Episcopis, qui de novæ Romæ privilegiis postea decreverunt. Quinam autem priores illi patres alii, quam Nicæni? De primatu ergo sedis Romanæ Synodum Nicænam aliquid sanxisse fatendum est. Cumque in canone VI. Nicæno, ut quidem nunc legitur, nulla primatus fit mentio; sequitur profecto, quod ut obiter quoque notes suadeo, ejus canonis aliam olim, vel Synodi Calchedonensis argumento fuisse lectionem, quæ primatus mentionem contineret.

Nunc redeo ad Novelam Valentiniani, quæ dum sedis Apostolicæ primatum S. Petri merito adscribit, veram hac genuinam causam prodit. Hanc enim & Patres Nicænos spectasse, auctor est Synodus Romana Felicis III. & Nicæni ipsi Canones ex Arabicis versi docent numero XXXIX. Nec de nihilo tamen illa urbis dignitatem, Synodique auctoritatem commemorat: quoniam etsi primatum neutra contulit, utraque firmavit. Synodus enim quodnam caput haberet Ecclesia declaravit: urbis dignitas capiti splendorem auctoritatemque adjecit. Quapropter desine tandem Ecclesiæ Romanæ prærogativam ex urbis majestate ortam jactare, tibique in ea re de secundæ quartæque Synodi canonibus illis blandiri, quibus jam olim, velut furtivis, subdititiisque reclamatum fuisse non ignoras. Desine rursum ejusdem Synodi quartæ canonem XVII. obtendere, ut doceas, vel divisis jure civili provinciis, vel nova dignitate auctis civitatibus, divisas pariter Episcoporum, qui in iis erant vel auctas fuisse dignitates. Fuerit sane Græcorum ista levitas, vel ambitio: licueritque his artibus Constantinopolitano Episcopo Alexandrinum Antiochenumque de gradu suo dejicere, ac Romano vel proximum affectare, vel parem. Quid parem dico? Superiorem etiam prostrato urbis imperio, cum sola regnaret Constantinopolis, sperare ausus est, nisi Phocas Imp. frænum injecisset, Romanæque Ecclesiæ prærogativam agnoscere ac revereri coegisset. Quem vos propterea principem Romani primatus auctorem dicere soleris: nos Constantinopolitanæ vanitatis vindicem, castigatoremque appellamus. Scimus porro, quemadmodum sapienti olim consilio factum est, ut in constituendis Ecclesiasticarum dignitatum gradibus aliqua civilium dignitatum ratio haberetur; ut quibus fere in locis maximi erant magistratus, in iisdem summi quoque Antistites essent: ita nec observatam in omnibus hanc similitudinem fuisse, nec vero observari potuisse: & constituta semel, stabilitaque Ecclesiasticæ hierarchiæ disciplina, non placuisse deinceps illam ad civilium honorum mobilitatem temere mutari. Hoc enim, ne ab auctoribus tuis discedam, & post Synodum Calchedonensem docuit Gelasius ad Episcopos Dardaniæ: & Synodi ipsius temporibus Leo magnus ad Martianum Aug. & ante Synodum annis amplius XL. Innocentius Alexandro Antiocheno Episcopo rescripsit. quem tu tamen, pudendo lapsu, post Synodum, & contra Synodi placita scripsisse nugaris: ut tam malam te Chronologum in hac dissertatione probes, quam pessimum te Chorographum in altera docuisti.

Caput III.

Specialem Episcopi Romani Diœcesin male cum Præfectura urbana comparari. In ea Occidentem universum Græcorum confessione contineri. Πενταύρυφος *Ecclesia. Pontifex* κεφαλῶν κεφαλή.

HActenus scenæ præludia fuerunt: nunc fabulam ipsam aggreditur, & Diœcesis Romanæ fines tandem describit, quibus tota Pontificis maximi administratio coerceatur. Quosnam illos? Eos ipsos qui Præfecti urbis fuerant, intra centesimum videlicet ab urbe lapidem. In B hunc gyrum tanquam in insulam, redactus Pontifex, hoc brevi spatio auctoritatem suam definiat necesse est, aut alienos fines usurpare convincatur. Hæc nimirum palmaris de Pontifice victoria est, hæc laurea triumphi. propter hanc & Piceni antea fines movebantur, & ridiculæ fictitiæque Provinciæ intra centesimum lapidem creabantur, ut Provinciarum numero Pontificia Diœcesis non careret. Ceterum Conjectoris de Diœcesis Romanæ finibus auctoritatem quis defugiat, cum ex Synodi Nicænæ canone hos eliciat? Synodus inquit, Alexandrinum Episcopum cum Romano comparat, juberque ut Alexandrinus totam Ægypti Diœcesin sub potestate habeat: quandoquidem Romanus pari more C suam integram regat. Esto hæc Synodi sententia; nunc enim non dispnto. quid inde? Alexandrini, inquit, Episcopi Diœcesis, Præfecti Augustalis Diœcesin penitus æquabat: utraque enim Ægyptiacas omnes provincias amplexa est. ergo & Romani Pontificis Diœcesis cum Præfecti urbis Diœcesi æqualis fuit. O præclaram argumentandi rationem! o divini acumen ingenii! Quid si ego contra sic differam? Alexandrinum Episcopum, quia ejus Diœcesis eosdem ac Præfectiana Diœcesis terminos habuit, cum Præfecto Ægypti comparari recte posse; Episcopum urbis, quod multo ampliorem, quam Præfectura urbis Diœcesim regat, cum Præfecto urbis com- D poni nullo modo posse? Quæso te, Præfecti Augustalis, aut Præfecti urbis ullamne Synodus in illa comparatione mentionem fecit? Nulla, opinor: sed tota tua est hujus conjecturæ divinatio. Quæro igitur, si Episcopi Romani Diœcesim cum Præfecti urbis Diœcesi æquandam censes? an non idem novæ Romæ Antistitis, & urbis ejusdem Præfecti, hoc est utriusque diœcesis erit judicium, ut iisdem utraque finibus terminetur? Omnino causæ nihil est, cur dispar ratio censeatur. Atqui Patriarchæ Constantinopolitani administratio, ut Synodi Calchedonensis canon XXVIII. nos docet, tres integras E Diœceses, Asianam, Ponticam, & Thraciam complexa est, nedum ut unius Præfecturæ urbanæ finibus intra centesimum lapidem clauderetur. Cur ergo tam iniquus es Romano Episcopo, ut illum angustos Præfecturæ limites egredi non sinas.

Sed abutar otio, si omnes ineptias tuas persequi velim. Specialis Episcopi Rom. Diœcesis, si verum audire vis, universus Occidens fuit. Quid contrahis frontem, & tanquam in re ignota dissimulas? Zonaram audi ad Synodi Nicænæ canonem VI. & vide quanto is fidelius ac peritius quam tu antiquum Ecclesiæ morem exponat. Τὸν ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον δεσπόζειν τῶν ἐν αἰγύπτῳ καὶ λιβύῃ καὶ πενταπόλει ἀρχῶν. ὡς τὸν ἀντιο- A χείας τῶν αὐτῷ ὑποκειμένων ἐπαρχιῶν, Συρίας δηλαδή, καὶ κοίλης Συρίας, καὶ Κιλικίας ἑκατέρας, καὶ Μεσοποταμίας, καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους τῶν ὑπ' αὐτοὺς ἐξουσιάζειν χωρῶν· καθὼς καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ προεδρεύοντι τῶν Ἑσπερίων ἄρχειν ἔθος ἐκράτησε. *Alexandrinum igitur Episcopum iis qui in Ægypto, Libya, ac Pentapoli sunt præsidere jubet: Antiochenum subjectis sibi Provinciis: Syriæ nimirum Cœlesyriæ, Ciliciæ utrique, Mesopotamiæ: ac alios Episcopos suis quemque regionibus præesse, quemadmodum & Ecclesiæ Romanæ Antistes ut Occidentales provincias regat mos obtinuit.* Adderem huic Theodorum Balsamonem, & reliquos ejusdem canonis Græcos interpretes, nisi supervacaneum esset, cum idem omnes dicant, singulorum verba recensere. Leonem vero Sapientem non prætetibo, a quo hoc amplius di- B scere potes, quod multorum quidem Pontificum Epistolæ declarant, sed ab his tibi ægrum sis persuaderi, quam late fusa hæc, quam Romanæ Ecclesiæ fuisse dicimus, Occidentis Diœcesis fuerit, ut quæ multas etiam Macedoniæ, Epiri, Achaiæ, Peloponnesi Metropoles contineret, quæ inde avulsæ ad Constantinopolitanam postea sedem translatæ sint. sic enim scribit in Diatyposi, seu notitia Episcoporum qui Patriarchæ Constantinopolitano parebant: Οἱ ἀποσπασθέντες ἐκ τῆς ῥωμαϊκῆς διοικήσεως, καὶ νῦν τελοῦντες ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως μητροπολῖται· ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Κορίνθου, ὁ Νικοπόλεως, ὁ Ἀθηνῶν, ὁ Πατρῶν. *Avulsi a Diœcesi Romana, jamque throno Con-* C *stantinopolitano subjecti Metropolitani, Thessalonicensis, Corinthius, Nicopolitanus, Atheniensis, Patrensis.* Vides ut avulsas a Diœcesi Romana tot provincias non dissimulet? In ea igitur antea fuerant. Atque has videlicet provincias repetebat Hadrianus Pontifex epistola 1. ad Constantinum & Irenem Impp. cum Episcoporum, Archiepiscoporumve consecrationes, quæ olitana, ut loquitur, traditione Romanæ fuerant Diœcesis, Romanæ Ecclesiæ restitui postularet. Easdem reposcebat & Nicolaus epistola VIII. ad Michaelem Imp. cum Thessalonicensem Episcopum sedis Apostolicæ vices per Epirum veterem, Epirumque novam, atque Illyricum, Macedoniam, Thessaliam, A- D chaiam, Daciam ripensem, Daciamque mediterraneam, Mœsiam, Dardaniam, & Prævalim agere antiquo more solitum ostenderet, doceretque antecessores suos omnes illas oras sacris dispositionibus institutisque temperasse. ut post tam illustre documentum, quoadusque se per Orientis quoque Imperium Diœcesis Romana porrexerit, obscurum esse non possit. Sed Pontificum hac in re jam parco testimoniis, ne tibi stomachum moveant. Quid Hieronymus in ea quam laudas ad Marcum presbyterum epistola, cum ita scribit: *Hæreticum me cum Occidente, hæreticum* E *me cum Ægypto, hoc est cum Damaso, Petroque condemnant*, quid aliud intelligi voluit, quam ut Petri Alexandrini Ægyptum, sic Damasi Episcopi Romani Diœcesin fuisse Occidentem? Specialis ergo, & patriarchalis, ut ita dicam, Episcopi Romani Diœcesis Occidens fuit, quatenus is Patriarcha erat; quo nomine cum Alexandrino, atque Antiocheno in Nicænæ Synodi canone comparatur. Ob hanc etiam specialem ejus Diœcesim, quia Patriarchæ omnino erant quinque, in quos Christiani orbis Ecclesiæ omnes distribuebantur, Ecclesia ipsa πενταχόρυφος, quasi quinque capitum, seu πενταχόρυφον κράτος τῆς ἐκκλησίας, a Theodoro Studita dicitur, lib. 2 epistola 129. ad Leonem sacellarium; quia suæ quisque

quisque Diœcesis caput erant Patriarchæ. Sed quia Patriarcharum omnium caput & præsul est Pontifex Romanus, propterea in epistola ad Leonem III. τῶν ὅλων κεφαλῶν κεφαλὴ, omnium capitum caput ab eodem Theodoro appellatur, idemque ἀρχιποίμην τῆς ὑπ' οὐρανὸν ἐκκλησίας, universæ quæ sub cælo est Ecclesiæ princeps pastor: quia Episcopi Romani, ut Papa est, Diœcesis non Occidens, sed orbis est universus.

CAPUT IV.

Suburbicariæ a Rufino Ecclesiæ quæ dicantur. Canonis Nicæni vetus editio nova. Schismaticorum exilii lex certa non erat. Conjector Episcopi Romani Diœcesin a Provincia non distinxit.

QUam futilis & cassa fuerit Diœcesis Romanæ cum Præfectura urbana comparatio, ex iis quæ dicta sunt intelligi licuit: de hac tamen plaudit auctor ipse sibi, eamque novis argumentis stabilire conatur. Rufinus, inquit, lib. I. Historiæ Ecclesiasticæ cap. VI. Synodi Nicænæ canonem his verbis exponit: *Ut apud Alexandriam, & in urbe Roma vetusta consuetudo servetur, ut vel ille Ægypti, vel hic suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Ex quo quidem id effici posse putat, ut quoniam suburbicarias Ecclesias, quæ Romanam faciunt Diœcesim, eas a Rufino dici existimat, quæ in regionibus sint suburbicariis; suburbicarias autem regiones intra centesimum lapidem, hoc est in Præfecti urbis Diœcesi, omnes ante constituit; Episcopi Romani & Præfecti parem atque æquam fuisse Diœcesin consequatur. Quid hic mihi consilii futurum censes, Conjector? An ut Rufinum explodam, & suburbicariarum Ecclesiarum nomen ab eo fictum contendam? Non faciam. Tantum abest, ut suburbicarii vocem hoc loco respuam, ut nova tibi auctoritate confirmaturus sim antiquissimæ Nicænorum canonum editionis in Bibliotheca Vaticana, ubi sextum hunc, de quo agimus, hoc titulo & exordio conceptum memini. *De primatu Ecclesiæ Romanæ, & aliarum Civitatum Episcopis. Antiqui moris est, ut Episcopus urbis Romæ habeat principatum, ut suburbicaria loca, & omnem provinciam suam sollicitudine gubernet.* Nunc ergo animum adverte. Jam vides, ni fallor, aut dissidere ab se Interpretes istos, aut unum atque idem in explicanda Romanæ Diœcesis amplitudine voluisse. Dissidere, si quid sapis, non dices. Idem ergo voluere. Quare suburbicarias Ecclesias Rufinus cum dixit, omnes Ecclesias, quæ universa Ecclesiæ Romanæ Diœcesi, quam provinciam hic alter vocat, continentur, hoc est totius Occidentis Ecclesias, complexus est. At suburbicariæ, inquis, regiones aut provinciæ tam late non patent. Quid tum? Quam multa sunt ejusmodi vocabula, quæ pro rei adjunctæ modo significationem variant? Idemne Orientis sunt fines ac termini, cum Comitem Orientis audimus & cum Præfectum Prætorio Orientis? Eademne Asia, cum Proconsul Asiæ nominatur, & cum Vicarius Diœcesis Asianæ? Eademne Italia, quæ a Vicario Italiæ regitur, & quæ a Præfecto prætorio Italiæ administratur? Quod in his ergo aliisque sexcentis u-

A sus tulit, cur in suburbicariis quæ dicuntur idem non faciat; ut quemadmodum suburbicariæ regiones, tua quidem sententia, eæ dictæ sunt, quæ Præfecto urbis, ut ego interpretor, quæ Vicario parebant: ita suburbicariæ Ecclesiæ rite nominentur omnes, quæ in urbis Episcopi sint Diœcesi ac potestate? Itaque a Rufini deinceps verbis abstine, in quo aliud non es consecutus, quam ut illum non satis intellexisse videare.

Simile est quod de schismaticorum exilio argumentaris, solitos Romæ extra centesimum lapidem expelli: hos proinde Romani Episcopatus fines fuisse; quoniam eos qui Episcopatum aliquem turbarent, extra ejus fines relegari mos esset. Subtilis & acutus es profecto, ut ea investi-
B ges, quibus nobis risum moveas. Primum enim quis ferat, cum de Diœcesi Romana, quæ multas habeat provincias, sit sermo, a te nunc illam, ut rei servias, & Episcopatum, qui pars est Provinciæ, appellari, & cum privato quoque Episcopatu conferri! Deinde si ex schismaticorum exilio argumenta petenda sunt, Gratiani & Valentiniani AA. ad Aquilinum Vicarium urbis, de Ursicini, qui adversus Damasum schisma fecit, exilio rescriptum recognosce: *Ursicinum quidem Gallia coercet, & ne motus aliquos inquietus exerceat, cohibet Agrippinæ secessio. Isaacem remotus Hispaniæ angulus titulo damnationis inclusit.* Audis Ursicinum factionis caput in Galliam, al-
C terum in Hispaniam relegatos! Intelligis nimirum, nec certas schismaticorum exilii metas fuisse; nec ab his conjecturam de Romanæ Diœcesis terminis duci ullam posse: aut si qua ducenda est, causæ nihil esse, cur centesimo potius lapide, quam ultimis Galliæ, Hispaniæque finibus terminetur.

Frivolum igitur totum hoc argumentum: nec melioris est notæ, quod sequitur. Athanasium ais, in epistola ad solitariam vitam agentes, Episcopos Italiæ, Calabriæ, Apuliæ, & Campaniæ ab Episcopis urbis Romæ distinguere. Id eo fieri, quod & Italia proprie dicta, & aliæ omnes hæ provinciæ ultra centesimum la-
D pidem sitæ sint, ac proinde extra Romanam Diœcesim. Hic vero etiam fugit te acumen tuum. Quid enim? An non Athanasius idem in eadem epistola distinguit τάς τε ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκκλησίας, καὶ τὰς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύαις πάσας: *Ecclesias quæ Alexandriæ, quæque in Ægypto, & quæ in Libyis erant!* Attamen non propterea inficiabere, & Ægypti, & Libyæ utriusque Ecclesias Alexandriæ Diœcesis fuisse. Noli ergo dubitare, quin Italia, & Calabria, & Apulia, & Campania, tametsi alio nomine distinguerentur, partes singulæ fuerint Romanæ Diœcesis. Quo autem nomine distinguebantur? Provinciis. Alia enim erat Provincia Romana, cujus Metropolis urbs ipsa; alia Italiæ pro-
E vincia, cujus Metropolis Mediolanum; alia Campaniæ, cujus Metropolis Capua; alia Calabriæ, cujus Metropolis Rhegium, &c. sicut in Gallia nostra alia est Provincia Lugdunensis, alia Rotomagensis, alia Turonica, alia Senonia; quarum sua cuique est Metropolis; omnes autem in una sunt Diœcesi, cujus caput & primas est Antistes Lugdunensis. Et mirum est profecto, cum aliud Provinciam, aliud multarum provinciarum Diœcesim esse sciant omnes, tibi, qui tam multa, quorum in rebus nullum sit vestigium, tam acute odoreris, nondum tamen suboluisse, istam intra cente-

simum ab urbe lapidem Episcopi Romani Diœcesim quam vocas, non Romanam Diœcesim fuisse, sed Provinciam.

CAPUT V.

Provinciæ Metropolitanorum. Pontifex Romanus idem etiam Patriarcha, Primas, Metropolitanus, & Episcopus. Provinciæ Romanæ amplitudo. Conjectoris quadruplex error. Provincia Mediolanensis olim Italiæ dicta. Pontifex Italiæ Primas. Mediolanensis Episcopi an æqua cum Romano auctoritas.

AB hoc errore te in viam, si pateris, mox deducam, ostendamque peculiarem Ecclesiæ Romanæ Provinciam non solum quicquid intra centesimum lapidem erat, fuisse complexam, sed multo etiam longius fines olim suos protulisse. Provinciam autem Romanam eam dico, quam Pontifex non amplissima, qua toti Ecclesiæ præest, potestate, sed proprio Metropolitani jure administrat. Etenim cum Episcoporum in Ecclesia quatuor præcipui sint gradus, qui Synodi Calchedonensis can. IX. & XVII. designantur, Episcopi singularum civitatum, Metropolitæ Provinciarum, Primates seu Exarchi Diœceseon, & qui θρόνος, sive sedes proprie dictas regunt Patriarchæ: hos inter se gradus ita comparatos esse non ignoras, ut superior inferiorem semper complectatur. Nam qui Metropolitanus est Provinciæ, idem Episcopus est civitatis suæ; & qui Primas est Diœcesis, idem & Metropolitanus provinciæ suæ, & suæ item civitatis Episcopus, atque ita deinceps. Unde & Pontificem maximum, qui supremus omnium est apex, & κεφαλὴ κεφαλῶν, ut ex Theodoro audisti, eundem & Patriarcham esse, & Primatem, & Metropolitam, & Episcopum fateri necesse est. Episcopum quidem urbis Romæ, in qua presbyteros solus ordinet, & reliqua munia obeat Episcopi. Metropolitam vero Provinciæ Romanæ, in qua & Episcopos consecrare, & concilia convocare, & causarum appellationes excipere soleat, ceteraque præstare, quæ Metropolitanis in sua cuique Provincia communi jure conveniunt. non quod Pontifici extra Provinciam Romanam, ut quidem inepte garriunt, vel Episcopos initiare, vel Synodos indicere, vel judicia exercere non liceat: sed quod hæc solus in ea Provincia usitato Metropolitanorum more faciat, quæ in aliis extra ordinem, ut superioris ordinis Pontifex exequi solet. Satis ergo liquet, unde aut quænam Provincia Romana dicatur: restat ut quanta olim illa fuerit, & quos ad fines sese porrexerit, exploremus. In quo quidem labor est nullus, cum in promptu sit vetus Notitia Provinciarum Ecclesiasticarum, quæ cum ceteras omnes Ecclesiæ universæ Provincias tum Romanam primo loco describit, in eaque Episcopos enumerat supra sexagenos, qui suffraganei omnes fuerint Romani Pontificis, nulli alii Primati, vel Archiepiscopo subjecti. quo nomine Romani sæpe, aut Romanæ orbis, vel Ecclesiæ Episcopi a Latinis, οἱ ἀπὸ Ῥώμης, vel οἱ κατὰ Ῥώμην ἐπίσκοποι, a Græcis appellari solent, ut ab Eusebio lib. VII. Historiæ cap. XXIX. in mentione Aureliani Imp. & ab Athanasio in epistola ad solitarios, cum de iis Episcopis agit, quorum communione utebatur. Age nunc ergo, recense hanc Notitiam, & te illa non unius, sed multiplicis erroris tui admonebit. Primum enim ex ipso Provinciæ Romanæ titulo intelliges Provinciam illic unicam fuisse, ubi tu Diœcesim, hoc est multarum quas fingebas provinciarum complexionem augurabare. Deinde agnosces, opinor, frustra te annonarias regiones de Romanæ Ecclesiæ potestate subducere conatum, cum inter Provinciæ Romanæ Episcopos, hinc Florentiæ, hinc Fani Fortunæ Antistites numerari videris: quarum illa Tusciæ annonariæ, hæc Piceni annonarii, tuo quidem judicio, primariæ urbes fuerunt. Ad hæc frustra etiam in eo sudasse te senties, ut omnem Pontificis administrationem intra Præfecturæ urbanæ cancellos, hoc est intra centesimum concluderes: cum in hoc eodem Episcoporum albo hinc Lunensis, inde Ariminensis appareant; quorum uterque, ut ceteros omittam, ducentis fere passuum millibus Roma distant. Denique cum Episcoporum qui Provinciæ Romanæ adscribuntur, alios in Campania (Latina videlicet, non Capuana Felice) alios in Marsis, aut in Umbris, alios in Tuscia, Picenoque sitos Notitia declaret, quid apertius, quam ut in unica Ecclesiæ Romanæ Provincia multas civiles Provincias olim fuisse discas, falsumque adeo videri, quod tantopere contendebas, Ecclesiasticas formas civilibus aptari perpetuo, easque imitari & sequi consuesse?

Hæc, inquam, te omnia Provinciæ Romanæ Notitia docebit. Postremum vero istud discere etiam poteras ex Provincia Mediolanensi, quam vetus Ecclesiæ mos Provinciam Italiæ appellabat. Sic enim eam vocat prima Synodus Arelatensis in exemplaribus emendatis: *Ex Provincia Italia, civitate Medialanensi, Merocles Episcopus, Severus Diaconus.* & Ambrosius in epistola ad Episcopos Italiæ de SS. Vitale & Agricola: *Passi sunt in Civitate Bononiæ, Provincia Italiæ.* Nec in alium abs te sensum trahi debuit Athanasius in eadem epistola, cum Mediolanum τῆς Ἰταλίας μητρόπολιν nominat; nec Hieronymus in Chronico, cum post Auxentii mortem Mediolani Ambrosio constituto, omnem ad veram fidem Italiam conversam scribit. Italiam enim appellant solam Italiæ Provinciam, quæ Mediolanensi Episcopo parebat. Cujus sane Provinciæ non eosdem olim qui nunc sunt, sed multo ampliores terminos fuisse, ex una Eusebii Mediolanensis ad Leonem magnum Synodica perspici potest, in quacum inter Eusebii suffraganeos, non Liguriæ solum Episcopi, Ticinensis, Laudensis, Comensis, & reliqui: sed alii etiam vicinarum Provinciarum Præsules subscribunt, ut Regiensis, Placentinus, Brixiliensis ab Æmilia; Curiensis & Augustanus e Rætia; Taurinas, Dertonensis, Genuensis, aliique ex Alpibus Cottiis: liquet profecto, Mediolanensis tum Ecclesiæ Provinciam & latissime patuisse, & ex multis civilibus Provinciis conflatam fuisse. Omnino Romam inter & Mediolanum nulla olim Ecclesia Metropolis intercessit. Primus enim, ante annos ferme quingentos, Urbanus II. Provinciæ Romanæ spatia contraxit, Pisana nova Provincia intra ejus fines constituta. Quo

factum ut ab Innocentio III. cum de officio Vicarii agit, specialis Provincia Pontificis inter Capuanam Provinciam, & Pisanam sita dicatur, quam utique, si ante Urbanum scripsisset, inter Capuanam & Mediolanensem collocasset. Urbani porro exemplum secuti successores, alias quoque in his provinciis Metropoles & provincias erexere: in Romana Florentinam Martinus V. Senensem Pius II. Urbinatem Paulus III. Firmanam Xystus V. in Mediolanensi Genuensem Innocentius II. Taurinatem Xystus IV. & Leo X. Bononiensem Gregorius XIII. Verum hæc quæ longo post intervallo innovata sunt antiquis moribus nihil officiunt. Quare ut ad rem redeam, hoc olim commune fuit provinciæ Italiæ & Romanæ, quod utraque terrarum spatiis amplissima, multas civiles provincias complexa sit, quodque utrique suus fuerit Metropolitanus, huic Romanus Episcopus, illi Mediolanensis. Sed hoc inter eas discrimen, quod Mediolanensis Episcopi auctoritas omnis intra provinciæ suius fines constitit. At Romanus non solum provinciæ suæ Metropolitani jure præfuit: sed[a] idem etiam & suæ, hoc est Romanæ, & Mediolanensis, & Italicarum omnium provinciarum Primas fuit. Itaque Galliæ, Hispaniæ, Africæ Primates sæpe legere est, Italiæ vero nusquam: quia Italiæ universæ Primas est Pontifex. Ex quo, ni fallor, errorem quoque hic tuum animadvertis, qui Mediolanensis & Romani Episcoporum æquam auctoritatem ausus sis affirmare. Ac festivus plane homo es, cum Sulpitii Severi, ut hoc doceas, e secundo Historiæ sacræ libro verba laudas, quibus Damasi & Ambrosii Episcoporum summam ea tempestate auctoritatem fuisse narrat. Quid enim! an quod de illius ætatis Episcopis duobus a Severo scriptum est, id illorum Ecclesiis & cathedris, & quidem perpetuo convenire necesse est? Hoc nimirum argumento Ithacam Thessaliæ merito æquares: quoniam Achillis & Ulyssis inter Achivos bello Trojano summa laus fuit. Deinde si Mediolanensem Ecclesiam Ambrosii causa, viri sanctissimi & orthodoxi, Romanæ parem facis; an parem fuisse dices sub Auxentio, homine imperito, & Arianæ factionis signifero? En cor & jecur Dialectici, en acumen Conjectoris, propter quod illum doctissimis quibusque insultare, ac Baronio & Bellarmino Cardinalibus ἀσυλλογισίαν exprobare non pudeat.

Caput VI.

Canonem VI. Nicænum jure a Baronio & Bellarmino mutilum doceri, neque illis adversari Synodum Calchedonensem. an ulla in eo canone fiat Ecclesiarum comparatio, & quæ. Gratianus Canonum Collector, non Interpres, ut credidit Conjector.

Noli expectare, ut Baronii, Bellarminique, quos acerbius deinceps, atque indignis certe modis exagitas, patrocinium causamque

suscipiam. Defensione illi nostra non egent. Nec vero ea sunt eorum dicta vel scripta, quæ reformidare ingenii aut styli tui aciem debeant. Quid enim in illis tandem reprehendis? Quod mutilum, ut nunc extat, Nicænæ Synodi sextum canonem esse censeant, quodque Episcopi Romani morem, cujus in eo canone est mentio, aliter interpretentur. Atqui mutilum videri canonem, ut hinc exordiar, tametsi non probaret vetus illa editio, quam ceteris pleniorem ac sinceriorem superius ex codice Vaticano protulimus: tamen hanc certe partem, qua primatus Ecclesiæ Romanæ firmatur, in vulgatis editionibus desiderari docerent, tum Novella Valentiniani, tum Synodi Calchedonensis canon, de quo ibidem antea disseruimus. ut de Paschasino interim Leonis magni Legato nihil dicam, quem constat canonem Nicænum in eadem Synodo cum hac ipsa primatus mentione recitasse iis verbis, quæ nunc etiam Actione XVI. leguntur. ἡ ἐκκλησία ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα: *Ecclesia Romana semper habuit primatum*. sed Paschasino ais ab universa Synodo reclamatum, & falsi convictam fuisse canonis formulam, quam laudabat. Qua fronte, quæso, id jactas, aut nobis, quasi apertis oculis nihil videremus, sic illudis? Nam in Synodo quidem horum quæ dicis nullum est vestigium. Post formulam Paschasini, altera ex scrinio Constantinopolitano dissimilis recitata est: de neutra est pronuntiatum. Quod si æquis suffragiis disceptandum est, cum Romani & Græci de canonis formula discrepent, utris sententia tua potior fides? At Synodus, inquis, intercessionis Paschasini, formulæque ab eo productæ rationem non habuit: quia decretum de privilegiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ, cui ille repugnabat, ratum esse jussit. Ratum esse voluisse non diffitemur. Sed tu quoque Leoni, Occidentalibusque, qui Nicæni canonis auctoritatem violari nolebant, ratum illud nunquam fuisse non ignoras, ac si verum fateri vis, Græcos, cum sedem Constantinopolitanam Romanæ decreto suo æquare, atque Alexandrinæ & Antiochenæ præponere conati sunt, non minus suæ ipsorum, quam prolatæ a Pascasino formulæ adversatos esse non negabis.

Quare nihil habes in hoc capite quod merito reprehendas. Ne in altero quidem, in quo de pacili more, post symmystas tuos argutaris. Græca Synodi verba sunt: Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστι. In his exponendis antiqui variant Interpretes. Fuit qui verteret, *quia & mos urbis Romæ Episcopo parilis est*. alter hoc modo, *quia & urbis Romæ Episcopo similis mos est*. tertius, *quoniam & Romano Episcopo hæc est consuetudo*. quartus denique, *quoniam quidem & Romano Episcopo hoc idem moris est*. Quintum præterea, de quo semel atque iterum a nobis est actum; quoniam is Græca hæc verba non reddidit, & diversa lectione usus est. Cum igitur in commatis hujus explicatione ita versati sint veteres interpretes, ut alii comparationem Romanæ atque Alexandrinæ Ecclesiæ indiderint, alii sine comparatione expresserint: quid culpæ est in Bellarmino, si eos secutus est qui sine comparatione reddiderant, quibus Græca præsertim, quæ nullam comparationem continent, suffragari videbantur? Tibi, opinor, non placuit, Romanam ab

illo Ecclesiam præ Alexandrina evehi supra quam velles: cur illi placeat eandem abs te præter Synodi mentem deprimi, atque inferioribus æquari? Quod si comparatio in canonis verbis nulla est, quis illarum sensus aptior fingi queat, quam qui proditus est a Bellarmino; ut Alexandrinus Episcopus Ægypti provinciis omnibus præsit, quoniam ut has regat permitti ab Episcopo Romano jam olim soleat? Nisi forte te iniquum putas, ut Alexandrini Antistites Ecclesiæ Romanæ originem potestatis suæ acceptam ferant, a qua fidei Christianæ initia per Marcum Petri Apostoli magisterio didicerant. Verum hic ego tecum, ut ante jam dixi, contentiosius non agam: nec repugnabo, quin aliqua in his verbis Romanæ Alexandrinæque sedis instituta sit comparatio. Cujusmodi autem ea sit, & jam audisti, & suo loco iterum post audies.

Nunc priusquam hinc abeo, hoc abs te, nisi grave est, doceri velim, unde habeas Gratianum Niceni canonis Græca verba τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο συνηθές ἐστι, Latine vertisse, *Episcopo Romano parilis mos est*. Nos enim hebetes credebamus Gratianum antiquorum canonum collectorem fuisse, non interpretem. Versionem porro istam, quam Gratiani esse scribis, Dionysio Exiguo ab aliis tribui didiceramus, qui sexcentis amplius annis Gratianum antecessit. An ergo fallit nos opinio, an tu potius pueriliter allucinaris? Et tamen tam puerilis ac ridiculæ αἰσχρολογίας adeo sensus tibi nullus fuit, ut eam hoc loco iterum, atque iterum cap. ultimo præ te feras, cum eandem jam ante in Tabulæ tuæ Enarratione, tanquam in arce, velut eximium reconditioris χρηστομαθείας tuæ symbolum statuisses.

Caput VII.

An Ecclesiasticæ Diœceses civilium formam secutæ sint. Casu factum, non lege, ut Episcopi Alexandrini & Præfecti Augustalis eadem esset Diœcesis. Romana Diœcesis, si cum civili Magistratu conferenda fuit, cum alio potius conferri debuit, quam cum Præfecto urbis. Ruit ergo tota ratiocinatio Conjectoris. Ejus de prima Synodo Arelatensi anachronismus.

NEgarat jure optimo Bellarminus, consentaneum videri ut Episcopi Romani potestas angustis spatiis circumscriberetur, cum Alexandrino atque Antiocheno tribuere regiones essent amplissimæ. Hoc telo quoniam peti se Conjector sentiebat, qui Diœcesin Romanam brevissimo Præfecturæ urbanæ gyro concluserat, invidiam facti ut amoliatur, post inanem de Urbis dignitate frequentiaque velitationem, ferendam ait legem fuisse, quam causæ necessitas, hoc est Præfecturarum ratio, imperarit. Nec enim vitari potuisse, quin ut Episcopus Alexandrinus a Præfectura Augustali, sic Romanus Pontifex a Præfecturæ urbanæ finibus Diœceseos suæ modum mensuramque sortiretur. Hac ille chorda semper oberrat, hanc unam tundit incudem: nec injuria. Hic enim est cardo negotii, hic *Fundus*, quod alibi dixerat, & *Sepes* hujus pragmatiæ, Ad civilium Præfecturarum exemplum Ecclesiasticas Diœceses solitas conformari. De quo quidem, etsi jam multa cap. 3. & cap. 4. disseruimus, quæ minuendæ falsæ opinioni satis esse possint: tamen quoniam eadem nobis sæpius occentat, sibi imputet si sæpius refellatur. Aio itaque, quod Episcopi Alexandrini, Præfectique Augustalis par & æqua extiterit Diœcesis, non certa lege, ut videri vult, sed fortuito casu contigisse. Sin minus, dic quæso te, cur non sicut in Alexandrina sede factum est, ut Episcopus Præfecti Diœcesim sequeretur, idem etiam in Antiochena factum oportuit, ut Episcopi Antiocheni Diœcesis ad civilis alicujus Magistratus typum fingeretur? Sentio quid habeas responsi. Fictam videlicet ad Comitis Orientis exemplum fuisse. & Episcopo enim, & Comiti unam eandem fuisse Diœcesin. Ain vero? An nescis, Nicænæ Synodi temporibus, de quibus nobis est sermo, præter eas provincias, quæ Comitis Orientis fuerunt, illas etiam omnes, quæ in Asiana atque Pontica Diœcesi postea censitæ sunt, & ad sedem Constantinopolitanam translatæ, Antiocheno Episcopo, ut de ceteris taceam, paruisse? Quære, amabo te, aut Præfectum, aut Comitem, aut Judicem alium, qui tot una Provincias rexerit, ad cujus umbram Episcopi Antiocheni tam ampla Diœcesis descripta dicatur. Nusquam invenies. Quid Constantinopoli, an ullus fuit Magistratus, qui Ponticæ, Asianæ, Thraciæ Diœceses, quæ omnes a Constantinopolitano Antistite regebantur, civili jure administrarit? Nullus. Nec Hierosolymis certe ullus fuit, qui tres Palæstinas, quæ Patriarchæ tandem addictæ fuerunt, imperio suo gubernarit. Quod igitur nec Antiochiæ, nec Hierosolymis, nec Constantinopoli, nec lege, nec casu factum est, cur id tu Alexandriæ si contigit, lege potius, quam casu factum arbitreris? Sed liberalius tecum agam. Dabo non casu, sed jure ac lege factum esse, ut in Ægypto Episcopi Alexandrini, Præfectique Augustalis eadem esset diœcesis. Dabo etiam, quod Alexandriæ factum sit, idem Romæ fieri oportere. Quid causæ est, cur tu Episcopum Romanum cum Præfecto urbi compares potius, quam cum alio quopiam Magistratu? Audi, atque animum attende, Conjector. Nam profecto hæc *Fundi* tui calamitas, hæc *Sepis* tuæ ultima est exstirpatio. Cum enim parium esse debeat comparatio, si Alexandrinum Episcopum cum Præfecto Augustali comparas, inepte facis qui Episcopum Romanum compares cum Præfecto urbis. Præfectus enim Ægypti provincialis Judex erat, non urbanus. At Præfectus urbi Judex urbanus fuit, non provincialis. Quare Præfecto urbi non respondebat apud Ægyptios Præfectus Augustalis, sed Juridicus Alexandriæ, qui jus in ea urbe dicebat, eique præerat, sicut Præfectus urbi Romæ: quod discere poteras ex D. & C. *De Juridice Alexand.* Cum Juridico itaque conferendus erat Episcopus Alexandriæ, si Episcopum Romanum cum Præfecto urbi conferri placebat. Cum illum autem non cum Juridico, sed cum Præfecto Augustali composueris; consequens erat, ut E-

piscopum Romæ non cum Præfecto urbi, sed cum ampliore aliquo provinciali Judice, id est cum Vicario, conferres, illasque Diœcesin cum hujus Diœcesi æquandam censeres. Vides ergo, quemadmodum tota hæc, quam tanto labore architectatus es, machina dissiliat? Quid enim egisti, si negem, propterea quod Alexandrini Episcopi, Præfectique Augustalis Provinciarum numero & spatio par fuerit, ex eo sequi, ut Episcopi Romæ & Præfecti urbis parem esse oporteat Diœcesim? Omnino vel hic sistas necesse est, vel aliam ineas viam, si progredi velis. Per me autem in hoc vado hæreas licet. Tibi nunc enim molestior non ero.

Nam etsi de primi Concilii Arelatensis tempore, de quo ausus es viris doctissimis obtrectare, scire avebam vehementer, quanam ductus conjectura, anno Christi CCCXVI. potius, quam CCCXIV. quod illis non temere visum est, celebratum censeas, & qua ratione cohæreant hæc cum eo quod in Enarratione tua, & Dissertationis hujus cap. 2. scripseras, Concilium Nicænum anno CCCXXV. habitum fuisse, quod verum est. Etenim cum Arelatense Volusiano & Anniano Coss. Nicænum Paulino & Juliano Coss. coactum, & vetustissima exemplaria testentur, & scriptores omnes consentiant; inter hos autem Consulatus paria Consulum decem Fasti omnes & Codices ipsi legum distinguant; qui fieri possit, ut anni tantum octo interjecti calculo tuo numerentur, equidem non capio. Quanquam igitur quo modo nodum hunc solvas, condiscerem libenter; quia tamen hæc alibi te ostensurum polliceris, sustinebo interim, ne te diutius de Rufini sententia suspendam.

Caput VIII.

Rufinus in epitome Canonis Nicæni a Conjectore non intellectus. Vera ejus de suburbicariis Ecclesiis expositio. Alexandrina & Romana sedes quatenus comparatæ. Pontifex Romanus diversas in Ecclesia personas sustinet.

Rufinum in scenam iterum producis, ut tanquam primarum partium actor fabulam claudat: multusque in eo es, ut illum Latinæ linguæ peritissimum fuisse doceas, hoc est ut Rufinum ipsum impugnes, qui in Historiæ suæ præfatione Latini sermonis usum se amisisse testatur, reque id ipsa clarius quam professione sua probat. Sed nos de Rufini eloquentia quanta ea fuerit non laboramus. De suburbicariis Ecclesiis quæstio est, non utrum eas Rufinus in Canonis Nicæni explicatione apte posuerit, de quo mihi nunc tecum nulla est controversia; sed utrum tu Rufini mentem sis assecutus. In quo quidem tu tibi scopum ipsum attigisse videris, cum suburbicarias Ecclesias interpretatus es, quæ in regionibus essent suburbicariis. Ego te a scopo vehementer aberrasse jam docui. ostendi enim non has solum a Rufino, sed omnes omnino Ecclesias intelligi, quæ in Occidente, hoc est in speciali Episcopi seu Patriarchæ Romani sitæ sunt Diœcesi. Dissimulare certe non potes, ita componi a Synodo Nicæna cum Episcopo Romano Alexandrinum, ut non singularis Episcopatus cum Episcopatu, nec Provinciæ cum Provincia, sed solidæ multarum Provinciarum Diœcesis cum solida Diœcesi fiat comparatio. Hoc tute passim prædicas; hoc adeo certum, atque exploratum judicasti; ut propterea intra centesimum ab urbe lapidem (quod tibi spatium ad circumscribendam definiendamque Episcopi Romani potestatem proposueras) & Præfecto urbi, & Episcopo urbis quatuor Provinciarum novam Diœcesim primus omnium mortalium commentus sis: cum Præfecti Diœcesis ad hanc diem audita nunquam esset. Episcopi autem Romani Provinciam ipsam ultra hos fines tuos progressam; Diœcesim vero Occidentales omnes provincias, vel Græcorum consensu, complexam esse constet. Quod si Episcopi Romani Diœcesis est Occident, Diœcesimque cum Diœcesi comparat Synodus, ut dixi; profecto vel Rufinum Synodi sententiam non satis expressisse, vel suburbicarias Ecclesias cum dixit, totius Occidentis Ecclesias designasse fatendum est. Sentio tibi durum atque insolens videri suburbicarium quicquam appellari, quod Præfecturæ urbanæ finibus non coerceatur. Sed cave Rufino hoc nomine dicam scribas. Quanquam enim is Latinæ linguæ non optimus magister, nec fingendarum vocum tam eximius erat artifex, ac videri vis; tamen non imperitus ac rudis adeo fuit, ut nesciret, qua lege aut exemplo urbicariæ & suburbicariæ regiones dici solerent, quæ in Præfecti, aut Vicarii urbis essent potestate; eadem & suburbicarias Ecclesias dici licuisse; quæ Episcopi urbis cura & sollicitudine regerentur. Nec vero interesse, longiusne ab urbe, an propius abessent, vel an sitæ intra suburbicarias regiones essent, an secus; quod neutræ ab aliis penderent, & suburbicariæ tum regiones, tum Ecclesiæ, non ex locorum situ, sed ex alia urbis relatione sortitæ nomen essent. Quare noli deinceps in Rufini patrocinio vexare te molestius. Nos suburbicarias ab eo Ecclesias, quæ specialem Episcopi urbis Diœcesin constituerent, non inepte appellatas concedimus. Te ipsum potius accusa, qui quas ille suburbicarias dixerit, non cepisti: tum vetere in sedem Apostolicam odio, tantum operæ ac studii Diatribis duabus incassum contrivisti, ut Pontificem Romanum, tua quidem sententia, in ordinem redigeres, atque angustissima provinciolarum quatuor Diœcesi omnem ejus in Christi Ecclesia auctoritatem administrationemque concluderes. Nec videre scilicet tota tua conjectandi arte potuisti, tametsi Pontificiæ Diœcesis, quam omnium amplissimam & nobilissimam esse docuimus, eæ forent angustiæ, quas fingis; tamen nec sic quidem te id assequi posse quod sperabas. Vidisses alioqui, quemadmodum in singulis Provinciis Metropolitani, quamvis peculiarem singuli Episcopatum & civitatem habeant, cui præsunt; iidem tamen integras quoque Provincias nutu & potestate sua regunt. aut sicut in exercitu Imperator, etsi peculiarem cohortis cujuspiam vel alæ præfecturam subeat, non eo fit ut copiarum omnium dux idem & caput esse non possit. Sic in Ecclesia Catholica, re-

clamant licet, terramque cælo misceant Romanæ sedis perduelles, unum eundemque Pontificem maximum diversas sacri muneris partes, & personas sustinere: nullisque vel tuis, vel aliorum Exercitationibus ac Diatribis effici posse, quominus is, etsi privatæ Romanorum Ecclesiæ ut proprius præsit Episcopus, & A Provinciam Romanam ut Metropolitanus, Italiam ut Primas, Occidentem regat ut Patriarcha: idem tamen universæ simul Ecclesiæ τῆς οἰκουμενικῆς, τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν sibi in Petri persona commissæ, ut legitimus Petri successor, clavum teneat.

EMBOLUM AD CONJECTOREM.

SYNESII NUPERUS INTERPRES

ab iniqua ejus reprehensione vindicatus.

JAm ad metas pervenimus, & progredi tamen ultra cogis ut pauca illa excutiam, quibus Lectorem extrema operis parte affatus es. Tres omnino sunt versiculi: nam quartum non implesti. Tam paucis in verbis quis credat tot errorum latebras fuisse? Erras enim, cum inter Diœceseon rectores Præfectos numeras, cum e Præfectorum numero Diœcesin solus rexerit Augustalis. Erras deinde, quod Asiæ quoque Proconsulem in eodem albo reponis: quia Diœcesin Asiæ tres illas provincias quæ a Proconsule regebantur, appellat nemo. Erras denique, & κρύφα tuam prodis, cum inter eos qui Diœcesibus præfuere, Comitem Orientis ideo a te prætermissum videri vis, quod argumenti ratio id suaderet: cum reapse Vicarii, quos commemorasti, nihilo ad rem magis facerent, quam Comes. Adeo errare tibi, quam errata corrigere, promptius est, culpamque deprecari sine culpa non potes. Ego vero te, si quis est sensus, tota responsione mea docui, non unicum in Conjectura tua hoc fuisse quod retractares. Quæ porro in illis castiganda judicabam, de plurimis non pauca sic attigi, ut multa etiam iis, qui spicilegium post messem facere volent, intacta reliquerim; tum quæ ipse tuum alienumve secutus ingenium, temere pronuntias, tum quæ ab aliis recte ac vere dicta perperam reprehendis. Quo ex genere si unum a me quod emboli sit loco, adjici pateris, cum hoc uno te dimittam. Locus est Dissertationis II. cap. II. ubi tu Eutycheum Alexandriæ, ut tua est sententia, prætorium nactus in subscriptione legis *De Alexandrinæ plebis primatibus*, in Cod. Theod. continuo ad prætorium idem alludi a Synesio existimasti, cum εὐτυχοῦς τῆς ὑπαρχικῆς οἰκίας meminit epistola LXXVIII. ad Anastasium: ideoque nupero Synesii interpreti, qui alio hæc verba referat, dentem infigis. Hic ego, quam frivola B conjectura Eutycheum istud prætorium Alexandriæ fuisse asseveres, non disputo: prætorium fuisse concedamus. εὐτυχῆ τὴν ὑπαρχικὴν οἰκίαν, *fortunatam Præfectorum domum*, de qua in hac epistola Synesius, ad prætorium Alexandrinum pertinuisse quis concedat? Etenim de Anthemio Præfecto prætorio qui Constantinopoli ægrotabat, sermo est Synesio. Ejus arcanum insomnium cum Pentapolim attulisset Thoas, non convaliturum Anthemium, nisi Maximinus & Clinias rei perirent; Andronicus judex, ut de fortunata Præfectorum domo, hoc est de Anthemio ipso bene mereretur, reorum suppliciis insistabat. Hæc Synesii verborum sententia est. Uter nunc potius allucinatus est, editor Synesii, qui εὐτυχῆ Anthemii οἰκίαν ab eo dici sensit, quo modo εὐδαίμονα οἰκίαν Valentiniani C dixerat Themistius Oratione XI. an tu, qui Eutycheum Alexandrinum somnians, quod de Anthemio scriptum fuerat, de Augustali nescio quo dictum accepisti, & quod Constantinopoli acciderat, Alexandriam transtulisti? quod si non toto cælo, toto certe mari errare est. Quoniam ergo ejusdem notæ in Dissertationibus tuis sunt plurima, ut jam dixi; tibi autem, ut video, in manibus alia multa quæ paras: pro eo qui utriqua nostrum communis est amor literarum, hortor atque moneo, ut omnia prius ad amussim exigas, quam D emittas, nihilque adeo publici juris facias, quod publicis bonorum doctorumque suffragiis approbari non debeat. Tum illud ante omnia caveas etiam atque etiam, ne quem heroum illorum, qui lucubrationibus suis Ecclesiam illustrant, petulantius lacessas. Alioquin vere olim dictum meminaris, Qui quæ vult, dicit; quæ non vult, audiet. Nulla enim te, quominus pro marito vapules, Diogenis galea proteget, nulla κρύφας eripiet.

ADVENTORIA
CAUSIDICO
DIVIONENSI

Adversus Amici ad Amicum Epistolam, De suburbicariis regionibus & Ecclesiis.

CUM

CENSURA VINDICIARUM CONJECTURÆ alterius Anonymi.

Auctore JACOBO SIRMONDO Societatis Jesu presbytero anno MDCXX.

L E C T O R I.

Mihi dubium non erat, cum Censuram nostram ederem in lucem, quin ut malorum graminum semper uberior est seges, pro uno libello contrarii plures statim emergerenr. Nec fefellit expectatio. Prodiere mox bini uno jugo, Amici ad Amicum Epistola, & Vindiciæ Conjectoris. Quorum utrique etsi hoc commune est, quod pugnant ipsi secum, atque inter se mutuo, & recti nihil dicunt: ut quod de numeris Platonicis Aristoteles scribit, de his merito pronunriare liceat: ταῦτα δὴ πάντα ἄλογα, καὶ μάχεται αὐτὰ ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς εὐλόγοις. tamen si vitiosæ scriptionis palma cuiquam tribuenda est, hanc sine controversia auferet Epistolæ auctor: homo, si verba spectes, hiberna pica loquacior; si sententias, Simonidis servorum similis, qui ἐν αὐτοφώρῳ deprehensi, cum ad sui defensionem multa funderent, οὐδὲν ὑγιὲς, οὐ πιθανὸν, nihil consentaneum, aut verisimile causabantur. Ita enim Amicus iste, infelicis causæ patronus, tota sua dissertatione nihil minus agit, quam quod agit: quæ tueri vult, impugnat, quibus contradicit adstipulatur, aliorum dicta non intelligit, in suis allucinatur, in utrisque vel inertiam suam prodit. vel αὐθάδειαν. ut de tam verbosa atque inani ejus oratione verius dici nihil queat, quam Σιμωνίδου μακρὸς λόγος. Et tamen hic ille est triumphator, si ipsum de se loquentem audias, qui semper veris vincere consuevit, qui dissutis malis prostratos hostes ridet, & cum incaluerit, suo illos gladio jugulat, ac velut piper miseros pistillo contundit. Huic ego Pyrgopolinici ne subito responderem, datum est precibus fautorum ejus, id opinor a me contendentium, ut plenis illi tantisper & liberis gloriosæ suæ pennis pasci liceret. Ne diutius nunc differam, facit amicorum contestatio, qui silentium hoc nostrum non indulgentiam, sed ἀμηχανίαν illos interpretari monent. Statui ergo huic etiam nunc tandem, cum adventare ad nos dicitur, aliquid reponere, & adventoriam offerre. Sed confusæ atque hiantis Epistolæ, in qua quid cum alio cohæreat, quorsumve dicatur, non facile apparet, prius certa quædam distinguenda fuerunt capita, ex quibus quid ille doceat, quid nobis dedocendum sit, intelligatur. In quo quidem, quod singula, quæ contra nos vim aliquam habere videbantur, fide bona expressi, candorem nostrum agnoscet: quod alia, quæ redargui similiter poterant, multa prætermisi, pudori suo consultum putabit, ne si omnia persequerer, in omnibus erubesceret.

ECLOGE

PRÆCIPUORUM CAPITUM EPISTOLÆ CAUSIDICI,

quæ singula deinde in Adventoria discutiuntur.

PARS PRIMA DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

OMne illud spatium extra urbem Romam centesimo milliario circumscriptum, quod totam Præfecti urbis jurisdictionem ambitu suo claudebat, Romana regio dicitur in antiqua Inscriptione. Quod culinniis territorium, hoc Urbi Romanæ Regio urbicaria vel Romana: intra cujus scilicet fines Præfecto Urbi jurisdictionem exercere licebat.

CAPUT II.

Italiæ regiones aliæ fuerunt urbicariæ, quæ scilicet intra Centesimum continebantur; aliæ annonariæ, quæ extra Centesimum erant. Annonariæ, proprium Italiæ nomen sibi fecerunt. Quare Italia & annonaria regio idem est apud Trebellium in Tetrico, ubi nullam urbicariam in Italiæ regionum enumeratione commemorat. Annonariæ ab annonariis functionibus dictæ.

CAPUT III.

Pag. 15. 16. Suburbicarias dici non posse omnes provin-
Pag. 12. 13. 14. cias quæ Vicario Urbis in Notitia tribuuntur, cum in his solum Picenum suburbicarium appelletur. Sicilia rursum, quæ sub Vicario urbis erat, a suburbicariis regionibus distinguitur l. IX. Cod. Theod. *de extraordinariis muneribus*. Quare ab illis diversa est.

CAPUT IV.

Pag. 18. usque ad 39. Italiam proprie dictam non eas solum provincias amplecti quæ Vicario Italiæ parebant, sed omnes prorsus quæ erant extra Centesimum. Synodus enim Sardicensis Campaniam, Apuliam, & Calabriam ab Italia non distinguit: nec sejungi ab ea possunt cum angustiores sint, quam ut separatæ provincias constituant: & cum provinciæ Romanæ non attribuantur, necesse est ut Italiæ nomine comprehendantur.

CAPUT V.

Pag. 40. 41. &c. Suburbicariæ provinciæ omnes sunt intra Centesimum, nec ulla intra Centesimum quæ suburbicaria non sit. Suburbicariæ autem numero sunt quatuor, Picenum suburbicarium, Tuscia suburbicaria, Latina regio, & Valeria. Hæ quatuor provinciæ Urbanæ præfecturæ diœcesim constituebant.

Pars II. De Ecclesiis suburbicariis,

CAPUT PRIMUM

ECclesiæ suburbicariæ apud Rufinum accipi aliæ non possunt, quam quæ suburbicariis provinciis continentur. Vagam alioqui & incertam fore illarum significationem, cum a Synodo Nicæna certi fines ut Alexandrinæ, sic etiam Romanæ diœcesis constituti sint. In Ægypti voce nulla est ambiguitas. quare nulla esse debet in suburbicariis.

CAPUT II.

In Synodo Calchedonensi non quatuor, sed tres tantum Episcoporum gradus designati, quia Exarchus idem est quod Patriarcha: & Zonaras auctor est Exarchos in eo Canone a quibusdam exponi Patriarchas, ab aliis Metropolitas.

CAPUT III.

Patriarchæ totidem sunt quot Exarchi, quia iidem sunt. Hinc Patriarchis diœceses tribuuntur, sicut Exarchis. Male igitur ab Exarchis distinguuntur. Pag. 60. &c.

CAPUT IV.

Sedes & θρόνοι non magis conveniunt Pa- Pag. 65.
triarchis, quam Metropolitanis. Romanus Episcopus Italiæ primas dici non potest. Primates in Africa soli Metropolitani. In Gallia dicti etiam Patriarchæ. Itaque a Patriarchis diversi non sunt.

CAPUT V.

Patriarcha Occidentis Papa dici non potest, nec Occidens ejus diœcesis. Suburbicariæ Ecclesiæ apud Rufinum exponi Occidentales non possunt, non magis quam si Romanas dixisset. Græculi sunt qui Papam faciunt Patriarcham Occidentis, & nihil illi in Oriente concedunt. Quare testes produci non debent.

PERIOCHE

SINGULORUM CAPITUM ADVENTORIÆ,

quæ singulis Epistolæ capitibus ordine respondent.

PARS PRIMA DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Regio Romana pro tractu, qui extra Urbem Romam centesimo lapide circumscribitur, nusquam usurpata. Nolanæ Inscriptionis vera interpretatio. Territorium Urbis Romæ ad centesimum usque lapidem non porrigebatur, sed agri Romani finibus, hoc est paucis ab Urbe millibus claudebatur. quo etiam spatio terminabatur Præfecti urbis propria jurisdictio.

CAPUT II.

Italiæ in Urbicarias & annonarias regiones divisio rejecta. Trebellii locus a Causidico perperam expositus. Enumerari a Trebellio regiones omnes Italiæ, etiam quæ intra Censesimum. Nec Italiam propriæ dictam omnia amplecti quæ sunt extra centesimum, nec suburbicarias eas tantum quæ intra Centesimum. Annonariarum etymum refellitur.

CAPUT III.

Suburbicarias recte dici provincias quæ ab urbis Vicario regebantur. Cur solum Picenum in Notitia suburbicarii cognomen gerat. Causidicus suo ipsius argumento revincitur. Sicilia item cur interdum seorsim ab urbicariis nominetur, veram in Censura causam esse allatam. Sicilia eadem alibi urbicariarum nomine comprehensa. Quare ab illis minime diversa.

CAPUT IV.

Specialis Italia non amplius quam septem provincias complexa, quæ a Vicario Italiæ administrabantur. Ideo ab Italia Campaniam, Apuliam, Calabriam secludens cum Athanasio Synodi Sardicensis & Arelatensis. Diluuntur ridiculæ Causidici objectiones, idemque ἀντιλογίας convincitur.

CAPUT V.

Suburbicariæ omnes non sunt intra Centesimum. Secum pugnat Causidicus, qui Umbriam suburbicariam esse negas, quæ tamen est intra Centesimum. Latina regio inter provincias nunquam habita, Valeria ultimis tantum temporibus. Provinciæ omnes Urbi vicinæ non ad Præfecti, sed ad Vicarii Urbis administrationem pertinebant.

Pars II. De Ecclesiis suburbicariis.

CAPUT PRIMUM.

Suburbicarii notio pro rerum ad quas refertur varietate laxior vel angustior. Quare falsum, Ecclesias suburbicarias latius patere non posse quam provincias. Suburbicariæ Ecclesiæ quænam essent, Rufini ætate notum erat. Synodus Nicæna Episcopi Alexandrini diœcesim definivit, non Romani. Ægypti vox non minus anceps, quam suburbicarii.

CAPUT II.

Synodus Calchedonensis quatuor Episcoporum gradus manifeste distinguit. Exarchos appellat non Metropolitas, aut Patriarchas, sed eos qui gradu inter utrosque interjecto diœceses integras regebant. Exarchorum nominis varia usurpatio. Exarchi præter legitimos quidam adscititii & honorarii.

CAPUT III.

Patriarchæ proprie dicti non plures quam quinque. Patriarcharum nomen aliquando commune fuit etiam Exarchis: postea primariis tantum sedibus tributum. Semper tamen inter hos gradus fuit discrimen. Quare merito distinguuntur. E-

xarchorum in Oriente jura ad Constantinopolitanam sedem fere translata.

CAPUT IV.

Sedes & θρόνοι propris dicti quinque Patriarcharum. Primatis nomen ex adversarii placitis Pontifici Max. non negandum. Discrimen civilium & Ecclesiasticarum administrationum. Africa olim unica provincia, post multæ, quarum Primas Episcopus Carthaginensis. Primates in Occidente appellati etiam interdum Patriarchæ omnes tamen diversi ordinis, & longo semper intervallo post Romanum.

CAPUT V.

Patriarcha in Occidente κατ' ἐξοχὴν solus Pontifex. Specialis ejus diœcesis Occidens, pars universalis. Suburbicariæ, & Romanæ, & Occidentis Ecclesiæ, cum de Patriarchatu Romano agitur, eædem sunt. Græci ante schisma supremam in universa Ecclesia Pontificis Romani potestatem agnoverunt.

ADVENTORIÆ

PARS PRIOR

DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Regio Romana pro tractu qui extra urbem Romam centesimo lapide circumscribitur, nusquam usurpata. Nolanæ inscriptionis vera interpretatio. Territorium urbis Romæ ad centesimum lapidem non porrigebatur, sed agri Romani finibus, hoc est paucis ab Urbe millibus claudebatur. quo etiam spatio terminabatur Præfecti urbis propria jurisdictio.

A URbicatiam Præfectl urbis diœcesim, quæ ad centesimum usque lapidem excurrat, & quatuor provincias complectatut, frivolum atque inane Conjectoria commentum fuisse, satis opinor io Censura nostra probatum est, cum ostendimus Præfectum orhi non provincialem, sed urbaoum esse magistratum, cujua proinde administrationi Urbs, urbisque termini, oon diœceses competaot, aut provinciæ. Nondum tamen, ut sentio, persuadere tibi veritas potuit, qui hoc primum loquacissimæ Epistolæ tuæ caput facis, ut diœcesim hanc adstroas, doceasque, quod nulli adhuc in mentem venerat, illam ipsam esse, quæ in antiqua Inscriprione regio Romana ouncupetur. B Ita quam Conjector loogis ambagibus diu frostra quæsierat, in ipso statim dispatationis ingressu feliciter iovenisti. Quid restat nisi, ut cum plausorum tnorom grege triumphum ducas, & quod in Isiacis caoi solebat ἀρήκαμεν exclames? At ego te si Romanam hanc regiooem nihil ad tuam istam diœcesim faeere docuero; tum si ad ejusce diœcesis regionisque fioes, hoc est ad eentesimum lapidem, nrbis Romæ territorium non pertinoisse, ut scribis, sed utrumqoe absurdum falsumque esse demoostraro, nunquid causæ erit, quo minos te in limine ipso impegisse, ac temere bis lapsom esse confiteare? C Age ergo, Inscriptionem recita quam laudas. (*Pag. 6.*) POLLIO JULIO CLEMENTIANO SUBVENTORI CIVIUM UNIVERSA REGIO ROMANA STATUAM COLLOCAVIT. Hic tu regionem Romanam interpretaris tractum illum, qui extra orbem iotra orbis Romæ finea erat. Quid absurdiua? Recognosce ubi & cui posita sit statua, & errorem iotelliges. Nolæ enim, & Nolano civi positam non ignoras, a nobis didicisti. Unde enim hanc inscriptiooem mutuatus ea, nisi a Grutero? Gruterus autem ubi exstare illam testatur, nisi Nolæ? a quo (*Inscript. antiq. p. 1115.*) descriptam, nisi a Sirmoodo? Sirmondua ergo D est, qui vidit, qui legit, qoi exscripsit, Cui nuoc fucum te facere posse confidia? Nam si Nolæ Nolano civi posita est statua, quonam beneficio Romanos, Etruscos, Umbros, Samnites, Campanos, quotquot ceotesimo perstringuntur, a Nolano cive affectos censea, ut statuam ab universia mereretnr? Nugæ suot, quas fingis. Regio Romana in lapide illo non Romani agri, sed Nolanæ urbis est regio. Nam ut Roma in quatuordecim, sic Nola io sex olim regiones divisa est. Harum unam Romanam dictam faisse Inscriptio tua docet; alteram (si tamen altera, & non eadem est) Joviam appellatam discimus ex altera statuæ basi, quæ Nolæ itidem priori conjuncta legitur his verbis.

CLEMENTIANO
POLLIO JULIO
CLEMENTIANO V. P.
PATRONO INIMITABILI
LARGISSIMO CUJUS FACTA
ENARRARE NON POSSUNT
EJUS MEMORIÆ REGIO JOVIA
STATUAM CENSUIT.

Nolæ unam atque eandem regionem tom Romanam, cum Joviam appellari potuisse nec tu, ni fallor, repugnabis, si quod antiquæ pariter Inscriptiones docent, memineris Cularone, hoc (*Grut. p. 167.*) est Gratianopoli in fioibus Allobrogum, portam Romanam Joviam, & portam Viennensem Hercaleam, a Diocletiano & Maximiano Impp. vocari jussas: ut quod portis hic contigit, ut nomen mutarent, idem Nolæ regionibus evenisse nihil vetet. Ceterum ut Gratianopoli Romanam olim portam fuisse qoi aodit, ridiculus esset, si de Romanæ urbis porta suspicaretur: sic tu cum in Nolanis monimentis regionem Romaoam leges, cave aliod deinceps, quam Nolanæ urbis partem intelligas; & tuam ipsius sortem dissutis, si libet, malis ouoc ride, qui vetustam Inscriptionem ad hoc tantum produxisse videris, ut prava ejus interpretatione ἀπροσεξίαν oscitantiamque tuam, taoquam in cippo & columna proscriberes.

Jam vero quod de urbis Romæ territorio (*Pag. 5. 6. 7*) ita dissería, ot ejua spatium ad centesimum osque lapidem exporrigaa, in hoc etiam non leviter castigandus es: tametsi veoiam fortasse aliquam ideo mereris quia hujus erroris ducem oon unum habes Coojectorem; sed multos præterea ingenio & doctrioa præstantes viros: qoi cum Præfecto orbi tributam intra ceotesimum notiouem aliquam viderent, eo inducti sunt, ot Urbis termioos ad centesimum lapidem pertinuisse existimareot. Sed ignoscent Jurisconsultorum manea, ot qui nostris plerumque oon abstinent, sua per nos tractari tantisper ferant. Male omnino ratiocinari eos oecesse est, qui ex magistratua oppidi cojusquo potestate de territorii ambitu conjiciunt: cum ex territorii potius finibua, quoad se magistratus potestas & jura porrigant, colligi debeat, Quid enim? Si ex Præfectura urbis Romaoi territorii petenda sunt spatia, nullumne ante Augustum, qui Præfectos iostituit, Romanæ orbis territoriom dices fuisse? aut si propterea

A quod de criminibus, quæ intra centesimum admissa, essent Præfectus urbi judicabat, ideo Urbis terminos ad centesimum produci placet, cur non itidem, quia de controversiis Senatorum, quæ per provincias inferebantur, Præfectus idem Valentiniani lege III. Cod. Theod. *De jurisdictione* cognoscebat, eosdem Urbis & provinciarum omnium terminos fuisse decernamus? At hæc absurda sunt & insulsa. Alio igitur ex capite Romani territorii fines constituendi: ex agri nimirum Romani finibus ac terminis. Quid enim aliud est territorium Pomponio L. CCXXXIX. *De verborum significatione*, quam universitas agrorum intra fines cujusque civitatis? Romani autem agri fines B haud illi certe longinqui, nec latissime patentes fuerunt. quippe qui vicinorum undiquaque Latii vel Etruriæ oppidorum agris vallabantur, Ostiensi, Ardeate, Lanuvino, Albano, Tusculano Gabino, Veiente, Cærite, & si qui præterea interjecti. Horum enim oppidorum, quæ dixi, nullum est quod viginti passuum millibus Roma distet, sunt quæ decimum, aut duodecimum non excedant. Quo ex spatio si tantum agri detrahas, quantum singula cujusque oppidi territoria occupabant, modicos omnino agri Romani fines fuisse comperies. Hoc igitur Romæ territorium fuit, quo legitima Præfecti urbi potestas terminabatur. Hi Urbis termini C Ulpiano, quos Præfectus cum exierit, potestatem non habet, L. ultima D. *De officio Præfecti urbi*. non qui intra centesimum lapidem, ut plerisque visum est, sed qui agri Romani finibus continentur. Ut enim Prætoris verbi gratia Tusculani potestas agri Tusculani terminis coercebatur, eodemque modo municipiorum, coloniarum, oppidorum omnium magistratus suo quisque territorio se continebant: ita Præfecti urbi propria & jure magistratus congruens administratio Romani territorii fines egressa non est. Proinde quicquid Præfecto extra hos cancellos, aut intra Centesimum, aut per Provincias concessum est, id illi non jure D magistratus, sed speciali Principum voluntate tributum fuisse censendum est. Quomodo & apud legum Mosaicarum Collatorem Tit. XIV. Ulpianus idem constitutionibus eo perventum suo tempore observat, ne Romæ Præfectus urbi solus cognosceret, si quid in legem Fabiam intra miliarium centesimum admissum esset. Vide nunc ergo quantum summæ tuæ desit, qui Romani agri fines perpaucis ab Urbe millibus circumscriptos ad centesimum usque lapidem ampliaris; atque integras condicam colonias & præfecturas, sed, si tibi, Conjectorique tuo credimus, suburbicarias omnes E provincias uno Urbis territorio ac terminis exhaustas velis: tum Præfecto urbi quid proprio jure competat, quid speciali lege tributum sit, non distinguas. Adeo uno in capite non una, sed multiplex tua est hallucinatio.

Caput II.

Italiæ in urbicarias & annonarias regiones divisio rejecta. Trebellii locus a Causidico perperam expositus. Enumerari a Trebellio regiones omnes Italiæ, etiam quæ intra Centesimum. Nec Italiam proprie dictam omnia complecti quæ sunt extra Centesimum, nec suburbicarias eas tantum quæ intra centesimum. Annonariarum etymum refellitur.

EXplodenda nunc est Italiæ Provinciarum divisio, in qua te passim & jactantem ostentas, hoc fortasse confidentius, quod prolatam, laudatamque a Conjectore tuo intactam in Censura nostra reliqueram. "Italiæ, in- *Pag. 10.* "quis, regiones, seu provinciæ, aliæ annonariæ, "aliæ suburbicariæ fuerunt. Suburbicariæ quatuor "tantum, eæque intra centesimum ab Urbe mil- "liarium: reliquæ omnes annonariæ, nomen id "ex eo nactæ, quia functiones annonarias pensi- "tabant, a quibus immunes erant suburbicariæ." Hæc illius, ni fallor, orationis est summa: hæc tua quoque, nisi quid ab illo discrepas, est sententia. Cujus quidem, ut lenissime dicam, quot sunt capita, tot errata. Et tamen falsæ assertionis vindex, auctorque producitur Trebellius Pollio, cum in Tetrico seniore de Aureliano scribit his verbis: *Pudore victus vir nimium severus, eum quem triumphaverat Correctorem totius Italiæ fecit, id est Campaniæ, Samnii, Lucaniæ, Brutiorum, Apuliæ, Calabriæ, Etruriæ atque Umbriæ, Piceni & Flaminiæ, omnisque annonariæ regionis*. Sed quid habet hic locus, quod errori tuo patrocinetur? Cui enim persuadebis, Pollionem, cum totam Italiam Tetrico commissam dicat, atque omnes ejus Provincias enumeratione sua comprehendat, non tamen Italiam totam intelligere, neque omnes illius Provincias designare, sed tantummodo annonarias? Aut quis tibi concedet, scriptorem non omnino malum tam putida usum esse tautologia, ut paucis & continuatis pene verbis idem repetat, hoc est, Tetricum Italiæ Correctorem factum bis dicat; quod fieri necesse est, si unum, quod ais, atque idem est Italia & annonaria regio? Quodnam ergo dices inter ista discrimen? Quasi obscurum id sit, ac non potius ita obvium & apertum, ut ab iis etiam, qui parum acutos se natos gaudent, videri possit. Quæro enim ex te, si de Turonensi Antistite, quibusnam civitatibus Metropolitani jure præsit, ita me loquentem audias, ut dicam illum Tertiæ Lugdunensi universæ, hoc est Cenomannicæ, Andegavensi, Redonicæ, Namneticæ, omnibusque Britannicis civitatibus præesse: an verba mea si accipies, ut Tertiam Lugdunensem, & Britannicas civitates idem esse, aut Cenomannos etiam, atque Andegavos Britannicarum gentium numero adscriptos censeas? Si bene ingenium tuum metior, non tam perverse judicabis; sed hoc potius ita statues, in hoc Turonensis Provinciæ civitatum catalogo, cum ad eas ventum esset, quæ in Britannis sitæ sunt, & aliæ quæ sequebantur, ejusdem generis omnes essent, adjectam fuisse notam, quæ reliquas omnes Britannicas comprehenderet: cum Britannicae istas civitates, non solas, sed cum iis conjunctae, quæ ante Britannicas nominatæ sunt, Tertiæ Lugdunensis civitatum omium numerum explere. Recte omnino, atque apposite. Cur ergo non idem apud Trebellium judicasti? Sensisses enim, annonarias ab eo regiones eas tantum intelli-

gl, quæ vel in Gallia eogata sitæ, vel proximæ huic essent: ad quas ille cum percensendis Italiæ regiooibus pervenisset, (Flaminiam enim, & Picenum annonatias fuisse non ignoras) quia ceteræ quæ sequebantur annonariæ item erant, tum ideo no nllam excluderet, OMNIS ANNONARIÆ REGIONIS clausulam subjecisse. Ceterum annonarias istas non solas, sed iis quas ante nominarat adnexas, totius Italiæ regiones complecti. Aliud proinde annonarias, alrud totius Italiæ regiones esse. Hæc nimitnm plana atque expedita erat Trebellii verborum interpretatio. Tu vero ut Trebellium in partes trabas & suffragium exprimas ab invito, commenta illi affingis tua, tecumque non absurda modo, sed pugnantia etiam loqui cogis. Quid enim? an non pugnant ista fecum, annonatias regiones in Italia dici quæcumque sint extra centesimnm, & Umbriam tamen inter annonarias numerari, quæ intra centesimum continetur? Suburbicarias rursus eo spatio definiri, quod centesimo terminatur, cum Picenum, quod inter suburbicarias censeri compertum est, extra centesimum lapidem positum esse nemo nesciat? Quam hic in partem te convertes? Umbriam abnues centesimo contineri? At revincet Conjector, qui ut Picenum, quod extra eos fines esse norat, intra centesimum concluderet, suis illnd sedibus summovit, & in agro Spoletinn, hoc est in media Umbria collocavit. An Picenum extra centesimi terminos situm negabis! Tu te ipse fateri coges, qui in Epistolæ tuæ calce Picenum utrumque Marchiæ nomine comprehendi scripsisti: Marchiam Pag. 116. autem ultra centesimum totam esse res docet. Aut Umbriam igitur de annonariarum albo expunge, aut annonarias etiam intra centesimum aliquas confitere. Aut Picenum potro suburbicarium nega ullum fuisse, aut suburbicarias etiam ultra centesimum positas agnosce. Ita cassam & futilem, quocumque te vertas, ac fecnm ipsam pugnantem, tuam istam, cui patrocinium ex Trebellio quærebas, Italicarum regionum distinctionem fateare necesse est.

Jam illud quoque quam pariter absurdum est, quod tanto nisu, tantoque adversus doctos omnes fastu adstruere conatus est Conjector, annonarias ex eo dictas, quod annonam penderent, quam suburbicariæ videlicet non debebant? Hoc enim intelligi de suburbicariis voluit, aut caussam nullam dixit, cur ab his annonariæ distinguantur, si annonam hæ quoque pensitabant. At functionibus annonariis obnoxias etiam fuisse suburbicarias, tum aliæ complures, tum maxime xiv. Cod. Th. *de indulgentiis debitorum*, Honorii lex probat: *Quod*, inquit, *de annonariis functionibus per urbicarias regiones clementia nostra concessit, etiam in largitionalibus titulis & emphyteuticis reipublicæ prædiis custodiri mandamus. Amotis igitur reliquis etiam circa largitionales titulos, debitu ex præseati Indictione consistuit, chartis abolitis debitorum*. Si annonariarum functionum reliqua suburbicariis regionibus indulsit Princeps, consequens est profecto, ut ab illis debitas, & ministrari solitas intelligamus, & frustra sudando nihil profecerit Conjector, qui hoc illas onere immunes videri voluit. Quod si falsum en id esse subodoratus, propterea mentionem hujus etymi nullam facis, clientisque tui errorem, ut sæpe soles, tacito condemnas, solertiam laudo. Eorum enim more facis, qui vadimonium deserunt, ne causa cadant. Sed quid negotii erit, si dissentire vobis inter vos & digladiari licet, myrmillones conficere, qui mutuis se vulneribus cædant, ac suis se ipsos mucronibus confodiant?

CAPUT III.

Suburbicarias recte dici provincias quæ ab Urbis Vicario regebantur. Cur solum Picenum in Notitia suburbicarii cognomen gerat. Cansidicus suo ipsius argumento revincitur. Sicilia item cur interdum seorsim ab urbicariis nominetur, veram in Censura causam esse allatam. Sicilia eadem alibi Urbicariariarum nomine comprehensa. quare ab illis minime diversa.

MAgno te, clientemque tuum, nisi dissimulas, præsidio dejectum vides, cum tibi extorta est Trebellii Pollionis auctoritas qua muniebaris. Jam enim perspicuum est, non modo annonarias ab illo non omnes dictas esse, quas fingitis; sed hoc etiam, quod vestræ caput est Dissertationis, nec Italiam, cum angustius sumitur, & ab urbicariis regionibus distinguitur, regiones universas, quæ extra centesimum sunt lapidem, complecti posse; nec suburbicarias omnes, ut vobis placet, intra centesimum contineri. Quo everso fundamento, quid est in tota illius Conjectura, aut in tota Epistola tua, quod ulla ex parte cohæreat? Quanto ergo simplicius ac brevius erat, id quod te Censura nostra docuit, & proxime ab Hieronymo Alexandro, doctissimo & humanissimo viro est approbatum, agnoscere: Centesimi videlicet rationem, finesque, ad specialem Italiæ significationem, vel ad suburbicariarum appellationem nihil omnino pertinere: sed cum a Constantino Magno duo in Italia Præfecturæ prætorianæ Vicarii essent constituti, Vicarius Urbis, cujus sedes Romæ, & Vicarius Italiæ, qui sedem habuit Mediolani: exinde factum, ut urbicariæ, vel suburbicariæ dici cœperint provinciæ quas Vicarius urbis administrabat, decem nimirum, quæ in Notitia numerantur, *Campania, Tuscia & Umbria, Picenum suburbicarium, Sicilia, Apulia, & Calabria, Brutii & Lucania, Samnium, Sardinia, Corsica, Valeria*. reliquæ vero septem, quoniam a Vicario Italiæ regebantur, proprium sibi deinceps Italiæ nomen vindicarint, quomodo & Vicarius ipse, quamvis Italiæ tantum partem obtineret, Vicarius tamen Italiæ vocabatur. Hoc exordium fuit Italiæ pressius sumptæ, hic fons & origo urbicariarum regionum. Quod si tibi ad hanc lucem oculos intendere fas esset, nec te ista Centesimi fabula irretitum teneret; rideres ea profecto, quæ nunc nobis velut ardua & inextricabilia pueriliter objectas. Quid enim est tandem, quod opponis? Maximam, ais, admirationem movere ti- Pag. 9. bi, quod in Notitia, cum Vicarii Urbis provinciæ recensentur, unica Piceni regio suburbicaria dicatur, cum ceteræ nostra sententia sint etiam suburbicariæ. Mihi vero mirandum hoc potius merito videtur, objici id abs te mihi, quod in te possit retorqueri. Cedo enim, ecquas tu suburbicarias esse censes? *Latinum*, inquis, *regionem, Valeriam, Picenum suburbi-* Pag. 44. *carium, Tusciam suburbicariam*. Quam id apte, postea videbimus. Nunc rogo quid causæ,

sit, cur suburbicariæ cum sint omnes, duabus tantum id nomen imponas? Respondebis, opinor, idcirco his duabus suburbicarii nomen addi, ut a Piceno annonario, & a Tuscia annonaria distinguantur. Neque eo fieri, ut Valeria, & Latina regio suburbicariæ non censeantur; quemadmodum in enumerandis Franciæ regni provinciis, si quis cum ad Burgundiam tuam ventum est, Franciæ illi nomen addat, ut ab altera Burgundia, quæ illi conjuncta est, secernatur, non eo fiet, ut Campania, Provincia, Britannia, & ceteræ omnes Franciæ non fiant. Quæ cum dixeris; nemo erit qui non acquiescat. Cur tu igitur, quasi non idem jus Titii esse debeat, quod Sempronii, qua defensione in causa tua uteris, eadem nos in nostra uti vetas? Miraris rursum, qua pacto in lege IX. Cod. Theod. *De extraordinariis muneribus*, (Pag. 12, 13, 14.) Sicilia, si urbicaria est, ab urbicariis regionibus sejungatur; & gaudes te non tam acutum esse natum, ut quam attuli causam intelligas: nempe quod curandis fundis patrimonialibus & emphyteuticariis, de quibus lex agit, diversus esset in Sicilia Rationalis ab eo qui Rationalis per urbem Romam, & suburbicarias regiones dicebatur. At ego vereor, ne dolendum sit potius amicis tuis, tam rudem te atque hebetem videri, ut hic etiam non sentias, quas mihi tendiculas objicis, iisdem te incautum atque imprudentem implicari. Quid enim? An non in Notitia eadem, inter eos qui sub dispositione Comitis rerum privatarum militabant, Procurator legitur rei privatæ per Italiam, & Procurator item rei privatæ per Apuliam & Calabriam? Quæro ex te, Apuliamne & Calabriam putes Italiæ nomine contineri. Nam mihi quidem, qui Apuliam & Calabriam Urbicarias esse docui, facile est negare: at tibi integrum non est, qui Italiæ vis nomine quicquid est extra centesimum comprehendi. Cum igitur in Italia tuo judicio sint Apulia & Calabria, quid aliud causæ adferes, cur hic ab Italia separentur, nisi quod a diversis ipsæ Procuratoribus, sicut illæ a diversis Rationalibus, administrarentur? Noli ergo flagitare, ut alio me patrocinio defendam. Satis tutum tectumque oportet illum videri, qui ejus sibi exemplo cavet, qui accusat. Sed quoniam sentio hic mihi rem cum uno te solo non esse, sed cum togato juris Antecessore, quem in errorem nuper impulisti, agedum illius causa iterum congrediamur. Urbicarias regiones appellari docui, quæ in Vicarii urbis erant potestate; sub Vicario autem urbis Siciliam fuisse Notitia testata est; ex quo nimirum urbicariam esse Siciliam sequebatur. Hic mihi Theodosiana lex objicitur, quæ Siciliam ab urbicariis regionibus distinguere videatur. Objici hanc posse præsenseram: ideo, ne cui fucum facerem, admonueram quid causæ esset, cur Sicilia in ea lege, tametsi est urbicaria, ab urbicariis sejungatur. Nec difficile erat causam assequi, cum eodem more apud nos videamus, a Rectoribus provinciarum sæpe distingui Rectores arcium, oppidorumque nonnullorum, quæ ipsa tamen in iisdem provinciis continentur. At Tibi, Antecessorique ratio ista non satisfacit. Quare hoc uno legis argumento confici putat, Siciliam urbicariam prorsus non fuisse, urbicarias proinde ab urbis vicario dici non posse. Verum si Siciliam ab urbicariis lex illa penitus excludit, de lege altera, quæ unica est in Codice Theod. *Si per obreptionem*, quid censes? Quæro enim, cum Præfecto præt. Italiæ & Illyrici præcipit Imperator, ut *per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum*, hoc est, per omnes præfecturæ illius diœceses, legem promulget, Siciliam ecquo putas harum partium capite contineri? Exclusam enim, opinor, non dices, cum Italiæ Præfecto paruisse Siciliam non dubites. Qua igitur in parte comprehensam putas? Illyricone, an Africa? ridiculum sit suspicari. nam Italiæ Insulam fuisse Siciliam quis nescit? Sed cum Italiæ duæ fuerint diœceses, quæ in hac lege distinguuntur, Italia & Urbicariæ, ad Italiæ diœcesim pertinuisse Siciliam, cum Italiæ Vicario non subesset, absurdum est affirmare. restat ergo, ut urbicariarum numero comprehendatur. Quod si urbicariarum hic nomine Sicilia continetur, causa certe quærenda est, cur in lege IX. *De extraordinariis muneribus*, eadem ab urbicariis secernatur. Ego eam attuli, quæ aptissima videbatur. Tu Antecessori nuntia, ut aut certiorem ipse proferat, aut nostram probet, atque infirmo se argumento ad Siciliam de urbicariarum albo eradendam usum sentiat. Tu porro, si primam Italiæ hujus, suburbicariarumque originem, quam dixi, & veras utrarumque metas ac terminos didicisses, non modo in his nunc salebris non hæreres, sed alios etiam scopulos, ad quos passim offendis, declinares. Nec suburbicarias scilicet ante Constantinum appellatas, cum exemplum, vel auctorem nullum habeas, sine tabulis, sine teste, sine suffragio affirmares. nec Italiæ nomen in Aureliani edicto, vel apud Pollionem, & alios, qui Constantini tempora antecesserunt, aliud quam Italiam totam, quæ in duas diœceses divisa nondum erat, interpretandum crederes: nec duas denique has partes, Italiam, inquam, & urbicarias, quæ pro Vicariorum, a quibus regebantur, discrimine, ita sunt apta & concinna partitione distributæ, ut Vicario Italiæ subessent omnes Italiæ hujus provinciæ, Vicario urbis omnes urbicariæ: tu contra perverso rerum ordine ita confunderes, ut si vera sunt quæ somnias, nec Vicario Italiæ pareant omnes Italiæ suæ provinciæ, & Vicarius Urbis non solas urbicarias, (Pag. 17.) sed alias etiam in sua habeat potestate.

CAPUT IV.

Specialis Italia non amplius quam septem provincias complexa, quæ a Vicario Italiæ administrabantur. Ideo ab Italia Campaniam, Apuliam, Calabriam secludunt cum Athanasio Synodi Sardicensis & Arelatensis subscriptiones. Diluuntur ridiculæ Causidici objectiones, idemque ἀντιλογίας convincitur.

De Italiæ pressius sumptæ finibus hoc inter nos est discrimen, quod Conjector, ejusque patronus, omnes illam provincias complecti volunt, quæ sunt extra Urbis Centesimum: nos septem illas duntaxat, quæ Diœcesim Vicarii Italiæ constituunt, Venetiam cum Istria,

Istria, Æmiliam, Liguriam, Flaminiam cum Piceno annonario, Alpes Cottias, Rætiam primam, Rætiam secundam. Rem ut auctorum testimonio firmaremus, Synodi Sardicensis Epistolam inter cetera produximus, quæ ab Italia hoc sensu Campaniam, Calabriam, Apuliam secludit; quod certe non faceret, si Italiæ omnes essent quæ sunt extra Centesimum, cum extra Centesimi fines has esse nemo non videat. Hunc tamen Synodi locum oppugnandum sibi Amicus delegit. prolixe ille quidem ac verbose, sed confuse adeo & perturbate, ut satis liqueat ipsum quæ scribebat non intellexisse. Nam cum aliud sit Provincia, aliud Diœcesis, quæ multarum provinciarum est complexio: cumque alia civilium diœcesum aut provinciarum sit ratio, alia Ecclesiasticarum, quarum unica civiles multas sæpe continet, interdum singulæ singulis adæquantur; sicut in Censura nostra probatum est: acutus hic homo, & provincias, cum diœcesibus confundit, & ab Ecclesiasticis civilia non distinguit, nec Italiam solidam atque integram ab Italia, quæ pro Italiæ tantum parte sumitur; susque deque omnia miscet, & judicii alieni securus, quam ridiculum lectori se præbeat pensi nihil habet: ut me ipsum susceptæ jam operæ tædeat, atque amicis indignari prorsus incipiam, qui me conviciis suis ut tam inepta refellerem adegerunt. Audiamus tamen quibus machinis Synodi auctoritatem expugnet. Synodi verba sunt,
Pag. 25.30. ἡ ἁγία σύνοδος συναχθεῖσα ἀπὸ Ῥώμης, καὶ Ἰταλίας, Καμπανίας, Καλαβρίας, Ἀπουλίας. Negat in his verbis ab Italia Campaniam, Calabriam, Apuliam secludi, sed tanquam ejus partes Italiæ vult subjungi, quia nulla post Italiam interposita est distinctio. alioqui disjunctivam particulam indidisset, hoc modo; ἀπὸ Ῥώμης, καὶ Ἰταλίας, καὶ Καλαβρίας, καὶ Καμπανίας. Itane vero? Confecta res erat, si hanc Synodus notam adjecisset? Quid ergo Athanasio dices, qui adjecit in Epistola ad Solitarios, ἀπό τε μεγάλης Ῥώμης, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης, Καλαβρίας τε καὶ Ἀπουλίας, καὶ Καμπανίας, Βρεττίας τε. An non hoc est, quod aiebam, te quid scribas pensi nihil habere, ac tuo te gladio, ut tuis verbis utar, jugulare? Quanquam ineptum est certe, Synodi sententiam ex voculæ unius, quæ ad rem nihil faciat, apicibus pendere. Unde certius explorari Synodi ment possit, quam ex Synodi ipsius subscriptionibus? Illas ergo recognosce. In his Episcopos leges, *Protasium ab Italia de Mediolano*, *Ursacium ab Italia de Brixia*, *Fortunatianum ab Italia de Aquileia*, *Lucillum ab Italia de Verona*; deinde *Vincentium a Campania de Capua*, *Januarium a Campania de Benevento*, *Calepodium a Campania de Neapoli*; *Stercorium* denique *ab Apulia de Canusio*. Si Campaniam & Apuliam Synodus ab Italia non distinxit, quid attinebat post Episcopos quos Italiæ adsignarat, reliquos Campaniæ vel Apuliæ adscribere? Nimirum Italiæ eos omnes attribuit, qui e variis Diœcesis Italiæ provinciis, quas sciebat unica Ecclesiastica, hoc est Mediolanensi, provincia contineri; ceteros seorsim Campaniæ vel Apuliæ; quoniam utraque suam ipsa provinciam constituebat. Quod clarius etiam, dissertisque verbis Arelatensis primæ Synodi subscriptiones docent: *Ex provincia Italiæ, civitate Mediolanensi, Merocles Episcopus. Ex provincia Campania, de civitate Capuensium, Proterius Episcopus. Ex provincia Apulia, de civitate Arpiensium, Pardus Episcopus.* Et Athanasius in eadem Epistola pag. 636. cum Capuam Metropolim Campaniæ vocat, & Vincentium ejus Episcopum commemorat, Βικέντιον μὲν τὸν ἀπὸ Κάπυης, ἔστι δὲ αὕτη μητρόπολις τῆς Καμπανίας, an non aperte peculiarem Campaniæ provinciam fuisse significat? Nisi tu forte aliud Metropolim esse putas, quam caput & principem urbem provinciæ. Abi nunc ergo, & desine tandem de Campania, Apulia, Calabria stolide sciscitari, cujus sint provinciæ, Italiæne an Romanæ: cum videas earum unamquamque non civili tantum, sed Ecclesiastico etiam jure, solidam per se provinciam fecisse. Pergis tamen, & indignas provinciarum numero judicas, quod cum Romana vel Italiæ Provincia comparari amplitudine, conferrique non possint. Quasi vero reges hodie dici nequeant, quorum regna terrarum spatiis Gallias vel Hispanias non æquant, aut provincias olim omnes in Gallia oportuerit esse Maximas Sequanorum, & in Britannia Maximas Cæsarienses. Non capis, qua ratione πᾶσαν Ἰταλίαν Athanasius, *omnem Italiam* dicere potuerit Hieronymus, si Campaniam, Calabriam, Apuliam, non comprehendunt: quomodo Valentinianum Imp. capies lege IX. Cod. Th. *De annona & tributis*, aut Gratianum *L.* unica. *Si per obreptionem*: quorum hic pariter omnem Italiam, ille omnes Italiæ regiones dixit, tametsi Urbicarias excludant? Tuine adeo es immemor, ut de Italia, quæ Italiæ tantum partem, hoc est diœcesim ejus alteram continet, nos loqui non recorderis? Quod si recordaris, quid causæ est, cur cum varias & ipsa partes provinciasque complexa sit, omnem Italiam ab iis dici non feras, qui omnes ejus partes intelligant? Sed restat tibi validissimum telum, quo Campaniam, Apuliam, Calabriam nihil aliud quam Italiæ hujus partes esse concludas, idque ex nostra, quod tibi certe gloriosum est, pharetra depromptum. Sirmondus, inquis, in regionum catalogo, quæ Romanæ provinciæ attribuebantur, nullam harum numerat. Italiæ ergo provinciæ illas adjudicat, hoc est secum ipse pugnat, qui Italiam scripsit non amplius quam septem Vicarii sui provincias continere. Ita enim ἀντιλογίας nos redarguit, & latus nostrum ferro nostro petit. Sed o plumbeum pugionem! Quo enim exciperes cachinno, si me ita differentem audires: Belgicam Amicus, & Aquitaniam in Celtica non ponit; ponat ergo necesse est in Narbonensi. Nam tua quidem par huic, & simillima est argumentatio. Nos vero qui stultum ducimus provinciam in ejusdem ordinis provincia quærere, nec in Italiæ istas provincia, nec in Romana collocamus. Tu propterea quod hactenus Campaniam, Calabriam, Apuliam separatas esse provincias ignorasti, Italiæ illas provinciæ partes dicis: qui tamen, si placitis tuis consentanea loqui velles, Romanæ potius dicere debueras. Cum enim Ecclesiasticas provincias & administrationes ad civilium formam constituendas tu, Conjectorque tuus censeatis, & Campaniam, Calabriam, Apuliam tu idem, Conjectore tuo admonitu nostro cautior factus, non ad Vicarii Italiæ, ut ille sentiebat, sed ad Vicarii Urbis tribunal pertinuisse didiceris; consequens erat profecto, ut earum-

Pag. 65.

Pag. 54.

P. 25. 26. 29.

Pag. 27. 28.

dem Episcopos Romanæ potius, quam Italiæ provinciæ adscriberet. Videsis nunc ergo, uter oostrum teſtimonio ſuo reviocatos, uter αἰσλογίαις ἀλίσισται, uter αἰσιως ἑρμηναίω.

C A P U T V.

Suburbicariæ omnes non ſunt intra Centeſimum. Secum pugnat Cauſidicus, qui Umbriam ſuburbicariam eſſe negat, quæ tamen eſt intra Centeſimum. Latina regio inter provincias nunquam habita, Valeria ultimis tantum temporibus. Provinciæ omnes Urbi vicinæ non ad Præfecti, ſed ad Vicarii Urbis adminiſtrationem pertinebant.

PRæcipuus Doumvirum noſtrorum labor eſt, ut ſuburbicarias regiones iotra Ceotefimum deſcribant. Nam quia quatuor omnino ejus nominis eſſe a peſſimis magiſtris, boc eſt a coctoribus calcis didiceruot, quas decem numero fuiſſe Imperii Notitia nos docet, de Piceno qoidem & Tuſcia, quio ſuburbicariæ ſiut, ambigi ooo poſſe intelligunt, de reliquis duabus inter ſe nou cooſentiuot. Conjectos eoim Latium vetus & Latium oovum, primus, ut ipſe gloriatur, novas ſuburbicarias creavit: vitio creatas exclamat Amicus, & pro his Latinam regionem, Valeriamque ſabſtituit. Prorſus autem quatuor ſuburbicarias Centeſimo definiri, atque io his Præfecti urbis diœceſim contineri volunt. Quaoquam igitur a nobis jam io Cenſura oſtenſum eſt, fruſtra Præfecti Urbis diœceſim, aut provincias ſingi, quæ uollæ ſiot: tamen iu hiſce ſiogendis, conſtituendiſque quam multa pecceos, hic quoque demonſtrandum eſt. Primum eoim, quam ioeptum eſt ſuburbicarias omnes Centeſimo concludere, cum extra hos fiues Piceoum eſſe liqueat, quod ſubarbicarium inficiari ooo poteſtis? Deiode quam abſurdom, quæ Centeſimo contioeantor eas omoes ſuburbicarias dicere, cum intra Centeſimum ſit Umbria, quam ſub-Pag. 41. 42. urbicariam negatis? Verum hæc, quæ autea quoque attigimus, & utrique veſtrum ſuns communia, omittamus. Valeriam, Latioamque regionem tuam exploremus, quas tu, Conjectoris tui ἀπειρωψίαν ootans, utrique ejus Latio anteponendas cenſuiſti. Nempe dum cornicum, quod aiunt, oculos configis, tuos ipſe cooſodiſti, ut quod ille videre oon potuit, tu quoque noo videres. Quem enim, niſi oculis captum, latere poteſt, in Deſeriptionibus Provinciarum Italiæ, quorquot io aotiquis Bibliothecis extaot, Latii aut Latinæ regioois oomen nuſquam legi? Agedom, aures admove, ſi oculos non habes. IN ITALIA PROVINCIÆ NUMERO XVI. *Campania, in qua eſt Capua, Tuſcia cum Umbria, in qua eſt Roma, Æmilia, Flaminia, in qua eſt Ravenna, Picenum, Liguria, in qua eſt Mediolanum, Venetia cum Hiſtris, in qua eſt Aquileia, Alpes Cottiæ, Samaiam, Apulia cum Calabria, in qua eſt Tarentur, Brutia cum Lucania, Retia prima, Retia ſecunda, Sicilia, Sardinia, Corſica.* Hæc noſtri eſt Codicis dinumeratio, a qua ceteri oihil diſcrepaot, niſi quod iu nonoullis Roma prætesitus, quam tamen in Tuſciæ provincia cooſtirutam notat etiam Paolus Diaconus iu geſtis Longobardorum lib. II. Cum hac autem Deſcriptione confer ulteram, quæ iu utriuſque Imperii Notitia legitur his verbis: PROVINCIÆ ITALIÆ XVII. *Venetia cum Hiſtris Æmilia, Liguria, Flaminia & Piceni annonarii, Tuſcia & Umbria, Piceni ſuburbicarii, Campania, Sicilia, Apulia & Calabria, Ratia prima, Ratia ſecunda, Samnii, Valeria, Sardinia, Corſica.* Ex his duabus Italiæ Proviuciarum Adnotationibus priorem a Conſtantino magno ad Theodoſium uſque obtinuiſſe, ſi dubitari abs te poſſe crederem, facile eſſet docere: poſteriorem Theodoſii, filiorumque ejus temporibos oatam, uſorpatamque, Notitiæ ipſius ſchemata declaraot. Nunc igitur percontari libet, cum inter Italiæ provincias, quæ poſt Conſtantioum, ut de ſuperiore memoria oihil dicam, agnitæ deinceps vel auditæ ſunt, oullum oec Latii, nec Latinæ regionis ſit veſtigium, quia in Campaoiæ videlicet provincia comprehendebatur: quooam vos mentis errore vel audacia Provincias vobis fingere potuiſtis, quæ Provinciæ noo erant? Tum de Valeria quæro ex te, qui factum putes, ut in priore catalogo ejus oomeo non legatur, oiſi quia in Provinciarum oumero nondum erat? Valeria enim, ſi oeſcis, antiquum viæ nomen eſt, recens provinciæ, quæ Samnii fere antea pars fuit. Quo igitur pacto tot ſæculis quæ anteceſſerant Præfectianæ, quam dicitis, diœceſeos provincia potuit eſſe Valeria, ſi nata non erat? Quid ſi de Tuſcia quoque ac Piceno quæram eodem modo, cum Piceni ſuburbicarii meotionem in poſteriore taotum Notitia videas, Tuſciæ ſuburbicariæ ne in hac quidem; an oon certa ſit conjectura, Picenum & Tuſciam, cum integræ antea eſſent provinciæ, in doas poſtea, ſed ſero ac poſtremis demom temporibus eſſe diviſas, aooues an negabis? Sed buoc ego locum, ne abſurdius abs te aliquid exprimam, in præſentia oou urgebo. Hoc reſpoodeas velim, cum e quatuor Provinciis, qoas Præfecto Urbi adſignabas, Latina regio nulla ſit, Picenum ſit extra Centeſimum, Valeria oimis recens, Tuſcia ſit incerta, Præfectianam iſtam diœceſim, quas in bis conſtituebas, quibus tandem ex Provinciis cooſlaturus es? Nam fruſtra, ut vides, in his conquirendis hactenos eum collega tuo laboraſti. Et profecto, qui id quod nuſquam eſt quæruot, hoc nimirum agunt, ut multum fodando inveoiant nihil. Quare caſſo atque irrito conatu abſtine, ſi ſapis, Præfectus Urbi, quod ſæpe iterandum eſt, oon provincialis, ſed urbanos fuit magiſtratus: nulla proiode illius diœceſis fuit, oullæ Provinciæ. Propria eoim & præfecturæ jure illi congruens adminiſtratio urbe Roma, Romanique agri termiois finiebatur. Hunc agrom quæ ciogebant Provinciæ, & quotquot omnino Centeſimi partem aliquam attingebant, ſuos ſingulæ Rectores habebaot, Conſulares, Præſides, Correctores, quibos oihil commune fuit cum Præfecto Urbis; in Vicarii autem urbis erant poteſtate; ut ceteri omnes, qui reliquas ejus diœceſis provincias, hoc eſt ſuburbicarias ceteras admioiſtrabaot. denique ne intelligas Præfecto Urbi proviocias non fuiſſe commendatas, Symmachum

audi lib. IX. epistola CXIX. Disces enim non solum Præfecturæ Urbanæ oppositam fuisse potestatem, cui provinciarum jura mandata sint: sed Præfecti Urbis angustos adeo jurisdictionis terminos fuisse, ut Albam usque non excurrerent. Scripta est epistola, (nam titulo caret) ad Vicarium Urbis, ut conjicio, digna quæ priorem hanc dissertationem claudat, atque integra legatur. Ea est hujusmodi.

SYMMACHI EPISTOLA

Lib. IX. Ep. CXIX.

Secundum proxima ætatis exempla, clarissimo & excellentissimo viro, fratri nostro Præfecto Urbi incestata Primigenia virginis, quæ sacra Albana curabat, a collegio nostro vindicta delata est. Sed quia literis ejus causæ probabiles asseruntur, quod neque muros æternæ Urbis tanti criminis reos fas sit intrare, neque ipse ad longinqua possit occurrere: cum facinus ubi admissum est debeat expiari, necesse perspeximus, potestatem finitimam conveniret, & cui provinciarum jura mandata sunt; ut in Primigeniam, quæ publicarum cerimoniarum maculavit arcana, corruptoremque ejus Maximum, qui quidem flagitium non negavit, severitas semper his adhibita exeratur. Dignaberis igitur, consideratis confessionibus, quæ nefandi tragœdiam prodiderunt, injuriam castissimi sæculi reorum suppliciis vindicare.

ADVENTORIÆ
PARS ALTERA
DE ECCLESIIS SUBURBICARIIS
CAPUT PRIMUM.

Suburbicarii notio pro rerum ad quas refertur varietate laxior est vel angustior. Quare falsum est Ecclesias suburbicarias latius patere non posse quam provincias. Suburbicariæ Ecclesiæ quænam essent, Rufini ætate notum erat. Synodus Nicæna Episcopi Alexandrini diœcesim definivit, non Romanam. Ægypti vox non minus ambigua, quam suburbicarii.

QUi circa regiones suburbicarias tam multis modis hallucinatus es, de Ecclesiis quam certa pronuntiaturus sis, non difficile est conjectura prospicere: sed quamlibet absurda fingantur, infra eventum erit expectatio. Disputationis fons & origo Rufinus, ecquas ille suburbicarias Ecclesias in Nicæni Canonis VI. expositione dixerit, cum in eo cautum scribit, ut Episcopus Alexandrinus Ægypti, sicut Romanus suburbicariarum Ecclesiarum curam gerat. In quo quidem quoniam inter nos & Conjectorem conveniebat Synodum Nicænam de speciali Episcopi Romani diœcesi loqui, quam Græci quoque ipsi Occidentem universum complexam esse fateantur, hoc necessario consequi ostendimus, ut Rufinum constaret, vel Synodi mentem non expressisse, vel suburbicarium nomine Occidentales omnes Ecclesias comprehendisse. Sensisti quam vim habeat hæc argumentatio. Itaque, ne te illa in angustias compelleret, tacitam dissimulasti. Et quasi confectum a nobis nihil esset, rem denuo arcessis a capite, negasque suburbicarias Ecclesias dici alias posse, quam quæ suburbicariis tuis provinciis continentur. Vagum alioquin & ambiguum ais fore vocabulum, quod certas & statas Ecclesias non denotet, cum certam a Synodo ac definitam Episcopo Romano diœcesim adsignatam fuisse non ambigas. Tua sunt hæc omnia, ut opinor. Vide tu, an ratiocinationis tuæ caput ullum, quod ad rem faciat, prætermittam. Quanquam hæc ipsa, quæ commemoravi, cum falsa ineptaque sint, ad rem tuam quid faciunt, nisi ut te inertiæ oscitantiæque condemnent? Primum enim, quis tibi Grammaticorum assentietur, suburbicarii notionem pro rerum, ad quas refertur, varietate angustiorem, laxioremve esse non posse? Quæso te, Parisiensem præfecturam cum audis, eosdemne illius fines animo fingis, cum de Prætore Parisiensi agitur, eosdem cum de Episcopo, eosdem cum de curia, supremoque tribunali Parisiensi? Insanus sis, si fingas. Cur igitur eadem intelligi aut concipi vis spatia, cum provinciæ, eadem cum Ecclesiæ suburbicariæ nominantur: & quod inde sequi necesse est, cur Episcopi Urbis, & Præfecti Urbis, & Vicarii Urbis, & aliorum, si qui ab Urbe nomen ducunt, eosdem potestatis, „ ac jurisdictionis terminos esse jubes? At suburbi„caria, inquis, cum ex eo dicta sint, quia cir„ca Urbem, vel sub Urbe erant, ad longin„qua transferri non possunt. Equidem hoc a

Cens. II. cap. VIII.

Pag. 48. Pag. 52.

A te scribi video, sed contra te, sed contra Conjectorem. Quid enim? An illum oblitus es, atque illius exemplo te, Umbriam, quæ Urbi proxima est, de suburbicariarum numero expunxisse? Si suburbicariæ de urbis vicinia sunt dictæ, suburbicarium Picenum esse cur agnoscis, Umbriam negas, quæ Urbi tamen vicina & propinquior est, quam Picenum? Aut consentanea loqui disce, aut tace, & iis qui didicere, loquendi partes concede. Jam illud porro quam inane est, quod causaris, incertum & ambiguum fore, quas Ecclesias suburbicarias dicat Rufinus, si has etiam extra ejus nominis provincias accipi placeat?
B Quasi vero Rufini ætate suburbicariarum Ecclesiarum obscurius nomen fuerit quam Provinciarum: aut quemadmodum Præfecti Urbis, & Vicarii Urbis potestas quos fines haberet, ignorari non poterat; ita Episcopi Romani specialis diœcesis quousque pertineret, exploratum itidem ac ratum non esset.

Sed erras vehementer, si aut Synodo Nicænæ, aut Rufino, qui Synodum interpretatus est, propositum id fuisse censes, ut Romanæ diœcesis partem ullam nominatim exprimeret. Adsignavit, inquis, Ægypti provincias Ale- „ xandrino Episcopo; debuit ergo & Romano „ certas adscribere. Non poteras, quam oscitan- „ tanter Synodi verba legeris, aut quam parum assecutus sis, apertiore indicio testari. Sic e-
C nim disputas, quasi ejus canonis quæ fuerit occasio, aut cujus gratia conditus sit, penitus ignores. Atqui ex Synodi ipsius ad Episcopos Ægypti epistola, quam lib. I. cap. 9. recitat Theodoretus, discere poteras, Meletiani schismatis causa editum fuisse, ob Meletium Lycopolis Episcopum, qui καθ' ἑκάστην χώραν, ut narrat [Epi]phanius hæresi LXVIII. καὶ καθ' ἕκαστον τόπον ἄρχων, χειροτονῶν καθίστη κληρικοὺς, ἐπισκόπους τε καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ᾠκοδόμει ἐκκλησίας ἰδίας. *Clericos passim, Episcopos, & presbyteros, ac diaconos instituebat, privatasque seorsim Ecclesias erigebat*. Quæ cum adversus Episcopi Alexandrini jura tentari viderentur, morem an-
D tiquum retineri Synodus jussit, ut Episcopus Alexandriæ per Ægyptum, Libyam, Pentapolim, summam habeat potestatem; parique modo & Antiochiæ, & ceteris in provinciis sua Metropolitanis jura servari. De Alexandrina ergo diœcesi quæstio cum esset e re fuit, ne quid obtendere Meletianis liceret, singulas illius partes percensere: Romanæ autem vel Antiochenæ diœcesis partes, de quibus nulla

erat disceptatio, nihil attinebat commemorasi. Quare frustra parem utrarumque causam vis fuisse, Sed parem fuisse concedamus. quid est quod de suburbicariarum apud Rufinum, „ quasi non satis aperta & distincta interpretatione nostra cavilleris? Quia Ægypti sollicitudinem, inquis, Alexandrinum Episcopum gessisse qui dicit, is non partem Ægypti, sed totam, nec plusquam Ægyptum, sed solam intelligit. In suburbicariis vero nihil simile. Nam earum apud nos varia est significatio. Itane vero? In Ægypti voce nihil esse putas ambigui? Atque hoc reliquum erat, ut nescire te ostenderes, Ægyptum nunc totam diœcesim dici, quæ Libyam simul & Pentapolim amplectatur; nunc solam ejus partem, quæ Ægyptus proprie est appellata? Quorsum enim a Synodo Ægyptus, Libya, & Pentapolis distinguuntur, si Ægyptus pro sola interdum diœcesis parte non sumitur? *Antiqui mores obtineant, qui sunt in Ægypto, Libya, & Pentapoli, ut Episcopus Alexandrinus horum omnium habeat potestatem.* quorsum a Rufino sola Ægyptus commemoratur, si non alias etiam partes aliquando comprehendit? *Ut Alexandrinus Episcopus Ægypti, Romanus suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem gerat.* Sed profecto cautior te, atque intelligentior erat Rufinus. Sciebat nimirum, & Ægypti & suburbicariarum ambigua esse vocabula: quod ut Ægyptus nunc integra est diœcesis, nunc una ejus pars tantum; ita suburbicariæ Ecclesiæ dici possint, tum eæ privatim, quæ in Urbe, Urbisque sint Episcopatu; tum eæ item, quæ Provinciæ Romanæ ambitu continentur, tum eæ postremo, quæ solidam Episcopi Romani diœcesim & Patriarchatum constituant. Ceterum in Nicæni canonis tractatione, ubi Ægyptus cum suburbicariis Ecclesiis, hoc est Alexandrina diœcesis cum Romana comparetur, quemadmodum dubitare non potuit Rufinus, quin Ægypti nomine Libyam quoque & Pentapolim ab eo comprehensam scirent omnes; ita neminem adeo stupidum putavit fore, qui suburbicarias Ecclesias aliud quam totius Occidentis, (quoniam hæc specialis est Episcopi Romani diœcesis) Ecclesias omnes interpretandas censeret.

Pag. 32.

C A P U T II.

Synodus Calchedonensis quatuor Episcoporum gradus manifeste distinguit. Exarchos appellat non Metropolitas, aut Patriarchas, sed eos qui gradu inter utrosque interjecto diœceses integras regebant. Exarchorum nominis varia usurpatio. Exarchi, præter legitimos, quidam adscititii & honorarii.

QUatuor Episcoporum gradus in Synodo Calchedonensi designari, Episcopos videlicet singularum civitatum, Metropolitanos provinciarum, Exarchos seu primates diœceseon, & Patriarchas qui θρόνους sive sedes proprie dictas regebant, in Censura nostra docuimus. Reclamat Causidicus, & symmystarum suorum, qui hoc ante scripserant, præjudicio fretus, quanta potest voce contendit, tres duntaxat Episcoporum gradus in Ecclesia fuisse, nec plures tribus a Synodo commemorari. Nusquam pica nostra, quam in hoc capite loquacior, nusquam petulantior, nusquam impotentior sui, ut mihi quidem visa sit inusitata quadam rabie hoc loco laborare. Sed ades tandem, si modo ad sanam mentem redisti, quo argumento tres tantum Episcoporum gradus vis esse? Adeone pingui & crasso es sensu, ut quatuor numerare non possis? Synodus Calchedonensis Canone IX. de clericorum judiciis sancit, ut si cui clerico lis fuerit cum proprio, vel cum alio Episcopo, πρὸς τὸν ἴδιον, ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, a provinciæ Synodo judicetur: si autem cum ipsius provinciæ Metropolitano, πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην, Episcopus aut clericus controversiam habuerit, aut diœceseos Exarchum adeat, aut sedem regiæ urbis Constantinopoleos, ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. Dic sodes, Episcopum, Metropolitam, Exarchum diœcesis, & θρόνον sive sedis Archiepiscopum Patriarcham, quot numero esse censes? „ Sismondus, inquis, quatuor esse putat, ergo „ tres tantummodo. Quid ita? Quia Exarchus „ idem est ac Patriarcha. Proinde Synodum sic „ interpretor, ut clerici vel Episcopi cum Metropolitano controversiam Exarcho diœceseos, „ hoc est Patriarchæ dirimendam permittat. Quid ineptius? quid insulsius? quid a Synodi mente alienius fingi vel excogitari queat? Nam si cum AUT EXARCHUM, AUT PATRIARCHAM Synodus dicit, unum atque eundem dicit, quid restat, nisi ut cum in eodem Canone PROPRIUM, AUT ALIUM EPISCOPUM distinguit, itemque EPISCOPUM AUT CLERICUM, nulla tamen inter hos tuo judicio sit distinctio: sed unum idemque sit proprius Episcopus quod alienus, idem clericus quod Episcopus? Deinde si ista inter se non discrepant, non jam vides, quam absurda ex hoc genere consequantur? ut quoniam eum qui loquitur, aut vera, aut falsa loqui necesse est, utrum de te affirmem nihil intersit: & quoniam aut stultus aut sapiens, dum hæc scribis, videri fortasse possis, utrum de te potius credi malis, quia stultum a sapiente non discernis, pensi habere nihil debeas? Quæ ubi admiseris, quis amicorum vicem tuam non dolebit? Sed operæpretium est tamen, „ quibus auctoribus Exarchos Patriarchas interpreteris cognoscere. Græcis, inquis, quibus „ enim potius? Zonaras quippe testatus Exarchus diœceseon a quibusdam exponi Patriarchas, ab aliis Metropolitas, ἐξάρχους δὲ τῆς διοικήσεως τοὺς Πατριάρχας φασὶν, ἄλλοι δὲ τοὺς Μητροπολίτας. Ita nimirum Græcos paratus es, si quid recte sapiunt, aspernari, ubi errant, amplecti. Hic enim utramvis partem sequare, par error est. Nam si Exarchos Metropolitas dixeris, redarguet te Synodus ipsa, quæ a Metropolitis distinguit. Sin Patriarchas, ita ut a primarum sedium Rectoribus non distinguas; iis ipsis, quæ jam dixi, refellere. Quanto vero consultius, quando Græcos audire placet, Zonara, qui te, ut vides, nihil juvat, relicto, Balsamonem audisses? Is enim te quinam a Synodo Exarchi vocentur ignorare pas-

Pag. 66. 67. 68. 69.

Pag. 67.

sus non esset. Vel nunc ergo tandem ausculta. ὁ μὲν τοι ἔξαρχος τῆς διοικήσεως ἐστὶν ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐχ ὁ ἑκάστης ἐπαρχίας μητροπολίτης, ἀλλ' ὁ τῆς ὅλης διοικήσεως μητροπολίτης. διοίκησις δέ ἐστιν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῇ. *Exarchus*, inquit, *diœcesis est, ut mihi quidem videtur, non uniuscujusque provinciæ Metropolitanus, sed Metropolitanus totius diœcesis. Diœcesis autem est, quæ multas in se provincias continet.* Quid dici potuit explicatius? Ut Episcopi, qui unicuique provinciæ præest, proprium nomen Metropolitanus; sic Metropolitani, cui multarum provinciarum diœcesis subjecta est, proprium est nomen Exarchus. Quo ex genere in primis fuerunt Cæsareæ Cappadocum Metropolitanus, qui Ponticam diœcesim regebat; & Ephesinus, qui Asianam. Propterea Exarchi diœceseon appellabantur: ut in Synodi VI. subscriptionibus Epistolæ ad Agathonem: Φιλαλήθης ἐπίσκοπος τῆς Καισαρείων τῆς πρώτης τῶν Καππαδοκῶν ἐπαρχίας, καὶ ἔξαρχος τῆς Ποντικῆς διοικήσεως. *Philalethes Episcopus Cæsariensium Metropolis, primæ Cappadocum provinciæ, & Exarchus Ponticæ diœcesis.* Θεόδωρος ἐπίσκοπος τῆς Ἐφεσίων μητροπόλεως, καὶ ἔξαρχος τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως. *Theodorus Episcopus Ephesiorum Metropolis, & Exarchus Asianæ diœcesis.* Quot denique apud Græcos diœceses fuere, tot Exarchi. Unde & Orientalis quoque diœcesis Exarchus, ἔξαρχος τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, in eadem Synodo Calchedonensi Actione XIV. dictus legitur Patriarcha Antiochenus. non quod is aliud nihil esset quam Exarchus, tertiusque Episcoporum gradus a quarto non differat. minime vero. sed quia Antiochia, cui præerat, caput erat, & Metropolis Orientis. Et Episcopus Alexandrinus eodem modo Exarchus Ægypti appellari jure poterat, quia Præsul erat, ut Theodosii ad Orarum Augustalem lex loquitur, omnium per Ægypti diœcesim sacerdotum. Quanquam enim nomen Exarchi, quod quidem, si vim vocis consideres, eum qui quaque in re præsit ac principem locum teneat, significat, cum ad Ecclesiasticas dignitates transfertur, nunc huic, nunc illi accommodari possit; ut cum in Synodo Sardicensi Can. VI. ἔξαρχος τῆς ἐπαρχίας Exarchus provinciæ, pro Metropolitano ponitur: & apud Evagrium lib. IV. Historiæ Eccles. cap. XI. Episcoporum Exarchi, ἴδμεν τῶν ἐπισκόπων ἔξαρχοι, universe appellantur, quicumque subditos habent Episcopos. Quanquam etiam postremis imperii Constantinopolitani sæculis, quod ex Georgio Codino, & Græcorum Notitiis constat, Exarchi vacuum nomen, tanquam codicilli sine re, multis Metropolitanis honoris causa communicatum est, qui diœceses re vera vel nullas vel integras non habebant, ut Ancyrano, ut Cyziceno, ut Nicomediensi, ut Nicæno, ut aliis permultis. Nihil tamen hæc officiunt, quo minus Exarchi olim ii propria notione fuit dicti, qui solidas multarum provinciarum diœceses regebant, atque hoc sensu in Synodi Calchedonensis Canone, ut Balsamon docuit, accipiendi sint. Quin etiam idem auctor est Balsamon, extitisse sua etiam ætate veteres illos diœceseon Exarchos, sed antiquis privilegiis caruisse. quod verum est. Perseverarunt enim ex hoc numero Exarchus Ponticæ diœcesis, Episcopus Cæsariensis; Exarchus Asianæ,

A Ephesinus; Exarchus Thraciæ, Heracliensis: atque hoc inter ascititios Exarchos, qui postea id nomen adepti sunt, velut priscæ dignitatis insigne retinuerunt, quod duo priores ὑπέρτιμοι τῶν ὑπερτίμων καὶ ἔξαρχοι, tertius πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἔξαρχος nuncupati sunt, cum ceteri subdititii ὑπέρτιμοι καὶ ἔξαρχοι tantummodo vocarentur.

Caput III.

Patriarchæ proprie dicti non plures quam quinque. Patriarcharum nomen aliquando commune fuit etiam Exarchis, postea primariis tantum sedibus B *tributum: semper tamen inter hos gradus fuit discrimen. quare merito distinguuntur. Exarchorum in Oriente jura ad Constantinopolitanam sedem fere translata.*

De Exarchis Græcorum quinam & numero quot fuerint, dictum est abunde. sequitur ut de Patriarchis, eorumque diœcesibus dicamus: ut hoc etiam ex capite alios tertii,
C alios quarti ordinis Episcopos fuisse non ignores. Quot igitur legitimos in Ecclesia Patriarchas habitos olim putas esse? Quinque omnino fuerunt. Quid rides? An quia Patriarcharum turbam animo tibi finxeras, & Italiam, Galliam, Africam, Orientem quoque ipsum peragraras, ut Patriarchas quæreres, atque ubi nulli erant, tute ipse novos & inauditos excitares, idcirco Patriarchas tibi omnes fuisse dabimus, quos hariolaris? Quis de Patriarcharum numero gravior, certiorque esse potest auctor, quam Justinianus? Is quinque omnino Patriarchas fuisse docet, tum ubique passim, tum diserte Novella CXXIII. Κελεύομεν, inquit, τοὺς μακαριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας, τουτέστι
D τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Κωνσταντινουπόλεως καὶ Ἀλεξανδρείας καὶ Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, ἐν τῇ αὐτῶν χειροτονίᾳ ταῦτα μόνα παρέχειν, ἅπερ συνήθεια γίνεσθαι. *Jubemus ne beatissimi Archiepiscopi & Patriarchæ, hoc est senioris Romæ, Constantinopolis, Alexandriæ, Theopolis, & Hierosolymorum, in ordinatione sua ea solum præbeant, quæ præberi mos est.* Evolve Novellas omnes, & quicquid in Græcia librorum est post Justinianum, cujus potissimum ævo Patriarcharum nomen inter Ecclesiasticas dignitates frequentari cœptum est, nusquam Patriarchas, nisi hos quinque, agnitos reperies.
E Quid apud Latinos, an plures fuerunt? Anastasium audi Bibliothecarium in Epistola, quam Synodo VIII. præfixit ad Hadrianum Papam II. *Cum Christus*, ait, *in corpore suo quod est Ecclesia tot Patriarchales sedes, quot in cujusque mortali corpore sensus locaverit, profecto nihil generalitati deest Ecclesiæ, si omnes illæ sedes unius fuerint voluntatis.* Vide nunc, quas in angustias redactus sis. aut docendum est tibi, sensus in corpore plures esse quam quinque aut confitendum Patriarchas, Orientis, Occidentisque consensu, plures hoc numero non

fuisse. Verum ego te, ut respires tandem, in his angustiis versari diutius non finam. Patriarcharum nomen Exarchis olim, id est tertio Episcoporum ordini, tributum aliquando fuisse non inficior, tempusque adeo extitisse, quo Patriarchæ ab Exarchis diversi apud Græcos non essent. Quis hoc nescit? Vexas te, ut hoc doceas, nec apte quicquam probas: cum facilius nihil fuerit, quam id certis documentis ostendere. Quid enim? An non aperte Socrates libro v. Historiæ Eccles. cap. VIII. Diœceses Thraciam, Ponticam, Asianam, Ægyptum, & Orientem, πατριαρχίας Patriarchias appellat, & Patriarchas in singulis a Synodo Constantinopolitana constitutos scribit? An non in Synodo ipsa Calchedonensi, cum Actione II. propositum esset a Judicibus, ut πατριάρχαι ἑκάστης διοικήσεως, uniuscujusque diœcesis Patriarchæ, unum aut alterum sibi ex sua quisque diœcesi ad componendam fidei formulam adsciscerent; in Actione v. ubi hæc formula conscripta est, delecti ex Orientali, Pontica, Asiana, Thracia, & Illyrico leguntur: ut appareat in his singulis diœcesibus, atque in Ægypto, quam omittis, singulos fuisse Patriarchas? Patriarchæ igitur iidem aliquando fuere, qui Exarchi. habes quod optabas? Quid tum vero? An eo factum putas, ut iidem semper fuerint, aut tum etiam cum iidem erant, tres tantum in Ecclesia, & non quatuor Episcoporum gradus numerati sint? Falleris. Etenim ut Papæ nomen apud Latinos omnium primum Episcoporum nomen fuit; postea proprium & peculiare illius factum est, qui Episcopus est Episcoporum: sic Patriarchæ nomen, quod commune aliquando fuerat cum Exarchis, ad eos postea solos translatum est, qui Ecclesiæ primarias quinque sedes regunt. Ceterum ut Romanum inter Pontificem, & reliquos Episcopos, qui tum Papæ, sicut ille, vocabantur, magnum semper fuit apertumque discrimen: ita iidem isti principum sedium Antistites, tum etiam, cum Patriarchæ soli nondum vocabantur, ab iis tamen qui in tertio erant ordine Patriarchis & Exarchis distinguebantur, iisdemque honoris & dignitatis gradu præcellebant, & quartum, velis, nolis, Episcoporum ordinem constituebant. Nisi forte adeo rerum omnium es expers, ut Cæsariensis, aut Ephesini Episcopi, qui Exarchi diœceseon suarum fuere, parem unquam cum Antiocheno, vel cum Alexandrino in Ecclesia auctoritatem credas fuisse: ac frustra in Synodis œcumenicis primo semper loco quinque Archiepiscoporum, quos dixi, tum deinde Cæsariensis, Ephesini, & reliquorum Exarchorum subscriptiones legi putes, quod nullum inter utrosque discrimen fuisse arbitreris. Sed habes tamen, quo duce pugnes, vincasque, immo triumphes, eundem ipsum Imperatorem Justinianum. Quid

Pag. 60.

»faciemus, inquis, Justiniano, qui passim in No»vellis πατριάρχας ἑκάστης διοικήσεως, uniuscujusque »diœcesis Patriarchas appellat? Quid facturus sis, »rogas? Dabis operam, si sapis, ut illum re»ctius intelligas. Nam cum turpe sit causidico sine lege loqui, tum multo certe turpius, quam legem ipse laudat, ejus vim sententiamque nescire. Tu, quia Patriarcharum diœceses a Justiniano commemorari vides, idcirco Patriarchas Justiniano ab Exarchis diversos non fuisse suspicaris. Quasi quos Patriarchas intelligat Justinianus, obscurum esse cuiquam possit post Novellam CXXIII. in qua quinque in universum nominatim expressit. Quanto igitur congruentius erat, te, cum de quinque Patriarcharum numero constaret, quo sensu harum quinque diœceses dixerit, investigare! Animadvertisses enim, quod ista tua insigni & eximia sapientia, præ qua qui aliter sentiant stulti, vani, falsi tuo judicio sunt omnes, nondum ut video deprehendere potuisti, Justinianum, cum in Patriarcharum mentione Patriarcharum diœceses nominat, non proprias Exarchorum diœceses intelligere, (tametsi harum nulla erat, quæ Patriarcharum alicui non pareret,) sed totam Patriarchiæ uniuscujusque amplitudinem, quantacumque illa erat; seu veram aliquam diœcesim obtineret Patriarcha, sicut Alexandrinus & Antiochenus; seu partem tantum diœcesis, ut Hietosolymitanus; seu multas simul diœceses, ut Constantinopolitanus, & Romanus. Nam de Romano quidem Patriarcha notum est, cum Occidentem universum ejus diœcesis complexa sit, omnes illam Occidentis diœceses occupasse. De Constantinopolitano docet Synodi Calchedonensis Canon XXVIII. in Patriarchica ejus diœcesi tres solidas diœceses, Thraciam, Ponticam, & Asianam comprehensas fuisse. Fuerunt igitur Patriarchis singulis suæ diœceses, sed diversæ a diœcesibus Exarchorum: nec male aut improprie, ut nugaris, locutum ducimus Justinianum, sed malum te atque imperitum ejus verborum interpretem, qui Patriarcharum diœceses quas diceret non intellexisti. Ne hoc quidem, quod ingenio & solertia tua dignum erat, examinasti; qui factum sit, ut cum quatuor olim Episcoporum gradus essent, & Exarchos a throno Patriarchali tam aperte Synodus distinguat; tres tantum fere gradus a Justiniano, Græcisque post illum scriptoribus numerari soleant, Patriarchæ, Metropolitani, & Episcopi, ut etiam a Maximo in Disputatione cum Pyrrho, cum Synodum appellari posse negat, quam Pyrrhus & Sergius convocarant, in qua συστατικὰς οἱ συνελθόντες οὐκ ἔσχον, ἤτοι οἱ ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν μητροπολιτῶν, ἤτοι οἱ μητροπολῖται ἀπὸ τῶν πατριαρχῶν. *Commendatitias non habuissent qui convenerant, nec Episcopi a Metropolitis, nec Metropolitæ a Patriarchis.* Observasses enim, quod tu vel nunc saltem condiscere necesse est, Exarchorum ordinem in Oriente, dum adstruitur & amplificatur Constantinopolitanæ sedis auctoritas, suis spoliatum privilegiis propemodum exolevisse. Nam cum extra Patriarcharum sedes positæ tres potissimum essent diœceses, Thraciæ, Ponti, & Asiæ, hæ omnes Constantinopolitani Patriarchæ diœcesi attributæ fuerant; & quæ jura in his olim fuerant Exarchorum, omnia fere ad illum translata; ut judicia Ecclesiastica, Synodi Calchedonensis Can. IX. & XVII. & ordinationes Metropolitanorum Can. XXVIII. Formatarum etiam jus, de quo Maximus, & alia id genus. Quo factum, ut Exarchis in Metropolitanorum pene ordinem redactis, atque omni antiquo splendore destitutis, eorum deinceps habita ratio non fuerit, vix nudo illis Exarchorum nomine relicto, quod cum inani honoris titulo, ut proximo capite dictum est, ad ultima usque tempora conservarunt.

CAPUT IV.

Sedes & θρόνοι proprie & κατ' ἐξοχὴν dicti quinque Patriarcharum. Episcopum Romanum Primatem ex adversarii placitis recte appellari. Discrimen inter civiles & Ecclesiasticas administrationes. Africa olim unica Ecclesiæ provincia: post multæ, quarum Primas Episcopus Carthaginensis. Primates Occidentis dicti etiam interdum Patriarchæ: omnes tamen diversi ordinis, & longo semper intervallo post Romanum.

Pag. 64. 65. 66.

MIraris porro, & cur dicere ausum sim quæris, θρόνους sive sedes, proprie & κατ' ἐξοχὴν dictas fuisse quinque sedes Patriarcharum. Ego vero mirum hoc tibi visum esse non miror, qui te mirari omnia videam, quæ nescias. Miror potius ea nescire te, quæ vel pueri norunt. Metropolitanorum, inquis, θρόνοι etiam dicuntur. addere poteras, & Episcoporum: quis enim Episcoporum Cathedras ignorat? » Quid ergo concludis? Dici κατ' ἐξοχὴν non posse » Patriarcharum. Et hoc putas sine risu audiri a quoquam posse? Nam contra potius colligere debueras, idcirco sedes κατ' ἐξοχὴν has quinque merito appellatas, quia plurimæ aliorum sedes cum essent, hæ omnium primariæ ac principes erant. Quæro enim, Romamne credas αὐτοκρατορικὴν dici urbem posse, si præter Romam urbes aliæ nusquam essent: aut poetarum principem Maronem, si poeta Maro solus esset. Quod si θρόνοι κατ' ἐξοχὴν, aut sedes appellari non solebant quinque Patriarchales, nescivit profecto quas sedes diceret Gelasius Papa, cum de Constantinopolitana Ecclesia his verbis scriberet ad Dardanos Epistula XI. *Si de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis ac tertiæ major est dignitas sacerdotum, quam ejus quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec inter Metropolitanorum jura censetur.* aut cum in alia epistula nondum edita sic alloqueretur Episcopos Orientales: *De suis urbibus Catholicus pellebatur Episcopus, non solum Metropolitanus, sed etiam secundæ & tertiæ sedis Antistes.* Male etiam, atque improprie Liberatus Diaconus Breviarii capite XVIII. de Ioanne Alexandrino loquens, alias sedes absolute dixit, alias Patriarchales, ut non sine causa interpretationem ipsemet, ne ambigeremus, adjecerit. *Qui & ipse*, inquit, *secutus Petrum & Athanasium prædecessores, in edicto naitivo communicavit cum aliis sedibus, id est Constantinopolitana, & Antiochena, & Hierosolymitana.* Nugatur denique inter Græcos, ne Latini soli desipiant, Syncellus ille Hierosolymitani Patriarchæ legatus, in Synodo VIII. qui πατριαρχικὰς, quas vocat, κεφαλὰς Ecclesiæ Dei, κεφαλὰς vocat. Τοιγαροῦν τῆς ἁγιωτάτης Ῥώμης μηδαμῶς ἀποδεξαμένης τὸν Φώτιον, μηδὲ μὴν τῶν τῆς ἀνατολικῆς τριῶν θρόνων, τοῦ Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἀντιοχείας, τοῦ Ἱεροσολύμων, οὐκ ἔδει χρῆμα μετακαλεῖσθαι αὐτὸν εἰς ἐξέτασιν καὶ κρίσιν. *Quapropter cum Romana Ecclesia prima sedes Photium non receperit, neque tres Orientis throni, Alexandrinus, Antiochenus, & Hierosolymitanus, non opus erat eum in quæstionem, & judicium denuo vocari.* Satisne vero ex istis liquet, an alios testes requiris, ut discas nunc tandem, θρόνους sive sedes proprium κατ' ἐξοχὴν, & peculiare nomen fuisse Patriarcharum, non etiam, ut garris, Metropolitanorum, cum in ipsis Gelasii verbis videas sedium Episcopis opponi Episcopos Metropolitanos?

Quam ineptum præterea δεινοσοφίας tuæ specimen fuit tota illa, quam subjicis, de Primatibus dissertatio? Quam qui legunt harum rerum rudes & ignari, te in tanta tui fiducia & loquacitate aliquid fortasse sapere existimant: qui acriore sunt judicio, statim intelligunt, te & pugnare secum turpiter, nullaque ex parte cohærere quæ dicis, & cum multa temere effutias, nihil tamen ad rem loqui, denique meros Simonidis logos esse quos fundis. Primum enim, quis Episcopum Romanum Primatem ante me dixerit cur rogas, cum Mediolanensem ipse Primatem voces, quem Primatem præter te nullus unquam appellavit? Nam si Mediolanensem Episcopum, quia multis olim civilibus provinciis præerat, Primatem ingratiis vis esse: Romanum, qui tua & Conjectoris tui opinione suburbicarias omnes provincias regebat, si non Italiæ, at suburbicariarum certe Primatem fuisse cur negas? Deinde cum Primates a Patriarchis non distinguas, & Primates diœcesum rectores dictos velis; qui convenit, ut Episcopo Romano & diœcesim intra centesimum, & Patriarchæ nomen tribuas, Primatis non concedas? Nos enim, ne ad scopulos istos tecum hæreamus, facile providemus, qui Primates in Ecclesia eos esse & dici posse censemus, qui multas sibi, non civiles, sed Ecclesiasticas provincias subditas habeant. Unde Mediolanensem Episcopum, quem in Primatum numero collocasti, Primatem negamus fuisse: quia licet multarum civilium provinciarum Episcopis præesset, omnes tamen hæ provinciæ unicam ejus Ecclesiasticam provinciam constituebant. Et Romanum jure Primatem dici posse arbitramur, non suburbicariarum tuarum, quæ omnes in unica Romanæ Metropolis provincia continebantur: sed Italiæ, quod in Italia provinciæ multæ & Metropoles cum essent, ad unam omnes diœcesim Ecclesiasticam pertinebant, cujus caput & rector, hoc est Primas, erat Episcopus Romanus. Erras enim, & vehementer erras, si nullum inter civiles & Ecclesiasticas, vel provincias, vel diœceses discrimen facis. Nec erras modo, sed tuo ipsius, & canonum omnium sententia confutaris. Etenim si pro civilium administrationum modo ac numero Ecclesiasticæ censendæ sunt, qui factum ut in Gallia, ubi diœcesis olim unica fuit, Primates sint multi? aut cur in Britannia Insula cum provincias quinque civiles fuisse consentiant omnes, Ecclesiasticas quinque numerat nemo? Quid in Africa, an ignoras Cypriani ævo unicam fuisse provinciam, quæ Numidiam etiam & Mauritanias duas complecteretur? Docere te Cyprianus ipse poterat, tum in epistola XL. ubi provinciæ suæ Episcopos vocat omnes, qui cis mare positi erant; tum diserte in XLV. *Latius*, inquis, *fusa est nostra Provincia, habet etiam Numidiam & Mauritanias duas sibi*

Pag. 65.

Pag. 54.

sibi cohærentes. Unde & in Synodo Carthaginiensi de hæreticis baptizandis, Episcopi, qui ex Africa, Numidia, Mauritania convenerant, non ex pluribus provinciis, sed ex una convenisse provincia dicuntur. Una ergo Ecclesiæ Africanæ provincia tum erat, cum civiles essent jam multæ. Postea Ecclesiasticæ etiam plures fuerunt: quarum singulis qui præerant, primæ sedis Episcopi vocabantur, id est Metropolitani. Horum autem omnium caput, hoc est totius Africæ provinciarum Primas,
Pag.78. sua etiam confessione, Episcopus erat Carthaginiensis, idem videlicet qui Provinciæ universæ præfuerat, cum unica tantum esset. Hæc enim Primatum est origo. nam Primas quid est aliud, quam multarum provinciarum caput? Itaque Carthaginiensis Antistes Africæ revera Primas erat, & totius Africæ concilio præerat, ut Justiniani ad Salomonem Novella testatur, eoque nomine, quod animadversione tua dignum est, inter Exarchos seu Primates per legatum subscribit Reparatus Carthagi-
Pag.56.57. niensis in Synodo v. generali. Quæ cum ita sint, an non falsum est, quod scripsisti, Primates apud Afros secundi tantum ordinis Episcoporum gradum fuisse, non etiam tertii? Sed vereor ne dum ineptias tuas gradatim persequor, non tibi solum, sed aliis etiam molestus esse incipiam. Quare ad rem venio, si tamen ad rem ullam faciunt quæ scribis. Quorsum enim hæc a te instituta est de singularium gentium Primatibus disputatio? Ut refellas, opinor, quod dixeram, e quatuor Episcoporum gradibus, qui a Synodo Calchedonensi designantur, tertio fuisse loco Exarchos seu Primates, quarto Patriarchas. Tu ergo, quin recte cum Exarchis Primates comparati sint, repugnare non audes, iidem enim sunt: sed male ab utrisque distingui censes Patriarchas, cum eosdem credas fuisse. Nos vero nec de Exarchis, inficiati antea sumus, nec de Primatibus nunc abnuemus, quin Patriarcharum etiam nomen illis aliquando tributum sit. Quis nescit & Lugdunensem, qui Galliarum Primas dicitur, & Bituricensem, qui Aquitaniæ, Patriachas passim nuncupari? Sed quemadmodum de Exarchis Orientis proxime ostensum est, illos tum etiam cum Patriarchæ appellabantur, a primarum sedium Archiepiscopis diversos fuisse, quibus solis deinceps Patriarcharum nomen concessum est: ita in Occidente certum est, tametsi e Primatum numero nonnulli Patriarchæ nomen honoris causa usurparint; longo tamen intervallo semper abfuisse a sedis Apostolicæ Antistite, qui unus illorum, ac totius Occidentis verus Patriarcha fuit. Alioqui si præter Romanum alii in Occidente legitimi habiti sunt Patriarchæ, quid Justiniano respondebis, qui Patriarchas, ut audisti, quinque omnino esse docuit? quid Anastasio, qui Patriarcharum numerum humani corporis sensuum numero circumscripsit? Quid Theodoro Lectori in his verbis e libro I. πάντων τῶν ἄλλων πατριαρχῶν, ὡς λέγει, συνθεμένων τῷ ἑνωτικῷ τοῦ Ζήνωνος, μόνος Φῆλιξ ὁ Ῥώμης οὐκ ἐκοινώνησεν. *Cum alii Patriarchæ omnes henoticum Zenonis approbasse dicerentur, solus Felix illi non communicavit.* An Patriarchas illum dices alios in Occidente finxisse præter Romanum? Quod si Lugdunenses & Bituricenses Episcopi Patriarchæ ideo recte tuo judicio appellari videntur, quia Primates; cur Patriarchas dici Senonenses non placet, quibus primatum in Ansegiso, & quidem per Galliam & Germaniam, a Joanne VIII. Papa delatum, testis est Synodus Pontigonensis? An Senonenses fortasse, quod a sede Apostolica id juris adepti sint, Primates dici non probas: Aquileienses contra, quoniam excusso Romanæ sedis imperio schisma fecerunt, & Patriarchæ nomen, ut αὐτοκέφαλοι viderentur, usurparunt, jure factos Patriarchas arbitraris? Verum ego quo jure, quaque injuria, Patriarchæ ulli unquam in Occidente appellati sint, non disputo: hoc te jubeo meminisse, Patriarcham ex eo numero nullum unquam sibi tantum arrogasse, ut se unius ejusdem cum Episcopo Romano gradus & ordinis esse cogitaret: insanumque & amentem videri oportere, qui de illis aliter sentiat, cum Reparatum ipsum videat Carthaginiensem Episcopum, quo nullus certe inter Occidentis Primates vel urbis dignitate, vel diœcesis amplitudine potior fuit, sua sedi Apostolicæ accepta ferre privilegia, & pro his redintegrandis apud Agapetum Papam laborare, ut Agapeti Epistola II. declarat. Cum ergo Primates hujusmodi, vel Metropolitanos, quamvis Patriarchæ interdum nuncupentur, a veris Patriarchis diversos, & inferioris gradus fuisse liqueat, quid nodum in scirpo, quod aiunt, aut tenebras in media luce quæris, ut distinctos Episcoporum ordines confundas, & cum de re ipsa constet, de nomine tergiverseris?

CAPUT V.

Patriarcha in Occidente κατ' ἐξοχὴν solus Pontifex. Specialis ejus diœcesis Occidens, pars universalis. Suburbicariæ, & Romanæ, & Occidentis Ecclesiæ, cum de Patriarchatu Romano agitur, eædem sunt. Græci ante schisma supremam in universa Ecclesia Pontificis Romani potestatem agnoverunt.

Reliqua est Causidici de Patriarchatu Occidentis altercatio, in qua facundus & facetus homo, nullos ingenii, eloquentiæque suæ nervos non intendit, argutias etiam, & patrios sales adspergit, ut doceat male Papam Occidentis Patriarcham appellari, male specialem ejus diœcesim Occidentem dici, male suburbicarias Rufini Ecclesias ad Occidentales omnes Ecclesias transferri. Et non videt acutus orator, si quinque duntaxat in Ecclesia sunt Patriarchæ, quinque primariæ sedes, sive θρόνοι, ut multis jam ante probatum est, si quinque πατριαρχικαὶ κεφαλαὶ, ut Syncellus ille in Synodo VIII. loquitur, quinque Apostolicæ cathedræ, ut ipsemet professus est, quinque κατ' ἐξοχὴν Archiepiscopi, ut Conciliorum fere omnium subscriptiones testantur; atque horum quinque omnium consensione quatuor sunt in Oriente, consequens esse ut quintus totum obtineat Occidentem. Quod si Occidentis Patriarcha est Pontifex, quid restat,

nisi ue specialis, hoc est patriarchica ejus diœcesis sit Occidens, sicut Alexandrini Patriarchæ diœcesis est Ægyptus? Et de Rufino, cum in Nicæni Canonis expositione suburbicarias Ecclesias ab Episcopo Romano regi scripsit, si omnes patriarchicæ hujus diœcesis Ecclesias complecti voluit, quod tuus ipse Conjector affirmat, quis tam vecors, aut amens, ut non sentiat

Pag. 77. &c.

„quid necessario consequatur? Quid ergo salebras „in plano quæris? & caliginem tute tibi, ne lu„cem videas, offundis? Patriarchæ, inquis, in Occidente præter Romanum dicti sunt alii, & dici etiam plures potuerunt. Quid inde? Non hic illos quærimus, quibus Patriarchæ nomen indulgentius aliquando concessum est: de iis quinque sermo est, qui Patriarchæ κατ' ἐξοχὴν appellati sunt, quos solos Patriarchas agnovit Justinianus, a quibus Ecclesia ut πεντάδρομος, & πεντακόρυφος, sic dici etiam potuit πενταπατριαρχική. Hujus ordinis ac numeri Patriarcham, quis unquam alium in Occidente finxit præter Romanum? Solus ergo Patriarcha Occidentis Pontifex. cujus proinde specialem diœcesim Occidentem dicimus, quatenus hæc a reliquorum Patriarcharum diœcesibus distinguitur: cum universalis ejus diœcesis, quam ut Pontifex administrat, non Occidentem solum, sed Orientem simul, Ecclesiamque universam complectatur. At specialis, inquis, Episcopi Ro-

Pag. 90.97.

„mani diœcesis dici Occidens non potest, quem „partem esse universalis satis constat, Libyæ „pars erat Ægyptiacæ diœceseos, quæ ab Ale„xandrino Episcopo regebatur. Quæso te, vigi„lasne, cum hæc scribis, an somnias? Pro Li„bya dic Ægyptum, & senties quam vim ha„beat argumentatio. Nam sicut Ægyptus specialis est Provincia Episcopi Alexandrini, eademque pars totius diœcesis Ægypti, quæ præter Ægypti provinciam, Libyam quoque ac Pentapolim complexa est: sic Occidens specialis est diœcesis Patriarchatus sedis Apostolicæ, idemque pars diœcesis universalis. quemadmodum Episcopi Lugdunensis specialis provincia est prima Lugdunensis, eademque pars universæ primatis ejusdem diœcesis. Et in exercitu, quod te Censura nostra monuit, si peculiarem cohortis cujuspiam aut alæ præfecturam subeat Imperator, has speciales Imperatoris copias jure dixeris, etsi partem faciant exercitus universi. Quare non pugnant hæc inter se, ut vides, sed necessario connexa sunt: prorsusque

Pag. 98.

„hallucinatus es, qui cohærere ista non posse ju„dicasti. Quæris deinde quoniam suburbicarias „Ecclesias apud Rufinum Occidentis Ecclesias in„terpretati sumus, an eodem modo, si Roma„nas Ecclesias dixisset, Occidentis Ecclesias in„terpretari licuerit. Quid ad hoc, inquis, respondebit? quid reponet? Arduum scilicet, implicatumque negotium, & ex quo nulla Sirmondus expedire se arte possit. Quid enim respondebit? Audire vis? Ineptos esse qui hoc quærant, qui ambigant, qui Romanæ sedis Ecclesias omnes Romanas dici aut censeri nolint. Nam cum Romaniæ Ῥωμανίας nomine totum orbem Romanum comprehendi videas ab Athanasio in Epistola ad solitarios, & Romanum orbem, Romanasque urbes, gentes, regiones dici, quæ Romanorum Principum imperio regebantur: cur Romanas dici totius orbis Christiani Ecclesias non placeat, quas omnes Urbis Romæ Episcopo subditas esse constat: in quo uno, ut cum Avito Viennensi loquar, generalis Ecclesiæ residet principatus? Sed Romanam recte dici Ecclesiam universam soli negant qui in Ecclesia non sunt. Quod si ex communi hoc capite Romanæ appellari Ecclesiæ omnes possunt, quid vetat quo minus Romanæ peculiarius nuncupentur, quæ peculiari jure in Episcopi Urbis sunt potestate; atque hoc nomine a ceteris, quæ eodem jure non sunt, distinguantur? Itaque quod de suburbicariis ante dictum est, hoc de Romanis Ecclesiis statuendum. Ut Romanæ interdum Ecclesiæ dicuntur, quæ in Urbe sola, Urbisque sunt Episcopatu; quo sensu Tiburtinæ, Tusculanæ, Albanæ Ecclesiæ Romanæ non sunt: interdum etiam Romanæ intelliguntur, quæ Provinciæ Romanæ finibus continentur; quo modo a Romanis Episcopis & Ecclesiis, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, & reliquarum provinciarum Episcopos & Ecclesias distingui jam audisti: sic Romanas a Rufino dici merito potuisse omnes Occidentis Ecclesias, quæ in speciali Patriarchiæ Romanæ diœcesi positæ sunt. atque hoc argumento solas Orientales, quæ in hac diœcesi non censebantur, Romanas aut urbicarias non fuisse. Noli ergo te vexare, ut aliam fuisse Romanam Ecclesiam doceas, aliam Gallicanam, aliam Africanam. Diversas locis, provinciis, regionibus fuisse liquet: omnes tamen in Patriarchatu Romano erant, omnes hoc nomine Romanæ. quemadmodum in Patriarchatu Alexandrino (nam tibi, ut video, carmen idem sæpius occinendum est) alia fuit Ægypti provincia, alia Libyæ, alia Pentapolis: omnes tamen in Ægyptiaca erant diœcesi, omnes Ægyptiacæ vocabantur.

Quid habes præterea, quo Patriarcham Occidentis esse Romanum Pontificem non satis probatum a nobis in Censura criminetis? Quia „Græculis, inquis, testibus usi sumus. O reli- Pag. 81.
„giosæ mentis homines, atque incorruptæ! quibus cum adversus Ecclesiam Romanam testimonia proferuntur, nullus est tam profligatæ fidei Phryx, aut Mysus, qui non omni Aristide ac Socrate sanctior videatur: at pro Ecclesia Romana si quid dicant, quamvis lectissimi, atque omni exceptione majores sint, Græculi sunt omnes. Quid ergo? Græculum vocas Leonem sapientem Imperatorem, cujus tum verbis ostendi Patriarchæ Romani diœcesim ad ultimos Europæ fines olim pertinuisse? aut Græculum nunc dices Justinianum, quo auctore Patriarcham Romanum toto Occidente unicum esse didicisti? Sed Zonaram & Balsamonem produxi, homines schismaticos. Magnum cer- Pag. 88.
te crimen. Nempe schismatici non erant Nilus & Barlaamus, quos tu longe deterioris atque obscurioris notæ testes laudasti. Verum hoc etiam interest, quod hujusmodi homines, cum adversus sedem Apostolicam blaterant: audiendi non sunt, quia schismatici: cum pro illa consentiunt, repudiari veritas non debet, quæ ab adversariis etiam ipsis expressa atque extorta dominetur. Ac pudere te profecto, tuique similes par erat: cum Occidentem universum Patriarchæ Romani diœcesim fuisse, schismatici quoque ipsi adstipulentur; tam perversi animi ac judicii vos esse, ut specialem hanc diœcesim centesimum ab Urbe lapidem non excessisse contendatis. At Græcis, ais, Oc- „ Pag. 86.
cidentem Papæ ita concedunt, ut in Oriente nul- „

A » jam illi potestatem esse velint. Quinam Græci » Schismatici. Quid ad nos ergo in schismate suo quid sentiant, cum aliter ante schisma sensisse Græcos exploratum habeamus? An juris in Oriente nihil esse Pontifici sentiebat Theodorus Studita, cum Paschalis Papæ opem deposceret his verbis: βοήθησον ἡμῖν ὁ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος εἰς τοῦτο. ὄρεξον χεῖρα καθ' ὅσον δυνατόν ἐστιν. ἔχεις τὸ ἰσχύειν παρὰ Θεῷ ἐκ τοῦ πάντων πρωτεύειν, ἐφ' ᾧ καὶ ἐτέθης. *Adjuva nos, qui has a Deo partes suscepisti, manum præbe, quoad fieri potest, Ex ea enim apud Deum habes potestatem, quia universis præsides, & ad hoc es constitutus.* An illum toti Ecclesiæ præesse negabat Maximus confessor, cum ad Petrum illustrem scri-
B beret: *Sanctissima Romanorum Ecclesia beatissimum Papam, id est Apostolicam sedem, ab ipso incarnato Dei verbo, sed & ab omnibus sanctis Synodis secundum sacros Canones, universarum quæ in tota terrarum orbe sunt sanctarum Dei Ecclesiarum in omnibus & per omnia percepisse & habere imperium?* An Occidentis Ecclesiis Episcopi Romani potestatem definiebat Patarensis ille Antistes, qui pro Silverio Papa exule apud Justinianum, ut Liberatus Breviarii cap. XXII. narrat, intercessit, *multos esse dicens in hoc mundo reges, & non esse unum, sicut ille Papa est, super Ecclesiam mun-*
C *di totius, a sua sede expulsus?* Quod si ad Pontifices Romanos nihil sua pertinere olim credebant Orientales, cur toties a Synodorum suarum sententiis ad sedem Apostolicam appellarunt? Cur Alexandrini, Antiocheni, Constantinopolitani, cum res postulabat, quod sæpissime accidit, coerceri a Pontifice Romano, excommunicari, abdicari Patriarchas suos flagitarunt? Cur decretis Pontificum, judicatisque sine controversia paruerunt? Nisi forte adeo tua sponte factus es immemor omnium, ut de

A innumerabilibus exemplis non aliqua saltem recorderis; nec recurrant animo vel Anthimus Constantinopolitana sede, quam temere invaserat, ab Agapeto Papa dejectus, vel ab uno Felice Romano tres Orientis Patriarchæ, Petrus Alexandriæ, Acacius Constantinopoli, Petrus alter Antiochiæ sacra communione pulsi, atque ab Ecclesiasticis diptychis erasi? vel Flavianus ab Ephesina, Chrysostomus a Constantinopolitana Synodo, hic ad Innocentium, ille ad Leonem, Petrique cathedram provocantes. Quid enim tibi Eustathium Sebastenum in Armenia Episcopum commemorem, quem Basilius Magnus epistola LXXIV. docet, Episcopali honore in Synodo Melitinensi spoliatum,
B cum a Liberio Papa redintegrationis Literas impetrasset, easque literas Synodo Tyanensi exhibuisset, a Synodo receptum mox fuisse, ac pristinæ dignitati restitutum! Quid Athanasium, cujus causa quo minus a Julio Papa iterum retractaretur, ne ipsi quidem, qui illum in Synodo Antiochena damnarant, repugnare ausi sunt: neque ullis unquam artibus efficere potuerunt, quin a Julio, ejusque successoribus absolutus, jure optimo absolutus ab Orthodoxis omnibus censeretur? Hæc igitur & sexcenta id genus exempla, hæc nos veterum Orientalium præjudicia & sententias, tibi & conse-
C ctaneis tuis opponemus. Ab his enim te, de Romani Pontificis in Ecclesiam universam potestate quis recte judicantium sensus olim fuerit, discere oportebat, ab his te doceri, hos sequi, non Græculos schismaticos. Quorum sane voces, cum de Papæ auctoritate agitur, non minus contemnendæ sunt, quam in ceteris Ecclesiæ controversiis sperni ac rejici solent obstrepentium ineptiæ & deliramenta hæreticorum.

CENSURA
VINDICIARUM
CONJECTURÆ
ANONYMI SCRIPTORIS
DE
SUBURBICARIIS REGIONIBUS
& Ecclesiis.

Auctore JACOBO SIRMONDO Societatis Jesu presbytero
anno MDCXX.

ANONYMO CONJECTURÆ VINDICIARUMQUE AUCTORI.

Difficile est, Conjector, omnium judicio satisfacere. Tu enim, qui te sero in Conjectura tua confutatum questus es, expostulabis nunc etiam, opinor, Vindiciis tuis non statim occursum esse. Aliis contra mirum videbitur, cum in his novi nihil adferas, sed αὐτὰ δὲ αὐτῶν rursus occentes, adduci potuisse me, ut quicquam omnino responderem. Temperanda itaque consilii mei ratio fuit. ut nec silendo prorsus, expectationem tuam frustraret: & pauca de multis refellendo, tuum simul aliorumque fastidium vitarem. Erunt hæc pauca satis superque, tum ut te in iis etiam, in quibus mirifice tibi places, imbecillitatis tuæ admoneant: tum ut totius Conjecturæ tuæ, Vindiciarumque vanitatem iterum ostendant. Docebunt enim, & circa provinciarum Metropoles, epochamque Synodi Arelatensis, errasse te ubi alios redarguendos putasti; & tuæ istius Urbicariæ intra Centesimum diœcesis, cum nulla sit, nec postulari, nec dari a quoquam vindicias posse. Quæ cum oculos tuos ferient, percellentque, si dissimulare tamen perges, & videre te negabis: tum ego larvæ hujus, sub qua lates, vim novam mirabor, quod aliis quæ præstare solet ut non videantur, tibi hoc etiam præstet, ut quæ vides non videas.

PERIOCHE SINGULORUM CAPITUM hujus Censuræ.

Caput Primum.

Conjectoris in Vindiciis suis tergiversatio. In Mæcenatis suasoria apud Dionem iterum allucinatur. Secundæ appellationes in Provinciis ab earum Consularibus ad Augustum fiebant, non ad Præfectum Urbi.

Caput II.

Diœceses a spectabilibus tantum viris administratæ. proinde non a Præfectis prætorio, neque a Præfecto Urbi, qui erant illustres. Conjectoris fallacia in voce Diœcesis. quid proprie significet. Dignitatum tres gradus. triplicis quoque generis administratio, seu diœcesis.

Caput III.

Metropoles ex legum subscriptionibus certo cognosci non possunt. Vana in eam rem hyemis vel æstatis observatio. Conjector indicio suo captus.

Caput IV.

Suburbicariæ Centesimo non circumscriptæ. Picenum extra Centesimum, Umbriæ pars plurima intra Centesimum. Umbriæ provincia semper a Piceno diversa. Spoletium Umbriæ oppidum, non Piceni.

Caput V.

Epocha primi Concilii Arelatensis. Constantinus Magnus huic Concilio non interfuit. Cæciliani & Donatistarum controversia. Constantini rescriptum ad Synodum Arelatensem. Consules Catholicorum Conciliis adscribi soliti. Judicium Constantini ultimum pro Cæciliano.

CENSURA VINDICIARUM CONJECTURÆ ANONYMI SCRIPTORIS

De Suburbicariis Regionibus & Ecclesiis.

CAPUT PRIMUM.

Conjectoris in Vindiciis suis tergiversatio. In Mæcenatis apud Dionem suasoria iterum allucinatur. Secundæ appellationes in Provinciis ab earum Consularibus ad Augustum fiebant, non ad præfectum Urbi.

A SEpias, ubi sensere se apprehendi, effuso atramento abscondi ferunt. Hoc tu ingenio in Vindiciis tuis uti, Conjector, videris: cui unus hic perpetuo est scopus, ut a te dicta, vel tibi objecta dissimules, clara & perspicua infusces atque involvas, & tum maxime victoriam canas, cum victus jaces. Quid hoc rei sit tute nosti. & si hoc quoque dissimulas, facere tamen non potes, quin ii etiam qui lyncei non sunt facile animadvertant.
Vind.P.1.2.3 Prima inter nos controversia fuit de Mæcenatis apud Dionem verbis libro LII. ecquid ille de causarum appellationibus suadeat Augusto. Tu quæstionem alio vocas, & quæri vis, an B quod suadebat Mæcenas, ab Augusto sancitum sit. Quid hoc ad nos? Non enim id agitur: sed utrum tu Mæcenatis mentem sis assecutus, cum ad Præfectum Urbi ab iis de quibus egerat magistratibus provocationes concedendas censet. Tu de appellationibus, quæ a Provinciarum magistraribus fiebant, intelligendas putasti. nos, quia de urbanis tantum magistratibus egerat, nondum de provincialibus, non provinciales sed urbanas tantum appellationes accipi posse docuimus. Habes tamen hic etiam quod cavilleris. Quidnam? De provinciarum quoque magistratibus actum antea fuisse a Mæ-
» cenate. Quo loco? Cum de urbanis, inquis,
» C differens suasit ne urbano officio gesto statim in provincias cum armis mittantur. Tuam fidem, Conjector, si quam habes. Hoccine est ratiocinari, an potius otio tuo & charta, atque auribus & oculis nostris abuti? Ergo provincias nominare, est de provinciarum magistratibus agere, & ad quos ab illis appellare liceat decernere? Quid ergo sibi vult Mæcenas cum de Provinciarum postea judiciis differens, in his appellationes a prætoriis judicibus, non ad Præfectum Urbi, sed ad cujusque provinciæ Consularem referendas suadet? Idemne censes D esse Consularem appellare, quod Præfectum? Non, inquis. sed quid vetat a prætoriis pri-
» mum in singulis provinciis ad Consulares cu-
» jusque provinciæ appellatum fuisse, & a Con-
» sularibus deinde ad Præfectum Urbi? O acu-
» tum, gnavumque hominem, qui hic etiam invenit, quo puram & limpidam aquam turbaret! Sed tibi uni turbidam fecisti. Nam quis præter te non videt quid ibidem Augustum compellans concludat Mæcenas? *Δίκαζε δὲ καὶ*

A *αὐτὸς ἰδίᾳ τινὰ ἐφέσιμα, καὶ τὰ ἀναπόμπιμα, ὅσα ἂν παρά τε μειζόνων ἀρχόντων, ἢ παρὰ τοῦ πολιάρχου ἀφικνῆται. Judica, inquit, ipse privatim quæcumque vel a majoribus Magistratibus, vel a Præfecto Urbi appellationes proficiscerentur.* Quo loco *μείζους ἄρχοντας, majores magistratus* a Dione dici *τοὺς ὑπατεύσαντας, Consulares*, quorum in provinciis erant *μείζους ἡγεμονίαι*, ne tu quidem, si Mæcenatis orationem perlegas, inficiari audebis. Et a Præfecto igitur, ad quem ab urbanis, & a Consularibus, ad quos ab inferioribus provinciarum judicibus appellari mos erat, provocare iterum ut liceret suadebat Mæcenas; sed ab utrisque ad Augustum. Quare fefellit te a- B cumen tuum, cum a Consularibus ad Præfectum Urbi appellari posse conjecisti. Atque hoc in perversa erroris tui defensione consecutus es, ut qui uno in Dionis loco semel lapsus videbare, non unius jam, sed multiplicis noxiæ multam debeas.

CAPUT II.

Diœceses a spectabilibus tantum viris regebantur. Proinde non a Præfectis prætorio, neque a Præfecto Urbi, qui erant C *illustres. Conjectoris fallacia in voce Diœcesis. quid proprie significet. Dignitatum tres gradus. triplicis quoque generis administratio seu diœcesis.*

DIœceses plurium provinciarum, qualem tu Præfecto Urbis adfingebas, a spectabilibus viris administrari solitas in Censura significavimus. Sensisti hoc telum quo tenderet. Nec enim obscurum erat diœceses, quæ spectabilium tantum essent, Præfecto Urbi, qui inter illustres censebatur, convenire non posse. D Itaque ut ictum eludas, diœceses etiam a Præfectis prætorio, quos illustres fuisse constat, administratas contendis; ut a Præf. præt. Galliarum diœceses tres, Galliam, Hispaniam, Britaniam. Quid hoc vero est aliud, quam sepiarum more aquam turbare, & claræ atque apertæ luci tenebras obducere? Sed ego te, nisi valde protervus es, e latebris eruam, & quam refugis lucem vel invitum intueri compellam. Primum enim, unde nunc didicisti, Diœceses

a Præfectis prætorio administratas, qui nuper in Conjectura tua scripseras, se Præfectos, qui dioeceses regerent, duos tantum nosse, Præfectum Augustalem, & Præfectum Urbi? An cum inter magistratus, qui dioecesibus præfuerunt, Præfectorum Vicarios recenseres, Præfecti ipsi latere, atque oculos tuos effugere potuerunt? Quis credat? Alia igitur consilii tui ratio in Conjectura fuit, alia in Vindiciis. Conjecturam nempe cum scriberes, nondum animadverteras Rectores dioeceseon spectabiles omnes fuisse, non illustres. Hoc te cum Censura nostra commonuisset, Præfecto Urbi, cui dioecesim adstruebas, ne inter spectabiles illustris solus esset, quærendos ex illustrium ordine collegas censuisti. Itaque Præfectos Prætorio adjecisti; hoc est errorem errore cumulasti. Nam qui possunt Præfectis Prætorio dioeceses, de quibus agimus, convenire, si dioecesim tua ipsius confessione intelligimus junctarum inter „se plurium provinciarum administrationem? „Quia Præfectos Prætorio, inquis, plures rexisse dioeceses compertum est. Quid tum vero? An non aliud est Dioecesim unam plurium provinciarum regere, quales sunt de quibus disserimus, & qualem tu Præfecto Urbi frustra molitis, aliud dioecesibus multis præesse, quarum singulas aliæ potestates regant? Quæso te, cum alii sint singularum provinciarum Judices, ut Consulares, Præsides, Correctores, alii Dioeceseon Moderatores, ut Vicarii, Comes Orientis, Præfectus Augustalis; an ferendum putes, si quis Vicarios, aliosve dioeceseon Rectores, provinciarum Rectoribus ideo adnumerandos dicat, quia dioeceses singulæ multas provincias amplectuntur? Rideres profecto, & merito rideres. Hunc igitur qui fucum in provinciarum nomine facere velit, exsibilandum censeas; te, qui pari fraude in dioecesibus cavillaris, ferri aut latere posse confidis? Verum quo consilio Præfectos prætorio in consortium adsciveris jam ostendi. Sperasti, si ab his qui illustres erant administratas dioeceses constaret, fore ut a Præfecto etiam Urbi administrari potuisse obtineres. Nec absurdum hoc quidem ex capite videbatur. At dioeceses illustrium unquam virorum fuisse, quo auctore confirmabis? An Zenonis Augusti L. unica Cod. *Ut omnes judices*, aut L. unica Cod. *De ratiociniis operum publicorum*, in qua utraque qui dioeceses administrant, spectabiles Judices præcipuo & proprio titulo nuncupantur? An Honorii lege alia, quæ numero est LXI. Cod. Theod. *De appellationibus*, in qua Vicarius Urbis nominatim vir spectabilis appellatur? An ex utriusque imperii Notitia, quæ uniuscujusque dioecesis Vicario eundem spectabilitatis titulum semper adscribit? Denique cum publicarum administrationum tres præcipuos fuisse gradus non ignores, ac tres itidem dignitatum gradus Judicum, qui eas sustinebant: cum alii, inquam, clarissimi fuerint, qui singulas provincias regebant, alii spectabiles, qui dioeceses, alii illustres, qui amplissimam per diversarum dioeceseon tractus potestatem exercebant: quamcumque in partem te convertas, facilius fit ut dioecesis nomen, quod secundi generis proprium esse inter nos convenit, ad reliquos etiam gradus transferri videas, ut cum pro unica provincia sumitur, L. XXXIV. Cod. Theod. *De navicularijs*, aut cum totam Præfecti prætorio administrationem significat, ut L. III. Cod. Theod. *De prætoribus & quæstoribus*: quam ut dioecesim proprie dictam Præfectis prætorio, vel illustri cuipiam Judici convenire, aut ab aliis quam a spectabilibus viris administratam unquam fuisse comperias. Quare certum est & falli te, qui dioeceses illustribus tribuas: & immerito nos reprehendi, quod dioeceseon Rectores spectabiles fuisse diximus, non illustres.

CAPUT III.

Metropoles ex legum subscriptionibus certo cognosci non possunt. Vana in eam rem hyemis vel æstatis observatio. Conjector indicio suo captus.

JAm vides, opinor, quam leuem me facilemque habeas adversarium, qui cum Vindicias tuas omni ex parte oppugnare ac refellere possim, de paucis earum capitibus litem moveam. Sed hoc nunc loco non reprehensionem abs te, sed collati beneficii gratiam expectari ac repeti sentio, quam quidem, ne ingratus in te videar, pro eo referam ac mereris. Scripseras in Conjectura tua, urbes, in quibus acceptæ vel allegatæ leges in Codice significentur, Provinciarum, ad quarum Rectores missæ leges essent, Metropoles fuisse: atque hoc argumento Florentiam Tusciæ, Fanum Piceni, Spoletium provinciæ suæ caput esse concluseras. Nos contra levem aut potius nullam esse hujusmodi conjecturam ostendimus. Solitas enim provincias suas obire Judices, & quacumque in urbe res tulerat, ibi acceptam vel allegatam legem adnotare. Neque aliud nos in ea re mysterium nosse professi sumus. Tu vero sacrorum antistes & mystagogus, arcana mysteria [illegible], id quod hactenus scilicet ignorabamus nos doces, æstate provincias suas obire solitos magistratus; reliquo anni spatio in metropolibus consistere. Proinde cum in Codice Theod. lex V. *De pactis* ad Consularem Piceni, & lex VIII. *De accusationibus* ad Correctorem Tusciæ, hæc accepta Florentiæ, illa Flavia Fanestri allegata eo tempore dicantur, quo Judices a primariis urbibus non excedebant, consequens esse, ut Florentia & Fanum suarum provinciarum metropoles videantur. Et pro hac, ut loqueris, indicina atque in posterum cautione, [illegible] parari jubes. Quis recuset? Cum præsertim alia nos disciplinæ tuæ commoda sperare jubeas, si ingrati non fuerimus. Gratiam ergo, ut dixi, referre paratus sum quam debeo. Sed quo tandem nomine vis deberi? An quia ex Strabone & M. Tullio provinciarum Præsides æstatem in itineribus ponere solitos docuisti? Atqui hoc ipsum Philippus Berterius in Diatribis suis prior animadvertit. Cur alienæ operæ, observationisque mercedem flagitas? aut cur in illum ingratus es adeo, ut dissimules? An quia, quod Berterio in mentem non venerat, de tuo adjecisti, ut quacumque in urbe consedisse per hyemem Præsides, aut legem aliquam a Principe accepisse constaret, eam totius provinciæ metropolim affirmares? At qui potest ex Strabonis verbis hoc elici, qui Præsidem Hispaniæ scribit in oris maritimis, hoc est nunc una, nunc alia in urbe, sed Carthagine potissimum, & Tarracone hyemare consuesse? Qui potest cum Theodosii lege VI. De

Conject. P.19. 27. 27

Cens. P. 19, 20.

Vindic. P. 12, 13.

De officio Rectoris provinciæ Id consentire, qua præcipit, ut *in illis quinque urbibus, quæ potiores esse ceteris asseruntur, vicissim hyemandum sibi Judices recognoscant?* Vides ergo, cum diversis in locis hyemes transegerint, quod de metropoli conjiciebas, frivolum atque incertum esse. Verum indulgebo hic etiam tibi, & quod jure inficiari liceret, ultro concedam. Dabo enim dubium non esse, quin ubi accepta hibernis mensibus lex legatur, ea metropolis sit provinciæ. Dabo etiam, quod Italis ægre persuaderes, in hibernis mensibus censeri Aprilem posse, quo exeunte Flavia Fanestri allegata dicitur lex v. *De pactis*: atque hiberno etiam aliquo mense acceptam Florentiæ alteram *De accusationibus* legem fuisse; tametsi quo mense accepta sit, nullum in ea sit vestigium. Dabo denique utriusque legis indicio Florentiam Tusciæ caput jam tum fuisse, ac Fanum Piceni metropolim, non Auximum, ut Procopius docet Belli Gothici libro II. De Spoletio, quod eodem argumento suæ quoque provinciæ metropolim adferebas, in hoc loco cur siles? Etenim Conjecturæ suæ cap. v. Dissertationis I. verba sunt: „Spoletium metropolim fuisse ostendit subscri„ptio legis v. Cod. Theod. De medicis & profes„soribus, hæc videlicet, ACCAPTA SPOLETIO. „Quo die accepta? quo mense? cur hoc astute prætermittis? Sic enim habet: ACCEPTA IV. KALENDAS AUGUSTAS SPOLETIO. Dic, sodes, Julius mensis apud vos hibernus est mensis, an æstivus? Profecto si metropoles ex hiberni temporis nota discernuntur, quo Judices in illis commorari solebant; ex ea lege, quam summa æstate acceptam liqueat, quo tempore provincias obire & concursare mos erat, metropolim Spoletium fuisse argumentari non licet. I nunc ergo: & indicinæ tuæ mercedem exposce. Nam indicio tuo, mi Conjector, tanquam sorex periisti.

CAPUT IV.

Suburbicariæ Centesimo non circumscriptæ. Picenum extra Centesimum erat, Umbriæ pars plurima intra Centesimum. Umbriæ provincia semper a Piceno diversa. Spoletium Umbriæ, non Piceni.

QUid a me nunc expectas? An ut ea quæ deinceps de Suburbicariarum regionum situ & numero disputas, iterum excutiam? Quid opus est jam prostrata & eversa novis machinis oppugnare? Suburbicarias vis omnes esse, quæ centesimo ab urbe lapide continen- *indic. P. 14.* tur, extra hos fines ac terminos nullas esse. Hoc ego in Censura pridem falsum esse docui, & proxime in Adventoria, adversus illum, qui te frustra nuper adventitiis copiis juvare conatus est, liquido confutavi. Picenum enim, quod suburbicarium fuisse inficiari non potes, extra Centesimum esse ostendi: Umbriam contra, quam suburbicariam fuisse negas, Centesimo comprehendi. Quid habes quo arietis hujus vim atque impetum subterfugias? Enimvero etiam qui Italiam non viderunt, facile tamen in antiquis Itinerariis animadvertunt, cum iter olim ab urbe Roma in Picenum duplex fuerit, unum Anconam versus per Umbros, alterum Hadriam usque per Sabinos; ex utriusque itineris rationibus constare, Piceni fines ultra Centesimum positos fuisse. Hadriam enim per Sabinos, ut Æthicus describit, iter hoc erat.

AB URBE HADRIAM USQUE M. P. CLXVI. sic

Eretum	*M. P.*	XVIII.
Vicum novum	*M. P.*	XIV.
Reate	*M. P.*	XVI.
Cutilias	*M. P.*	XVIII.
Interocrium	*M. P.*	VI.
Falacrinum	*M. P.*	XVI.
Vicum Vatiæ	*M. P.*	IX.
AD CENTESIMUM	*M. P.*	X.
Asculum	*M. P.*	XII.
Castrum Truentinum	*M. P.*	XX.
Castrum novum	*M. P.*	XII.
Hadriam	*M. P.*	XV.

Horum quæ hic vides ante Asculum, Piceni nobilissimam coloniam, oppidum nullum est in Piceno; quæ Asculum præcedunt, Sabinorum sunt omnia. Cum igitur ante Asculum, hoc est ante Piceni exordium, centesimum ab Urbe lapidem notatum videas, quid exploratius, quam Piceni regionem ab hac quidem parte, totam extra Centesimum sitam esse. Quid vero ab altera parte, qua Anconam per Umbros iter est via Flaminia, propiusne abesse Picenum Roma censes? Intervalla metire, & ad calculos revoca.

AB URBE ANCONAM.

Ocricolos	*M. P.*	XLVII.
Narniam	*M. P.*	XII.
Ad Martis	*M. P.*	XVIII.
Mevaniam	*M. P.*	XVI.
Nuceriam	*M. P.*	XVIII.
Dubios	*M. P.*	VIII.
Prolaqueum	*M. P.*	VIII.
Septempedam	*M. P.*	XV.
Trea	*M. P.*	IX.
Auximum	*M. P.*	XVIII.
Anconam	*M. P.*	XII.

Si recte summam subduxeris, ab urbe Roma Nuceriam usque millia passum colliges CXI. Nucerinos autem cognomine Favonienses, eorumque urbem Nuceriam coloniam in Umbriæ urbibus numerari nemo nescit. Quod si ultra centesimum ab urbe lapidem Umbria porrigitur, quis erit adeo vecors, ut Piceni regionem, quæ post Nuceriam Apennino monte ab Umbria dividitur, intra Centesimi fines positam dici posse arbitretur? Et Picenum igitur totum quantum est extra Centesimum est situm, & Umbria ab Ocricolis Nuceriam usque intra Centesimum. Quo constituto, quis non intelligat, tuam istam Præfecti Urbis diœcesim, quam Centesimi spatiis ita definiebas, ut omnes ejus partes occuparet, cum ab illa Umbriam excludas, & Picenum in ea comprehendas, commentitiam totam & figmenti similem videri? Sed inveneras tamen, cujus auctoritate fabulam fulcires, agrimensorem Balbum, qui tibi Spoletium, quod in media est Umbria, Piceni urbem esse affirmaret. Unde Picenum, quod suburbicarium appellatur, in Umbria ipsa, atque intra Centesimum collocabas. Quod nos cum futile ac ridiculum esse in Censura docuerimus, audes nunc tamen Balbum tuum vindicare: nec dubitas, quin Spoletium Piceno, quo-

A nisi Balbus ita sensit, adscribendum videatur. Itane vero? quia Balbus sensit, ideo verum judicas? Quid ergo vetat, quin pari ratione Hispaniam quoque non regionem, sed urbem unicam cum Ephoro apud Josephum dicas fuisse; aut Rhodanum fluvium cum Eridano confundas, quoniam hos Apollonii Argonauticôn Scholiastes non distinxit? Nimium certe religiosus es non bonorum auctorum consectator. Quanquam nisi me animus fallit, non tam spectasti, ut cum Balbo sentires, quam ut illum tecum sensisse persuaderes. Poteras exemplo nostro Balbum ab erroris suspicione liberare. Sed maluisti quem illi errorem affinxeras, quoniam ita res tua postulabat, mordicus tenere.

B *Vindic. Pag. 25.* „Italiæ, inquis, provinciæ nonnisi „unius temporis rationem æstimandæ. Sæpius „enim in plures divisæ sunt: sæpius earum ter„mini, finesque confusi. Quid tum vero? An „ulla unquam ætas fuit, qua Picenum in Umbriam transcensu Apennino demigrarit, ut Spoletium, quod Umbriæ semper fuerat, in Piceno esse dici posset? Quis unquam auctor Picenum ab Umbria non discrevit? An Polybius, apud quem Hannibal libro III. post pugnam Trasymenicam, διανύσας τὴν τῆς Ὀμβρικῶν καλουμένην χώραν, καὶ τὴν τῆς Πικηνῶν, per Umbriam & Picenum Hadriam versus iter instituit? An Strabo, cui Καμέρτα τῆς Οὐμβρικῆς πόλις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς τοῖς ὄρεσι τοῖς διείργουσι τὴν Πικεντίνην ὀρεινήν, Camerinum Umbriæ est oppidum in ipsis montibus qui Picenum ab Umbria disterminant? An Ptolemæus, qui post Umbrorum Οὐιλόμβρων oppida, & in his Spoletium, mox deinde τῆς Πικηνῶν Piceni urbes enumerat? An Codices legum, aut Imperii Notitia, aut Inscriptiones antiquæ, in quibus innumera sunt exempla, quæ hoc inter cetera utriusque provinciæ discrimen docent, quod Umbria cum Tuscia per Correctorem, Picenum per Consularem regebatur? Quæ cum ita sint, cum æratum omnium consensu aliud sit Umbria, & aliud Picenum, Spoletiumque Umbriæ omnes asserant, non Piceno, cuiquamne hominum Balbi unius tam incerto testimonio, Piceni, Umbriæque confusas regiones, & Spoletium in Picenum ex Umbria translatum persuaderi posse arbitraris? At ego ne tibi quidem, si me ingenii tui conjectura non decipit, hoc satis persuasum puto. Sed indulgendum videlicet causæ fuit: tanti erat diœcesim Præfectianam intra hos fines effingere. aliter illa redigi ad Centesimum non poterat. Quid vero tandem es assecutus? Consilium tuum ut cordati mirentur omnes, laudet nemo: quod novæ atque inauditæ fabulæ tam absurdis & incredibilibus opinionum istarum commentis fidem quæras.

CAPUT V.

Epocha primi Concilii Arelatensis. Constantinus Magnus huic Concilio non interfuit. Cæciliani & Donatistarum controversia. Constantini rescriptum ad Synodum Arelatensem. Consules Catholicorum Conciliis adscribi soliti. Judicium Constantini ultimum pro Cæciliano.

Sequebatur Vindiciarum tuarum pars altera, quæ de Ecclesiis est suburbicariis. Sed hanc ego dedita opera intactam relinquo, non quod illa castigatione sua non egeat, plena enim errorum sunt omnia: sed quia eum horum partem maximam in Epistola sua occuparit Amicus ille tuus, causæ tuæ patronus, occupavit idem etiam reprehensionem nostram, ut quæ in illum jam dicta sunt, in te quoque omnia conveniant. Unum est præcipue tuum, quod nefas sit præterire. Cur enim de Synodi primæ Arelatensis epocha te docentem non audiam, qui audire me velle antea professus sum, & nunc ut discam purgatis auribus

C adesse jubes? Scire avebam autem, quid causæ esset, quamobrem tu Synodum illam non anno Christi CCCXIV. ut Volusiani & Anniani Consulatus indicabat; sed biennio post anno CCCXVI. habitam contendas. Rem tam multis & tam certis argumentis comprobasti, ut ambigi non liceat; tam asseveranter, ut ex tripode loqui videare. Denique Synodum hanc in annum CCCXVI. necessario conferendam putas. Quid ita? quia Constantinum, inquis, ex „Codicis Theodosiani subscriptionibus liquet an„no CCCXIV. Treviris Augusto mense, hoc est in„dicti Concilii tempore fuisse, anno CCCXVI. Arelate. Quid tum inde? An quia Imperator

D Arelate illo anno fuit, propterea Concilium illo anno celebrari oportuit? aut quia idem anno CCCXIV. apud Treviros erat, idcirco Arelate Concilium illo absente cogi non potuit? Non potuit, inquis. quia *Concilio Arelatensi Constanti-„num magnum interfuisse certum est*. Quo teste id„probas? Eusebio in vita Constantini lib. I. cap.„37. & 38. Tuam iterum hoc loco fidem, Conjector. Ullumne in his locis verbum est, quod Constantinum in Concilio Arelatensi interfuisse significet? Si sciens non fallis, redi in memoriam. Priore loco, Constantinum in Synodo Nicæna inter Episcopos consedisse narrat. de illa enim agi obscurum non est: quot enim aliæ Synodi fuerunt, quibus non interfuit? Posteriore,

E in componendis Africæ dissidiis laborasse testatur: sed Synodum in ea re nullam commemorat. Cur Eusebio affingis, quæ ab Eusebio scripta non sunt? Poteras sane alios testes laudare, qui id ipsum, quod Eusebio tribuis, ætate nostra scripserunt. Sed pudebat nimirum, si per illos profecisse videreris. Ceterum quod tu cum illis certum putas, in Synodo Arelatensi Constantinum interfuisse; ego contra certissimum duco non interfuisse. Et quoniam quæ pro tua sententia facere judicabas exposuisti; nunc æquum est, ut pro nostra nos loquentes audias. Tuæ postea erit industriæ, videre an nostra nos

conjectura fallat, an te tua. Quibusnam ergo me rationibus ductum censes, ot Constantinum a Synodo Arelatensi absuisse dicam? Quia ex Synodo illa ad Constaotinum appellatum est; quia Episcopi Synodo peracta de Synodi evento ad Constantinum retulerunt; quia Constantini extat rescriptum ad Episcopos, quo illorum relationi respondet. Cum in jodicio appellari nisi ad absentes non soleat, nec referri nisi ad absentes, nec rescribi; si de his tribus constabit, quid amplius desiderabis, ot absentem foisse Constantinum intelligas? Revoca igitur animum ad Cæciliani Episcopi, & partis adversæ causam, qoæ tum agebatur. Hanc triplici judicio examinatam decisamque comperies. Primum Romæ ab Episcopis Galliæ & Italiæ coram Melchiade: deinde ab Episcopis iterum Arelate; postremo ab Imperatore ipso Mediolani. Auctor & testis est multis in locis S. Augustinus, tum maxime in Epistola LXVIII. quæ cleri Hipponensis nomine scripta est ad Januarium Episcopum. *Jussit*, inquit, *Imperator venire partes ad Episcopale judicium in urbe Roma faciendum. ubi quemadmodum causa dicta atque finita sit, indicant gesta Ecclesiastica. Jam utique post pacificum moderamen Episcopalis judicii, omnis contentionis & animositatis pertinacia debebat extingui. Sed rursus majores vestri ad Imperatorem redierunt, & non recte judicatum, neque omnem causam auditam esse conquesti sunt. Unde ille alterum Episcopale judicium dedit habendum in Arelatensi Galliæ civitate. Ubi multi vestri vana & diabolica dissensione damnata cum Cæciliano in concordiam redierunt. Alii vero pertinacissimi & litigiosissimi ad eundem Imperatorem appellaverunt. Postea & ipse coactus Episcopalem causam inter partes cognitam terminavit, & primus contra vestram partem legem constituit, ut loca congregationum vestrarum fisco vendicarentur.* Audis de Romano judicio conquestos esse Donatistas, ab Arelatensi autem ad Constantinum appellasse? Idem iterum Augustinus, sed paucis, libro II. contra literas Petiliani cap. XCII. *Petentibus*, inquit, *majoribus vestris Episcopale judicium dederat Constantinus & apud Romam, & apud Arelatum. quorum primum apud eum accusastis, ab altero ad eum appellastis.* Eadem rursus in aliis epistolis repetit, CLXII. CLXV. CLXVI. CLXVII. CLXXI. eadem in aliis libris. Sed quid opus est ad eam rem Augustini testimonia congerere, cum extet, ut dixi, Constantini ipsius ad Episcopos Concilii Arelatensis Epistola, in qua de iis qui in concordiam cum Cæciliano redierant gratulatus, reliquos qui appellarant notissimis illis verbis detestatur, *O rabida furoris audacia! sicut in causis gentilium fieri solet, appellationem interposuerunt?* Agnoscis enim, ni fallor, decantatam a multis, & ab Optato historiæ suæ inditam exclamationem. Quam quidem qui ad Synodum Romanam Melchiadis referendam censuerunt, non animadverterant scilicet, nullos in Synodo illa adversarios pacatos, nullos ad Imperatorem provocasse perhiberi. Tu vero, qua ex ingenii perspicacitate ac solertia, nisi quid ἀνλδων ὑπιδίων dissimulas, minime in posterum dubitabis, quin hoc uno hujus Epistolæ argumento Constantinum in Synodo Arelatensi, unde ad ipsum appellatum sit, non interfuisse constet: frustraque te in relegendis per singulas legum subscriptiones regiorum itinerum vestigiis desudasse, ut Constantinum Arelate anno CCCXIV. non fuisse concluderes, & Concilium illo anno coactum, adversum certissimam adfixi Consulatus notam pernegares. Quid enim est, quod de Consulibus adscriptis tenebras offundere & obscurare conaris? « Neque motor, inquis, Arelatensi Concilio subscriptos vulgo Consules. Notum est characterismos temporum in Conciliis sæpe corruptos, dum eos imperiti supplere voluerunt. » Quænam hic tua est mens? Negas Consules antiquis Conciliis apponi solitos? Convincet Augustinus, qui in Breviculo Collationis, Catholicorum Concilia Consules & dies semper habuisse testatur. An Volusianum & Annianum, qui anni CCCXIV. Consules fuerunt, Concilio Arelatensi perperam suppositos causaris? Reclamant vetustissima, aut omnium potius ætatum exemplaria, quæ hos Consules constantissime repræsentant. « Memorantur, inquis, ab Augustino, in libro contra Donatistas post Collationem, cap. XXIII. literæ Constantini ad Eumelium Vicarium Africæ, Sabino & Rufino Consulibus, idest anno CCCXVI. datæ de purgatione Cæciliani in Concilio Arelatensi. » At ego non solum memorari ab Augustino lib. III. contra Cresconium cap. LXXI. easdem Constantini literas memini; sed aliquot etiam illarum verba recitari: in quibus se non in Concilio Arelatensi, ut tibi visum est, sed post Episcopalia judicia, id est post Synodos duas, Romanam & Arelatensem, inter partes ultimo judicio cognovisse, & innocentem Cæcilianum comperisse significat. Quod in Breviculo etiam Collationis apud eundem Augustinum aliquanto apertius expressum est: *Et recitatum est*, inquit, *judicium Constantini, quemadmodum se inter partes causam Cæciliani cognovisse, & ad Eumelium Vicarium Africæ scripsisse, quod remotis omnibus arbitris Cæcilianum innocentem, illos calumniosissimos cognovisset, testatus est. commemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano Episcopale judicium: cui judicio jam plurimi ex dissensione consenserant, reliquis adhuc resistentibus & discordantibus.* Quocirca præcessit omnino Synodus Arelatensis judicium Constantini: Illa Volusiano & Anniano Coss. hoc biennio post Sabino & Rufino Coss. Longum enim tempus intercessisse, dum convocantur ex Africa partes, & Romam primum, deinde Mediolanum, ubi peracta res est, convenire jubentur, declarat in primis Epistola CLXII. Augustini. Præfuisse autem judicio suo Constantinum ut dubitat nemo: ita Synodo non interfuisse, quantumvis repugnes, luce clarius ostendunt quæ dixi. neque tu hanc lucem poteris, totam effundas sepiam licet, ullo dissimulationum tuarum atramento infuscare.

PROPEMPTICUM
CL. SALMASIO
ADVERSUS
EJUS EUCHARISTICON

DE

SUBURBICARIIS REGIONIBUS

& Ecclesiis.

Auctore JACOBO SIRMONDO Societatis Jesu presbytero anno MDCXXII.

L E C T O R I.

SAlmasii Eucharistico ne respondendum putarem, non pauca, Lector, initio deterrebant: tum illud maxime, quod de te jam nota & apud omnes pervagata sæpius scribere, non modo supervacaneum, sed prope importunum ac putidum videbatur. Accedebat, quod illum sciebam in opere tam longo nihil afferre novi præter novos errores, & illiberalem petulantis effrænatæque linguæ licentiam. quorum alterum rideri a me potius, & contemni oporteret; alterum non attingi: ne si pertinacem atque indocilem commonere pergam, nullus sit finis, & pro uno excetræ capite plura succrescant. Neque arduum sane fuerat, silentium mihi persuadere non invito: nisi consilium hoc disturbassent, atque in alteram partem inflexissent amici. qui & difficile aiebant fore, ut magnum hunc librum, magnum, quod aiunt, malum esse, atque in tanta hominis jactantia tantam hærere imperitiam omnes credant, nisi re ipsa ostendatur: & publicæ præterea causæ interesse judicabant, nimiam istam gloriosi ostentatoris vanitatem & maledicentiam aliqua ratione sufflaminari. Itaque ut altera nunc etiam cum illo dimicatione congrederer extorserunt. In qua quidem ita cum rixoso & loquace adversario versatus sum, ut tanto brevius licet, quam patientia & otio tuo abusus est, refellendum putarim; nullum tamen ejus impetum declinarim, nullam quæ ad controversiam disceptationemque nostram faceret, verbosæ quamvis & confusæ orationis partem intactam reliquerim. Utrum idonee satis confutata & retusa sint omnia; tum ejus deinde fraudes & calumniæ liquido deprehensæ, atque innumerabiles ridicularum, & extra modum absurdarum opinionum delitationes patefactæ, tuum, Lector, cupio esse judicium. An vero abstinere is deinceps, & famæ atque existimationi suæ consulere malit, in ipsius erit arbitrio. quanquam magnum videor, ut in posterum sapiat, stimulum admovisse, cum larvam detraxi, sub qua latebat. Nam & personatos constat, postquam multis modis insanierint, de stultitia sua remittere, si se agnosci videant. Quare si animos homini & audaciam hactenus personæ fiducia fecit; ut eo liberius conviciaretur, atque in omnium generum ineptias abiret, quod oculos nostros se fallere existimaret: retecto nunc ore, abstersaque fuligine, ad frugem redeat licet. Ideo quippe nomen, quod celabat, expressum est, ut Salmasium loqui, & de Salmasio fabulam esse meminerit. Quo mihi etiam cautum in futurum arbitror, ne cum illo amplius, quoquo se vertat, altercari sit opus. Aut enim desinet sua sponte, & resipiscet: atque ego pariter voti compos conquiescam. aut nugari & desipere perget: ac tum etiam mihi ipse, ne imitari videar, silentium indicam. Quis enim cum eo sibi, qui ultro volens insaniat, litigandum sana mente putet? Omnino certum est, quicquid ille consilii capiat, in posterum tacere, & quem antea, cum primum lacessivit, Adventoria excepi, Propemptico dimittere.

PERIOCHE

SINGULORUM CAPITUM

PROPEMPTICI.

LIBRI I. DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS.

CAPUT PRIMUM.

Inſcriptio ſtatuæ Nolanæ.

SAlmaſius ad eundem lapidem iterum offendit. Regio Romana Nolæ, pars urbis. Porta, & regio Romana Mediolani. Ciceroniana locutio temere a Salmaſio reprehenſa. Inſcriptionis antiquæ verba peſſime ab eodem expoſita.

CAPUT II.

Territorium agri Romani.

Salmaſius ſeipſum teſtem laudat, & Vopiſci locum fruſtra vexat. Ex territorii ſpatiis metienda juriſdictio. Territorium urbis, ager Romanus. cujus fines certi, fixique poſt Servium regem, qui agrum in tribus ruſticas diviſit. Salmaſius fines urbis cum Imperii finibus confundit.

CAPUT III.

Præfecti Urbi juriſdictio.

Auguſtus agro Romano nihil adjecit. Ulpiani locus a Salmaſio corruptus. Centeſimum Italiæ vox nihili. Territorium loci, & judicis. Salmaſii fraus & calumnia. Præfecto urbi juriſdictio & poteſtas in agro tantum Romano competens jure magiſtratus, principum voluntate uſque ad centeſimum attributa. Baſilica leges, earumque interpres a Salmaſio productus contra Salmaſium.

CAPUT IV.

Annonariæ regiones.

Italiæ diviſio in annonarias & urbicarias iterum exploſa. Trebellius & Victor a Salmaſio non intellecti. Conſtantinus ab ejus calumnia vindicatur. Inepta nobis affingit, ut refellat. Victoris locus expenditur. Annonariæ quæ fuerint, & unde ſic appellatæ, non liquet.

CAPUT V.

Piceni regio extra Centeſimum.

Suburbicarias Centeſimo non contineri ex Piceno convincitur. Sabini non Piceno, ſed Valeriæ provinciæ attributi. Itinerarium vetus depulſa Salmaſii calumnia declaratur. Brundiſinum iter duplex. Interamna Flaminiæ eadem quæ Nartium. Balbi fragmentorum auctoritas nulla. Scævola in Pandectis. Umbria in Piceno, vel Umbria Picenum, quæ dicta. Salmaſii triumphus de ſe ipſo.

CAPUT VI.

Umbriæ, & Tuſciæ annonariæ pars intra Centeſimum.

Salmaſii de Umbria multiplices nugæ. Tuſciæ annonaria pars intra centeſimum. Marcellini Comitis auctarium. Terentius Corrector Tuſciæ annonariæ. Piſtorienſe Portentum. Ammiani Marcellini locus emendatus. Vulſinii Tuſciæ annonariæ civitas intra centeſimum.

CAPUT VII.

Suburbicariæ regiones.

Salmaſius [illegible]. Vicarii provincias omnes ex ejus ſententia ſuburbicarias dici poſſe. Suburbicariæ non idem quod ſuburbanæ: neque a ſitu loci, ſed ab Urbico magiſtratu, cui parebant, nuncupatæ. parebant autem non Præfecto Urbi, ſed Vicario. Cardinalis Perronii excuſatio. Suburbicariarum nomen ſub Conſtantino exortum, modo preſſius, modo laxius uſurpatur.

CAPUT VIII.

Italia proprie ſumpta.

Italiæ nomen pro ſeptem tantum provinciis uſurpari non cœpit ante Conſtantinum, poſt Conſtantinum pro tota Italia uſurpari non deſiit. Salmaſii calumniæ, & paralogiſmi complures.

plures. Mediolanensis provintiæ amplituda. Ravenna metropolis facta sub Placida Valentiniano.

CAPUT IX.

Latina regio, & Valeria.

Salmasius juvenem se dicit, & de re ipsa probat. Codicis Theodosiani legem adulterat. Gallia Cispalina urbi vicinior quam Sicilia. Nulla provincia tota intra centesimum. Latina regio per se non fuit, nec Valeria sub Augusto. Salmasii [illegible]. *Descriptio Italiæ vetustior illa, quam recentiorem putat.*

CAPUT X.

Symmachi de P. V. Epistola.

Salmasii paradoxa refelluntur, agrum Romanum circa Urbem nullum fuisse, provincias ab Urbis portis incepisse, Præfectum Urbi potestate in suo territorio caruisse. Symmachi epistola Salmasiana expositio redarguitur. Urbicaria regio agri Romani, provinciis opposita. Urbicaria regiones centesimo non circumscriptæ. Legum aliquot explanatio.

CAPUT PRIMUM.

Canon. vi. Synodi Nicænæ.

Suburbicariæ Ecclesiæ Rufini. Comparari a Synodo Nicæno diœcesim cum diœcesi, non diœcesim cum provincia. Confirmari ab eodem Episcopo Alexandrino jura non solum metropolitica, sed etiam patriarchica, quæ Meletiani turbabant. Provincia Romana semper ultra centesimum.

CAPUT II.

Parergon Salmasii de legibus & edictis.

Junius Quartus Palladius non duorum, ut putat, sed unius sunt nomina. Duabus Innocentii Papæ epistolis subscriptiones restitutæ. Principum legibus, dum promulgabantur, magistratuum edicta subjici mos erat, non præponi. Sub edicto proponi quid sit. Salmasii pudenda ostentatio.

CAPUT III.

Canon. ix. & xvii. Syn. Calched.

Salmasianæ dictionis character. Exarchi diœceseon in Synodo Calchedonensi non sunt Patriarchæ Alexandrinus & Antiochenus, sed Ponticæ, Asianæ, & Thraciæ primates. Nili interpretatio rejecta, Zonaræ exposita. Multa in Conciliis universalibus tractari non universalia. Exarchos illos diœcesibus suis revera præfuisse.

CAPUT IV.

De iisdem, & de canone ii. Synodi Constantinopolitanæ.

Salmasii de duobus Patriarchis sententia iterum exploditur. Tautologiam Synodo Calchedonensi appingit. Canonis Constantinopolitani explicatio. Exarchi supra omnes metropolitanos diœcesis. Socratis hallucinatio. Salmasii errores Chorographici.

CAPUT V.

De Exarchis, & Notitiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

Superiorum epilogus. Exarchi proprie & absolute dicti, qui diœceseon. Exarchi provinciarum apud recentiores Græcos quinam, & unde appellati. Notitia Andronici junioris. Ephesinus ἔξαρχος ὅλης Ἀσίας, Cæsoriensis πάσης ἀνατολῆς. Salmasii de utroque, & de Thematibus falsa ratiocinatio. Synodus Const. Gregorii Patriarchæ.

CAPUT VI.

De numero Patriarcharum.

Archiepiscopus primæ Justinianæ verus Patriarcha non fuit. neque Carthaginiensis, neque Trinovienfis, nec denique Cyprius. Veri Patriarchæ quinque duntaxat Justiniano, qui ceteros metropolitanis adnumerat.

CAPUT VII.

De Patriarchis & Primatibus.

Pontifices Romanos Patriarchas olim sæpe appellatos. Patriarchæ unde dicti. Primates non solum primæ provinciæ præsunt, sed universæ diœcesi. Primas provincias Salmasius ridicule putat illas, quæ in Notitia Imperii primo loco numerantur. Episcopus Aquileiensis Patriarcha Italiæ non fuit, sed Venetiæ & Istriæ.

CAPUT VIII.

De Primatibus Occidentis.

Salmasius seipsum imprudens carpit. Proprie dici & κατ' ἐξοχήν. Ejusdem κρίσεις deprehensa. Mediolanensis primas non fuit, Primas Carthaginiensis totius Africæ curam gessit. Primates item Hispaniæ, & Galliæ, integras diœceses administrarunt. De Lugdunensi, & Bituricensi.

CAPUT IX.

De Primatibus provinciarum Africæ.

Salmasii calumnia depulsa. Prima sedes in Africa non idem quod metropolis. primas provinciæ, non metropolis Episcopus, sed qui promotione antiquissimus. Inde vulgo senes appellati. Canones aliquot, & Augustinus duobus locis explicatus. Donatistæ a primatu Gregorii magni decreto exclusi.

CAPUT X.

De Patriarchatu Occidentis.

Salmasius ambigue de Papa loquitur. Pontificis Romani specialis diœcesis & synodus Occidens. Patriarcha idem Occidentis. Ecclesiæ aliæ olim subditæ, a quibus ortæ. Occidentis Ecclesiæ a Romana institutæ. Patriarcharum ordo superior quam Primatum. Salmasii multiplex hallucinatio. Operis conclusio.

PROPEMPTICUM CL. SALMASIO

LIBER PRIMUS.

DE REGIONIBUS SUBURBICARIIS

CAPUT PRIMUM.

Inscriptio statuæ Nolanæ.

Salmasius ad eundem lapidem iterum offendit. Regio Romana Nolæ, pars urbis. Porta & regio Romana Mediolani. Ciceroniana locutio temere a Salmasio reprehensa. Inscriptionis antiquæ verba pessime ab eodem exposita.

QUa spe aut fiducia Urbicariam tuam regionem in Nolano marmore iterum quæras, cum ad illam nihil pertinere ostenderim, equidem assequi, Salmasi, non possum. vereor potius, ne quo antea loco ἀστοχίας, solertiæque tuæ jacturam passus es, ibi nunc toto naufragii κατακρημνῷ demergare. Nam quod in hanc statuam temere in Epistola tua incurreras, Romanamque in ea regionem aliter quam par fuit exposueras, puerilis sane ac ridiculus error fuit: sed qui condonari facile poterat, si postea vitasses. Nunc vero, postquam admonitu nostro nihil cautior factus, quæ tum peccatas, ad eadem ipsa revolveris, bisque ad eundem, quod aiunt, lapidem offendis; ecquem fore putas, qui tibi non jam casu, sed consilio erranti non merito succenseat! Tu tamen hic etiam tuo more jactantior tantum abes a sensu cladis tuæ, ut in certamen redire, atque in illa ipsa statua iterum vires experiri non pigeat. Negas a nobis ejus intellectam esse subscriptionem, & exclamas: „Sirmondus non est qui intellexit, aut sane Sir- *Pag. 8.*
„mondus est, qui non intellexit. Magnifice videlicet, ita Salmasium loqui decuit. sed inscriptionem audiamus.

POLLIO JULIO CLEMENTIANO
SUBVENTORI CIVIUM
NECESSITATIS AURARIÆ
DEFENSORI LIBERTATIS
REDONATORI VIÆ POPULI
OMNIUM MUNERUM RECREATORI
UNIVERSA REGIO ROMANA
STATUAM COLLOCAVIT
CURANTE CL. PLOTIANO.

Quid igitur causæ est, cur tibi regionem Romanam, a qua civi Nolano positam Nolæ statuam legis, Nolanæ urbis partem, ut in Adventoria scripsimus, intelligi non placeat? „Quia nullo, inquis, auctore, nullo argumen„to constat, Nolæ regionem fuisse, quæ Romana „vocaretur. Quasi vero satis idoneus auctor Inscriptio ipsa non sit; aut leve id argumentum videri queat, quod ex altera ibidem inscriptione ducitur, quæ Clementiano eidem statuam ab Jovia quoque regione positam commemorat. Etenim ut in Ciceronis Planciana qui legunt: *Quid Plancio cum Lemonia? quid cum Veientina?* aut in versu Horatiano: *Hic multum in Fabia valet, ille Velina*, ii cum Lemoniam & Fabiam tribus Romana fuisse didicerint, non dubitant quin Romanæ item tribus sint Veientina aut Velina: sic in Nolanis istis lapidibus qui Joviam regionem cum Romana regione conjunctam vident, & Joviam Nolæ urbis, quod tu te inficiari nequeas, partem esse non ambigunt, parum profecto acutos se probant, si aliud de Romana suspicentur. At enim Romanam Nolæ regionem nullam fuisse contendis, & de nomine ipso argutaris. „Unde, ais, regio Romana Nolæ, aut quare „sit dicta? Quid hoc vero ad nos, unde nomen adepta sit, si fuisse ostendatur? aut cur regio Nolæ aliqua hoc nomine dici apte non potuit, si dicta est Mediolani? Nam Mediolani, si nescis, non solum portam Romanam, sed & regionem Romanam fuisse compertum est. Alioquin quo sensu ROMANAM accipies in Ambrosii epistola LIV. ad Marcellinam sororem: *Cum ego basilicam dedicare vellem, multi tanquam uno ore interpellare cœperunt dicentes, sicut in Romana, sic basilicam dedices?* & in Paulini presbyteri verbis de Ambrosio: *Sancti Nazarii corpus, quod erat in horto positum extra civitatem, levatum ad basilicam Apostolorum, quæ est in Romana, transtulit.* Neque enim insulsum te adeo fore arbitror, ut Romanam in his etiam locis Urbicariam interpretari velis. Quod si Romanam quoque regionem habuit Mediolanum, qui de Nola quærebas, cur Romana ejus regio dicta sit, quærere cur Mediolani: aut si Mediolanensem his testatam auctoribus repudiare non audes, desine Nolanam, cujus incisum in marmore nomen vides, frivolis atque inanibus conjecturis incessere.

Quale est enim, quam frigidum & ineptum *Pag. 10.*
quod addis, absurdum videri, Clementiano tam bene de civibus omnibus merito, non totam urbem, quod par erat, sed unam ejus regionem, si Nolana hæc regio est, statuam censuisse? Unde habes a Romana tantum regione decretam fuisse, cum alteram ab Jovia collocatam legas, & alias a reliquis positas nihil vetet? Sed sola posuerit. cur officiosam huic diligentiam vitio vertas, cum Romanorum mancipum corpus nemo reprehendat, quod Orfito Præfecto urbi privatim, ut Romana In- *Inscript. ant.*
scriptio docet, *ob providentiam, & statum optimam urbi Romæ ab eo redditam, statuam sub ære constituit?* At ridiculum censes, UNIVERSAM REGIONAM de una aliqua regione urbis Nolæ dici, quod de ipsa urbe tota dici vix potuerit. *pag. 418.*

A Ridiculum est plane, ac supra omnem inertiam, non dici hoc a quoquam, sed abs te carpi. Quid enim, delicatissimi fastidii magister, an Ciceronem etiam ipsum carpes, & Latine loqui docebis? Universam servulorum familiam Cicero dixit pro Cæcina, universas familias idem in primo de Finibus, quæ singulis unius stirpis hominibus opponuntur: tu integram unius urbis regionem, quæ multas tum civium, tum servorum familias complectatur, nimis angustam putabis, ut universam dicere liceat? Et tædere te ais tantarum ineptiarum, *Pag. 11.* ac tædere profecto arbitror, sed tuarum. Jam enim pervides, ut opinor, & agnoscis, quam cassa atque irrita fuerint omnia, quibus Romanam Nolæ regionem convellere nitebaris. Nunc quam pariter absurda sint quæ pro suscepta tua, hoc est pro Urbicaria regione loqueris, agnosce. B Quærebam ego ex te, quonam beneficio Romanos, & vicinas Romæ gentes, quas Urbicaria regione vis comprehendi, a Nolano cive affectas censeres, ut statuam ab universis mereretur. Sic enim mihi persuadebam fore, ut cum Clementiani promerita, quæ in ea basi recensentur, ejusmodi esse animadverteres, quæ in Urbicariam regionem nullomodo convenirent, a stulta ista opinione desisteses. Sed multum me fefellit expectatio. Nihil enim est quod non facile concoquas, ne inscitiam confiteare, adeo ut Senatui, populoque Romano, unde provinciarum, gentiumque peti patroni solebant, patronum ipse, quo fingi absurdius nihil potest, imponas; & C patronum hominem Nolanum, nullis honoribus functum, nullis titulis insignem, virum adhuc perfectissimum, hoc est nondum clarissimum, nondum Senatorem. Verum hoc ego caput, quod a te per errorem ex altera Inscriptione translatum est, non urgeo vehementius. ad nostram redeo, quæroque iterum ut Clementiani erga Romanos beneficia nobis exponas, *Pag. 9.* „ quid respondes? Quod me rogas, inquis, sta„ tuam interroga, ipsa literata est, & ex ea disces, quidnam? Ut suaventori civium, libertatis redonatori, necessitatis aurariæ defensori, & omnium munerum recreatori, hanc statuam decretam fuisse. O gnarum & callidum interpretem! D Et quis unquam post artes inventas tam imperite & inscite auctorem ullum intellexit, quam distorta & aliena hæc sua est explanatio? Primum enim, tam angusti spiritus fuisti, ut brevem clausulam percurrendo explere non posses, sed quæ inter se connexa erant divelleres: nec animadverteres necessitatem aurariam ipsam esse, in qua suis civibus subvenisse Clementianus dicebatur. Deinde quo referri singula oporteret non vidisti. Nam si redonator ad libertatem pertinet, & recreator ad munera, via populi quæ interjecta est, ἀσύρτως pendeat necesse est, quia E eum quo cohæreat non habet. Quid porro est, quidve tuo judicio significat, defensor aurariæ necessitatis? aut quis populo Romano libertatem eripuerat, ut hanc illi civis Nolanus redonaret? Tam multa in unum absurda congessisti, ut numerari vix possint, & has doces titulo statuæ ineptias contineri. Literata proculdubio, & elegans, cui hæc affingis, erat Inscriptio: sed tu illiteratam perversa & ridicula interpretatione fecisti. Redi ergo, redi sodes ad scholam, Salmasi, & Inscriptionis tuæ verborum

A vim, sententiamque prius condisce. tum Romanam in ea regionem intelliges, non Romani territorii ambitum, quod somniabas, sed Nolanæ urbis partem unam appellari.

CAPUT II.

Territorium agri Romani.

Salmasius seipsum testem laudat, & Vopisci locum frustra vexat. Ex territorii spatiis metienda jurisdictio. Territorium urbis, ager Romanus. Cujus fines certi fixique post Servium regem, qui agrum in tribus rusticas divisit. B Salmasius fines Urbis cum Imperii finibus confundit.

Post lapidem Nolanum, in quo regionem Romanam inveneras, sed non tuam, tuam nunc apud Vopiscum te nactum jactas, sed *Pag. 12.* frustra. Vopiscum ais in vita Probi scribere, posteros Probi Romanam refugisse, & in Italia circa Veronam & Benacum larem locavisse, atque ita legere codices manuscriptos. Audio. sed quo auctore id confirmas? quem hujus lectionis testem laudas? Salmasium. Testem videlicet non domo productum, sed teipsum. Nam quis iste est alter Salmasius, qui C testimonium tibi commodat, si tu non es? Tibi ergo credere nos jubes? quis tam iniqua lege litigat unquam, ut adversarius credere cogatur! At tibi tamen, vide quam morosus non sim, etsi constat te non semper Attica fide loqui, hoc loco credere non abnuo. Scripserit Vopiscus Romanam, & Romanam absolute dicat Romanam regionem; Romanamque intelligat, non quæ Nolæ sit, ut in lapide Nolano, aut Mediolani, ut apud Ambrosium & Paulinum, sed vere Romanam, hoc est urbi Romæ vicinam. Quid tandem egisti, aut quid habet hic locus, quod causæ tuæ tantopere faveat, ut auro emptum velis! An quia regionem Romanam nominat Vopiscus, inde D confectum putas, ut ejus regionis fines usque ad centesimum ab Urbe lapidem processerint? Fugit te ratio, cum ita concludis. Fac enim non Romanam a Vopisco scriptum, sed Romam; aut si Romanam omnino legi placet, Romanam ab eo regionem dici, non quæ centesimo, sed quæ paucis agri Romani millibus comprehendatur: quid erit in tota ejus oratione, quod integro sensu non cohæreat? Quod si de regionis Romanæ finibus ex Vopisci verbis colligi nihil potest, ridiculus es plane, qui inanem atque inutilem tibi locum, quasi hoc uno vincere posses, insignem & auro contra E carum prædicasti.

Sed hujus generis mitæ sunt ubique ἀσυλλογισία & hallucinationes tuæ, quas in iis etiam quæ de territorio Romano, Præfectique urbis potestate contra nos disputas, frequentasti. Dixeram ego, ex territorii cujusque oppidi finibus, quoad se magistratus ejus potestas & jura porrigant colligi potius, quam contra debere. Neque inficias ire sanus quisquam poterat. Nam cum eo magistratus fiant, ut intra territorii fines jus dicant, quid certius, quam ex territorii terminis jurisdictionis modum & spatia æsti-

mari oportare? An non aperte id declarant verba illa quæ laudas, quæ in coloniarum legibus usurpari solebant: *Quos agros, qua loca, quave ædificia intra fines illos dedero, assignavero, in eis agris jurisdictio esto coloniæ illius, cujus civibus agri assignantur!* Vides enim agros primum
Pag. 17. & territorium definiri, tum jurisdictionem territorii ambitu circumscribi. Audes tamen obtrectandi studio in tam aperta reluctari: quia coloniæ, inquis, nonnullæ jurisdictionem in
Pag. 16. alienis territoriis habuerint. Quod ut doceas, per auctores grammaticos licentius evagaris, quam apte aut intelligenter, non disputo; hoc scio, istud ipsum quod adstruere conaris, & tuam de Præfecto urbis sententiam elidere, & nostram confirmare. Quod enim coloniis interdum contigisse vis, ut jurisdictionem extra sua territoria exercerent, hoc est quod Præfecto urbis concessum fuisse contendo, ut potestatem, quæ illi jure magistratus intra Urbis tantum terminos, & territoriam competebat, Principum voluntate per aliena etiam territoria usque ad centesimum lapidem protenderet. Quid ergo tibi consilii fuit, cum ex scriptoribus illis tela quæ in te redirent, compararest

Docebam præterea territorium Urbis, de quo quærimus, non centesimo, ut volebas, sed agri Romani finibus contineri, idque ex Pomponii Jurisconsulti verbis demonstrabam, a quo territorium generatim describitur, *Universitas agrorum intra fines cujusque civitatis*, hoc est, ut Basilicæ leges interpretantur, πάντες οἱ ὑπὸ τὴν πόλιν ἀγροί. Quo loco cum ostendissem agri hujus Romani seu territorii fines longinquos non fuisse: quippe qui vicinorum undiquaque oppidorum, quibus sui etiam agri & territoria erant, terminis clauderentur; incredibile est dictu, quam futilia, quam ridicula, quam absurda fiot, quæ contra nugaris. Etenim cum aliud sit urbs, aliud imperium, & diversi urbis atque imperii sint fines ac termini, ut inaudito errore utraque confundis. Quod si diversa judicas, cur agrum Romanum, cum pro Imperio sumitur, ab agro Romano, qui urbis Romæ est territorium, non distinguis? Nimirum quæ utriusque exordia fuerint, quam dissimilia incrementa susceperint, tametsi omnia notis, nescire & non intelligere te doces. Repete igitur animo antiquæ urbis originem, & disces agrum Romanum principio urbe in alieno solo condita nullum fuisse; mox a Romulo devictis, & agrorum parte mulctatis proximis Latii vel Hetruriæ populis, certos ad limites constitutum, atque hæc agri & territorii Romani primordia memorari. Inde prolatos sensim ejus fines ab aliis regibus, ut a Prisco, qui ut auctor est Eutropius, *Sabinis victis non parum agrorum urbis territoria adjunxit*. Hunc denique agrum universum, sive χώραν, ut Dionysius libro IV. vocat, (quo tu alio nomine territorium, aut regionem Romanam appellares?) in tribus rusticas a Servio rege, qui urbem quoque ipsam in urbanas distribuerat, digestum ac divisum fuisse: ita ut quos agros, quæ rura tribus illæ colerent, in his ager Romanus & territorium esset, & tribuum ipsarum, ut Romiliæ, Popiniæ, Lemoniæ, aliarumque, prout diversas ejus agri partes sortitæ fuerant, nominibus distinguerentur. Quare qui de agro Romano quæris quos fines habuerit, de tribubus rusticis quære, quibus locis in-

A sederint: & cum Romiliam sub urbe ipsa trans Tiberim in Tuscia, Pupiniam vero cis Gabios, & Lemoniam ad portam Capenam in Latio, Claudiam ad Anienem in Sabinis, reliquas omnes in suburbanis pariter ac vicinis Romæ locis, & Latii, Tusciæ, Sabinorum agro finitimis, constitisse didiceris, noli dubitare, quin hi veri & legitimi agri Romani fines fuerint; non illi quidem nulli, ut garris, aut prope nulli, cum tribus omnes rusticas complexi sint: sed neque omnino longinqui, nedum ut centesimum attigerint, quos vicinarum, ut vides, gentium termini premerent ac circumscriberent.
B Sed hoc præterea, unde fons & caput erroris tui, docendus es: quamvis prima illa nominis Romani ætate, iidem aut pene iidem territorii fines fuerint, & imperii, longe tamen dispares postea fuisse. Crescente siquidem, ac fines suos per bella, tum Italica, tum extera, in ultimas oras proferente Imperio, territorii ager intra suum modum ac mensuram stetit; neque unquam, quod memoriæ proditum sit, auctus post Servium neque aliis, quam olim fuerat, regionibus definitus. Quamobrem Livius libro XXVI. Hannibalis ad urbem adventum iterque describens, Pupiniam, hoc est agri Romani partem, in qua tribus erat Pupinia, non solum a
C Ferentinate agro, & Anagnino, qui paulo remotiores erant, sed etiam a proximis Tusculano, Gabinoque discrevit: & Varro de re rustica lib. I. cum rura in Campania versibus, in agro Romano, & Latino jugis metiri docet, agrum Romanum Latino, idemque tursus, & alii passim omnium ætatum scriptores, ut Latino, sic & Tusco & Sabino Romanum opponunt, ut constet territorii Romani stata & fixa semper fuisse spatia post Servium.

Quæ cum ita sint, Salmasi, nisi τόν τε νοῦν, τά τ' ὄμματα revera cæcus es, quot & quantæ
D sint ἀβλεψίαι tuæ & σφάλματα jam agnoscis. Miraris enim nos agrum Romanum a Tusco, La- Pag. 25.26.
tinoque separare, cum ab omnibus sejungi videas. quæris eosdemne sub Augusto, qui olim fuerant, terminos habuisse censeam, cum post Servii tempora nunquam auctum fuisse intelligas. Ut ejus fines ultra centesimum etiam lapidem exporrigas, agrum qui ultra Picenum Romanus dictus est, ex Varrone commemoras, & montes Romanos prope Asculum ex Frontino. cur non addis & Romanas Alpes in extrema Italia; & agrum Romanum ῥωμαίων ἀγροὶ in Perside, cujus mentio est apud Procopium
E in ædificiis Justiniani? ut luculentiorem facias oscitantiam tuam, qui non sentias de territorii Romani agro nos loqui; non de iis agris & locis, quibus quod ea privatim vel publice possiderent Romani, seu qua alia de causa, Pag. 29.
nomen inditum est Romanorum? Denique ut ostendas te, quod paulo ante dixi, ambigua voce captum Urbem cum Imperio in agri Romani nomine confundere, nullum vis in Italia post legem Juliam, qua Italiæ universæ civitas data est, agrum fuisse nisi Romanum; post Antonini vero constitutionem, nullum toto Imperii Romani orbe agrum nisi Romanum. Quid porro habent hæc commune vel connexum, jus Romanæ civitatis oppido cuipiam dari, & ejus oppidi agrum in agri Romani nomen finesque transire? Ergo satis fuisse putas, ut ager Romanus fieret, eum qui possideret, civem Romanum factum esse. Ita Tusculanus

ager ante civitatem Tusculania datam Tusculanus ager erat: postquam data est; non Tusculanus fuit, sed Romanus. Quis credat hæc a populo Romano, si ea Roscius aliquis, aut Æsopus in scena diceret, audiri sine risu ac strepitu potuisse?

CAPUT III.

Præfecti Urbi jurisdictio.

Augustus agro Romano nihil adjecit. Ulpiani locus a Salmasio corruptus. Centesimum Italiæ, vox nihili. Territorium loci, & judicis. Salmasii fraus & calumnia. Præfecto urbi jurisdictio, & potestas in agro tantum Romano competens jure magistratus, Principum voluntate usque ad centesimum attributa. Basilicæ leges, earumque interpres a Salmasio productus contra Salmasium.

NUsquam soli sunt errores tui, sed alius alium, sicut vibia varam, mox sequitur. Agnoscis tandem agri Romani fines ante Augustum eos fuisse quos dixi? sed ab Augusto ad centesimum usque dilatatos suspicaria, cum Præfectum urbi crearet, & jurisdictionem illi usque ad centesimum attribueret. Pag. 30. Ego vero an Præfecturæ jurisdictionem Augustus ad centesimum usque lapidem instituerit, quod ex Mæcenatis apud Dionem oratione colligi videtur, an urbem illi tantum, urbisque terminos commiserit, & alii postea quæ ad centesimum excurrunt adjecerint, quod plerique probabilius ducunt, & Dionem accommodate ad sua tempora locutum putant, hoc loco quærendum non judico; te qui pro magistratuum jurisdictionis modo & varietate agrorum, uniuscujusque loci terminos contrahi vel produci posse existimas, falli & in errore versari non dubito. Agri enim territorii cujusque, nisi adjecta vicinorum agrorum parte, augeri non possunt: at jurisdictio immotis agri finibus in alienis etiam agris exerceri potest. Quos porro tu agros territorio urbis ab Augusto adjectos docere potes? quæ Latii, Tusciæ, Sabinorum oppida suis agris multata, ut agrum Romanum dilatarent? An putes auctorem ullum proferre, qui de agri Romani finibus aliter post Augustum scripserit, quam ante Augustum scribebatur? Nam si agri terminos tua sententia mutabat magistratuum jurisdictio, quam vagos & incertos illos fuisse oportebit? Legis Corneliæ de sicariis verba sunt: *Ut is Prætor, judexve quæstionis, cui forte obtigerit quæstio de sicariis, ejus quod in urbe propius mille passus factum sit, uti quærat cum judicibus qui ei ex lege sorte obvenerint:* & P. Murium Scævolam narrat Livius libro L. urbanam sortitum esse provinciam, hoc est præturam, & ut idem quæreret de veneficiis in urbe, & propius urbem decem millia passuum. Quæso te, cum hæc legis, an non rideas, si quis ex diversa Prætorum istorum cognitione agri Romani terminos, vel intra mille passus lege Cornelia, vel ad decem millia passuum in Scævolæ prætura constitutos putet? Ad hæc Vicarius urbis intra quadragesimum, ut ex Cassiodori formula discimus, judicabat. an Vicarii causa quadragesimo lapide ager Romanus terminabitur, quem Præfecti gratia usque ad centesimum vis porrigi? Quid quod ex Ulpiani verbis l. 1. *De officio præfecti urbi*, non desunt qui sentiant Præfecturam urbis omnium intra Italiam criminum notionem sibi aliquando vindicasse? quo posito, agri Romani fines, si audire te volumus, non alii tum fuerint, quam Italiæ. Quod enim eo loco non *intra Italiam*, sed *intra Italiæ C. M.* id est intra Italiæ centesimum milliarium; ab Ulpiano scriptum censuisti, digna ingenio & judicio tuo fuit castigatio, hoc est inepta & falsa: in qua non solum immerito Tribonianum sugillas, qui tuas istas notas non intellexerit: sed in Ulpianum etiam ipsum es injurius, cui ridiculam atque inextricabilem lectionem imponis. Quis enim præter te possit unquam, quid Italiæ centesimum sit milliarium explicare? Verum hunc ego locum in præsentia non urgeo. Satis superque, si quid sapis, sunt cetera, ut intelligas non dilatatos ab Augusto fuisse agri Romani terminos, cum præfecturam instituit, sed præfecturæ jurisdictionem ultra agri Romani terminos aliqua ex parte prorogatam. Quod cum fiebat, aut si contra fieret, ut citra loci terminos magistratus esset jurisdictio, tum aliud erat territorium loci, quod agri terminis finiebatur, aliud quodammodo territorium Judicis & magistratus, quos ad fines ejus diœcesis & administratio porrigebatur. Ceterum hæc cum ita fiebant, præter morem fiebant, non quod ἀνάλογον εἰς τὴν ἀρχὴν esset, atque ita magistratus ratio postularet; sed principis aut reipublicæ, quæ magistratum instituebat, imperio & voluntate. Nam justa & legitima ratio erat, ut magistratus jurisdictio loci sui territorio æquaretur. Pag. 40.

Quæ a me nuper in Adventoria ad præfecturam urbanam translata cum essent, ostensumque Præfecti urbi, qui Judex est urbis, urbanorum princeps magistratuum, legitimam & jure magistratus congruentem jurisdictionem agri Romani finibus contineri: quod extra hos fines usque ad centesimum accesserat, id Principum potius voluntate adjectum videri; quos tu hic rursum, & quam ineptos clamores sustulisti; aut potius quam alienum, atque ab iis quæ scripseram abhorrentem in sensum mea verba detorsisti? Pag. 34. 35. &c. Nam quæ de diversis jurisdictionis ejusdem limitibus dissserueram, ad diversa jurisdictionis genera traduxisti, & ea mihi portenta opinionum affinxisti, quæ nunc etiam, cum a te prolata sunt, assequi vix possum. Quod si error abs te, mentisque vitio factum est, non miror illum qui in Nolana inscriptione lapsus sit, in verbis meis hærere potuisse. Sin studio & consilio fecisti, laudo ingenium, quod ne sine palma esses, monstra finxeris quæ debellares. Verum pro his ego monstris tuis, Salmasi, non pugno. Neque enim hebes aut stolidus sum adeo, ut cum in magistratibus distingui duo soleant, potestas & jurisdictio, κράτος, sive ut Glossæ juris exprimunt, ἄκρα ἐξουσία, καὶ δικαιοδοσία, in Præfecto urbis hæc ita distinguam, quod cavillaris, ut illum jurisdictionem in urbe tantum & intra urbis terminos, potestatem extra hos tantum terminos usque ad centesimum exercuisse velim. unde porro hæc a me vel dicta

uſpiam vel cogitara es hariolatus? Ego enim nec imperium hac in re poteſtatemve a juriſdictione ſejunxi, nec juriſdictionem a poteſtate: ſed utraque quos ad fines magiſtratus nomine pertinere debuerit, quouſque principum nutu provecta ſit, oſtendi. Quare hæc a te, ſi quid habebas, refelli oportebat, non iſta ægrorum ſomnia quæ exagitaſti.

Naſtra vero tantum abeſt ut evertas, ut de his etiam firmandis, fulciendiſque laboraſſe videaris. Etenim cum ad ſententiæ meæ confirmationem uſus eſſem argumento legis III. D. *de officio Præfecti urbi*, quæ Ulpiani verbis docet, Præfectum urbi, cum terminos urbis exierit, poteſtatem non habere; quærique hoc loco poſſet, an terminos urbis lex dicat muros urbis, & continentia urbi ædificia, ut tibi viſum eſt; an ſuburbani agri, territoriique Romani terminos, ut ego interpretabar, ruſumque, an poteſtatem appellet merum duntaxat imperium, quo animadverti in facinoroſos ſolet, ut contendis; an omnem omnino Præfecturæ auctoritatem, ita ut ea penitus exueretur, ſi terminos urbis exiret, quod docebamus: tu nobis tanquam ex machina vindicem, qui de utroque capite ſecundum nos pronunciaret, in altera operis tui parte produxiſti, Baſilicarum legum interpretem Theodorum Hermopolitam. Illum ergo, quibus verbis legem iſtam exponat, ſed legem prius ipſam, ut in Baſilicis concepta eſt, audiamus ex lib. VI. Eclogæ tit. IV. cap. III. Ipſa enim per ſe aperta & clara eſt, & præcone non eget. Ὁ τῆς πόλεως ἔπαρχος ἐξελθὼν τῶν τῆς πόλεως ὅρων, οὐ δύναται τὴν ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἐπαρχότητος. ὅτε μέντοι ὢν ἐν τῇ πόλει, δύναται κελεύειν τινὶ δικάζειν, καὶ ἔξω τῆς πόλεως. *Præfectus*, inquit, *urbi cum terminos urbis exierit, non poteſt Præfecturæ poteſtatem habere. In urbe quidem quamdiu verſatur, poteſt jubere alicui etiam extra urbem judicare*. Sunt hæc, ut dixi, perſpicua ſatis & aperta: ſed lucem addit expoſitione ſua, & provincialium Judicum comparatione Theodorus. ſic enim ſcribit: Ἐν γὰρ τῇ πόλει, καὶ περὶ τὴν πόλιν, ἔχει καὶ κράτος καὶ δικαιοδοσίαν καὶ ἔξωθεν τῆς πόλεως, ἄχρι μιλίων ἑκατόν. καὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ πάντες ἄρχοντες ἔξωθεν διάγοντες τῶν ἐπαρχιῶν ἃς ἔχουσιν, ἰδιῶταί εἰσι, καὶ ἀνεπιδίκως αὐτοῖς ἀπειθοῦσιν οἱ ὑπήκοοι. οὕτω καὶ ὁ ἔπαρχος ἔξω τῶν τῆς πόλεως ὅρων τυγχάνων, οὐκ ἔχει τὴν ἐξουσίαν τῆς ἐπαρχότητος. & poſt alia. ἐν μέντοι τῇ πόλει διάγων ὁ ἔπαρχος δύναται τινὶ κελεῦσαι δικάσαι ἔξω τῆς πόλεως. οἶμαι δὲ, ὅτι ἄχρι ἑκατὸν μιλίων. *In urbe enim*, ais, *& in ſuburbanis locis, habet & imperium & juriſdictionem etiam extra urbem uſque ad centum millia. Et quemadmodum ceteri omnes Judices extra provincias quas regunt conſtituti privati ſunt, & illis impune a ſubditis non paretur: ſic & Præfectus urbi extra terminos urbis poſitus Præfecturæ poteſtatem non habet. In urbe ſane conſiſtens, poteſt jubere alicui judicare etiam extra urbem, uſque ad centum, opinor, millia*. Nunc iterum rogo te, Salmaſi, cum Theodori hujus dicta omnia videas cum placitis noſtris conſentire, cum tuis autem ex diametro pugnare, qua fronte, niſi ex ea omnis pudor abiit, dicere audes tuam a Theodoro ſententiam confirmari? Tu poteſtatem in hac lege de mero tantum imperio accipiendam putaſti: Theodorus de omni Præfecturæ adminiſtratione intelligendam cenſet. Tu terminos urbis muros urbis, & continentia urbi ædificia interpretatis: Theodorus ſuburbana etiam loca, τὰ ὑπὸ τὴν πόλιν, id eſt agrum Romanum complecti docet. Tu Præfecto etiam terminos urbis egreſſo juriſdictionem, detracta tantum imperii poteſtate, uſque ad centeſimum concedis: Theodorus utramque a Præfecto, dum in urbe eſt, uſque ad centeſimum exerceri ait; ubi terminos urbis exceſſit, neutram, quia neutram jam habet. Tu denique Præfecto urbi ſolam juriſdictionem jure magiſtratus convenire, imperii poteſtatem ſpeciali principum conſtitutione attributam vis fuiſſe: at Theodorus nullo diſcrimine utramque appellat ἐξουσίαν τῆς ἐπαρχότητος, nec dubitat quin utraque illi jure magiſtratus merito conveniat. Quidni autem Præfecto etiam poteſtas competeret, *cujus officia*, ut eſt apud Senecam epiſt. LXXXIV. *tutela urbis continebatur*? quem ex Tacito conſtat lib. VI. Annal. *ad coercenda ſervitia, & quod civium audacia turbidum, niſi vim metuat*, ab Auguſto inſtitutum; aut ſi Dionem audimus, ad crimina cognoſcenda, quæ tum in urbe, tum extra urbem intra centeſimum admitterentur? Aut hæc enim, quorum gratia inducta eſt Præfectura, Præfecto jure magiſtratus non convenire doceas neceſſe eſt, aut imperii poteſtatem, ſine qua præſtari hæc nullo modo poſſint, Præfecto ſimiliter convenire ſtatuas, deſinaſque in poſterum de Theodori nomine, qui tot modis ſententiam tuam jugulat, temere atque inconſulto gloriari.

Pag. 285. 286.

Pag. 34. &c.

Pag. 32.

Pag. 42.

Pag. 33. &c.

CAPUT IV.

Annonariæ regiones.

Italiæ diviſio in annonarias & urbicarias iterum exploſa. Trebellius & Victor a Salmaſio non intellecti. Conſtantinus ab ejus calumnia vindicatur. Inepta nobis affingit, ut refellat. Victoris locus expenditur. Annonariæ quæ fuerint, & unde ſic appellatæ, non liquet.

PRopius nunc ad controverſiæ fines delabimur; ad ſuburbicarias videlicet & annonarias. Sic enim Italiæ provincias dividi poſſe judicaſti, quia Tuſciam legeras aliam annonariam, aliam ſuburbicariam, & Picenum item aliud annonarium, aliud ſuburbicarium. atque hoc argumentum ad diviſionem illam conſtituendam putas longe validiſſimum, quod revera infirmum vel potius nullum eſt. Neque enim propterea quod inter Imperii Romani provincias Daciam conſtat fuiſſe unam mediterraneam, alteram ripenſem, & Noricum ſimiliter unum ripenſe, alterum mediterraneum: idcirco recte concluſeris, Imperii provincias omnes aut mediterraneas fuiſſe, aut ripenſes. Sunt hæ quippe non totius, ſed partium quarumdam diviſiones, quæ ceteris plerumque partibus non conveniunt: at plenam & integram partitionem ſua omnia membra complecti neceſſe eſt. Itaque Italiam in provincias Conſulares, Præſidales, Correctorias apte diſtinxeris, quia Italiæ nulla eſt provincia, quæ horum aliquo genere non contineatur: in ſuburbicarias & annonarias inepte, quia nihil habet

Pag. 48.

quo doceas omnes Italiæ provincias vel annonarias fuiſſe, vel ſubarbicarias . ſed adſtruere tamen conaris. Suburbicarias enim quataor vis dici, quæ ſunt intra Urbis centeſimum : reliqaas omnes annonarias. De ſuburbicariisqaam graviter hallucineris , proximo capite viderimus. Nunc de aononariis, ut easextra ceoteſimum tota Italia vagari, ac ſpecialis Italiæ nomen ſibi vindicaſſe credamus, quem dabis fundum, auctoremque ſententiæ? Trebellium das Pollionem. Atqui hanc ante cum in Epiſtola produaiſſes, qaaſi, is com Terrieum ſeniorem ab Aureliano Correctorem totius Italiæ factum ſcribit, id eſt ut interpretarur, *Campaniæ , Samnii , Lucaniæ , Brutiorum , Apuliæ , Calabriæ , Etruriæ atque Umbriæ , Piceni & Flaminiæ, omniſque annonariæ regionis*, non omnes Italiæ provincias illi commiſſas intelligat, ſed taas tantum annonarias: oſtendi nec provinciam Italiæ ullam fuiſſe a Trebellio in illa enumeratione prætermiſſam; nec Italiæ totius nomine aliud quam totam Italiam intelligi, nihil proinde in Trebellii verbis eſſe, quod errori tuo adſtipuletar. Quid tu aotem hic contra nunc adfers præter inanem atque inſolentem ſtrepitum orationis? Negas a Trebellio Tuſciam & Picenum ſabuſbicarias regiones commemorari, neqae item Valeriam . Sed hoc jam pridem exploſam eſt, cum docui Valeriam provinciam Trebellii temporibus nondum fuiſſe, Picenum autem & Tuſciam nondum ſejunctas, nec diſtinctas; ideoque a Pollione communi Etruriæ & Piceni nomine integras comprehendi.

Poſt hæc, ne unicum tuæ in exponendis auctoribus imperitiæ teſtem habeas Trebellium , hnic Aarelium addis Victorem , qui tua ſententia OMNEM ITALIAM eo ſenſu dixerit , quo TOTAM ITALIAM a Trebellio dictam volebas, hoc eſt de ſolis tuis annonariis , An vero te falli, & Victorem de omni vere Italia loqui, ex ipſius verbis obſcurum eſt? Victor diviſo inter Auguſtos & Cæſares imperio , cum Africam Italiamque Herculio commiſſam dixiſſet, inde parti Italiæ inductam tributorum novam legem ait, com omnis Italia eadem antea fonctione moderataque ageret . Dic , oro te, qui parti Italiæ omnem Ialiam oppoſuit , aliudne potuit quam univerſam Italiam ſignificare? Univerſam ais, ſed aniverſam duntaxat annonariam. Ergo cum eodem loco Italiam Maximiano commiſſam dicit, non de univerſa Italia, ſed de ſolis eapones annonariis? Quod ſi abſurdum id eſſe duces , ut eſt revera ineptiſſimum, cui tandem perſuadebis, Aurelium Victorem uno eodemque loco, cum Italiam ſimpliciter diceret, nullam Italiæ partem excepiſſe; omnem vero Italiam cum dixit , non omnes ejus partes comprehendiſſe ? Vides itaque totum iſtud de annonariis extra centeſimam provinciis commentum, nihil neque a Trebellio, neque ab Aurelio Victore ſubſidii habere qao fulciatur.

Porro ipſa etiam nominis origine , qaam finxeras, redargui docebam. quod nunc etiam liquidius patet. Nam ſi annonariæ in Italia nuncupatæ ſunt provinciæ, quæ functionem annonariam penſitabant; profecto annonariæ dici ſolæ non potaerunt quæ erant extra centeſimum, cum ex Honorii lege XIV. Cod. Theod. *De indulgentiis debitorum*, tuas etiam qaæ intra centeſimum erant ſuburbicarias functioni eidem obnoxias fuiſſe demonſtrarim . Cur hæ igitur non itidem annonariæ? Quia non ſemper, inquis, functionem illam agnoverunt: ſed cum antea non ſolverent , ad eam tandem adactæ ſunt. A quonam ? Palam eſt attribui Conſtantino debere. O ferream & legum pœnis caſtigandam hominis pervicaciam: qai innoxio principi malit duræ atque aſperæ legis notam inurere, quam leges a ſe non intellectas confiteri ! Sed liberandus eſt calumnia Conſtantinus. Quo enim argamento ſuburbicarias tuas annonariam functionem aliquando non agnoviſſe ſuſpicaris? Illo nimirum unico Victoris, quod jam in te retorquendum vides. Nam cum Italiam omnem a Victore dictam probatum ſit, quæ nullam Italiæ provinciam excipiat, quid aliud expectas, quam ut concludam, ſi ab ea functione, quam omni Italiæ communem teſtatur Victor, dictæ ſunt , ut tibi placet, annonariæ, nullam in Italia provinciam fuiſſe non annonariam ? Quare aliud etymum fingas neceſſe eſt , cauſamque aliam cur hæ ſedes tribuas annonariis.

Pag. 49.

Pag. 50.

Pag. 51.

Pag. 91.

Quæris aatem, quando tua iſta tam facile refellantur, de annonariaram ipſe. numero & appellatione quid ſentiam , & meam me ſymbolam in medium conferre jubes . atque ut ingratiis elicias , parum urbane id qaidem , nec honeſte, mira iterum deliriorum figmenta nobis objectas: Galliam togatam nos a reliqua Italia divellere, illiuſque regiones in Italiæ regionibus non cenſere: annonarias omnes in Galliæ ejuſdem finibus ſub Vicarii Italiæ adminiſtratione collocare, & alia quæ noſti . Tum ut Ajax ille μαινόμενος apud Sophoclem arietes cædebat pro Trojanis: ita hæc inania rerum ſimulacra, quæ ad nos nihil ſpectant , tanquam noſtra exagitas. Noli me iratiorem tibi hac de cauſa exiſtimare. Tuam potius vicem doleo, mirorque, cum ſcripta noſtra legi ab aliis poſſe non ignores, te illoram qui falſo hæc nobis objici viderint , judiciam non revereri . Ceterum qaia qaid cenſeam rogas, age , Aurelii Victoris locum, cujus partem delibaſti , integrum recognoſce. *Et quoniam bellorum moles*, inquit, *acrius urgebat, quaſi partito imperio, cuncta quæ trans Alpes Galliæ ſunt , Conſtantio commiſſa, Africa Italiaque Herculio, Illyricique ora uſque ad Ponti fretum Galerio, cetera Valerius retentavit. Hinc denique parti Italiæ invectam tributorum ingens malum. Nam eum omnis eadem functione moderataque ageret; qao exercitus atque Imperator, qui ſemper aut maxima parte aderant, ali poſſent, penſionibus inducta lex nova*. Quæro nunc abs te , cum duplicem a Victore tributorum functionem prodi videas, unam antiquam , totiquu Italiæ communem; alteram Italiæ tantum parti ab Herculio poſt diviſum imperium impoſitam , ut ali poſſent exercitus & Imperator : cur ſi ab harum functionum altera nomen annonariis factum putas, non ab ea potius, quam Italiæ tantum pars pendebat, quam ab altera, quam Italia univerſa? Univerſam enim Italiam annonariam fuiſſe non dices. Quod ſi pars illa Italiæ nobis inveſtiganda & deſignanda eſt, quid vetat , quin eas complexam provincias dicamus, quæ a Tuſcia & Piceno ad Alpes excurrunt? cum & hos regionis annonariæ fines deſignari a Trebellio in Adventoria probarim, & Tuſciam ac Picenum in eo tractu annonariarum

Pag. 50. 51.

Pag. 65. 66. &c.

riarum

riarum nomen gessisse compertum sit. Mihi quidem, undecumque nomen suum nactæ sint annonariæ, de quo amplius quærendum censeo, in hac una quam dixi parte Italiæ videntur fuisse. Nostram habes, Salmasi, quam exigebas, de annonariis conjecturam, non illam quidem ἀναμφίλογον & indubiam omnino: sed tua certe meliorem, & Trebellii Pollionis, atque Aurelii Victoris verbis, quæ interpretationem tuam nullo modo ferunt, congruentiorem. Tuum est, qui πανταχῶς σοφίας ταμεῖον καὶ ἐνδιαίτημα videri vis, de iis etiam pronuntiare & affirmare quæ nescias. Nos, quibus ingenui ac pudentis animi hoc esse persuasum est, in iis quæ obscura & incerta sunt ἐπέχειν didicimus.

Caput V.

Piceni regio extra centesimum.

Suburbicarias centesimo non contineri ex Piceno convincitur. Sabini non Piceno sed Valeriæ provinciæ attributi. Itinerarium vetus depulsa Salmasii calumnia declaratur. Brundisinum iter duplex. Interamna Flaminiæ eadem quæ Nartium. Balbi fragmentorum auctoritas nulla. Scævola in Pandectis. Umbria in Piceno, vel Umbria Picenum quæ dicta. Salmasii triumphus de se ipso.

SUburbicarias omnes provincias intra Urbis centesimum, nullam extra id spatium vis esse. Hoc falsum redargui ex Piceno docui, quod suburbicarium esse constat, & tamen extra centesimum. Hic Rhodus, hic saltus, hoc caput controversiæ. Quæ proinde artes, quæ machinæ a te, & a collega tuo quæsitæ non sunt, ut Picenum intra centesimi fines inferreris! Quin etiamcum adversus collegam tuum ostendissem, omnibus viis, quibus olim Roma in Picenum tendebatur, nullam Piceni partem ante centesimi fines occurrere, atque hoc uno ariete irriti conatus spem omnem concidere par esset: audes nunc tamen duræ & indomitæ frontis fiducia ἀναιδείᾳ, certusque victoriæ scilicet ac triumphi, pugnandi partes socio præripis, ne parum sit gloriæ tuæ, si alia potius manu hostis cadat, quam tua. Age vero, descende in arenam, Threx pugnacissime. neque enim palmas tuas cunctando morari nos decet. Cum collega tuo in Censura vindiciarum hoc modo congrediebar. Iter ab Urbe in Picenum duplex fuisse; unum per Umbros, via Flaminia; alterum per Sabinos, Salaria. Posterius hoc in vetere Itinerario sic describi. Pag. 69.70. &c.

AB URBE HADRIAM USQUE

Eretum	*M. P.*	XIV.
Vicum novum	*M. P.*	XIV.
Reate	*M. P.*	XVI.
Aquas Cutilias	*M. P.*	XVIII.
Interocrium	*M. P.*	VI.
Falacrinum	*M. P.*	XVI.
Vicum Vatiæ	*M. P.*	IX.
AD CENTESIMUM	*M. P.*	X.
Asculum	*M. P.*	XII.
Hadriam	*M. P.*	XLVII.

In hoc itinere, quæ Asculum præcedunt oppida, Sabinorum esse omnia. Cum igitur ante Asculum, hoc est ante Piceni exordium, milliarium, ut vides, centesimum occurrat, nihil exploratius videri, quam Piceni regionem ab hac quidem parte totam extra centesimum sitam esse. Quid habes quo arietis hujus impetum repellas? quid respondes? Sabinorum quidem oppida hæc esse: verum Sabinos ipsos, cum provinciam per se non faciant, in Piceni suburbicarii provincia contineri. Tusciæ, inquis, quæ vicina est, attribui non possunt; non inficior. neque Umbriæ; ne hoc quidem. ad Picenum ergo referantur necesse est; multo minus. At rogas, in qua ego regione Italiæ Sabinos censeam fuisse. Vis dicam? in Valeria. Id rogasti, quod a te omnium minime ambigi oportebat. Quid enim? an ita oblitus es tui, ut Valeriam te inter suburbicarias numerasse non memineris? aut adeo ignota tibi est Valeria, ut hanc nescias Sabinos in primis, quos ipsa etiam, quæ provinciæ nomen dedit, via Valeria perstringebat, esse complexam? Atqui ut de ceteris nihil dicam, de Reate & Interocrio, quarum hic mentio, discere poteras ex Gregorii magni dialogis, utramque ad Valeriam provinciam pertinere: tum a Paulo Diacono doceri, Valeriam, cujus pars Sabini, non in Piceno, sed Piceno vicinam ac finitimam fuisse. Sabini enim etsi, ut est in proverbio, quod volunt somniant, tamen in Piceno sibi esse nunquam visi sunt, ne per somnium quidem. Quamobrem, Salmasi, quemadmodum in Umbris pugnaturus sis vide: nam in Sabinis inauspicato cœpisti. Alterum ergo per Umbros in Picenum iter erat via Flaminia, quod in eodem quoque Itinerario descriptum est. Pag. 74.

AB URBE ANCONAM.

Otricolos	*M. P.*	XLVII.
Narniam	*M. P.*	XII.
Ad Martis	*M. P.*	XVIII.
Mevaniam	*M. P.*	XVI.
Nuceriam	*M. P.*	XVIII.
Dubios	*M. P.*	VIII.
Prolaquenm	*M. P.*	VIII.
Septempedam	*M. P.*	XV.
Trea	*M. P.*	IX.
Auximum	*M. P.*	XVIII.
Anconam	*M. P.*	XII.

Ex hujus itineris intervallis docebam millia passuum ab urbe Nuceriam colligi supra centum. Nuceriam porro Umbriæ urbem esse. ac proinde Picenum, quod post Nuceriam sequatur, totum ab hac etiam parte centesimi fines excedere.

Hic tu me fraudis, falsique insimulas, qui Piceni nomen ex titulo detraxerim, cum in Itinerario scriptum sit, AB URBE PER PICENUM ANCONAM. Ex quo videlicet confici putas, hæc oppida, quæ ab urbe Anconam usque recensentur, omnia in Piceno fuisse, nullum in Umbria. Ita Piceni partem, quod volebas, Itinerarii hujus testimonio, Pag. 76.77.

non solum intra centesimi cancellos, sed orbi etiam Romæ proximam probari. Nusquam tibi certius de nobis triumphare visus es; nusquam vero ingenii, judiciique sui imbecillitatem liquidius quam hoc loco declarasti. Quid enim attinebat vetares a te libros evolvi, ut duas istas voces a nobis omissas deprehenderes? an negaturus eram scilicet a me subductas, quas tu etiam, si quid videres, subducendas judicasses? Cur igitur, inquis, subtraxisti? Quia tolli, inquam, oportebat. Quære cur inditæ primum fuerint, tum cognosces cur detractæ. Brundisini certe causa itineris adscriptas fuisse titulus integer docet, quem tu quoque mutilum protulisti. Sic enim habet. AB URBE PER PICENUM ANCONAM, ET INDE BRUNDISIUM. Cum enim Roma Brundisium via duplex esset; una recto itinere per Campaniam, & Apuliam: altera non recto, sed deflexo, per Picenum, & inde per Samnium & Apuliam eandem: Itinerarii auctor, qui rectum illud iter, quod via Appia ducebat, in priore operis sui parte descripserat, ab Urbe Capuam & Equotuticum, atque inde Brundisium: alterum nunc, quod rectum non erat, aggressurus, non satis habuit, AB URBE BRUNDISIUM inscribere, sed necessario adjecit PER PICENUM ET ANCONAM, ut ejus ab altero discrimen ostenderet. Mihi vero, qui hujus itineris partem eam duntaxat assumebam, quæ Anconam usque perduceret, Piceni nomen expungendum fuit: ne si relinquerem, ridiculum Itinerarii auctorem facerem, quasi Ancona in Piceno non sit. qui tua etiam in sententia, hoc est, si ab Urbe ipsa Picenum inciperet, multo fieret ineptior. Tum enim perinde fueris, *Iter ab urbe per Picenum Anconam* dicere, ac si quis dicat, Iter Parisiis per Gallias Massiliam, cum Massiliam Parisiis ire nisi per Gallias non liceat. Quod igitur voculas istas titulo detraxi, non dolo nec fraude aliqua, sed judicio feci. Te vero, qui ex tituli hujus conjectura Picenum in Umbria credi posse judicasti, quo numero reponemus? Nam vecordem profecto, & parum sani capitis hominem duceres, si quis propterea quod in eodem Itinerario itineri, quod est a Mediolano ad Columnam, & trajectum Siciliæ, titulum præfixum videat, ITER QUOD A MEDIOLANO PER PICENUM ET CAMPANIAM AD COLUMNAM DUCIT, ex tituli ejus verbis docere velit, nullam inter Mediolanum & Picenum interjectam fuisse provinciam, non Liguriam, non Æmiliam, non Flaminiam, sed Piceno hæc omnia comprehendi. De te igitur quod statues, qui consimili, aut eodem potius errore, Picenum in Umbriæ fines intrudis, nec vides incassum in hanc sententiam Itinerarii verba detorqueri?

Sed strenuo & ingenioso militi novæ machinæ non desunt, quibus Umbriam iterum adoriatur, & Picenum in ejus sinu defigat. Umbriam, ais, in Piceno aperte collocat Scævola in [Pag. 78.79.] Pandectis. Spoletium Umbriæ oppidum in Piceno ponit Balbus. Interamnam denique Narstum, quam Umbriæ item fuisse liquet, Frontinus Interamnam Pelestinæ Piceni nominat, & ab [Pag. 80.81.] Interamna Flaminiæ distinguit. at Pelestinos inter Umbriæ populos Plinius commemoras. Ita Piceni & Umbriæ confusos fines fuisse concludis, & quicquid Umbriæ intra centesimum fuit, Piceno datum, & Piceni suburbicarii nomine comprehensum. Ego vero contra ostendam Umbros in Piceno aliquando non pauca tenuisse, nihil unquam in Umbria Picentes, & te hic etiam more tuo miris modis hallucinari. Primum enim in Nartium Interamna bis peccas. tum quod ab Interamna Flaminiæ diversam putas, cum eadem sit, Flaminiæ ex eo dicta Frontino, quod viæ Flaminiæ insideret: tum quod eandem illam facis cum Interamna Pelestinæ Piceni, cum diversa sit, ut pote eadem cum Interamna Flaminiæ, quam Frontinus ab illa disjungit. Erras deinde, cum Interamnam Pelestinæ alibi quam in Piceno fuisse auguraris. In agro enim Prætutiano, qui pars est Piceni, fuisse Interamnam ἰντεραμνίαν Ptolemæus testatur: quam ipsam esse Interamnam Pelestinæ, vel corrupta Teramne vox arguit, quæ jam tum ad hodiernam appellationem declinabat. nam Teramum hodie vocant. Alia igitur Interamna Umbriæ, alia Piceni; & frustra ut confundas, Plinii auctoritate certas, qui Pelestinos quidem inter Umbriæ populos numerat, sed diversos. Balbum vero quid iterum vexas, [Pag. 78.] ut Spoletium in Piceno dicere cogatur? Fragmentis istis, quorum testimonio uteris, nihil est corruptius, nihil incertius, nihil inquinatius. Sed ita scriptum a Balbo fingamus. quo tempore floruisse hunc Balbum arbitraris? Principatu, opinor, Augusti. Potes ergo Balbi unius nomen, non dicam Straboni atque Livio, ceterisque omnibus, qui contraria scribunt, sed Augusto ipsi, qui regiones Italiæ descripsit, & Picenum in quinta, poletium atque Umbros in sexta posuit, anteferre, & ἀναθεώρητον non timere? At Scævolæ Ju- [Pag. ead.] risconsulto quid dicemus? Nam hujus sane auctoritatem defugere non licet. Scævolæ verba sunt in L. XL. s. De legatis III. *Idem posita prius ab heredibus suis, ut regionem Umbriæ Tusciæ in Piceno soheredes uxori suæ restituerent.* & post pauca. *quæsitum est, cum Eros & Stichus in diem vitæ testatoris in Umbria in Piceno actum administraverint.* Umbriæ, inquis, regionem manifesto in Piceno ponit. Audio, sed an Picenum in Umbria? Nusquam. Perge vero. Umbriam in Piceno vocat, quæ in Piceno erat suburbicario, & illam Umbriam intelligit, quæ intra centesimum posita Piceni suburbicarii nomine comprehendebatur. Hic tu iterum cum in Umbria, tum in Piceno bis erras, & quænam olim Umbria Picenum, vel Umbria in Piceno, & quamobrem appellata sit, nondum didicisse te probas. Scires alioqui, quod te Strabo libro v. docere poterat, partem illam Piceni, in qua Gallicus ager fuerat, inter Anconam & Ariminum, pulsis inde Senonibus Gallis, attributam Umbriæ fuisse. eoque factum, ut pars illa deinceps non solum eadem cum Umbria Italiæ regione comprehensa sit ab Augusto, quod apud Plinium videre est lib. III. c. XIV. verum etiam, ut nomine eodem nunc Umbria simpliciter nuncupata sit, nunc Umbria Picenum, vel Umbria in Piceno. Umbriam quidem absolute appellant Livius lib. XXVII. & Valerius Maximus lib. VII. cap. IV. qui Asdrubalem in Umbria cæsum narrant, quem ad Metaurum flumen & Senam Gallorum cæsum io confessum est. Umbriam Picenum vetus Inscriptio, quæ [Ant. Inscript. P.M.XC.13] Arimini legitur his verbis.

M. ÆLIO AURELIO
THEONI AUG.

JURIDICO PER FLAMINIAM
ET UMBRIAM PICENUM
ORDO ARIMINENSIUM
PATRONO.

A Aliquantu lungiur est, sed nos quæ necessaria videbantur exscripsimus. Umbriam denique in Piceno Scævula hoc loco. Sed Umbriam in Piceno dixit, noo priscam illam citeriurem Umbriam, de qua sentiebas, quæ Tuscis contermina, atque illorum aliqnandu pars babita, Umbria etiam Tuscia vocitata est, in quam Piceoi numen ounquam irrupit: sed alteram, quæ Piceni revera partem, in qua Senonesaotea Galli fuerant, occupavit, quæqne ab uno
B eodem cum Flaminia rectore administrata est, sicut altera unum eundemque habuit cum Tuscla. hoc simul etiam discrimine, quod quæ cum Tuscia conjuncta fuit Umbria, Umbriæ nomen fula tandem setiouit; alteru Umbriæ positu nomine Picenum annunarium dici postea cæpta sit. Quare quod olim erat Juridicus per Flaminiam & Umbriam Picenum, ut *Aut. Inscript. P.M.XCIII. 3.* in Theonis statua vidimus, vel per Flaminiam & Umbriam ἀπλῶς, quemadmodum in alia Thralli statua Juridici ibidem exaratum est, id ipsum postea fuit Currector vel Consularis
C per Flaminiam & Picenum annonarium. Ceterum, Salmasi, ur Picenum hoc annunarium extra centesimi fines tutum fuisse non dubitas: ita de Picenu suburbicario idem in posterum agnoscas necesse est, cum suas omnes machinas, quibus illud in Umbriam Tusciam trajicese conabaris, cassas atque inanes concidisse animadvertas. Ubi nunc ergu tua illu quam *Pag. 71. 72.* ostentabas victoriæ triumphique tam certa expectatio? ubi palma, quam cullegæ tuo, ne præreptam sibi duleset, integram reservabas? Per me tamen triumphum ducas licet, ac trophæum statuas, in eoque spolia, sed Sal-
D macida, defigas. Furnicem etiam gluriæ tuæ testem surrigas, si voles, atque in eo & statuas, & τρόπαια, & cetera umnia ornsmenta culloces. titulum modu ne umittas. quemnam? DE SALMASIO. quod Picenum videlicet trajecto Apennino in Umbriam Tusciam inserre supra vires sit aggressus.

CAPUT VI.

Umbriæ, & Tusciæ aonunariæ pars intra Centesimum.

E *Salmasii de Umbria multiplices nugæ. Tusciæ annonariæ pars intra Centesimum. Marcellini Comitis auctarium. Terentius Corrector Tusciæ annonariæ. Pistoriense portentum. Ammiani Marcellini locus emendatus. Vulsinii Tusciæ annonariæ civitas intra Centesimum.*

TAmetsi ad tuam de suburbicariis regiunibus bæresiu, qua umnes iutra censesimum ab urbe lapidem vis concludi, subruendam evertendamque, satis unus ille aries esse poserat, qao usi sumus, cum ostendimus Piceoum suburbicarium extra centesimi fines posi-

A tum fuisse: tameo quoniam alterum erruris tui caput erar, nullam intra centesimum regiooem aut provinciam fuisse nun suburbicuriam; boc quoque falsum esse in Adventoria demunstraram, quod Umbria, quam in annuariis numeras, & suburbicariam esse negas, centesimi tamen finibus maxima parte contineatur. Idemque in promptu erar de Tuscia annonaria docere, nisi supervacaneum duxissem, ubi unu telu confici hostis puterat plura conjicere. Tu vero de Umbria quid causaris? Sciendum ais duplicem Umbriam fuisse. unam intra centesimum, quæ Umbria non censeretur, *Pag. 72. 73*
B sed Picenum, & Piceni suburbicarii provinciam constitueset; in eaque Interamnam, Narniam, Spoletium civitates fuisse. alteram extra centesimum, quæ Umbriæ quidem nomine censeretur, sed cum Tuscia annunaria unicam Italiæ provinciam efficeret, quæ ab uno Judice segeretur. Tua hæc esse inficiari non potes. Tam frequenter ingeris, tot locis inculeas, ut in bis alteram victoriæ tuæ spem pusuisse intelligaris. Et vinces profecto, si vincere est errase, hallucinari, decipi. Primum enim, quu usquam auctore didicisti, Umbrias duas centesimo diseludi aut disterminari? Umbriæ
C veteri adjectam ulim fuisse oram Gallicam, unde pulsi Senones fuerant, & Umbriæ quoque nomine ornatam, ex Strabone, aliisque cognovimus. sed hanc a seliqua Umbria divisam scis fuisse nun centesimu, sed Apenninu. Hac autem excepta, quæ ad rem tuam non facit, cum ad Picenum spectet annunarium, quis reliqnam Umbriam, quæ ab Ocriculis ad Apennini usque fauces & Gallicum agrum patebat, in duas unquam partes se præter unum centesimi limite distinxit? Primus ergo bic tuus error est, ac tuus plane, quandu apud alios inauditus. Erras præterea, & quidem
D bifariam, in Umbriæ parte, quæ est citra centesimum. tum quod illam Umbriæ numine non censitam existimas, quam Umbriæ nomen perpetuo retinuisse mux ostendam: tum quod Picenum in ea suburbicarium collocas, quod nullam in ea sedem babuisse jam probatum est. Erras pustremu, cum partem alteram, quæ est extra centesimum, sulam putas cum Tuscia cunjungi solitam; cum certum sit Umbriam quæ cum Tuscia sub eodem Rectore regebatur, tuam utramque partem cis, ultraque centesimum suo ambitu esse compiexam. Ut enim ulteriusem illam partem, de qua uoo ambi-
E gis, nun attingam, quis de altera citeriore non facile revincat ex statuis, quæ Correcturibus Tusciæ & Umbriæ a Spoletinis, Interamuatibus, Narniensibus, & aliis ejus tractus urbibus collocatæ leguntur? Spoletinam Apruniano positam in Censura produxi: alteram nunc audi Narniensem, hoc est ex urbe omnium fere citima earum quas huic Umbriæ adsignasti.

PUBLIO CEIONIO
JULIANO
CORRECTORI TUSCIÆ ET UMBRIÆ
OB INSIGNIA EJUS GESTA ET INLUSTRE
ADMINISTRATIONIS MERITUM
ORDO NARNIENSIUM UNA CUM
CIVIBUS STATUAM CONLOCAVIT
PATRONO DIGNISSIMO.

Statuæ inquam istæ, Salmasi, quamvis mutæ & elingues, contra te clamant, regionem in qua urbes hæ fuerunt, & Umbriam fuisse, &

Umbriam, quæ ab uno cum Tuscia Correctore administrabatur. Umbriam proinde, licet tuo judicio suburbicaria non sit, sed annonaria, intra centesimi tamen fines maxima parte contineri.

Quoniam ergo de Umbria confectum est, restat ut de Tuscia quoque annonaria, quam tu totam extra centesimum vis esse, nos contra ostendamus maximam ejus partem centesimo comprehendi. Quod si probaverimus, desines opinor jactare, nos quod de illa opponeremus in Adventoria non habuisse. Quid autem est negotii hoc docere, quod ex iis quæ de Umbria dicta sunt necessario consequitur. Etenim si Tuscia annonaria illa est, cui Umbria cohæret, cum Umbriæ partem illam, in qua sunt Ocricolani, & Narnienses, ut ceteros omittam, intra centesimum esse probatum sit, quis refragari queat, quin Veientes & Falisci, & alii Tusciæ populi, qui Umbriis iisdem in adversa Tiberis ripa sunt oppositi, & centesimo concludantur, & ad Tusciam pertineant annonariam? Huic uni argumento manus dare hominem non tricosum, neque contentiosum par erat. sed non committam, ut te tam brevi conflictu contemptum putes. Quare iterum aggredior. Ac ne in eo quidem vim faciam, etsi mea sententia vim habet maximam, quod in Marcellini Comitis Auctario Indict. I. Joanne solo Consule dicitur Vitiges, *relicta Roma per Clodia agerem, & annonariam Tusciam transisse Apenninum, & in Rubiconis fluminis ripa castra metatus.* Neque enim Tusciam annonariam cum via Clodia conjungeret, nisi intelligi voluisset, in ipso ingressu Clodiæ, quæ sexto ab urbe lapide incipiebat, occurrisse annonariam, eandemque etiam extra Clodiam ad Apenninum usque processisse. Alioqui si ab Urbe via Clodia digressis per suburbicariam primum Tusciam iter erat, ut censes, per annonariam vero non ante centesimum; quid attinebat solam annonariam commemorari, vel quanto facilius, aptiusque erat, ut Vitigem diceret per utramque Tusciam ad Appenninum contendisse? Verum in hac etiam, ut dixi, probatione non hæreo. Una est, quæ te vel nolentem fateri cogat, certa & ἀναμφίβολος, digna auribus atque animadversione tua ratiocinatio. Terentium enim meministi, ni fallor, Correctorem Tusciæ annonariæ, de quo Ammianus Marcellinus lib. XXVII. scribit his verbis: *Nova portenti species per annonariam apparuit Tusciam. In oppido enim Pistoriensi, spectantibus multis, prope horam diei tertiam asinus tribunali ascenso audiebatur destinatius rugiens, & stupefactis omnibus, nulloque conjectante ventura, postea quod portendebatur evenit. Terentius enim humili genere in Urbe natus & pistor, ad vicem præmii, quia peculatus reum detulerat Orfitum* (sic legendum, non *affitiam*) *ex Præfecto, hanc eandem provinciam Correctoris administraverat potestate. Itaque confidentia deinceps inquietius agitans, multa in navicularioram negotia falso admisisse convictus, periit carnificis manu.* Ad Terentium hunc, si nescis, tres in Codice Theodosiano Valentiniani Aug. scriptæ leges extant. L. IV. *De Jurisdictione.* L. LXI. & LXV. *De Decurionibus*. sed quoniam in his legibus Corrector Tusciæ tantum inscribitur, ideo Marcellini verba præmisi, ut Tusciæ annonariæ Correctorem fuisse intelligas. Quid

Pag. 72.

tum vero, inquis, quid ad nos hic Terentius? Immo enim vero hic ille est, qui te provinciæ suæ fines docebit ultra citraque centesimum exporrectos, idque ex supra scripta lege LXI. qua Imperator de Vulsiniensium decurionibus in hæc illi verba rescripsit. *Urbis Vulsiniensium principales, qui tamen patronorum adepti fuerint dignitatem, hanc prærogativam laborum atque officiorum ferant, ut interdum ad libidinem prave consulentium Judicum gravibus afficiantur injuriis.* Ex hac, inquam, lege Vulsinios in Tuscia annonaria fuisse liquet. quorsum enim de illis ad hujus provinciæ rectorem scriberet, si ad eam non pertinerent? At Vulsinios ab Urbe millia passuum abfuisse duo tantum & LXX. vetus Itinerarium probat hoc modo.

AB URBE VULSINIOS VIA CLODIA.

Baccanas	*M. P.*	XXI.
Sutrium	*M. P.*	XII.
Forum Cassi	*M. P.*	XI.
Vulsinias	*M. P.*	XXVIII.

Nunc animum adtende, Salmasi. Cum Vulsinios Tusciæ annonariæ partem fuisse videas, eosdemque intra urbis centesimum constitutos, an non Pistoriensis portenti simile videatur, si quis jam tecum negare pergat Tusciæ annonariæ partem ullam centesimo fuisse circumscriptam? Et hoc igitur ex capite nutat, ruitque tota illa, quam grammicam apodixin appellabas, urbicariæ tuæ intra centesimum regionis commentitia designatio: cujus partem alteram falsi redarguit Picenum; alteram futilem pariter & falsam ostendunt Umbria, & Tuscia annonaria.

CAPUT VII.

Suburbicariæ regiones.

Salmasius λεξίθηρ. Vicarii provincias omnes ex ejus sententia suburbicarias dici posse. Suburbicariæ non idem quod suburbanæ, neque a situ loci, sed ab Urbico magistratu, cui parebant, nuncupatæ. Parebant autem non Præfecto urbi, sed Vicario. Cardinalis Perronii excusatio. Suburbicariarum nomen sub Constantino exortum, modo pressius, modo laxius usurpatur.

INde ad vocum origines & argutias, hoc est in regnum tuum nos vocas. Nam ut es hujusmodi nugarum explorator curiosissimus, ita in his tanquam λεξιθήρων coryphæus dominari atque imperium obtinere vis videri, potis etiam, si res exigat, ex nominis etymologia non solum quot millia passuum, verum etiam quot uncias digitorum habere suburbicariæ regiones debeant edicere. Dic ergo nobis, [illegible] lepidissime, quid causæ est cur decem regiones, quæ sub dispositione Vicarii urbis erant, suburbicarias dici non posse arbitreris? Quia

Pag. 95. 96. &c.

"suburbicariæ, inquis, sunt suburbanæ, quæ sub urbe sitæ, non quæ Urbano, vel Urbicario cuiquam subjectæ. unde & suburbanæ provinciæ, & vicinæ appellantur. sic dictæ autem, quæ in urbico territorio, id est intra centesimum sitæ essent, & ad jurisdictionem urbicæ præfecturæ pertinerent." Difficile est plerumque, Salmasi, cum multa semper garrias, quid velis certo conjicere: non negabis tamen, quin omnia quæ multis paginis effudisti, paucis versibus complexus sim. Nunc singula expendamus. Suburbicariæ, ais, sunt quæ suburbanæ. Quid inde? suburbicarias dici non posse quæ sub Vicario: quia istarum videlicet nonnullæ remotiores sunt, quam ut in eas suburbani nomen conveniat. Quid ergo Ciceroni dices, quid L. Floro, qui Siciliam omnium, quæ sub Vicario fuerunt, remotissimam, suburbanam provinciam appellarunt? Quod si suburbicariæ, ut ais, sunt quæ vicinæ, cur Lucaniam, quæ in Novella Valentiniani *De suariis* inter vicinas provincias numeratur, in suburbicariis numerare non liceat? Sed & in L. Symmachi statuæ subscriptione, cum is PRO PRÆFECTIS PRÆTORIO IN URBE ROMA FINITIMISQUE PROVINCIIS præfuisse dicitur, finitimæ provinciæ non aliæ intelliguntur, quam decem illæ, quas Vicarius urbis administrabat. Quidni ergo suburbicarias dici placeat, quas finitimas, vicinasque appellari vides?

Ceterum hæc ita disserui, quasi suburbicariæ nihil aliud sint quam suburbanæ. Nunc diverse docendum est, & suburbicarias non tam quod suburbanæ essent, & sub Urbe sitæ, quam quod Urbico cuipiam subjectæ, id nomen sortitas, te ipso qui contra sentis judice demonstrandum. Quo loco si mihi cum alio res esset, qui se rationum momentis duci, docerique sineret, quærerem in primis, an sicut hortos suburbanos, & prædia suburbana Varro & Columella dixerunt, ita suburbicarios hortos vel prædia dicere licuerit. Alius enim negaret, & discrimen agnosceret. De te affirmare non possum, qui absurda potius omnia sequi soles, quam errorem confiteri. Quare tuis te potius armis petam, & telis quæ tu te, ut αὐτόχειρ occumberes, in teipsum conjecisti. Quæro namque, quo inductus argumento suburbicarias, si aliud nihil sunt quam suburbanæ, centesimo potius, quam vicesimo, aut decimo urbis milliario terminandas putaris. Nam profecto non ignoras, suburbanum, si vim vocis consideres, tam late diffundi ac patere non posse. Alioquin ut Romæ suburbana Terracinam usque, & Spoletum, & Vulsinios, ac longius etiam usque ad centesimi fines via porrigi: ita & Terracinæ vicissim, & Spoleti, & Vulsiniorum suburbana Romam usque produci oportebit. Quis autem adeo insalsus, ut lacum Regillum verbi gratia, qui in agro est Tusculano, non Tusculanæ urbis, sed Vulsiniorum dicat suburbanum? aut contra lacum Vulsiniensem, qui Vulsiniorum urbi est proximus, non Vulsiniorum, sed Romæ aut Tusculi dici velit suburbanum? Omnino suburbana proprie non dicuntur, nisi quæ in cujusque urbis agro urbi sunt proxima. & quoniam suburbana sunt ea quæ proxima, eo factum, ut quæ vicina sunt & finitima, comparatione quadam suburbana etiam vocitentur. Inde & Spoletium *suburbanitas nostra* Symmacho dicta, & *Italia sub-*A *urbana* Plinio, in qua Pomptinæ paludes, & Sicilia *provincia suburbana* Ciceroni, & suburbanæ, ut causam aliam non quæras, provinciæ omnes suburbicariæ. Sed quoniam de provinciarum istarum finibus nostra est controversia, quæso ex te, inquam, & rogo quid causæ sit, cur illas centesimi spatiis ita definias, ut si pedem unum excesserit, suburbicariæ jam esse aut dici non possint? "Quia hi fines sunt, inquis, urbicæ Præfecti urbis jurisdictionis. suburbicariæ autem dictæ, quæ ad jurisdictionem urbicæ Præfecturæ pertinerent." Pag. 95. Quid ais, Salmasi? an pugnantia te loqui non vides? Negabas ab urbano quoquam dictas: nunc a Præfecto urbi dictas profiteris. Extorsit a te veritas, quod oratio nostra non impetraret. Ac plane verum est, quod tandem agnoscis, B suburbicarias non a situ loci, neque a vicinia urbis nomen suum mutuatas, sed ab Urbico magistratu, qui vicinæ istæ provinciæ quænam essent, & quos ad fines tenderent, administratione sua indicaret. Hoc uno discrepamus, quod tu cum collega tuo Urbicum hunc Præfectum urbi vis esse, nos multo quam tu verisimilius, Vicarium urbis. Enimvero cum de provinciis sit sermo, quis credat a Præfecto Urbi, qui provinciam nullam regebat, provinciarum nomenclaturam aut numerum repeti oportere? præsertim cum ex iis quæ supra de Piceno disputata sunt, liquido constet suburbicarias omnes in Præfecturæ urbanæ centesimo non comprehendi. C Frustraque nobis de Cardinalis Perronii auctoritate præscribis, quasi hoc sibi a collega tuo persuaderi passus sit. cui si postumas lucubrationes suas perpolire, atque imponi sibi, ut Picenum vobiscum transferre in Umbriam cogeretur, animadvertere licuisset; ne ille vos aut perpetuo silentio damnasset, aut notiora & certiora scribere docuisset. Quanquam ad erroris vestri patrocinium summus & incomparabilis vir ille quid facit, qui Ecclesias suburbicarias, quarum vos causa regiones in angustias istas cogitis, stultum ac ridiculum esse scripsit centesimi finibus circumscribi? Summoto igitur a suburbicariarum disquisitione Præfecto Urbi, quid restat, nisi ut D quod in Censura dudum, & nuper in Adventoria docui, has cum Vicario urbis natas sub Constantino, nomenque ab Urbe cum illo, & per illum adeptas statuamus? Solus hic judicum omnium, qui provincias temperarent, Urbis nomen gessit. sub hoc uno Tuscia & Picenum, quæ solæ inter provincias omnes suburbicariæ sine controversia fuerunt. Denique post divisas a Constantino in Vicarios duos Italiæ provincias, cum provinciæ quæ Vicario Italiæ attributæ sunt, Italiæ nomen sibi vindicare cœpissent, quid magis consequens erat, quam ut quæ sub Vicario Urbis erant, Urbicariæ & E suburbicariæ vocarentur? Pag. 129. 130. Video te in eo desudare & vehementius eniti, ut suburbicarias, tametsi exemplum proferre nullum possis, ante Constantinum fuisse probes. sed quam frivolis ac futilibus argumentis? "Fuerunt, inquis, ante Constantinum vicinæ Urbi & suburbanæ regiones: fuerunt ergo & suburburbicariæ." Acutissime Grammatistarum, quid si ego similiter concludam, Fuerunt & ante Augustum vicinæ urbi & suburbanæ regiones, fuerunt ergo & suburbicariæ? quo te vertes? quam ἐξέλεγχμὸν invenies, si vires habet argumentatio?

„ At fuerunt, inquis, ante Constantinum annonariæ; fuerunt ergo & suburbicariæ, quia hæc „ duo in Tuscia & Piceno invicem opponuntur. Hoc vero, Salmasi, multo etiam est ineptius. Quid enim, si quis non dispari argumento, cum stante Republica populi Romani provinciæ omnes fuerint, fuisse dicat & Cæsarianas, quia post Augustum Cæsaris provinciæ populi provinciis sunt oppositæ, an hominem non rideas? & risum teneri posse putas, cum ipse non minus inania & ridicula deblateras? Suburbicariarum ergo nomen & frustra quæras ante Constantinum, & aliunde dictum frustra credas, quam ab urbis Vicario. Vicarii porro urbis provinciæ, ut dixi, decem fuerunt. quare totidem & suburbicariæ. hoc est Campania, Tuscia & Umbria, & Picenum, Sicilia, Apulia & Calabria, Brutii & Lucania, Samnium, Sardinia, Corsica, Valeria. Hic vero, tibi ne deesset quod obstreperes, ire libuit per singulas Vicarii Urbis provincias, & fucos quærere, quibus harum pleræque a suburbicariis distingui, & suburbicariarum nomine non includi videantur. *Pag. 103. &c.* Quasi nos nubes istas non jam ante discussetimus, ostenderimusque Italiæ nomen, & suburbicariarum, pro rerum & personarum, ad quas referuntur, diversa ratione ac varietate, nunc pressius sumi posse, nunc laxius. Alios enim Italiæ fines esse, cum Præfectus prætorio Italiæ dicitur, alios cum Vicarius Italiæ: & suburbicarias similiter alias esse, cum omnes intelliguntur, & cum Italia comparantur, eique opponuntur; alias, cum Rationalis, vel Procurator rei privatæ per suburbicarias, aut urbicarias regiones. Quæ quidem a me jampridem observata & exposita cum essent, tu nunc de Italia tantum arripis, & vendicas pro tuis; in suburbicariis locum habere negas, quia a loco, inquis, denominatæ sunt, & fines suos mutare non possunt. *Pag. 124. 129* Ridicule. quasi Italiam matronam aliquam, aut Nympham esse putes, & non regionem provinciarum aliquot, quarum partem faciunt suburbicariæ. Quod si pars Italiæ suburbicariæ, stultum sit profecto aliam illarum hic conditionem dicere, quam Italiæ.

CAPUT VIII.

Italia proprie sumpta.

Italiæ nomen pro septem tantum provinciis usurpari non cœpit ante Constantinum, post Constantinum pro tota Italia usurpari non desiit. Salmasii calumniæ, & paralogismi complures. Mediolanensis provinciæ amplitudo Ravenna metropolis facta sub Placido Valentiniano.

QUo longius provehimur, Salmasi, hoc te video magis magisque non solum calumnia & maledicentia, verum etiam, quod mirum est, ignorantia proficere. Dixeram Italiæ nomen, cum pressius & angustius, hoc est non pro tota Italia sumitur, & a regionibus suburbicariis distinguitur, non omnes provincias complecti, quæ sint extra Urbis centesimum, sed eas septem duntaxat, quæ a Vicario Italiæ regebantur. *Inscript. ant.* quod certis & ἀναντιρρήτοις Græcorum, Latinorumque auctorum testimoniis confirmabam, qui Italiam simpliciter & absolute appellarant illam Italiæ partem, in qua septem Vicarii Italiæ provinciæ, & ab Italia hoc modo sumpta Campaniam, Calabriam, Apuliam, & ceteras excludebant, quæ citra, ultraque centesimum suburbicariæ, hoc est in Vicarii urbis erant potestate. Atque hanc Italiæ novam & peculiarem significationem docebam ad Constantini Magni tempora, qui universæ Italiæ provincias in duos Vicarios distribuit, referendam videri. Tu ne claræ & apertæ luci nebulam offundas, primum ita sentire me fingis, quasi Italiæ nomen, ubi- *Pag. 134. 141. &c.* cumque ejus occurrit mentio apud auctores " post Constantinum, non plures quam septem " has provincias complecti putem. Ubinam vero hoc a me dictum esse, vel scriptum potes ostendere? nusquam ostendes. Quousque igitur te mentiri & fallere delectat? Adeone in Adventoria nostra nihil erat quod reprehenderes, ut tua illi affingi necesse sit quæ refellas? Sed perierant videlicet, nisi nobis imponeres, paginæ aliquot, quibus id quod nullus negat magnopere demonstrandum suscepisti. Ego Italiam post Constantinum pro tota etiam Italia poni consuesse non negavi. quis præter Salmasium hoc somniaret? Sed Italiam ante Constantinum pro septem illis tantum provinciis usurpatam fuisse, id vero est quod inficior. Tu ne ab ingenio & more tuo descisceres, contra mutire audes & obloqui: re autem ipsa incredibilem ἀσυλλογισίαν καὶ ἀναπόδεικτον tuam hic etiam probas. Redi sodes, in memoriam, & *Pag. 46. 47.* paralogismorum tuorum ineptias contemplare. Longe, inquis, ante Constantini tempora, Pli- " nii etiam ævo, regionibus cis Padum & trans " Padum Italiæ nomen attributum est. Quid he- " res? an nescis Augustum ipsum Italiæ totum " huoc tractum usque ad Alpes, qui Galliæ togatæ antea fuerat, adjecisse? Italiæ ergo pars esse cœpit non Plinii ævo, sed Augusti. Pli- " nius, ais, undecimam Italiæ regionem Italiam " Transpadanam vocat. quid porro? Cispadana " etiam Italia regio altera dicebatur. dictam " concedamus. Et tota Italia mediterranea, quæ " in Cispadanam & Transpadanam dividebatur. " Hoc etsi falsum est, quia Italia mediterranea, ut ex Imperii Notitia liquet, non solum duas istas quas dicis, sed alias præterea duas Italiæ regiones complexa est, Venetiam & Liguriam: tamen hoc etiam concedatur. quid concludis? Hæc, inquis, Italia proprie dicta est, & absolute ITALIA. Quid ais Salmasi? Tuine compos eras cum hæc scriberes, an mente & judicio peregrinabare? An quisquam enim est, qui cum Italiam Transpadanam, aut Italiam Cispadanam dici videt, tam perversa sit scosa, ut Italiam in his verbis aut simpliciter & absolute, aut proprie & peculiariter dici putet? Ac te non solum tam stulta & ridicula invasit opinio, sed hanc etiam præ te fers & prædicas, ut omnibus ostendas te rerum ipsarum quas tractas, & vocum vim discrimenque non nosse. Nam Italiam nos ἁπλῶς, & Galliam proprie & absolute tum dici credebamus, cum sine adjecto Italiæ nomen solum ponitur, aut Galliæ. Tu novus magister doces nihil interesse Italiamne sine adjuncto quis dicat, an Italiam Transpadanam, Galliam simpliciter, an Galliam Narbonensem, Græciam absolute, an majorem Græciam. Quod si nihil interest, quæ jam regio, aut quæ pars erit Italiæ, quam proprie

& peculiariter Italiam dicere non liceat? Ipsa
etiam intra centesimum Urbicaria tua regio,
quam ab Italia proprie dicta vis distingui, cum
a Plinio, ut tibi placet, suburbana vocetur
Italia, proprium ac singulare sibi nomen fa-
ciet Italiæ. Aut hoc enim de Urbicaria sequi
fatendum est, aut perperam de Transpanda-
na vel Mediterranea Italia concindi. Quare
aberrasse te animo cum hæc scriberes, & quid
ageres haud sensisse, dubium non est. Quid il-
la quæ ex Synodo Sardicensi, Athanasio, &
Ambrosio, ab Adventoria nostra mutuatus es,
quo spectant, nisi ut eandem ἀπρεπείαν tuam,
fraudemque patefaciant? Nos enim recte ar-
que apposite his testimoniis usi sumus, ut o-
stenderemus Italiam post tempora Constantini
pro septem provinciis pracipuo jure usurpatam:
te qui etiam ante Constantinum usurpatam do-
cere vis, quid exempla juvant, quæ posterio-
Pag. 134. 547. ra sunt Constantino? Deinde qui potes Ita-
liam affirmare, non aliter pro septem his pro-
vinciis sumi solitam post Constantinum, quam
cum de Vicario Italiæ agebatur; cum in Sy-
nodi Sardicensis subscriptionibus videas, sine
ulla Vicarii mentione, pro iisdem absolute u-
surpari? Qui potes Italiam negare hoc sensu po-
Pag. 143. 548. situm ab Athanasio in epistola ad solitarios,
cum in Apologia II. quantumvis te videre dis-
simules, videas tamen Italiam præcise de iis
omnibus provinciis dici, quæ Vicario Italiæ
parebant, ab eaque Picenum, Tusciam, Cam-
paniam, & ceteras sejungi, quæ in Vicarii ur-
bis administratione censebantur? Qui potes Me-
Pag. 147. 137. diolanensi Episcopo dicere solam paruisse Trans-
padanam, cum in ipsa provinciæ Mediolanen-
sis civitatum notitia, quam profers, (tametsi
non antiquissimam illam, sed Longobardicis
temporibus descriptam res doceat) Parma &
Regium, Dertona & Genua, aliæque nume-
rentur, quæ in Transpadana regione non fue-
runt? Qui potes Italiæ provinciam, in qua es-
Pag. 147. se Bononia dicitur, Transpadanam interpreta-
ri, cum esse constet in Cispadana? Nullius sit
finis, si persequi omnia velim, in quibus te-
cum ipse pugnas, vel cum explorat issima &
apertissima veritate.

Nunc vero, ut respires tantisper, commu-
tandæ sunt vices, quibusque in nos armis in-
surgas, & quale sit in primis, quod de Me-
diolanensi provincia tanto strepitu nobis insul-
tas, considerandum. Invenisti enim, in quo de
Pag. 150. 151. nobis non dubia palma triumphes. quod has
videlicet septem Vicarii Italiæ provincias in u-
nica olim Mediolanensis Episcopi provincia com-
prehensas scripserimus, cum duas ipse alias in
illo tractu metropolitanas sedes fuisse doceas,
Ravennensem & Aquileiensem, quarum Eccle-
sias Mediolanensis Episcopus sedi suæ subjectas
nunquam habuit. Quo scuto Sirmondus hoc te-
lum excipiet? qua utetur defensione? quid re-
spondebit? Quod minime sperabas. Te nimi-
sum, dum verbis nostris insidiaris, tuis ipsius
verbis capi & irretiri, magnamque omnino
istius, quam apud nos quæris, ἀπειροκαλίας τι καὶ
ἀμαθίας supellectilem apud te domi & copiam
esse. Sic enim ratiocinaris, quasi Ravennam
putes Synodi Sardicensis temporibus provinciæ
caput fuisse ac metropolim. & nescis eos qui
Ravennatum res literis prodiderunt, observas-
se, hoc illam jus centesimo post anno, sub Pla-
cido Valentiniano esse consecutam. Quod ex

A Petro etiam Chrysologo Ecclesiæ Ravennatis
Antistite poteras, si animum adjecisses, edisce-
re, cum sermone CLXXV. in ordinatione Mar-
cellini Vicohabentini Episcopi non obscure si-
gnificet, recens tunc & nuperum hoc fuisse
privilegium, Ecclesiæ suæ haud pridem decre-
to Petri, hoc est sedis Apostolicæ, & Princi-
pis Christiani, ejus nempe quem dixi, Valen-
tiniani Cæsaris decreto concessum. De Aqui-
leiensium porro civitate idem est judicium.
Nusquam enim Aquileia inter Italiæ Metropo-
les neque ab Athanasio, neque ab aliis illorum
temporum scriptoribus recensetur. Sed de hujus
sedis privilegio & gradu alias erit dicendi lo-
cus. Nunc ut cognoscas & Venetiæ provinciæ,
B & Flaminiæ, ne dicam Æmiliæ oppida, quæ
Aquileiensis postea Ravennatisque provinciæ
fuerunt, Ambrosii ætate ad Mediolanensem
provinciam spectasse, ab Ambrosio ipso condi-
sce. Alterum enim docet epistola XLVI. cum
Syagrii Veronensis Episcopi de Indicia puella
judicium retractat: quod certe non faceret,
si ejus sedi subjectus non fuisset. alterum epi-
stola XIX. in qua Ecclesiam Forocorneliensem,
quam in Flaminia fuisse non ignoras, tanquam
fidei & curæ suæ creditam, Constantio Epi-
scopo commendat: *Commendo*, inquit, *tibi fi-
li Ecclesiam quæ est ad Forum Cornelii, quo
eam de proximo intervisas frequentius, donec
C ei ordinetur Episcopus. Occupatus diebus in-
gruentibus Quadragesimæ tam longe non possum
excurrere*. Quid epistola XXV. ad Vercellen-
ses, an non abunde confirmat omnes Liguriæ
atque Æmiliæ, Venetiarumque, vel ceterarum
finitimarum Italiæ partium Ecclesias ad Medio-
lanensis Episcopi sollicitudinem pertinuisse? Ne-
que hæc a me tamen eo dicta sunt, quasi ab-
surdum ducam, non omnia prorsus quæ sub
Vicario erant Italiæ, in Episcopi Mediolanen-
sis fuisse potestate. hoc a me in Censura, vel
in Adventoria dictum si fingas, cavillaris. sed
ut constet, quod ibi tum dixi, Mediolanen-
sem provinciam latissime olim patuisse, & ex
multis civilibus provinciis conflatam fuisse.
D Deinde Italiam, cum propria & peculiari no-
tione usurpatur, & a suburbicariis secernitur,
non plures tum Ecclesiastico jure, tum civili,
quam septem istas Vicarii Italiæ provincias es-
se complexam.

CAPUT IX.

Latina regio, & Valeria.

*Salmasius juvenem se dicit, & reipsa
probat. Codicis Theod. legem adulte-
rat. Gallia Cisalpina urbi vicinior
E quam Sicilia. Nulla provincia tota
intra centesimum. Tuscia utraque sub
Vicario Urbis. Latina regio per se non
fuit, nec Valeria sub Augusto. Sal-
masii ἐναντιώματα καὶ ψευδηγορίαι. De-
scriptio Italiæ vetustior illa, quam re-
centiorem putat.*

TUa intererat & nostra, Salmasi, ætatem
tuam minime ignorari. Quis enim, nisi Pag. 165.
te juvenem prodidisses, tantam in te imperi-

etiam cum tanta conjunctam audacia, καὶ ἀπο-νοίας, non miraretur! aut quis istam effræuati oris petulantiam, procacisque linguæ tam effusam licentiam, in alio ferendam putaret, quam in eo, cui nondum per ætatem maturum sit judicium, & modestiæ honestique fines atque officia nondum perspecta. Itaque etsi albus an ater sis nescio, juvenem te tamen facile credo, atque ex eorum certe numero, quorum, ut poeta canit, αἰὲν ὀψὲ ἐπιδόντας. Poteras & puerum te mihi persuadere, si dixisses. adeo plurima, quæ παιδικῇ ἡλικίᾳ nota sunt, adhuc ignoras. Quod vero te secum etiam magistrum, doctoremque gloriaris, hoc jam nempe supra omnem puerorum jactantiam, supraque omnem juvenum est confidentiam. mihi vero certum atque exploratum prostratæ & eversæ causæ tuæ indicium. Quanquam enim tui ubique fere es similis, & nusquam non obtrectas, nusquam non insolescis; nunquam tamen efferris insolentius, quam cum te cladis tuæ conscientia premit; nunquam licentius conviciaris, quam ubi dictis nostris quid opponas præter convitia non habes. Sed audiamus hominem docere nos gestientem, & tanti magistri promissa non aspernemur. Dic ergo, si lubet, Salmasi, unde habes suburbicarias regiones numero quatuor tantum fuisse, non decem? Ex
Pag. 156. Codice; inquis, Theodosiano l. t. De calcis coctoribus, quæ *vectarasios ex quatuor regionibus trecentos boves* dari præcipit. At ego quatuor in hac lege regiones nominari video, suburbicarias non video. Nos, ais, ita legendum ostendimus, *ex quatuor regionibus suburb.* quod est suburbicariis. Ubinam ostendisti? In epistola nempe ad Amicum pag. a v. his verbis: *Scriptum itaque fuisse olim suspicor*, ea quatuor urbis regionibus, *vel*, ex quatuor regionibus suburbicariis. O suavem & ridiculum magistrum! qui suspiciones suas probationes vocat, & quicquid temere usquam effutiit, vel somniavit, hoc se ostendisse & demonstrasse jactat. Quid si & ego in eadem lege suspicari quoque incipiam, & legendum statuam, non *ex quatuor*, sed *ex decem* regionibus suburbicariis, an suspicionem meam admittes, Salmasi? Non admittam, inquis. Nec ego certa tuam. Quare ad alia pergamus.

Dic rursum, quid causæ est, cur suburbicariæ aut suburbanæ tuo judicio dici, quæ sub Vicario Urbis erant, provinciæ omnes non possint, cum Siciliam, quæ omnium erat remotissima, suburbanam Cicero & Florus appellarint?
Pag. 164. » Sciendum est, inquis, Ciceronis tempore nullam fuisse provinciam intra Italiam. Ideo autem suburbana appellata est Sicilia, quia nulla vicinior tunc erat, nulla magis suburbana. » Quid Italiam vocas? Ab Alpibus, opinor, ad fretum & Columnam. Ergo scire nos jubes quod falsum est. Etenim centum amplius annis ante natum Ciceronem provincia intra Italiam facta est Gallia Cisalpina; quæ Urbi multo vicinior erat quam Sicilia, ac proinde magis suburbana. Postquam vero Italia in mul» tas provincias divisa est, suburbicariæ vel sub» urbanæ exinde, ais, proprie appellari cœpræ » quæ viciniores erant, & sic κατ' ἐξοχὴν no» minatæ quæ centesimo continebantur. An non hoc quoque, quo tota nititur fabula, perspicue falsum est, cum Picenum, quod proprie suburbicarium est dictum, totum extra cente-

A simum fuisse ostenderim: Umbriam vero, & Tusciam annonariam, quas suburbicariis non adnumeras, & viciniores Urbi fuisse quam Picenum, & centesimo maxima parte comprehensas? Nec difficile fuerat idem in proximis provinciis ostendere. nulla enim prorsus fuit, quæ ultra centesimi fines aliqua sui parte non processerit. sed hæc satis erant, quas dixi, ut sententiæ tuæ vanitatem refellerent. Hæret tamen in animo tuo scrupulus, qui te supra etiam torsit vehementius; cur nimirum, si suburbicariæ nuncupatæ sunt, quæ sub Vicario Urbis erant, cum utraque Tuscia sub Vicarii hujus fuerit potestate, uni potius Tusciæ hoc nomen datum sit, quam alteri. Hoc si ex te quæram, inquis, quid respondebis? Et tu, Salmasi, quid responsurus es, si vicissim ex te quæram, Pag. 109. 110. Pag. 168.
B qui factum putes, ut in Galliæ nostræ Aquitania, cum primum hæc provincia in duas partes divisa est, tametsi pars utraque in Aquitania erat, uni potius Aquitaniæ nomen adhæserit, quam alteri quæ dicta est Novempopulana? Respondebis, opinor, cum Aquitania duas in partes divisa, quærendum singulis partibus nomen esset, [illegible]que uni parti proprium de Novempopulis inditum nomen esset, alteri id cessisse quod commune utrique antea fuerat. Quod ergo in Aquitania factum vides, hoc idem divisa in partes Tuscia factum arbitrare.

Nunc vero, ne docentis studium abrumpamus, age de Latina regione, & Valeria, quas tu ad Picenum & Tusciam, ut quatuor
C suburbicariarum tibi numerus constaret, adjeceras, ego vero Latinam regionem per se nunquam, Valeriam sero nimis inter Italiæ provincias receptam ostendi, quid nos tandem ad ista jubes reponere? Latina regio, inquis, olim ipsa per se una inter XI. regiones Italiæ fuit secundum Augusti descriptionem. Atqui hoc etiam plane falsum esse res docet. Prima enim regio Augusti, Plinio teste libro III. cap. V. a Tiberi ad Silarum ducta, præter Latium totam simul Campaniam complexa est. Ac tu quidem nec Latii, nec Campaniæ nomen tulit. Postea vero, cum Italia in provincias sub Constantino distributa est, tota in Campaniæ no- Pag. 170. & seqq.
D men concessit, & a Campaniæ rectore administrata est. Quid nunc ergo Latium inter provincias frustra quæris? Nam ubi Latium olim fuerat, ibi deinceps Campania fuit. Ideo in provinciarum Italiæ descriptionibus Campaniæ solius, Latii aut Latinæ tuæ regionis nulla mentio. Quare si suburbicarias centesimi spatiis definiri placebat; cum ultra citraque centesimum ab hac urbis parte fuerit Campania, suburbicariam dicere Campaniam debuisti, non Latium. Valeriam autem, quam nos recentem provinciam, & post Constantini tempora natam putabamus, quo argumento vetustiorem doces
E fuisse? Balbi nimirum tui testimonio, in cujus, ut ais, libro post provinciam Piceni statim subjungitur PROVINCIA VALERIA. *An Valeriam*, inquis, *nimis recentem putas, quæ jam tum Balbi temporibus, qui sub Augusto vixit, provinciæ nomen habebat?* Tuam hic fidem, Salmasi, huic Balbo rursum te committis: nec times, ne qui te in Piceno fefellit, iterum in Valeria decipiat? Etenim qui potuit sub Augusto VALERIA PROVINCIA nominari, si Italia non ante Hadrianum, ut tu scribis, vel ut ego sentio, non ante Constantinum in provin- Pag. 186. 189.

provincias, sed in regiones fuit distincta; & Sabinos, Marsos, Pelignos, cum ceteris qui Valeriam postea constarunt, quartæ regioni constat ab Augusto fuisse attributos? Aut igitur commentitia sunt, quæ Balbo adscribuntur: aut si hæc ita scripsit, ut a te laudantur, næ ignavus homo es, qui non animadvertas contra te loqui testem quem producis. Sed de his Balbi fragmentis, quam nullius sint fidei vel momenti, jam ante dixi. Valeriam quoque in Adventoria sero in provincias allectam, non incerta conjectura, ex duplici provinciarum Italiæ descriptione docueram. quod illarum quæ est antiquior, & passim vetustis in codicibus continetur, Valeriam, nondum quippe natam, non habeat; cum posterior, quæ in utriusque Imperii Notitia cernitur, eandem inter provincias adnumeret.

B Sensisti quas vires habeat hæc ratiocinatio. Itaque ut eludas, eo ingenium contulisti, ut ostendas descriptionem illam, quam antiquiorem judicamus, non solum altera posteriorem, sed recentem prorsus, & sequioris ævi fuisse, cum abolito jam Valeriæ nomine Marsorum regio appellata est tota illa provincia. Dic ergo, doce nos magister, cur recentem istam XVI. Italiæ provinciarum descriptionem censes, in qua Valeriæ, & suburbicariæ regionis nulla est mentio? Quoniam eadem, inquis, divisio apud Pau-" lumquoque Diaconum reperitur. Quid tum ve-" ro? an quia Italiæ in XI. regiones divisio, quam Augustus instituit, apud Plinium legitur, C propterea Plinio non est antiquior? an Paulus ipse non ex antiquis provinciarum Italiæ catalogis suum se concinnasse testatur? At certe falsum est, quod ais eandem esse divisionem. Vetus enim hæc nostra XVI. tantum provincias continet, Valeriam non commemorat: Paulus XVIII. Italiæ provincias recenset, atque inter ceteras Valeriam. Quousque te mentiri, & fallere delectat? Quod si postremis, ut nugaris, temporibus, cum pro Valeria Marsorum regio ut diceretur invaluit, nata est hæc descriptio, cur in ea nec Valeria, nec Marsorum regio est expressa? Non dubito, Salmasi, quin a tam inepta suspicione D abstinuisses, si tibi hanc ipsam Descriptionem in vetustissimis codicibus, Vigilii & Pelagii junioris Pontificum ætate scriptis, nobiscum intueri licuisset. Intelligeres enim, non ideo Valeriam in ea non memorari, quod ejus nomen abolitum tum esset, cum & a Gregorio magno, qui Pelagio successit, non uno loco Valeria memoretur, & a Paulo Diacono ducentis post annis eandem videas inter Italiæ provincias celebrari. sed contra ideo in hac Descriptione Valeriam non poni, quia quo primum tempore condita, nondum ex Samnii regione decerpta, & in novæ provinciæ formam E redacta erat Valeria. Ideo & Picenum quoque unicum, & Tusciam unicam in ea reperiri, quia Provinciæ istæ divisæ nondum erant. Quæ tametsi divisæ deinceps fuerint, & a diversis Rectoribus aliquandiu administratæ, brevi post iterum coaluere, pristinumque in statum rediere. Quo denique factum, ut quod tibi verisimile non videtur, re ipsa tamen obtinuerit, ut neglecta quæ provincias istas dividebat Italiæ descriptione, antiquior illa, quæ integras repræsentat, in omnibus libris servata sit, & ad nos usque transmissa pervenerit. Et recentem

Pag. 182. &c.

Pag. 184.

A igitur, ut docebam, vides Valeriam provinciam fuisse, & absurdum, ut quæ ccc. amplius annis post institutos ab Augusto Præfectos Urbi exorta est, eadem abs te inter Præfectianæ jurisdictionis provincias constituatur.

CAPUT X.

Symmachi de Præfecto Urbi epistola.

Salmasii paradoxa refelluntur, Agrum Romanum circa Urbem nullum fuisse, provincias ab Urbis portis incepisse, Præfectum Urbi potestate in suo territorio caruisse. Symmachi epistolæ Salmasiana expositio redarguitur. Urbicaria regio agri Romani, provinciis opposita. Urbicariæ regiones centesimo non circumscriptæ. Legum aliquot explanatio.

IMmensum atque ingratum sit opus, si omnia errorum, & cavillationum, calumniarumque tuarum capita exequi velim. Quam multa enim, & quam illustria exempla suppeditat unus hic de Præfecti Urbis jurisdictione locus, quem retractas? Nam ut pauca de mul- C tis perstringam, quis hoc primum ignoscat tibi, quod nos de Præfecturæ centesimo sententiam mutasse jactas, & non erubescis? Ubinam ego notionem Præfecto intra centesimum fuisse inficiatus sum? Terminos sane urbis, quos cum Præfectus exierit, potestate caret, ad centesimum usque porrigi negavi; eosque agri Romani finibus docui, hoc est urbis Romæ territorio, contineri. Ceterum intra hos terminos finesque propriam, & jure magistratus congruentem, Præfecto potestatem sic fuisse, ut eidem tamen a Principibus potestas, dispar licet ac diversa, usque ad centesimum etiam milliarium tributa sit. An hoc est centesimum Præfecto detrahere? Sed nisi de nobis aliquid fin- D geres, quo falleres, præcipuum Salmasianæ facundiæ colorem amiseras. Quis deinde ferat, quod agrum Romanum sub urbe nullum vis fuisse; sed ab urbe digressis hinc Tuscum mox occurrisse, hinc Latinum? cum ignorare non debeas, ideo Latinos olim, quod a viris doctis observatum est, cum Urbe exire a Consulibus jubebantur, quinque millia passuum abesse jussos, quod hoc minimum intervallo ager Romanus a Latino sejungeretur: & jam supra ostenderim, totam suburbanam regionem, quæ in rusticas tribus a Servio rege divisa est, proprium & a sociorum agris distinctum Romanorum agrum E fuisse, nihilque huic agro adjectum deinceps fuisse, vel ademptum. Quam ridiculum porro, quod vicinas Urbi Provincias, Campaniam, Tusciam, Valeriam, (nam quod Picenum addis, ineptissimum est) non ab agri Romani finibus, quibus Urbis territorium continebatur, sed ab ipsius Urbis Romæ portis atque muris initium duxisse autumas: & quod oppidi ac municipioli cujusque judicibus communi jure competebat, hoc Præfecto Urbi negas, ut per Romanum territorium liberam haberet jurisdictionis potestatem. Nec meministi, tuum

Pag. 192. 193.

Pag. 194.

Pag. 195.

illum Hermopolitam Theodorum Prætori Thraciæ & Macedoniæ apud Constantinopolim, (eandem autem Romæ rationem fuisse non negabis) nullam nisi extra Urbis terminos jurisdictionem concedere, hoc est, ut ipsemet declarat, ἔξωθεν τῆς πόλεως, καὶ τῆς ὑπὸ τὴν πόλιν, extra Urbem & proximam suburbani agri regionem.

Pag. 198. &c. Quid illa demum, quæ ad Symmachi epistolam prolixe nugaris, quam frivola, quam pugnantia, quum ingenio atque ἀγχινοίᾳ tua sunt digna? Finitimam in ea epistola, quæ libri ix. est cxix. potestatem, cui jura provinciarum commissa dicantur, ad quam, Præfecto Urbi recusante, Albani criminis cognitio est delata, Vicarium Urbis interpretabar. Quis enim Vicarium neget Albanis vicinum fuisse, & finitimas Urbi provincias pro Præfectis administrasse? Tibi tamen non probatur, & Præsidem Valeriæ, aut Campaniæ mavis Consularem intelligi. Nec vides, si Campania provincia, ut paulo ante contendebas, ab ipso Urbis pomœrio incipiebat, finitimam Albæ, quæ in ipsamet Campania sit, aut propinquam dici eam non posse. Quod si nec Præsidi Valeriæ, nec Campaniæ Consulari plurium jura provinciarum, sed sua cuique fuit commissa, & ad Campaniæ provinciam Alba pertinebat, non ad Valeriam; quo animi errore Præsidem Valeriæ ad Albanum facinus vindicandum acciri posse judicasti ut ei extra provinciam suam jus dicenti liceret impune non parere? Quæris a me,
Pag. 200, quia Præfectum Urbi, si terminos urbis exierit, nullam Præfecturæ jurisdictionem retinere docui, eoque in epistola Symmachi spectare aiebam, quod Præfectus ipse ad longinqua negat se posse occurrere; quæris, inquam, utrum censeam Pontifices, qui Præfecto judicium hoc deferebant, ignorasse quousque jurisdictio Præfecti Urbis excurreret. At ego, ut inepte hoc ex me quæri sentias, desinasque tandem tela, quæ te mox feriant, depromere: quæro ex te vicissim, qui propterea Præfectum Albam ad vindicandum excurrere non potuisse censes, quod jus gladii extra muros & potestatem non haberet; utrum hoc potius latuisse Pontifices arbitreris, quosad fines illa se potestas exereret? Enimvero si ad rem & causam hæc faciunt, quid respondes? si nihil faciunt, cur objectas? Possem & alia id genus, in quibus & tecum ipse pugnas, & nobis nihil noces, plurima congerere: sed nos, cum ista sufficiant, evagari & perissologias tuas imitari non decet.

Nunc ergo ut concludam, & tu loquacitati tuæ modum statuas, si potes, Salmasi: cum tuam istam de suburbicariis regionibus fabulam, qua docebas intra centesimum suburbicarias omnes comprehendi, nullamque intra centesimum, quæ suburbicaria non sit, regionem contineri, utraque ex parte subversam videas, quod Picenum suburbicarium ostenderim totum extra centesimi fines situm fuisse, Umbriam vero & Tusciam, quas tu in suburbicariis non numeras, centesimi spatiis maxima parte comprehensas: cum ceteras etiam hariolationes tuas, quibus tanquam parvis tabellis grandiorem fabulam fulciebas, de suburbicarium etymo & notione, deque earum numero atque situ, de specialis Italiæ finibus, & de annonariis quas fingebas, diffluxisse pariter & evanuisse intelligas; quid habes, de quo hiscere amplius, aut mutire sine nora possis? Licet enim Centesimum nobis mil-

A lies repetas, licet Præfecti urbis jurisdictionem intra centesimum, atque Urbicum territorium usque ad centesimum, & exilia extra centesimum, & tutelas Senatorum non ultra centesimum, & Urbicariam tuam regionem centesimo circumscriptam assiduo, ἅτε μαψιλακας Διὸς Κέλαδος, omnibus paginis inclames, quid facit ad suburbicariarum notionem aut numerum Centesimus, si nec omnes ejus nominis regiones amplectitur, nec solas? Quid ergo inquis, Urbicariam regionem negabis dici tractum illum terrarum potuisse, qui circa Urbem centesimi spatiis continebatur? Equidem si quis aliquando ita usurpatam ostendat, non repugnabo. sed ita ut multo congruentius ac
B verius. Urbicariam regionem illam fuisse agnoscat, quæ Urbis territorio, hoc est agro Romano terminabatur. Sic enim coloniarum, municipiorumque omnium regiones dictæ, quæ illarum finibus claudebantur. Nec dubium quin hoc sensu accipienda videatur regio Urbicaria l. III. Cod. Theod. *Tributa in ipsis speciebus inferri*, quæ vino quod ex provinciis colligitur, vinum opponit quod ex Urbicaria regione confertur. nam provinciæ, ut dictum est, agrum Romanum cingebant, & ab ejus terminis incipiebant. Eo habes Urbicariam regionem breviore gyro, quam putabas. Verum ut in hac Urbicaria nostra provinciæ erant nul-
C læ; sic in ea quam centesimo vis finiri, suburbicarias omnes conclusas non fuisse, Picenum, reclames licet, sine controversia declarat. Illa etiam toties a te decantata lex II. Cod. Theod. *De integri restitutione*, quæ a centesimo Urbis milliario separare & secludere videtur Italiam, quid habet quod fabulæ suffragetur? Cum Italiam, ais, a centesimo distinguat, quam eandem ab Urbicariis regionibus distinguunt lex IX. *De annonis & tributis*, lex unica *Si per obreptionem*, lex XIX. *De extraordinariis muneribus*, consequens videtur regiones Urbicarias centesimo definiri. Quis hoc non rideat? Ergo si contestationis spatia usque ad XXX. anni finem, non intra Pag. 64. 89. 122.
D centesimum, sed intra XL. Urbis milliarium ad integri restitutionem lex indulsisset, & XL. milliario Italiam opposuisset, suburbicarias intra XL. constrictas diceres? & quia effractorem equitem Romanum D. Marcus abstinere jussit Urbe & Italia D. *De effractoribus & expilatoribus*, in Urbem ipsam, quoniam ab urbe sejunxit Italiam, suburbicarias regiones conjici oportebit? Atqui ut has intra Urbem quærere stultum sit: sic intra centesimum positæ dici omnes ne possint, Picenum idem intercedit. Omnino, Salmasi, telo hoc uno Chimæra tua confossa jacet. Quamlibet enim tibi somnia tua placeant quamvis te fabulæ au-
E ctorem & choragum intempestive pronuncia-ris, plausores etiam & approbatores, quibus similia sunt labra, te nactum glorieris: licet denique omnia misceas, & absurdum nihil sit adeo, quod tibi, si ad rem facit, non arrideat: tamen donec Picenum & Umbria, quas movere frustra conatus es, suis in sedibus stabunt, nihil ad suburbicarias intra centesimum constituendas, ἀνάγκῃ βίᾳ καὶ μηχαναῖς actum esse, nihil agi aut sperari posse, necesse est confiteri. Quare cedere deinceps, an obniti libeat, tuum erit videre. sed durum plane ac ferreum caput erit, quod tantus aries non perfringet.

PROPEMPTICI
CL. SALMASIO
LIBER PRIMUS.
DE ECCLESIIS SUBURBICARIIS.

CAPUT PRIMUM.

Canon. VI. Synodi Nicænæ.

Suburbicariæ Ecclesiæ Rufini. Comparari a Synodo Nicæna diæcesim cum diæcesi, non diæcesim cum provincia. Confirmari ab eadem Episcopo Alexandrino jura non solum metropolitica, sed etiam Patriarchica, quæ Meletiani turbabant. Provincia Romana semper ultra centesimum.

PEne tui similem, Salmasi, hoc est verbosum & loquacem, dum tuis per suburbicarias regiones vestigiis hæreo, me fecisti. Quo mihi nunc curandum est enixius, atque impensius elaborandum, ut in altera de Ecclesiis dissertatione, in qua omnes iterum garrulitatis tuæ habenas laxasti, adducam ipse contra, & modum orationi meæ imperem, quem in tua tenere non potuisti. Disputationis ergo nostræ caput & summa erat, ecquas Rufinus Ecclesias suburbicarias intelligat libro 11. Historiæ cap. VI. cum in canone VI. Synodi Nicænæ cautum scribit, ut Episcopus Alexandrinus Ægypti, sicut Romanus suburbicariarum Ecclesiarum, curam gerat. In quo quidem quoniam Conjecturæ auctori fixum erat, cui tu etiam principio adstipulatus es, comparari a Synodo Patriarchæ Alexandrini diœcesim cum speciali Pattiarebæ Romani diœcesi: dubium esse vobis non poterat, quin suburbicariæ a Rufino Ecclesiæ dicerentur, quæ in speciali episcopi Romani essent diœcesi. Quare cum hanc ego specialem Patriarehatus Romani diœcesim non exiguis centesimi ab Urbe milliarii spatiis, quibus a vobis definiebatur, contineri, sed Occidentem universum complecti ostendissem; consequens esse docui, ut Rufinum concederetis vel Synodi mentem, quæ Patriarchatum cum Patriarchatu componeret, non expressisse, vel suburbicariarum nomine Occidentales omnes Ecclesias comprehendisse. Hic tu quam in partem non vertisti? quas latebras non quæsisti, ut certæ, & apertæ conclusionis ictum declinares? (Pag. 210.) Quam frigida porro, & lenta sunt omnia quæ opponis? Patriarcham videlicet Occidentis Pontificem a Græcis quoque schismaticis appellari. Quasi movere nos debeat, quod istud etiam hæretici plerique schismaticis deteriores confiteantur: aut quasi nos, quod isti perverso fortasse consilio improbe consentiunt, non idem recta & sincera mente, & a Græcis ante schisma, & a Latinis, ipsisque adeo Romanis Pontificibus, qui nec hæretici, opinor, nec schismatici fuere, testatum olim fuisse probaverimus. (Pag. 216. 219. 248.) Suburbicariæ præterea Ecclesiæ tibi tam late patere posse non videntur. quid ita? quia idem sunt quod suburbanæ, quæ Urbi sunt proximæ. Quid si aliter Rufino visum est? atque is suburbicarias tum regiones, tum Ecclesias, non a suburbano situ loci, ut arbitraris, sed ab alia Urbis denominatione dictas censuit, quæ in Urbici magistratus, vel Episcopi, essent diœcesi & potestate? illarumque alios fines esse, prout variæ sunt urbicæ diœceses & potestates? Prorsus enim, ut iterum dicam, cum Patriarchatus Romani diœcesis sit Occidens, si suburbicarias Rufinus Ecclesias ex Synodi canone intelligi voluit, quæ in hac sitæ sint diœcesi, suburbicarias Occidentales omnes Ecclesias appellavit.

Sed invenisti tandem in lubrico & ancipiti loco exitum ingenio & solertia tua dignum. Inita est ratio, qua & suburbicarias Ecclesias intra centesimum cum regionibus tuis cogeres, & Rufinum ab ineptæ locutionis calumnia liberares. (Pag. 209 215. &c.) Synodum ais Episcopi Alexandrini diœcesim cum Romana non diœcesi, sed provincia comparare. Romanam autem provinciam, quam Pontifex peculiari Metropolitarum jure administrat, totam olim intra centesimum fuisse, in eaque una suburbicarias Rufini Ecclesias contineri. Atque hæc nempe illa est Nicæni canonis expositio, (Pag. 259.) quam a doctissimis viris hactenus frustra tentatam, a te demum numeris omnibus absolutam, & ex asse perfectam gloriaris. Quidni vero sine rivali arroges tibi, quod nemo sanus invideat? Nam quis præter te, si compos est sui, explanationis tam insulsæ, tamque ineptæ auctorem se ac fundum dici velit, ut Synodum putet, cum Episcopi Alexandrini cum Romano comparationem instituat, non paria inter se conferre, provinciam cum provincia, diœcesim cum diœcesi, & Patriarcham cum Patriarcha, Metropolitanum cum Metropolitano: sed perversa rerum vice, diœcesim cum provincia, patriarcham cum metropolita, hoc est diversa ac dissimilia componere, atque ἀσύγκλωστα, quod ajant, συνάπτειν? Ad Synodi verba, quibus canon ille conceptus est, animum adhibe, atque mentem. Τὰ ἀρχαῖα, inquit, ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ Πενταπόλει. ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. *Antiqua consuetudo servetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim. ita ut Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem; quia & Urbis Romæ Episcopo parilis mos est.* Hæc vetus & simplex canonis interpretatio. nunc tuam audiamus. *Habeat*, inquis, *Episcopus Alexandrinus per omnes suæ diœcesis provincias ordinandorum Episcoporum potestatem*, *quia Episcopus Ra-*

manus similem habet in unica provincia potestatem. Quid absurdius? quid a Synodi mente fingi potuit alienius? Hoccine est ex Romanæ Ecclesiæ forma, ut Nicolaus Papa epistola VIII. scribit, sumptum esse examplum, quod Alexandrinæ Ecclesiæ tribueretur? hoc parilem, aut similem, ut Synodus ipsa loquitur, Romæ morem fuisse? Quæso te, Salmasi, quia Præfectum urbi Constantinopolitanum ad Romani instar constitutum fuisse non ignoras; an non effusius, & diffusis, ut alias, malis rideres, si quem hoc modo ratiocinantem audires; Habeat Præfectus Urbi Const. non in Urbe sua solum, sed extra urbis etiam terminos, intra centesimum milliarium jurisdictionem & potastatem: quia Præfectus urbi Romæ in urbe tantum potestatem habet, terminos urbis egressus non habet? Quod si ridiculum id esset, cur ipse Synodum non dispari ludibrio exponis? Etenim si Pontifex Romanus creandorum extra provinciam suam Episcoporum potestatem non habet; quod nos quam vanum sit, & quam temere a te dicatur, suo loco expendemus: sed si hanc potestatem non habet, qui potes Alexandrino ad Romani exemplum tributam hariolari?

A

Quid causæ est deinde, cur quam Synodus universe potastatem ἐξουσίας Alexandrino Episcopo tribuit in Ægypto, Libya, & Pentapoli, tu ad unam referas ordinandorum Episcoporum potestatem? Quia hoc unum, inquis, agebatur. turbabat jus metropoliticum Episcopi

B

Pag. 260. &c.

» Alexandrini Meletius, qui sibi Episcoporum
» consecrationes adrogabat. sanciunt illo cano-
» ne patres, ut Episcopus Alexandrinus jus suum
» metropolitæ per supradictas provincias antiquo
» more solus exerceat: quoniam ita moris esset
» Episcopo Romano, in sua nimirum provincia.
» Audin. Et quidem jus metropoliticum id quo Episcopus Romanus, ut provinciæ suæ caput, Romanam provinciam regit, atque Episcopos in ea consecrat; eodemque modo potestatem qua Episcopus Alexandrinus Alexandrinam in Ægypto provinciam, aut alius quilibet metropolitanus provinciam cui præest, tum in Episcopis initiandis, tum in ceteris Ecclesiasticæ administrationis partibus moderatur, jus metropoliticum recte congruenterque dici consuesse intelligo: potestatem vero, quam superioris gradus Episcopi, ut Primates, & Patriarchæ, non in una tantum sua, in qua ut metropolitæ versantur, sed in aliis etiam sibi subditis provinciis exercent, quis unquam ad hunc diem jus metropoliticum, & non primatis, aut patriarchæ jus ac prærogativam appella-

C

Pag. 262.

vit? Alia sunt, inquis, jura Metropolitanorum, alia Patriarcharum. Sunt plane, sunt etiam in constituendis Episcopis diversa. Nam Metropolitanorum jus est, ut Episcopos quidem ordinare possint, sed in una sua provincia duntaxat: Patriarcharum, ut in omnibus sedi suæ subjectis provinciis ordinare possint. Itaque cum Episcopus Carthaginensis suæ, id est Proconsularis provinciæ Episcopos consecrabat, Metropolitani jure utebatur: cum reliquarum Africæ provinciarum Episcopos ordinabat, hoc ille sibi non metropolitani, sed totius Africæ primatis nomine vindicabat. Quæ cum ita sint, quo pacto potestatem, qua Episcopus Alexandrinus omnes, ut ais, per Ægypti, Libyæ, & Pentapolis provincias Episcopos insti-

D

E

tuebat, jus mere metropoliticum audes affirmare: aut Episcopum eundem a Synodo, non ut Patriarcham, sed ut purum Metropolitanum considerari? Occasionem, ais, sanciendo «

Pag. 260.

canoni dedit schisma Meletii. Gratiam habe «

Adventoriæ nostræ. hoc ab illa didicisti, quod te alii jam pridem docere potuerant. Sed dic, & doce nos vicissim. quæ Meletius adversus Alexandrinos Antistites in schismate molitus est, Alexandrinæne solum provinciam, cujus illi speciales erant metropolitæ, an reliquas etiam Ægyptiacæ diœcesis regiones turbabant? illorumne jura tantum metropolitica, & non etiam patriarchica violabant? Meletius hic a Petro primum Episcopo, cujus sententia & judicio fuerat damnatus, tum deinde ab Achilla & Alexandro successoribus, ita descivit, ut nullam Ægypti partem a labe intactam reliquerit. Episcopos passim aut antiquos in partes suas pertraxit, aut novos a se creatus antiquis opposuit: perpaucæ ut alicujus nominis in Ægypto civitates essent, quæ Meletiani schismatis Episcopum non haberent, excepta Alexandria. in qua ipsa cum sedem obtinere non possent, in Alexandrino agro Episcopum collocarunt. Suas illi seorsim Ecclesias frequentabant, suos conventus agebant: Catholicæ Ecclesiæ hostes ubique, sed Alexandrinæ maxime sedi, ejusque Episcopis semper infesti, quos omnibus modis insectari & vexare nunquam destiterunt, Πέτρῳ ut in Apologia II. scribit Athanasius: ἐπιβουλεύσαντες, καὶ Ἀχιλλᾷ τῷ μετ' ἐκεῖνον διαβάλλοντες, καὶ Ἀλεξάνδρῳ κατηγορήσαντες. Et adhuc dubitas, Salmasi, utrum a Meletio, Meletianisque Alexandrinorum Antistitum summa & patriarchica potestas, qua omnium, ut Theodosius Aug. loquitur, per Ægypti diœcesim præsules sunt sacerdotum, quaque Meletio ipsi, quem Epiphanius Hæresi LXIX. Archiepiscopum vocat, τῆς Αἰγύπτου ἀπὸ Θηβαΐδος ἀρχιεπίσκοπον, in Thebaide quoque ipsa imperabat, appetita his conatibus, & concussa omni ex parte fuerit, ac labefactata? Quod si potestas hæc appetebatur, si hujusce a Meletianis jura violabantur, hæc ipsa est profecto, quam Synodus, post decretam in schismaticos pœnam, quæ in ejus ad Ægyptios apud Theodoretum epistola continetur, Episcopo Alexandriæ stabiliendam, firmandamque hoc canone censuit: ridiculumque, & te uno dignum est commentum, quod canonem de sola Metropolitæ potestate interpretaris. Nimirum sicut in regionum suburbicariarum tractatione, quo eas intra centesimum compingeres, Piceni tibi, & Umbriæ, atque Tusciæ necessario turbandi limites fuerunt: ita nunc Ecclesias, nisi corrupto & everso canonis sensu, non poteras iisdem illis finibus coercere.

Quamquam ne sic quidem re vera coerceres. Ut enim tibi nunc concedatur, suburbicarias a Rufino Ecclesias ex canonis mente dici, quæ in Provincia Romana erant positæ: Provinciam tamen Romanam, quod te jam dudum Censura nostra docuit, longa ultra centesimum progressam esse constat. falsumque & incredibile est, quod illam olim centesimo definitam, postea auctam & amplificatam fuisse nugaris: cum certum exploratumque sit, provincias omnes tum civiles, tum ecclesiasticas, ampliores nunquam fuisse, quam principio. Nam cum initio amplissimæ omnes essent, variis

postea divisionibus, ne novæ exinde fierent, contractæ brevioresque factæ sunt. Sed cum absurdissimum sit, ut dixi, Alexandrinam Ecclesiam cum Romana aliter, quam in re non dispari comparari, & totam Alexandrinæ sedis diœcesim a Synodo designari probatum sit; reliquum est ut suburbicariarum Ecclesiarum nomine solas provinciæ Romanæ Ecclesias apud Rufinum intelligi, alienissimum atque ineptissimum ducamus.

CAPUT II.

Parergon Salmasii de Legibus & edictis.

Junius Quartus Palladius non duorum, ut putat, sed unius sunt nomina. Duabus Innocentii Papæ epistolis subscriptiones restitutæ. Principum legibus, dum promulgabantur, magistratuum edicta subjici mos erat, non præponi. Sub edicto proponi quid sit. Salmasii pudenda ostentatio.

ET si mihi constitutum erat a re proposita nusquam digredi: facere tamen hoc loco non possum, quin me parergon illud tuum extra lineam ducat, quod sub finem primi capitis velut coronidem adjecisti. Hic enim abundantia quadam doctrinæ rem nobis penitus reconditam & hactenus inauditam reserasti, Principum scilicet rescripta; cum olim per provincias promulgabantur, ita proponi palam solita, ut Judicum edictis subjicerentur. Pag. 291. Poteram & aliud, quod proxime antecedit, emblema tuum, unde coronis ista nata est, excutere: ut ostenderem te in illo ipso Præfectorum edicto, cujus initium est, *Junius Quartus Palladius, Monaxius, Agricola II. Præfecti prætorio edixerunt*, ubi alios notas, turpiter lapsum esse, dum quatuor Præfectos numeras, qui tres tantum re vera fuerunt: quia Junius Quartus Palladius non duorum, ut existimasti, sed unius Palladii tria sunt nomina. Quod quidem discere poteras ex antiqua Inscriptione, quæ ab Onufrio Panvinio in Fastis producitur, JUNIUS QUARTUS PALLADIUS V. C. COS. ORD. Nos vero, si nobis tamen habendam fidem putas, ex duabus etiam Innocentii Papæ epistolis didicimus, quæ cum in excusis omnibus libris subscriptione sua careant, in vetustis monasterii Corbeiensis exemplaribus Palladii hujus adscriptum habent cum nominibus Consularum. Prior enim, quæ ab his verbis incipit, *In requirendis*, respondetque ad literas Concilii Carthaginiensis, hujusmodi habet subscriptionem, *Data VI. Kalend. Februarii, P. C. Theodosii Aug. VII. & Junii Quarti Palladii V. C.* Altera, *Fraternitatis vestra*, ad Aurelium, Alypium, Augustinum, Evodium, Possidium Episcopos, in hunc modum, *Data pridie Kalendas Februarias P. C. gloriosissimi Theodosii Aug. VII. & Junii Quarti Paladii V. C.*

Gratiam tibi, Salmasi, aliquam fortasse habituri sunt philologi, quod hallucinationis tuæ causa restitutæ sunt his epistolis subscriptiones. de coronidis tuæ parergo nullam habebunt. Quis enim salsæ, ut ostendam, atque "Pag. 292. insulsæ observationis mercedem exsolvat? Mo-" "ris fuit, inquis, ut Præfecti in constitutioni-" "bus Principum publice proponendis sua ipsi edicta simul proponerent. Certum est, hoc & pueri norunt. Priore autem loco edictum, ais," "proponebat suum Præfectus, quo id quod a" "Principe constitutum esset edicebat, sanciebat-" "que: tum deinde legem ipsam vel constitutio-" "nem subjiciebat." Hoc jam plane tuum est. hoc præter te nemo scivit, nec somniavit unquam. Itane vero, ut Principum leges Judicum edictis substernantur, & legibus edicta præponantur! nec te a tam ridicula suspicione, vel ipsa indecori species, vel contraria nunc etiam tribunalium omnium consuetudo deterruit? Quinimmo præclaræ istius divinationis fiducia, leges quoque ipsas aggredi & temerare ausus es: ut in Novella Valentiniani prima *De Testamentis*, & in Novella ejusdem *De sepulcris*, ac sequenti *De Libertis & successionibus eorum*, quibus locis in uniuscujusque subscriptione, ANTELATA EDICTO Albini Præfecti lex dicitur, tu *antelato edicto* scribi jubeas, quia lex, ut ais, edicto non anteponebatur, sed contra edictum legi. Quid porro vetat, quin hoc exemplo leges universas contamines, ut quandocumque solemnia illa occurrunt, quibus eas Principes PROPOSITIS EDICTIS promulgari jubent, tu præpositis aut antelatis edictis scribi præcipias? Par enim omnium est ratio, & qui verecundiæ semel fines excesserit, hunc fas est naviter esse impudentem. Sed age, dic nobis tandem, nam operæ est cognoscere, quis tibi scoteotiæ hujus auctor fuit? unde arcanum tam grande, tam diu hactenus ignoratum didicisti? Ex Novella, ut video, Valentiniani *De præscriptione XXX. annorum*, quæ proposita in foro Trajani dicitur Pag. 294. sub edicto Firmini V.I. Præfecti prætorio. Sic enim es ratiocinatus: "Si sub edicto Firmini" "proposita est lex illa; ergo Firmini edictum" "præcedebat, & antepositum erat. Idem igitur" "est, *Lex proposita sub edicto*, & *proposita antelato edicto*. Inde, inquis, & προγράμματα & "Pag. 293. προθέματα illa edicta Præfectorum dicta sunt," "quod in publicatione imperalium rescriptorum" "rescriptis ipsis præferrentur, & anteferrentur." Mirum est profecto, Salmasi, sic te abuti eorum ignorantia qui Græce nesciunt, ut eorum qui sciunt judicium non reformides. Nemo enim est nisi Græcæ linguæ prorsus ignarus, qui nesciat, programmata & προθέματα non ex eo dicta, ut fingis, quod rei cuipiam præponerentur, sed quod palam ac publice proponerentur. Verum in Græcis utcumque ferenda fraus videatur: in Latinis autem verbis quod vel erras ipse, vel errare nos jubes, quis ferat? Quid enim? an adhuc docendus es, SUB EDICTO legem promulgari, aliud nihil esse, quam per edictum, vel cum edicto! Parcam pudori tuo, nec committam ut a nobis ediscere cogaris. Faciam enim, ut Principes ipsi, Præfectique magisterio suo te erudiant, doceantque in promulgandis legibus edicta non præire solita, sed subsequi, legibus subjici semper solita, non præponi. Audi ergo quibus verbis Valentinianus junior Probo Præfecto prætorio legem suam, quæ unica est in Codice Theodosiano *Si per obreptionem*, per singulas

ejus præfecturæ diœceses promulgari præcipiat. *Igitur sinceritas tua id ipsum per omnem Italiam, tum etiam per Urbicarias, Africanasque regiones, ac per omne Illyricum, prælata oraculi hujus auctoritate firmabit.* An non aperte prælatas Præfectorum edictis leges fuisse significat? Nam ut quod in hac lege jussum vides, idem in omnibus observari consuesse intelligas, audi rursum non unius, sed trium simul Præfectorum, Isidori, Bassi, & Regini testimonium ex Edicto, quo Theodosii & Valentiniani promulgata lex est *De Nestorii libris non legendis.* quod quidem cum lege ipsa integrum extat post Acta Synodi Ephesinæ: nos eam modo illius partem, quæ ad rem nostram spectat, expromemus. Sic enim post alia loquuntur. ὡς δ' ἂν γνοίητε τὴν γαλήνην, τὴν εὐσέβειαν τῶν προστηγμένων, τὴν πρόνοιαν, ἣν δι' ἁπάντων τοῖς ὑπηκόοις νέμουσι, τῶν εὐσεβεστάτων ἡμῶν βασιλέων. τοῦδε ἡμῶν τοῦ προγράμματος, κατὰ τὸ εἰωθός, τὸν τοῦ θείου φωτὸς γέμοντα νόμον προλάμπειν προσετάξαμεν. ᾧ πεισθέντες τιμωρίας ἑαυτοὺς ἐλευθέρους καταστήσετε. *Denique ut eorum quæ sancita sunt benignitatem, pietatemque, & piissimorum principum providentiam, qua subditis per omnia consulunt, agnoscatis: huic edicto nostro, ut moris est, legem divino lumine plenam prælucere jussimus, cui obsequentes vos ipsos a pœnis immunes reddetis.* Hic nunc tandem sodes, Salmasi, rationes nostras subducamus. Tu in legibus promulgandis, quia SUA EDICTO quid sit ignoras, edicta legibus antelata fuisse censes: Principes contra leges edictis præponi jubent, Præfectique prætorio in more positum hoc fuisse testantur: utrum verius nos æquum est arbitrari? Quod si falsa erant quæ docebas, qua fronte, ut fidem nugis adstrueres, HÆC INDUBITATA esse affirmabas? Si quæ in libris, legibusque recta sunt depravare, si programma, & sub edicto quid sit nescire, si suam in Græcis, Latinisque ἀκυρολογίας prodere, nulla tanta est, quo jam illud TANTI ERAT, quo tibi de infelicis parergi tui elegantia blandiebare? Tantine ergo ducebas, existimationem tuam hominum ludibrio exponi, nemo os deinceps Novellas, nemo ANTELATAS EDICTIS LEGES lecturus sit, qui non illico erroris tui, audaciæque recordetur? Ac scire omnino pervelim, cum tot modis misere lapsus sis, quid ii hoc loco de sodalium tuorum grege dicturi sint, qui tua ubique scripta venditant, & se laudum tuarum fautores, præconesque videri volunt: ac præcipue inter ceteros Amicus ille tuus, qui te in hoc seamma conjecit, quid consilii deinceps daturus sit. Erant enim fortasse, qui latebras sibi suadeant, & ut larvam resumas quam posuisti. Sed hoc jam nimis serum est, nec jactantiæ tuæ gloriosum. Alii alia suggerent. Ille omnium optime consulet tibi, qui persuadebit, ut ab ineptis & imperitis castigationibus in posterum abstineas.

Pag. 294.

CAPUT III.

Canon IX. & XVII. Synodi Calchedonensis.

Salmasianæ dictionis character. Exarchi diœceseon in Synodo Calchedonensi non sunt Patriarchæ Alexandrinus & Antiochenus, sed Ponticæ, Asianæ, & Thraciæ Primates. Nili interpretatio rejecta. Zonaræ exposita. Multa in Conciliis universalibus tractari non universalia. Exarchos illos diœcesibus suis revera præfuisse.

NUnc iterum eos Synodi Calchedonensis canones vocant, ut iterum exploremus, ecquos illa diœceseon Exarchos dicat, & utra verior, Synodique ad mentem aptior sit interpretatio; tuane qui tres tantum, an mea, qui quatuor Episcoporum gradus ab ea designatos censeo. Sed antequam rem aggrediar, deprecanda mihi est illa fraudis suspicio quam moves, quod tibi videar nescio quid in explicanda sententia tua non satis assecutus. Quasi vero de industria id a me fingi necesse sit, quod sibi omnes qui tua legant accidere confitentur. Quotusquisque est enim, qui ea intelligere possit quæ scribis? aut qui, postquam in libris tuis multas horas consumpserit, ac tuam istam ἀπεραντολόγον καὶ ταυτολόγον eloquentiam, & suas ipsius voces infinite recantantem Echo diu multumque pertulerit, non se tandem quid velis non videre conqueratur? Quanquam igitur, si quid interdum in hoc genere peccemus, facilis & expedita est defensio: dabitur tamen opera deinceps, ne me in iis quæ perperam a te scripta sint excutiendis, aut sententiam tuam non satis expressisse, aut parum dilucide confutasse suspiceris. Pag. 300.

Atque ut hinc potissimum exordiar, quoniam duobus locis Exarchorum in Synodo fit mentio, canone IX. & canone XVII. utriusque autem loci par eademque est ratio, canonis IX. verba quæ ad rem faciunt expendamus. ea autem sic habent. εἰ δὲ καὶ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχοι πρὸς τὸν ἴδιον, ἢ καὶ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ δικαζέσθω. εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητοίη, καταλαμβανέτω ἢ τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντινουπόλεως θρόνον. *Si clericus*, inquit, *cum Episcopo suo causam habeat, vel cum extraneo, apud Synodum provinciæ judicetur. Quod si Episcopus vel Clericus controversiam habeat cum provinciæ Metropolitano, aut Exarchum diœceseos petat, aut sedem Constantinopolitanam, & ibi decidatur.* Disceptationis nostræ hic prima est contentio, quinam sint Exarchi diœceseon, quos Synodus cum Episcopo Constantinopolitano componit. Tu Patriarchas aliarum sedium, Alexandrinæ nimirum & Antiochenæ, intelligendos censes, atque ita canonem interpretaris, ut de Metropolitanorum controversiis cognoscere jubeat, vel Exarchum seu Patriarcham diœcesis cujus-

que, vel Patriarcham Const. Unde & Episcoposum gradus tres omnino, nec plures expressos concludis, Episcopos, Metropolitas, & Exarchos seu Patriarchas. Mihi vero, Salmasi, quin Patriarchæ ii qui diœceses regunt, ut Alexandrinus & Antiochenus, diœceseon suarum Exarchi appellari possint, & interdum soleant, nulla est dubitatio. ceterum quod istos a Synodo Exarchorum nomine designari, aut jus ullum Episcopo Const. in Metropolitanos, qui sub aliis Patriarchis erant, tributum arbitraris; id ego absurdum & incredibile, atque a Græcorum interpretum sensu & judicio alienum duco. Primum enim, si Patriarchas Synodus intelligi volebat, cur illos non usitatis, & quibus Patriarchas ornare solebat, θρόνων vel ἀρχιεπισκόπων nominibus designavit, ut controversias agitari juberet, vel apud sedem & Archiepiscopum diœcesis, vel apud sedem & Archiepiscopum Const. cur cum ejusdem gradus Episcopos & Patriarchas compararet, uni Const. propriam & legitimam θρόνου appellationem impertiit, reliquos ambiguo, & cum aliis qui Patriarchæ non essent, communi Exarchorum vocabulo comprehendit? Deinde si ad infringendam, ut tibi placet, minuendamque aliorum Patriarcharum jurisdictionem hi canones edebantur; qui factum ut hoc Leo magnus ignorarit, qui in epistolis, quas adversus Episcopum Const. hac de re scripsit, id unum de Patriarchis expostulat, quod πρωτεῖα sibi, hoc est prioris loci dignitatem, præ Alexandrino & Antiocheno vindicaret; de usurpatis illorum judiciis & potestate verbum nullum facit? Qui factum etiam, ut Legati sedis Apostolicæ, cum in Synodo adversus canonem XXVIII. quo πρωτεῖα illa stabiliebatur, Actione XVI. vehementissime reclamarent, non duos simul istos rejecerint, si his quoque violari Patriarcharum

Pag. 306. 309 jura existimabant? Nam quod istos etiam a sede Apostolica repudiatos, & nunquam admissos, Hincmaro, ut tibi videtur, adstipulatore contendis, erras omnino, & apertis testimoniis refelleris, tum Actorum ipsius Synodi Calchedonensis, ut dixi; tum veterum omnium, quibus probati & recepti canones continentur, Ecclesiæ Romanæ collectionum. Quis exploratius quos Ecclesia Romana canones reciperet cognovit, quam abbas Dionysius, aut quam ipsimet, qui canonibus auctoritatem afferebant, Pontifices? Evolve collectionem Dionysianam, Epitomem canonum ab Hadriano I. ad Carolum regem missam, & quotquot in antiquis codicibus extant canonum Calchedonensium Latina exemplaria: nusquam in his XXVIII. canonem reperies, nonum, & decimum septimum nusquam omissos deprehendes, ut hinc liqueat illum unum, quod Patriarcharum privilegiis, quæ sedes Apostolica tuebatur, aperte repugnaret probatum non fuisse: hos vero, quod ad eam causam pertinere non viderentur, sine controversia receptos.

Pag. 305. „ Sed habes, inquis, sententiæ tuæ duces Græ„cos, qui omnes uno, atque ὁμοθυμαδὸν Exar„chos diœceseon ceteros Orientis Patriarchas in„telligunt. Quosnam vero Græcos auctores producis? Nilum & Barlaamum. Ergo quod Græculi duo schismatici dixerint, tu Græcorum omnium suffragia vocas? Atqui ex hoc etiam binario detrahendus est Barlaamus, cujus in verbis nihil est, unde pateat illum Synodi verba de Patriarchis accepisse. Ita unicus tibi, quem omnium habeas loco, restat Nilus. Quid vero in Nili expositione sit momenti, qui in canone ipso qua de re ageret non animadvertit? Nam cum aliud sit de re quapiam disceptare apud hunc vel illum judicem licere, aliud ab uno ad alterum provocare: acutus homo quod de judicum optione sancitum a Synodo fuerat, ad appellationes traduxit. Sed ille nimirum ὑποθέσει serviens, ut sedis Apostolicæ primatum oppugnaret, appellationes hoc loco & patriarchas hariolatus est. Tu qua mente illum & quo consilio sequare, tuum est videre. nos in canonis hujus explicatione Zonaram potius audiemus, & cum Zonara Balsamonem, quorum hic quidem Exarchos, ille vero Metropolitanos a Synodo non alios designari docet, quam eos qui in provinciis erant sedi Const. subjectis. Sic enim scribit ad canonem XVII. Οὐ πάντων δὲ τῶν μητροπολιτῶν πάντως ὁ Κωνσταντινουπόλεως καθίσταται δικαστής, ἀλλὰ τῶν ὑποκειμένων αὐτῷ. οὐ γὰρ δὴ καὶ τοὺς τῆς Συρίας μητροπολίτας, ἢ τοὺς τῆς Παλαιστίνης, καὶ Φοινίκης, ἢ τοὺς τῆς Αἰγύπτου ἄκοντας ἑλκύσει δικάζεσθαι παρ' αὐτῷ. ἀλλ' οἱ μὲν τῆς Συρίας τῷ τῆς Ἀντιοχείας ὑπακούσονται φόρῳ, οἱ δὲ τῆς Παλαιστίνης τῷ Ἱεροσολύμων, οἱ δὲ τῆς Αἰγύπτου παρὰ τῷ Ἀλεξανδρείας δικάσονται παρ' ὧν καὶ χειροτονοῦνται καὶ οἷς ὑπόκεινται. Non omnium, inquit, *Metropolitanorum judex sedebit Constantinopolitanus, sed eorum duntaxat, qui sub ejus sunt potestate. Neque enim Syriæ Metropolitas, aut Palæstinæ ac Phœnicis, aut Ægypti, ad subsellia sua invitos trahet, ut apud ipsum litigent. sed qui e Syria sunt, Antiocheni forum subibunt; qui e Palæstina, Hierosolymitani; qui ex Ægypto, Alexandrini, a quibus ordinantur, & quorum subsunt potestati.* Vides, Salmasi, cum inter nos quæstio sit, quarumnam diœceseon Exarchos Synodus intelligat, Græcorum interpretum sententia ex diœceseon numero expungendas primum duas esse, quas tu solas hoc loco designari contendebas, Orientalem & Ægyptiacam. Deinde illas tantum diœceses intelligendas, quæ sub Episcopo Const. deinceps fuerunt; in quas jam tum potestas & imperium Episcopo Const. parabatur. quo nomine duas quoque alias, quarum oblitus videris, Imperii Orientalis diœceses excludi necesse est, Macedoniam & Daciam, quæ Synodi Calchedonensis tempore non ad Constantinopolitani, sed ad Romani Patriarchæ administrationem pertinebant. Pag. 370. Ita tres omnino, de quibus Synodum accipi liceat, reliquæ sunt diœceses, Pontica, Asiana, & Thraciæ. nec dubium profecto, quin de his solis accipienda & exponenda sit. Tres enim hæ solæ, ut nosti, sub sede Const. in has jam inde a Synodo Constantinopolitana inhiarant ejus sedis Episcopi. quibus illæ tandem in Synodo Calchedonensi, reclamantibus sedis Apostolicæ legatis, velut propriæ concessæ & adjudicatæ sunt. Harum denique principes Metropolitas, qui diœceses singulas integras regebant, Cæsariensem Ponticæ, Ephesinum Asianæ, & Heracleensem Thraciæ, solos ex omnibus sedi Const. subditis Metropolitis ἐξάρχους ἑκάστου diœceseon Exarchos a Græcis appellatos fuisse non ignoras. Quare de his solis, si verum amamus, canones istos loqui fatendum est, quatuor proinde Episcoporum in his gradus distingui, Episcopos, Metropolitas, Exarchos, & qui supra omnes erant, Patriarchas Const.

. Dic nunc porro, qui tuam de duobus Patriarchis interpretationem quam certis argumentis refellamus audisti, huic nostræ de tribus Exarchis, quid solidi habes quod opponas? Duo enim abs te contra objici video: sed quorum unum est plane ridiculum, alterum longe falsissimum.
Pag. 364. 365. 373. "Specialis, inquis, ac τοπικὸς erit "ille canon, si de solis sedi Const. subditis cle"ricis exponatur; non generalis, nec universa"lis, ut decuit, & oportuit in Concilio œcumenico. Quis hæc cum audit risum teneat? aut quis non miretur hominem, qui in Synodorum lectione hospes non sit, tam oscitanter eas legisse, at non animadvertit, multa in œcumenicis non solum τοπικὰ, verum etiam προσωπικὰ tractari consuesse? Synodus Nicæna, ut de multis pauca perstringam, canone VII. Æliæ Episcopo habendum honorem decrevit. an id τοπικὸν non erat? Synodus Const. canone IV. Maximi ordinationem irritam esse jussit. an προσωπικὴ ea sanctio non fuit? Synodus Ephesina canone ultimo Cypriis Ecclesiis liberas Episcoporum suorum ordinationes asseruit. quis hoc illis proprium & peculiare neget fuisse? Quid autem Synodos alias consectamur, ut illas plerunque ad ea, quæ locorum vel personarum propria sunt, descendere ostendamus; cum Synodi Calchedonensis, in qua versamur, extet canon XXVIII. de his ipsis Ponti, Asiæ, & Thraciæ diœcesibus specialiter ac nominatim conceptus & enuntiatus? Quod enim in hoc canone factum liquet, in uno & XVII. quin fieri licuerit, non potest nisi absurdissime negari. Ridicula igitur, & inanis, & frivola erat objectio.

Quid alterum illud quale est, quod non semel aut iterum, sed innumerabilibus locis, tanquam Herculis clavam, aut Gorgonis
Pag. 360. 371. "caput intentas! Non possunt, ais, Exarchorum "nomine tres isti a Synodo designari. quid ita? "quia licet Exarchi diœceseon vocarentur, re "vera metropolitæ tantum erant, suasque ut ce"teri provincias solas curabant: aliarum diœce"sis provinciarum Episcopos neque ordinarunt "unquam, nec juris quicquam & potestatis in
Pag. 367. "illos habuerunt. Itaque a Synodo non Exar"chorum, sed Metropolitarum nomine compre"henduntur. Quid hic dicam, Salmasi? Mirari
Pag. 320. 331. 337. "me prorsus, hominem ingeniosum, cum tam sæpe tot locis hoc idem recinat, nondum videre id a vero alienum & falsum esse, commentumque adeo simile portenti, & Gorgone ipsa fabulosius. Quid enim? ut Cæsariensis verbi gratia Episcopus solius Cappadociæ primæ curam gesserit, nullamque in ceteras Ponticæ diœcesis provincias potestatem exercuerit? Quam multus hic contra te, & quam amplus, si excurrere libeat, veteris historiæ campus aperitur? Sed ego te, quod redarguendo errori tuo satis sit, ad solas Basilii magni epistolas allegabo. Ab his disces, cum diœcesis Ponticæ, cujus caput & Exarchi sedes Cæsarea, fines amplissimi fuerint per Cappadociæ, Ponti, Bithyniæ, Galatiæ, Paphlagoniæ, & Armeniæ provincias diffusi; tot ex provinciarum numero nullam fuisse, in qua Basilius Cæsariensis Episcopus non aliquod sui in illas juris potestatisque exemplum ediderit. Designandus erat Nicopolitanæ Ecclesiæ, hoc est Armeniæ minoris metropoli, Antistes. translatum Basilii auctoritate τῆς Κολωνίας Episcopum testantur epistolæ CCXC. & CCXCII. Idem & Sataloram in eadem Armenia civitati Episcopum dedit, & de Cyrilli Episcopi causa cognovit, eamque conflati per calumniam criminis invidia liberavit, & Eustathium Sebastenum suspectæ doctrinæ Episcopum, eoque nomine a Metropolitano suo, & ceteris Episcopis provinciæ rejectum, fidei orthodoxæ libello subscribere jussum in communionem restituit. quæ singula Basilius ipse in Epistola CXXCVII. commemorat. fidei vero libellus, γραμματεῖον πίστεως, cum Eustathii subscriptione in epistola LXXVII. continetur. An hæc Cæsarienses Episcopos juris in Armenia nihil habuisse significant? Jam vero, ne singulas Ponticæ oras persequar, quid causæ dices fuisse, cur Basilius ἐπισκόποις τῆς Ποντικῆς διοικήσεως, *Ponticæ diœcesis Episcopis*, universæ scribat epistola CCXCI. eosque Cæsaream ad solennem quotannis Martyrum memoriam, & ad Synodum de more, ut est in Epistola CCLVI. per eos dies celebrandam evocet, nisi quod omnium per Ponticam Episcoporum revera caput & præses erat Cæsariensis? aut cur Basilium eundem censes, cum Episcopos & metropolitas in Armenia crearet, cumque in Galatia mortuo Ancyrano metropolitano, de subrogando in ejus locum successore sollicitus exclamaret, ἀρ' ἐστί τινα λοιπὸν τὰς φροντίδας τῶν ἐκκλησιῶν ὑπερθώμεθα, *cui nam Ecclesiarum curam imponemus?* nunquam alienas a se provinciarum illarum ordinationes duxisse: Iconiensis vero in Pisidia Episcopi ordinationem, ad quam invitabatur, ὑπερορίαν χειροτονίαν in epistola VIII. id est peregrinam & translimitaneam appellasse: nisi quod provinciæ illæ intra ejus diœcesim; at Pisidia jam extra fines, nec in Pontica, sed in Asiana erat diœcesi? Ex hoc igitur uno discrimine, quibus terminis potestatem suam definiret Basilius, agnoscas licet: atque Exarchi Cæsariensis exemplo discas tandem, Exarchos olim diœceseon non nomine tantum ac titulo Exarchos, ut aiebas, nec unius solum primariæ in diœcesi provinciæ rectores ac meros metropolitas fuisse; sed in omnes diœceseon suarum provincias, supra ceteros Metropolitas, administrationis, potestatisque suæ jura protulisse. nihil proinde hoc etiam ex capite obsistere, quo minus Synodi Calchedonensis canones de illis intelligi, exponique recte possint.

CAPUT IV.

De iisdem, & de Canone II. Synodi Constantinopolitanæ.

Salmasii de duobus Patriarchis sententia iterum exploditur. Tautologiam Synodo Calchedonensi appingit. Canonis Constantinop. explicatio. Exarchi supra omnes Metropolitanos diœcesis. Socratis hallucinatio. Salmasii errores Chorographici.

Liber autem, priusquam de Exarchis cetera exequar, cum tela omnia, quibus expositionem nostram impetebat, omni ex parte depulsa sint, tuam iterum sub oculos ponere, si forte illius tandem pudor subeat, quam certam

tum est te, si nostra esset, omni ludibrio & Pag. 365. contumelia vexaturum. Etenim si mihi ista, quæ a te passim jactantur, excidissent, ut canones illos de omnium clericorum & Episcoporum judiciis, quocumque illi sub Patriarcha positi sint, in universum sancitos fuisse contenderem, & Exarchorum tamen nomine Alexandrinum duntaxat Patriarcham, & Antiochenum designari docerem, an non ridicula hæc statim & pugnantia videri affirmares? Qui enim convenit, cum præter sedem Const. quatuor aliæ Patriarcharum sedes fuerint, ut duas tantum intelligi velis, & omnes dicas comprehendi? An metropolitæ, de quibus judicia constituerentur, in Occidente non erant? Quod si Occidentem Romani principatus gratia excipi placet, cur canones de omnibus generatim atque universe, eo quod œcumenica Synodus esset, conditos mentiebare? Sed Occidentem expungamus. Si de omnibus, qui per Orientis diœceses erant, Synodum accipiendam censes, cur inter Orientis Patriarchas Hierosolymitanum prætermittis? nulline sub eo Metropolitani? at hoc negare non licet, post Synodi præsertim Actionem VII. in qua tres illi Palæstinæ adsignatæ sunt. Quod si Metropolitani sub illo fuerunt, apud quem disceptabant? Nam absurdum sane sit, ut apud Antiochenum, qui se provinciis illis abdicarat, contendisse dicas, vel apud Alexandrinum.

Jam vero, ut gradum propius conferamus, si Exarchi diœceseon in Synodo sunt Patriarchæ, & qui Ponticæ, Asianæ, Thraciæ diœceseon Exarchi re ipsa erant, & dicebantur, Cæsariensis, Ephesinus, & Heracleotes, hi a Synodo non Exarchorum, sed Metropolitarum, ut vis, numero censentur; de his ipsis quæro, deque aliis qui per easdem diœceses erant metropolitis, quamnam habituri sint diœcesim, quem Exarchum diœcesis, apud quem ex ca- Pag. 298. 371. » none judicentur, vel apud sedem Const. Exar- » chus, inquis, illorum Patriarcha est Constanti- » nopolitanus: diœcesis vero communis una ex » tribus illis compacta & composita. Ergo cum de istorum judiciis quæstio erit, unus idemque personam utramque sustinebit. ergo in verbis Synodi ludificatio, ut cum duos dicere videatur, unicum significet. Fingamus enim, cum provinciæ in his tribus diœcesibus Synodi Calchedonensis tempore fuerint prope triginta, cum aliquo provinciarum illarum metropolita subortam esse controversiam, cum Ancyrano videlicet in Pontica, aut cum Synadensi in Asiana, aut cum Heracleota ipso in Thracia. profecto cum de hac controversia cognoscere Synodus jubet vel EXARCHUM DIOECESIS, vel SEDEM CONST. si Exarchus diœcesis alius hic non est, quam Patriarcha Const. eundem Synodus ineptissima tautologia bis dicit: atque ita in scopulum incurris, ad quem te appulsum negabas, ut quæ a Synodo divisa atque disjuncta sunt, interpretatione tua confundere & conturbare cogaris. Denique ut hoc loco non disputem, absurdine nihil habeat, quod trium istarum diœceseon Exarchus a te dicatur Patriarcha Const. cui nomen hoc tributum nunquam fuisse nullo exemplo possis ostendere, sed ita jure tandem appellatum concedam; quandonam, amabo te Salmasi, hunc illi titulum convenire aut tribui potuisse arbitraris? Tum ni fallor, cum diœceses illæ in ejus redactæ sunt potestatem, cum præesse illis, & ἐξάρχειν cœpit. ineptus enim sit, qui aliter respondeat. Ergo Exarchus Ponticæ, Asianæ, & Thraciæ diœcesis dici Episcopus Const. ante non potuit, quam sedi Const. diœceses illæ subjicerentur. A quo autem subjectas censes, & qua lege? A Synodo, inquis, Calchedonensi canone XXVIII. Recte omnino: sic enim se res habet. At non vides quid consequatur? Nam si Exarchi nomen Episcopo Const. ante canonem XXVIII. adscribi non potuit, consequens est nimirum, ut qui in canone IX. & XVII. Exarchi diœceseon nominantur, eos de Episcopo Const. qui diœceses sibi subditas nondum habebat, intelligi non posse cognoscas. Quare ne cetera omnia deessent, quæ in hac tua explicatione plurima & maxima incommoda inesse ostendimus, satis hoc unum ad illam infirmandam, evertendamque videri oporteret. Et quoniam ad diœceses tantum istas, quæ sedi Const. cujus honori Synodus obsecundabat, viciniores erant, quæque illi addictæ mox fuerunt, referendos esse canones illos, nihilque ad aliorum Patriarcharum fines aut jura pertinuisse, Græcorum etiam interpretum suffragio probatum est: quid restat, nisi ut Exarchos diœceseon in his canonibus eos dictos concludamus, qui veri solique earum Exarchi semper habiti sunt, Cæsariensem Ponticæ, Ephesinum Asianæ, & Heracleotam Thraciæ, ad quos Synodus singulorum cujusque diœcesis metropolitarum causas deferri de more jubeat, vel, quod in novi Patriarchæ gratiam addit, ad sedem Episcopi Const. In hac enim explanatione nostra, ut tuæ dissimillimam agnoscas, omnia sunt ad normam & rationem composita. nihil in ea insolens, nihil alienum, nihil quod cum antiquo more ac legibus non apte cohæreat atque consentiat.

Quo magis hic tua sursum miranda est vel [illegible], vel [illegible], qui ne tertium in Exarchis istis Episcoporum ordinem, qui supra metropolitas ceteros emineat, confiteri cogaris, de suo illos gradu dejicere, atque in communem metropolitarum censum redigere coneris: & hoc ne nobis persuadeas, fucum ex canone II. Synodi Constantinopolitanæ fieri posse confidas. Parum scilicet fuerat, Nicænorum & Calchedonensium canonum depravatam a te sententiam esse, nisi hoc idem in Constantinopolitanis te posse confirmares. Quid enim habet hic canon, ex quo augurari liceat, pari, ut ais, jure & æqua potestate in diœcesibus illis omnes metropolitas fuisse, nec unum præ ceteris Exarchum antecelluisse? Patres ut Ecclesiarum paci consulerent, turbisque in posterum occurrerent, quas Ægyptii aliquot Episcopi, Constantinopolim a Petro Alexandrino Patriarcha suo missi, in ea urbe concitarant, Maximum illic Episcopum tumultuaria ordinatione consecrantes: & Maximi, ut ante dictum est, irritam ordinationem esse jusserunt, & sanxerunt ad posterum, caveruntque, τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς ἐκκλησίας. ἀλλὰ κατὰ τοὺς κανόνας τὸν μὲν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ ἐν Αἰγύπτῳ μόνον οἰκονομεῖν. τοὺς δὲ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους, τὴν ἀνατολὴν μόνην διοικεῖν, φυλαττομένων τῶν ἐν τοῖς κανόσι τοῖς κατὰ Νίκαιαν πρεσβείων τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ. καὶ τοὺς τῆς

A Ἀσιανῆς διοικήσεως ἐπισκόπους τὰ κατὰ τὴν Ἀσιανὴν μόνον οἰκονομεῖν. καὶ τοὺς τῆς Ποντικῆς τὰ τῆς Ποντικῆς μόνα. καὶ τοὺς τῆς Θρᾳκικῆς, τὰ τῆς Θρᾳκικῆς μόνον οἰκονομεῖν. *Ut qui ultra diœcesim sunt Episcopi, ad Ecclesias extra fines positas ne accedant, & Ecclesias ne conturbent. Sed juxta canones Alexandrinus quidem Episcopus, ea quæ sunt in Ægypto tantum gubernet: Orientales autem Episcopi solius Orientis curam gerant, servatis Ecclesiæ Antiochenæ privilegiis, quæ in Synodo Nicæna continentur. Sed & Asianæ diœcesis Episcopi ea tantum gubernent, quæ ad Asianam diœcesim pertinent; & qui sunt in Pontica, ea quæ* B *in Pontica tantum, & qui in Thracica, Thracica tantum curam suscipiant.* Quid est, inquam, in his verbis, Salmasi, quod tibi Ponticæ, Asianæ, & Thracicæ diœcesis metropolitas pari omnes jure ac potestate facere videatur? Quia singulis, inquis, diœcesibus istis plures Episcopos adsignat: Ægyptiacæ vero diœcesi unum præesse facit Episcopum Alexandrinum. Ridicule. An non vides aliud non spectasse Synodum, quam ut singularum diœceseons Episcopos illarum se finibus continere juberet; quo jure autem, quave auctoritate singuli fuit in diœcesibus essent, minime disceptasse? C Alioqui si quia Episcopos solos in Asiana, Pontica, & Thracia sine Exarchis commemorat, ideo nullos illis Exarchos præfuisse autumas: cur non in Ægypto, quia solum Patriarcham nominat, nullos metropolitas fuisse argumentaris?

Pag. 321.

Ponticæ diœcesis revera Exarchum fuisse Episcopum Cæsariensem, penes quem ordinationum, Ecclesiasticarumque rerum omnium summa esset, Basilii magni exemplo supra docui. Jus idem Helladio Basilii successori fuisse fidem facit Gerontius Nicomediensis in Bithynia Ponticæ diœcesis provincia Episcopus, quem ab D Helladio Cæsareæ Cappadocum Antistite ordinatum auctor est Hermias lib. VIII. cap. VI. Idem & Alypio Cæsariensi post Helladium, & alios, Episcopo jus fuisse, argumento est judicium adversus Lampetium presbyterum Messalianitam, cujus cognitionem Hormizæ, qui Comanæ in Ponto erat Episcopus, delegatam ab illo narrat Photius Bibliothecæ cap. LII. Ephesinum itidem Episcopum, qui Exarchus erat Asianæ diœcesis, non in sua solum provincia, sed in ceteris etiam, quæ ad diœcesim illam spectabant, Episcopos ordinasse, ex XIII. illis constat, quos ab Antonino ejus se- E dis Episcopo tum in Lycia & Phrygia, tum in Asia ipsa, λήμματι καὶ δωροδοκίαις vitio creatos, a S. Chrysostomo exauctoratos, Hermias idem eodem loco tradit. Denique dubium non est, quin Exarchis istis, & jam antea, & post Synodum maxime Const. plena & summa per universam diœcesim potestas fuerit in alios etiam metropolitas. Quare jus hoc patriarchale, πατριαρχικὸν δίκαιον vocabant. quod a Calchedonensi demum Synodo illis ademptum, quando sedi Const. subditi sunt, Ephesinæ postea civitati restituere conatum Timotheum Alexandrinum narrat Evagrius lib. III. cap. VI. ἀποδίδωσι δὲ τῷ Ἐφεσίῳ καὶ τὸ πατριαρχικὸν δίκαιον, ὅπερ αὐτὴν ἀφεῖλεν ἡ ἐν Χαλκηδόνι σύνοδος.

Falleris ergo, qui Exarchos diœceseon deprimi a Synodo, & ceteris metropolitanis exæquari putas: & falleris in Socratis nomine, quem erroris tui adstipulatorem laudas, dupli- A citer. Primum, quod falli Socratem ipsum non vides, qui libro V. Historiæ Ecclesiasticæ cap. VIII. Episcopos, quorum ut pote orthodoxorum communionem Theodosius Imp. L. II. Cod. Theod. *De fide Catholica* ceteris per singulas diœceses Episcopis amplectendam proposuerat, ad Synodi decretum temere transtulerit. perinde ac si tum primum Episcopi designati, diœcesibusque illis præpositi a Synodo fuissent: cum a Synodi instituto alienum id fuisse perspicuum sit: & præter Nectarium, qui in Synodo ipsa est ordinatus, Helladium, Gregorium, Otreium in Pontica, & Amphi- B lochium atque Optimum in Asiana, & ceteros, quos in aliis diœcesibus nominat, multo ante Synodum Ecclesiis suis Episcopos præfuisse res doceat. Falleris deinde, fallisque, dum Socrati aliud quoque σφάλμα tuum affingis, quasi is Gregorium Nyssenum inter Metropolitanos adnumeret. Tuus enim hic error est, non Socratis. Nam Socrates non ignorabat Nyssenam sedem metropolitanam non fuisse, sed meram tantum ἐπισκοπὴν, Cæsariensi primæ Cappadociæ Metropolitano subjectam. Tu vero ut errorem geminares, non solum metropolitanam fecisti, quæ ejus ordinis non erat: C sed quæ ad primam Cappadociam omnium consensu pertinebat, eam in secunda collocasti; & secundæ caput, quasi Tyana non essent, Nyssam esse voluisti. Sed in Chorographicis labi & hallucinari tibi solenne est. Sic enim post aliquot pagellas Helenopontum Ponticæ cum Hellesponto Asianæ diœcesis provincia confundis. atque in his rudem adeo & impolitum te prodis, ut Amaseam non Hellesponti, sed Helenoponti caput, & Gangra non Pamphyliæ, ut scribis, sed Paphlagoniæ metropolim fuisse non intelligas. Ex quo assequi D conjectura licet, in isto de sacris & civilibus provinciis commentario, quem promittis, nisi studere ac discere memineris antequam doceas, quam mira nobis, & quam inaudita novæ Geographiæ portenta producturus sis.

Pag. 323.

Pag. 349.

CAPUT V.

De Exarchis, & Notitiis Ecclesiæ Constantinopolitanæ.

Superiorum epilogus. Exarchi proprie & absolute dicti, qui diœceseon. E- E *xarchi provinciarum apud recentiores Græcos quinam, & unde appellati. Notitia Andronici junioris. Ephesinus* ἔξαρχος πάσης Ἀσίας, *Cæsariensis* πάσης ἀνατολῆς. *Salmasii de utroque, & de Thematibus falsa ratiocinatio. Synodus Constantinop. Gregorii Patriarchæ.*

Ex iis quæ hactenus disputata sunt, liquido, Salmasi, animadvertere potuisti, tum Exarchos in Synodo Calchedonensi non alios accipiendos esse, quam trium diœceseon primates Episcopos, quæ sedi Const. addictæ postea fuerunt, Ponticæ nimirum, Asianæ, & Thraciæ: tum hisce diœcesibus qui Exarchorum nomi-

ne præfuerunt, Cæsariensem, Ephesinum, & Heracleotam Episcopos, non casso atque inani honoris titulo usos olim fuisse; sed diœceses quibus præerant singulari ac eximio quodam jure administrasse. tertium proinde infra summos patriarchas, supra ordinarios metropolitas, Episcoporum gradum & ordinem Exarchos constituisse; qui nec solas civitates singulas regerent, ut Episcopi, nec solas provincias, ut metropolitani: sed diœceses, quæ multarum erant provinciarum, auctoritate sua & potestate gubernarent. Prorsus enim, ut Antiochenus Antistes ἔξαρχος τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως, *Exarchus diœcesis Orientalis*, & Alexandrinus Ægyptiacæ diœcesis Exarchus si dicantur, ex eo dictos non dubitamus, quod ille Orientis, hic Ægypti provinciis præsideret: sic tres istos quos dixi metropolitas, diœceseon suarum Exarchos non aliunde dictos intelligendum est, quam quod in diœceseon suarum provinciis jus consimile, quod Evagrius perinde, ut audisti, πατριαρχικὸν δίκαιον vocat, obtinerent. Vide nunc inter te, Salmasi, & veteres illos quid intersit.

Pag. 332. 349. 367. Illi Exarchos cum Patriarchis comparabant, tu in Metropolitanum classem dejicis; nec aliam diœceseon Exarchos vim fuisse, quam quod primis diœceseon provinciis præessent, cum in ceteris præter inanem honoris titulum juris nihil haberent. Itane vero? Quod illi Patriarchale jus vocabant, tu nullum audes aut inane asserere? At si nullum jus hoc erat, quomodo a Synodo Calchedonensi ablatum, quomodo Ephesinæ Ecclesiæ a Timotheo restitutum? Nam si Exarchum esse Ponticæ, vel Asianæ diœcesis, aliud nihil erat, quam primæ Cappadociæ, vel Asiæ provinciæ metropolitam esse, quid tandem eripuit Synodus illa Episcopo Cæsariensi, vel Ephesino, quo minus suarum postea provinciarum metropolitæ, quam ante Synodum, viderentur? Sed nos Exarchorum istorum, priusquam sedi Const. subjicerentur, quæ potestas, & quæ jura fuerint, non in prima tantum provincia, sed per universam diœcesim, abunde jam supra exposuimus. atque illa quidem ejusmodi, ut ad illa quod attinet, Patriarcharum similiores possint Exarchi quam metropolitarum videri. Ceterum ut Exarchos a Patriarchis, quamvis utrique plures sub se provincias habeant, gradu differre nemo est qui ambigat, quod Exarchorum non eadem sint πρεσβεῖα, quæ Patriarcharum: tum multo certe magis Metropolitas, qui singulas tantum provincias regunt, Exarchis, qui multarum provinciarum diœcesibus ac metropolitanis ipsis præsunt, inferiores esse, atque Exarchos in altiore, diversoque ab illis gradu collocandos fateri necesse est.

Quid hic ergo in clarissima luce noctem quæris? atque ut Exarchos cum metropolitis confundas, totum nobis Codinum, & multiplices Ecclesiæ Constantinopolitanæ Notitias obtendis? Quid habent hæ tandem, quod Adventoriæ, dictisque nostris refragetur? An Exarchi nomen apud Græcos iis præcipue tribui solitum negant, qui Exarchi essent integrarum diœceseon? An Cæsariensem, Ephesinum, & Heracleotam ex hoc genere fuisse negant, eosque cum privilegiis suis fruerentur, & cum paucis adhuc Exarchorum nomen possiderent, diœceses suas pleno jure ac potestate rexisse? An non eosdem palam ostendunt, posteaquam in Exarchorum nomen

A alii quoque metropolitæ, qui diœcesibus integris non præessent, adsciti sunt, hoc tamen præ istis, quod aiebam, velut priscæ dignitatis insigne retinuisse, quod duo priores ὑπέρτιμοι τῶν ὑπερτίμων, tertius πρόεδρος τῶν ὑπερτίμων, hoc est, ut tute Pag. 363. interpretaris, Metropolitæ quodammodo metropolitanum nuncupati sunt, cum ceteri adscriptitii ὑπέρτιμοι tantummodo vocarentur? Sed effare tu ipse, quid Notitiæ istæ doceant, unde nos reprehendas. Inscitiæ videlicet nos arguis, qui nescíverimus, quemadmodum Exarchi diœceseon dicebantur, qui diœceses regebant, sic Exarchos provinciarum dici potuisse, qui provincias. Atqui hoc ipsum est, Salmasi, quod diserte in Adventoria significavi: Exarchi nomen, cum ad Ecclesiasticas dignitates transfer-
B tur, nunc huic, nunc illi accommodari posse. Quomodo ergo latere nos potuit, quod docebamus? Sed ex te nunc quæro vicissim, cur incredibile aut falsum arbitreris. Exarchi nomen, etsi Metropolitis provinciarum tribui non inepte queat, præcipue tamen, ut dicebam, usurpari olim solitum in primatibus diœceseon? Nomen ipsum Metropolitæ convenire omnibus posse non dubitas, qui metropoles aliquas regant, sive metropoles illæ sint provinciarum, sive metropoles diœceseon, ut Antiochia diœcesis Orientis metropolis fuit, & Cæsarea Pon-
C ticæ. & primatis nomen omnium pariter esse posse, qui primas sedes teneant, seu primæ illæ sint sedes diœceseon, seu primæ tantum provinciarum, ut in Africa. Et tamen protervus adeo est nemo, ut inficiari queat, propria & recepta notione primatem, cum vulgo intelligi, qui præsit diœcesi, metropolitam qui provinciæ. Quod ergo in Primatibus & Metropolitis contigisse vides, ne de Archiepiscopis & Patriarchis dicam, quorum eadem omnino est ratio, idem in Exarchorum voce olim usu factum, non videre te, mihi profecto, nisi
D dissimules, incredibile videtur. Repete animo veterum Synodorum, auctorumque omnium testimonia, quæ citasti, & in quibus Exarchi nomen usurpasti: unicum habes canonis Sardicensis Græcum interpretem, qui ἔξαρχον ἐπαρχίας *Exarchum provinciæ* ausus sit dicere Metropolitam. quam recte, hoc loco non disputo. satis constat illum Synodi sententiam non expressisse. atque hoc quidem, si digredi libeat, facilius a nobis ostendi posse, quam a te auctorem alium, qui Exarchum provinciæ rectorem appellet, idoneum reperiri. Ceteri enim tui testes contra te omnes faciunt. Evagrius in
E primis, quando ad amussim revocanda res est, libro IV. cap. XI. ἰδίους ἐπισκόπων ἐξάρχους, proprios Episcoporum Exarchos dixit, ut ex ejus verbis liquet, non metropolitas provinciarum, sed ἑκάστης διοικήσεως πατριάρχας, diœceseon singularum primates Patriarchas. Eodemque modo in Synodo Berytensi, quæ in causa Ibæ Edesseni Episcopi habita est, & relecta Calchedone Actione x. Ibas accusatus quod Cyrillum damnasset, ἕξωκα λέδωκα τῷ ἐξάρχῳ μου, *secutus sum Exarcum meum*, respondit: Exarchum suum absolute appellans, non Mesopotamiæ provinciæ suæ metropolitam, sed diœcesis primatem Patriarcham Antiochenum. Et audes porro Salmasi, cum, ab Evagrio & Iba Exarchos absolute dici videas, confidenter tamen affirmare, nunquam hoc vocabulum Exarchi sine adjuncto positum reperiri? In Syno-

do quoque Antiochenæ Domni Archiepiscopi, quæ inserta est Synodo Calchedonensi Actione XIV. Domnus ipse Exarchi nomine designatur, sed Exarchi diœcesis Orientalis, ἐξάρχυ τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως. Sic & in epistola Synodi VI. ad Agathonem Papam Philalethes Episcopus Cæsariensis Exarchus inscribitur non provinciæ, sed diœcesis, ἔξαρχος τῆς Ποντικῆς διοικήσεως, & Theodorus Ephesinus, ἔξαρχος τῆς Ἀσιανῆς διοικήσεως. Denique Synodus ipsa Calchedonensis canone IX. & XVII. ut audisti, non alios Exarchos agnoscit, quam diœceseon. & quotquot extant apud Græcos rerum Ecclesiasticarum vetera monimenta, sic ordines istos distinguunt, ut ἐπαρχιῶν μητροπολίτας semper dicant, ἐξάρχες vero διοικήσεων. Adeo quidem ut Thomam Tyri metropolitam pateat in Synodo VIII. Exarchi nomen non alia sibi causa usurpasse, quam quod Episcopi Antiocheni, hoc est Exarchi Orientis defuncti vices de more in ea Synodo sustinebat. Et nobis post tot & tam illustria documenta succenses, quod propriam Exarchi notionem hanc olim fuisse conjiciamus?

Habes omirum, quam nobis objicias, Notitiam Const. in qua Exarchi non solum tres illi appellantur, qui diœceses olim regebant, & Exarchi diœceseon dicebantur, Cæsariensis, Ephesinus, & Heracleotes: sed post hos alii etiam metropolitani complures, qui singulis provinciis præerant, provinciarum suarum Exarchi nuncupantur: ut Ancyranus ὁ Ἀγκύρας, ἔξαρχος πάσης Γαλατίας, Cyzicenus, ὁ Κυζίκου, πάσης ἑλλησπόντου, Sardianus, ὁ Σάρδεων, πάσης Λυδίας, Nicomediensis, ὁ Νικομηδείας, πάσης Βιθυνίας, & qui ordine sequuntur supra XXX. Quid ergo clarius atque evidentius, quam Exarchos perinde dictos metropolitas provinciarum, ac primates diœceseon, & Sirmondum errare, qui aliter sentiat? Immo vero quid certius & exploratius, quam Salmasium hoc etiam loco vel scientem fallere, vel ignarum decipi; quorum alterum apertæ sit, φιλοβλαβείας, alterum incredibilis ἀπειροκαλίας? An turpe non est, Salmasi, te quid agas non videre, titulique tui sic oblivisci, ut qua de re disseras non recorderis? Nos quinam olim Exarchi primis Ecclesiæ sæculis appellati sint quærimus: tu ad Andronici Palæologi ἔκθεσιν, id est ad infima Græcorum imperii tempora te convertis. Hæc tacita nimirum est professio, nullum tibi ante id tempus, qualem fingebas, Exarchum usquam occurrisse, non in sacrorum Annalium monimentis, non in Synodorum actis & subscriptionibus, non in ulla, quæ paulo sit vetustior, sedium metropolitanarum τάξει, ἐκθέσει, διατυπώσει. In antiquis sane Notitiis, nulla ut vides ἐξαρχιῶν istarum, nulla ὑπερτίμων est mentio. Quod majus argumentum desiderari possit, ex quo liqueat, postremis demum imperii Const. sæculis, quod docebam, novos istus honoris titulos celebrari inter Metropolitas cœpisse: ut quemadmodum Exarchi olim ii proprie dicebantur, qui in diœcesi, cui præerant, plures sub se habebant diversarum provinciarum Metropolitas: ita postquam inclinata vetere disciplina plures in singulis provinciis instituti sunt Archiepiscopi & Metropolitæ, Exarchi nomen honoris causa uni præcipue tribueretur, qui veterum Exarchorum exemplo reliquorum in eadem provincia velut princeps

A & caput esset? Ex quo & illud fortasse, quod se non φρυγίας aut βιθυνίας simpliciter, sed πάσης φρυγίας, & πάσης βιθυνίας Exarchos inscribebant. Itaque Synadensis verbi gratia Episcopus, qui olim, cum unicus in illa provincia erat, Phrygiæ salutaris metropolita dicebatur, post hæc, quod in Phrygia eadem alii quoque facti fuerant Metropolitæ, πάσης φρυγίας σαλουταρίας ἔξαρχος dici cœpit. Sed Exarchi nomen *Pag. 387.* hujusmodi concedebant, non iis modo, ut putas, qui veri & antiqui fuerant Metropolitæ, quique subjectos habebant Episcopos provinciæ; sed nonnullis etiam, qui nullis revera Episco-
B pis præessent, ut Calchedonensi: aut qui puri & simplices nuperrime fuerant Episcopi. quo in genere fuerunt, ut ex Andronici alterius δευτέρου τοῦ Παλαιολόγου Descriptione discimus, Episcopi Lacedæmonis, & Monembasiæ: quorum uterque Metropolita factus, atque ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος πάσης Πελοποννήσου est dictus, cum meri antea essent Episcopi, hic Corinthi, ille Patrarum suffraganeus. Ita speciosum honoris titulum suo arbitratu Principes, non quibus congrueret, sed quibus liberet, impertiebant; & quem unius in provincia proprium esse par erat, cum multis sæpe communicabant.
C Compara nunc, Salmasi, adumbratos Exarchos istos cum antiquis & veris diœceseon Exarchis: & vide num injuria nobis eorum similes visi sint, qui amplissimatum olim dignitatum codicillos sine re honoris tantum causa consequebantur.

Quod vero extrema dissertationis tuæ parte nos accusat, quod Ephesinum Episcopum, similiter ut Cæsariensem, ὑπέρτιμον τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἔξαρχον nuncuparum dixerimus, cum in Notitia, quæ apud Codinum legitur, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος tantum appelletur: merito reprehenderes, si Notitiam illam, ut fingis, auctorem me *Pag. 408.*
D habere significassem. At certum est in altera, quam dixi, Andronici junioris Designatione, quæ in Vaticana extat Bibliotheca, & τάξις προκαθεδρίας inscribitur, Ephesinum his quæ negas insignibus honestari. Ὁ Ἐφέσου μητροπολίτης, inquit, ὑπέρτιμος τῶν ὑπερτίμων, καὶ ἔξαρχος πάσης *Pag. 263.* Ἀσίας. καὶ τὸν τόπον ἔχων πατριάρχου Ἀντιοχείας. Quin *384.* tu ipsemet non uno in loco, cum his duobus tertium etiam Heracleensem iisdem titulis ornatum scripsisti: tametsi Heracleensem revera non ὑπέρτιμον, sed πρόεδρον τῶν ὑπερτίμων appellari mos esset. Quid igitur hoc rei est? ut tibi de tribus impune mentiri liceat? mihi de duo-
E bus quod res est affirmare non liceat? Tantisper, inquis, quandiu manserunt diœceses, ὑπέρτιμοι τῶν ὑπερτίμων, & Cæsariensis, & Ephesinos, & Heracleensis dicti sunt, quia multis ὑπερτίμοις præerant omnes: postquam autem in Themata divisum est Imperium, Ephesino sola Asiæ provincia relicta est, cujus Exarchus diceretur: unde & ἔξαρχος πάσης Ἀσίας dici cœpit. reliquæ Asianæ quondam diœcesis provinciæ, Anatolico Themate comprehensæ, Cæsariensi cesserunt, qui proinde πάσης ἀνατολῆς ἔξαρχος dictus est. Ita causam acutus homo invenisti, cur Cæsariensis quidem, quod multis ὑπερτίμοις præesse non desiisset, ὑπέρτιμος τῶν ὑπερτίμων appellationem retinuerit: Ephesinus vero, qui nullos jam sub se ὑπερτίμους haberet, ὑπέρτιμος tantum diœcesis vocatus sit. At quis tua isthæc commenta si propius intueatur, verisimiliora illis τὰ ὑπὲρ Θούλην ἄπιστα, quæ nar-

rat Antonius Diogenes, & probabiliora non ducat? Quæ enim est ratio, Salmasi, ut ad Thematum militarium divisionem Ecclesiasticas dignitates mutatas & confusas fuisse credamus? Deinde si ab Anatolico themate ἀνατολικῆς ἔξαρχος, ut tibi placet, dictus est Cæsariensis: qui factum, ut tot aliis ex metropolitis præter hunc nemo a Thematibus nomen sortitus sit? Quod si a Themate aliquo denominandus erat Cæsariensis, cur non potius ab Armeniaco, in quo Cappadocia ipsa, ejusque metropolis Cæsarea, aut ab alio quopiam eorum, quæ in Pontica olim diœcesi continebantur: quam ut alienos Exarchi Ephesini fines invaderet, atque Anatolicum, quod totum in Asiana diœcesi erat, sibi vindicaret? Jam vero, si subducto, ut ais, translatoque ad Cæsariensem Anatolico, Thracensium Thema totum Ephesino relictum est; cum in Thracensium Themate, quod Asiæ minoris reliqua complexum est, præter Ioniam, in qua Ephesus metropolis, Lydiam etiam & Cariam fuisse non ignores, atque in Lydia Sardianum, aut ejus loco Philadelphiensem metropolitam, ὑπέρτιμον καὶ ἔξαρχον πάσης Λυδίας; in Caria Stauropolitanum metropolitam item ὑπέρτιμον καὶ ἔξαρχον πάσης Καρίας: qui venire tibi potuit in mentem, ut Ephesinum exinde nullos sub se ὑπερτίμους habuisse affirmares? Nolo igitur de titulis Ephesini, quin iis aliquando contentus fuerit, qui apud Codinum leguntur, contentiosius refragari: cum in Synodo Constantinopolitana, quæ post Florentinam a Græcis schismaticis sub Gregorio Patriarcha celebrata est, Ephesinum videam in hæc verba subscripsisse: Ἰωάννης ὁ ταπεινὸς ἐπίσκοπος τῆς ἱερωτάτης μητροπόλεως, ὑπέρτιμος καὶ ἔξαρχος τῆς Ἀσιανῆς ἐπαρχίας. Sed appellationum istarum caussas tibi alias investigandas censeo, cum alienæ & absurdæ sint quas fingis, ac frivola, ut semel dicam, & ἀπροσδιόνυσα omnia, quæ de Thematibus Imperii hoc loco argutaris, ab eo, ut apparet, genio ducta, quo solent ingeniosi plerumque μετεωρολέσχαι, dum meris nugis fidem quærunt, stultitiam suam exquisitis & artificiosis delirationibus ostentare.

CAPUT IX.

De numero Patriarcharum.

Archiepiscopus primæ Justinianæ verus Patriarcha non fuit, neque Carthaginiensis, neque Trinoviensis, nec denique Cyprius. Veri Patriarchæ quinque dumtaxat Justiniano, qui ceteros metropolitanis adnumerat.

EXarchorum quæstione defunctos Patriarcharum excipit controversia. Scripseram in Adventoria, Patriarchæ nomen, etsi olim tributum aliquando fuerit etiam Exarchis & Primatibus, id est tertio ordini Episcoporum; postea tamen invaluisse, ut quarti ordinis proprium fieret, verique ac legitimi Patriarchæ ii tantum censerentur, qui primariis quinque sedibus præsiderent. Non plures a Justiniano Patriarchas numerari: nec plures ab aliis agnosci tum Græcis, tum Latinis, qui post Justiniani tempora scripserunt. Quod mihi videbar tam certis documentis confirmasse, ut neminem, nisi qui valde litigiosus & pertinax esset, contradicturum putarim. Tu tamen reclamare, & contra niti ausus es, Salmasi, ut *Pag. 421.* præter hos quinque, quatuor alios in Oriente ipso fuisse doceres, quibus Patriarchæ nomen cum re ac jure ipso attributum sit. Quosnam vero? Primæ Justinianæ, Carthaginis, Trinovii, & novæ Justinianopolis Antistites. Hos ergo Patriarchatum jus & nomen adeptos qui doces?

Quia Justinianus, inquis, patriæ suæ, (hinc enim ordiris) quam primam Justinianam appellavit, Episcopo multarum provinciarum Episcopos subjecit: ita ut illos ordinaret, eisque præesset; ipse vero a Synodo sua ordinaretur. *Pag. 422.* Scio equidem his privilegiis ornatam Novella xi. fuisse a Justiniano patriam suam, & a Thessalonicensis Episcopi, cujus antea nutu regebatur, potestate subductam. Scio provincias illi attributas, quæ Daciæ diœcesis olim fuerant: ac nonnulla etiam adjecta, quæ Daciæ diœcesis non continebantur. Illum denique non solum Metropolitam, verum etiam Archiepiscopum eadem Novella renuntiatum. atque hoc γέρας ἐξαίρετον, magnum & ingens ornamentum jure a Nicephoro dici libro xvii. cap. xviii. γέρας δ' ἐξαίρετον, inquit, καὶ Ἀχρίδῳ τῇ πατρίδι αὐτοῦ ὁ Ἰουστινιανὸς, εἰς ἀρχιεπισκοπὴν ταύτην ἐτίμα, καὶ αὐτοκέφαλον ἐκκλησίαν καθίστα, στερρὰν ἐν ταύτῃ μόνας. Sed quid horum est, quod Exarchis etiam, & Primatibus, quibus cum Patriarchis plurima erant communia, non conveniat? Quis nescit Exarchos & multarum provinciarum primates fuisse, & provinciarum illarum Episcopis, quod Cæsariensium exemplo docuimus, revera præfuisse, illosque ordinasse? Archiepiscopos etiam appellari consuesse quis dubitet, cum Basilium magnum non aliter nominari videat, & Basilio alteri Ephesino Archiepiscopi titulum in Synodi viii. subscriptionibus adscriptum legat? Exarchos igitur & primas Novella ista primæ Justinianæ Antistes constitutus est, non Patriarcha. Quod si institutus olim fuisset, quo tempore Patriarchas vocabant etiam Exarchos & primates, tum Patriarcham illum dicere licuisset. postquam autem ad primarum, ut dixi, quinque sedium Episcopos id nomen redactum est, Patriarcha præter hos nisi improprie dici nullus potuit. Quæso te, Salmasi, potesne ex omni memoria auctorem ullum proferre, qui primæ Justinianæ Episcopum Patriarcham appellarit? Nam Justinianus quidem, ut vides, Novella xi. & cxxxi. quibus locis illius meminit, non ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην, ut Patriarchas solet, sed ἀρχιεπίσκοπον simpliciter vocat. Georgius vero Codinus a Patriarchis apertissime distinguit. Cum enim exposuisset, quo ritu fiant Patriarchæ Const. ad eundem modum promoveri subjicit ceteros Patriarchas, tum etiam Archiepiscopum Justinianæ. ὁμοίως καὶ ἀπαραλλάκτως γίνεται καὶ ἡ ἑτέρων πατριαρχῶν ποίησις, τῆς Ἀλεξανδρείας, τῆς Ἀντιοχείας, καὶ τῶν Ἱεροσολύμων. ἀλλὰ δὲ καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς. Certe quem a Patriarchis sejungit, Patriarcharum utique numero non habet. Quem ergo Patriarcham veterum nemo censuit, hunc tu pro vero ac legitimo Patriarcha cur obtrudis? Cur etiam Carthaginiensem? Nam cum Carthaginis, ac primæ Justinianæ Episcoparum par ea-

demque, ut Novella CXXXI. docet, sit ratio, quibus argumentis ex Patriarcharum albo Justinianensem expunximus, iisdem arceri Carthaginiensem necesse est. Patriarcha, inquis, [Pag. 428.] „fuit Africanæ diœceseos, & si in Græcia fuisset, sine dubio ita appellatus fuisset. Quid „enim? Patriarchæ videlicet in Occidente nulli „fuerunt, ut hoc illi nomen, nisi migraret in Græciam, tribui non posset? Ego vero, ut Patriarchæ in Gallia primates quidam habiti sunt, sic in Africa (ubi & Vandalorum Episcopos id nomen usurpasse testis est Victor Uticensis lib. II.) quin Patriarcha etiam dici merito potuerit Episcopus Carthaginiensis, non ambigo: sed ita ut tertii Episcoporum ordinis Patriarcha esset, id est primas, non quarti. Ceterum postquam Patriarcharum nomen ad quinque principes Archiepiscopos, qui quartum ordinem constituebant, præcipuo ut audisti, jure translatum est; exinde locus illi inter Patriarchas ne apud Græcos quidem esse potuit: non magis quam Cæsariensi, vel Ephesino, vel ceteris Exarchis Græcorum; inter quos proinde, velut ordinis ejusdem, in Synodo V. generali per legatum sedit, subscripsitque Primosus Episcopus primas Carthaginiensis. Et hunc igitur eximas licet de laterculo Patriarcharum. De Trinoviensi autem, quem Bulgariæ patriarcham postremis sæculis factum jactas, bona fide quid censes? Patriarchamne Justiniani calculo futurum, qui ne primæ quidem Justinianæ Archiepiscopo, cujus ex diœcesi Trinoviensis postea decerpta est, Patriarchæ nomen impertiendum judicarit? Qualem vero hunc Patriarcham dici conveniat? aut qui posse ejusdem ordinis cum Constantinopolitano videri, quem constat in Andronici junioris προκαθεδρίας, cujus ante meminimus, inter Metropolitas sedi Const. subjectos sexagesimo quinto loco recenseri? Ὁ Τορνόβου, inquit, πάσης Βουλγαρίας, καὶ νῦν ἐπέχει τὴν τάξιν. ἀρχιεπισκοπὴ τὸ πάλαι ποτέ, καὶ εἰς μητρόπολιν ἐτιμήθη. Quafrustra huic etiam inter veteres Patriarchas locum quæris. frustra & Cypriorum novæ Justinianopolis Episcopo. quem quidem nec Patriarchæ nomen unquam gessisse probas: nec probare potes Synodum Trullanam, cum Hellesponti provinciam Cypri loco illi concessit canone XXXIX. plus ei tribuere voluisse, quam ab Ephesina fuerat concessum. nempe ne quemadmodum in Cypro Insula sui juris erat, & a Synodi suæ Episcopis ordinabatur: ita deinceps ab Hellesponti Episcopis ordinaretur, ordinaretque ipse, & subjectos haberet, tum ceteros ejus provinciæ Episcopos, tum Cyzicenum metropolitam, qui ordinari ab Episcopo Const. solebat. quod in canone est, τὸ δίκαιον ἔχειν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Horum porro nihil est, ut jam dixi, quod Exarchorum modum excedat, nihil quod Patriarchis æquare, aut pares facere queat. Propterea & in Synodo Calchedonensi, quæ πρωΐμως Ephesinum proxime secuta est, Olympius Constantiæ Cypri metropolis Episcopus non inter Patriarchas, ac ne inter Exarchos quidem, sed in media metropolitarum turba subscripsit: & post Trullanam, in Synodo VII. generali Constantinus ejusdem sedis Antistes, honestiore quidem loco, verum inter Exarchos tantum, hoc est infra Patriarchas, post Cæsariensem & Ephesinum consedit.

Sed quid opus erat, ut novos istos Patriarchas tuos retunderem, de unoquoque sigillatim responderi, cum a Justiniano Imp. uno omnes elogio summoveantur? Justinianus enim, quod ex Adventoria nostra iterandum est, quinque omnino, nec his plures Patriarchas fuisse docet Novella CXXIII. Audi, & mentem adhibe, Salmasi. Unus hic locus, non solum tuos, sed reliquos etiam, si qui fingi præterea possunt, ejusdem notæ Pariarchas omnes confodiet. Κελεύομεν, ait τοὺς μακαριωτάτους ἀρχιεπισκόπους καὶ πατριάρχας, τουτέστι τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, καὶ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Ἀλεξανδρείας, καὶ Θεουπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων ἐν τῇ αὐτῶν χειροτονίᾳ ταῦτα μόνα παρέχειν, ἅπερ ἡ συνήθεια γνωρίζει. *Jubemus ut beatissimi Archiepiscopi & Patriarchæ, hoc est senioris Romæ, Constantinopolis, Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymarum, in ordinatione sua ea solum præbeant, quæ præberi mos est.* Audisti, quos in Patriarcharum censum referet? ubi tui illi primæ Justinianæ, Carthaginis, Cypri, & Bulgariæ Patriarchæ? an obscure a Justiniano excluduntur? [Pag. 421.] Quid enim habes, quo tanti ponderis auctoritatem eludas? Negas ab illo quinque tantum Patriarchas dici: sed quinque præcipuos hic nominari, ut de his intelligi notum esset. Non dubito, quin admirabiles tibi plausus apud laudatores tuos excitarit tam solers, & tam acuta responsio. At vereor, ne qui vel mediocri sunt judicio, stupiditatem potius tantam, erroremque derideant. Etenim cum de omnium Episcoporum enthroniasticis, cujusmodi ea in singulorum ordinationibus esse debeant, universe lex sanciat, Episcoporumque gradus tres omnino ita distinguat, Patriarchas, metropolitas, & Episcopos; ut metropolitas rursus duplices faciat, quorum alii a propria Synodo, ὑπὸ τῆς ἰδίας συνόδου, alii a Patriarchis ordinentur: quis non intelligat, hinc consequi necessario, ut primæ Justinianæ Episcopum, & ceteros dicamus, vel lege illa, quod perridiculum est, non comprehendi: vel cum inter Patriarchas non numerentur, Metropolitarum, qui a Synodis suis ordinentur, numero & ordine contineri? Aut ab his ergo nega præberi enthroniastica solere, aut quo illos Justinianus loco statuat recognosce. Nam si Patriarchas alios notat, cur Patriarchæ nomen de his quinque tantum exposuit? cur notam, quæ referri ad alios posset, nullam adjecit? Sed plures ille nimirum hoc loco, non intellexit. ceteros enim, quos tu Patriarchas vocas, ipse metropolitas appellavit: atque hoc nomine generatim, ut mos erat, complexus est non eos solum qui singulis, sed qui multis etiam provinciis præessent, hoc est Exarchos & primates: quoniam hi quoque revera metropolitæ diœcesium erant, sicut illi provinciarum. Quanquam autem, ut tu Exarchos a provinciarum metropolitis, tametsi metropolitæ utrique dicantur, facile distinguis, & diversos Episcoporum gradus esse non dubitas: sic nobis eosdem a summis illis Patriarchis, si commune cum illis nomen gerant, facile sit secernere, suoque singulos ordini adscribere: nihil ut ad causam, quo minus quatuor Episcoporum sint gradus, magnopere possit, utrumvis dici placeat, officere. Quanquam hæc, inquam, ita se habeant: tibi tamen, si verum amas, hoc devorandum est, ut Patriarchas fateare

Justiniano quinque duntaxat, neque his plures
in Ecclesia tum Latina, tum Græca veros ac
legitimos, deincepsnumeratos vel agnitos fuisse.

CAPUT VII.

De Patriarchis & Primatibus.

Pontifices Romanos Patriarchas olim sæpe appellatos. Patriarchæ unde dicti. Primates non solum primæ provinciæ præsunt, sed universæ diœcesi. Primas provincias Salmasius ridicule putas illas, quæ in Notitia Imperii primo loco numerantur. Episcopus Aquileiensis Patriarcha Italiæ non fuit, sed Venetiæ & Istriæ.

QUi modo veros Patriarchas quinque solum dici non ferebas, nunc mutata velificatione eo te convertis, ut duos tantum
proprie dictos ostendas, Alexandrinum & Antiochenum. idque mirifico & inaudito artis
Pag. 475. 476. „ tuæ arcano, id est etymologicæ. Patriarcha,
„ inquis, πατριάρχης dicitur πατρίας ἔξαρχος, id est re-
„ ctor diœcesis. Inde igitur illi duo soli metro-
„ politæ, quod diœceses integras, hoc est πατρίας
„ regerent, πατριάρχαι sunt appellati. Romanus
„ enim Episcopus, quia unius tantum provinciæ
„ metropolita fuit, Patriarcha nunquam dictus
„ fuit. Tam multa simul tam paucis verbis falsa, & inepta, & ridicula congeri potuisse quis
credat? Nam ut a postremo incipiam, qui potuit homini non librorum omnium prorsus,
vel pudoris oblito excidere, ut Pontificem Romanum, qui Patriarcha passim in Synodis, legibus, epistolis appellatur, Patriarcham nun-
Pag. 480. quam dictum affirmaret? Non vagabor latius,
ætatis unius exempla depromam. Romanus, opinor, Episcopus erat Hormisda. At Patriarcham illum in epistolis suis salutant Anastasius & Justinus Augusti. Patriarcham etiam
vocant monachi & archimandritæ Syriæ II. in libello adversus Eutychianistas edito. Patriarcham denique appellat Synodus Const. cum
de ordinatione Epiphanii Episcopi ad eundem Papam scribit. Atque horumce omnium antigrapha Hormisdæ ipsius Epistolis inserta videre est. Joannem etiam ejus nominis secundum, & Agapetum, qui Joanni successit, Romanæ sedis Antistites fuisse non negabis. An negabis autem utrumque a Justiniano partim in Codice & Novellis, partim in privatis ad illos epistolis, ἀρχιεπίσκοπον καὶ πατριάρχην appellari? Joannem præterea hunc eundem Athalaricus rex apud Cassiodorum lib. IX. epist. XV. & Patriarcharum Episcopum vocat, & Patriarchæ honore reliquis Ecclesiis præsidere testatur. Orientales vero Episcopi, qui Constantinopoli convenerant, libello quem contra Anthimum, Severum, aliosque Acephalos Agapeto Papæ obtulerunt, ut ex Menæ Synodo Actione prima liquet, hunc titulum præfixere, μακαριωτάτῳ πατρὶ πατέρων τῷ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ῥωμαίων καὶ πατριάρχῃ Ἀγαπητῷ. *Beatissimo patri patrum Archiepiscopo Romæ ac Patriarchæ Agapeto.* Hæc, Salmasi, & alia hujusmodi, quæ

A omnibus in oculos incurrunt, si legere te meminisses, qua fronte, aut qua mente dissimulasti? Adhæc Nicolaus pontifex a Bulgaris, quinam vere habendi sint Patriarchæ interrogatus cap. XCII. Romanæ sedis Antistitem primo loco respondit. domus ipsa pontificia Romæ Patriarchium dicta olim fuit, & Basilicæ quinque patriarchales. & post hæc omnia Patriarchæ nomen Romæ nunquam usurpatum credere nos jubes, quia etymi videlicet ratio non patitur, ut Patriarcha dici Papa queat, cum unius tantum provinciæ metropolita sit, non diœcesis.

Immo enimvero, πατρία, ut ais, idem est
B quod πάτρα, & πάτρα idem quod ἐπαρχία, qui Provincias, hoc est ἐπαρχίας regunt, hos veros & germanos Patriarchas censeri oportebit. Sed quam falsum est, Papæ nullam esse diœcesim, tam ineptum Patriarcham vel a provincia dici, vel a diœcesi. Patriarchis enim nomen fecit non πατρία, sed πατριὰ id est tribus & familia. Quis nescit in sacris literis, unde in Ecclesiam vox illa deducta est, eos qui tribus cujusque aut familiæ principes erant, & quos Hebræi sua lingua primos patres appellabant, a Græcis interpretibus πατριάρχας καὶ ἀρχιπατριώτας fuisse nuncupatos? Ne ambigere li-
C ceat, ipsæ nos, unde Patriarchæ nomen habeant, divinæ literæ interpretatione sua docent, I. Paralipom. IX. οἱ ἄρχοντες πατριῶν πατριάρχαι. Non ergo falluntur, nec Græce imperiti sunt, ut garris, qui Patriarcharum apud Hebræos originem a patribus repetunt: sed errorem atque inscitiam suam produnt, qui aliter sentiunt. Ad horum porro Patriarcharum exemplum Patriarchas in Ecclesia nominatos fuisse principes Episcopos quis non videt? earum in primis sedium videlicet, ex quibus ad ceteras Christiana religio & disciplina propagata est, ut Romanæ, Alexandri-
D næ, & Antiochenæ. quæ tres solæ propterea Patriarchales principio sunt habitæ: quoniam inter Ecclesias olim, cum una alteri præesset, hæc fere princeps, ut alio dicam loco, & maxima fuit ratio. Ad quam quidem si oculos intendisses, Salmasi, & te ridiculi nota fortasse, & nos ineptæ loquacitatis tædio liberasses.

Sed delirandi finem non facis. Aliud nos Pag. 478. 497.
reconditæ doctrinæ tuæ arcanum scire jubes, quod doctiores etiam viros latere ais, credo ne id hactenus ignorasse nos pudeat. Quodnam id tandem? Patriarcham diœcesis nihilo secius
E eum esse, qui provinciæ tantum primæ sit metropolitanus, tametsi in reliquas provincias juris nihil habeat, quam qui pleno & optimo jure subjectam habeat universam diœcesim. Equidem, Salmasi, primam provinciam si vocas eam, cujus metropolis caput itidem & metropolis erat diœcesis, in ea sedem habuisse Patriarcham compertum est, ut Alexandriæ in Ægyptiaca diœcesi, Antiochiæ in Orientali. Sed non adeo desipis, ut hos per totam diœcesim suo jure usos neges. Non ergo, inquis, sed alii fuerunt Patriarchæ, ut Ponticus, Asianus, & qui in Africa, vel in Gallia, qui extra primas provincias, quibus præerant, nihil juris in alios diœceseon metropolitas habuerunt. Demus nunc Patriarchas recte appellari, quos Exarchos & Primates dici æquius erat. cui persuadebis, licet alte infixum tibi

hæreat in animo, licet innumeris locis hoc ratum & constitutum esse jubeas, nihil istos juris, nihilque potestatis in reliquos metropolitas exercuisse? Jam falsum id esse ostendimus in Cæsariensi & Ephesino: in Carthaginiensi, & in Lugdunensi, atque in aliis falsum esse proxima de Primatibus dissertatio conficiet. Nec vero ubi dux ipsa est ratio, longa oratione est opus. Qui enim convenit, ut cum provinciæ metropolita, aut Primas, vel ut tibi etiam placet, Exarchus non dicatur, nisi qui provinciæ totius Episcopis re vera præsit: diœcesis Patriarcham, vel Primatem jure appellari velis metropolitam illum, qui uni tantum ejus provinciæ præsideat, in reliquas juris nihil habeat? Quia primæ, inquis, provinciæ est metropolita. Immo vero primum locum idcirco nacta est provincia, quia metropolim continebat, quam qui tenebat Antistes, idem & provinciæ caput erat, & diœcesis. Fuit nempe cum Ægyptus unica esset provincia, Africa item unica. tum Ægypti caput erat Alexandria, & Africæ Carthago. Postea in Ægypto sex factæ sunt provinciæ, totidemque in Africa. In his prima Ægypti provincia habita est, in qua Alexandria; prima Africæ, in qua Carthago. Semper enim divisis provinciis pars illa primæ honorem tulit, cui metropolis obtigit, quæ totius provinciæ ante divisionem caput erat. Ita quæ metropolis fuerat integræ provinciæ, eadem metropolis facta est totius diœcesis: & metropolitæ proinde, cui jus fuerat in Episcopos provinciæ, jus etiam fuit in Episcopos diœcesis. Et quanquam non uno eodemque omnes usi sunt modo ac jura potestatis: semper tamen, qui appellati sunt Patriarchæ, vel Primates diœceseon, præter primam provinciam, quam regebant, in aliis etiam provinciis potestatem aliquam & auctoritatem retinuerunt. & potes, Salmasi, tuum hoc arcanum tibi habere, quod frivolum & inane est.

Pag. 410. Quid quod in primarum etiam provinciarum designatione incredibiliter hallucinaris? Nam primas regionum provincias vis illas dici, non in quibus sitæ sunt metropoles, sed quæ in Notitia Imperii primo loco recensentur. atque hoc argumento Aquileiensem Episcopum totius Italiæ Patriarcham fuisse doces, quod metropolita fuerit Venetiæ & Istriæ, quæ prima inter provincias Italiæ in Notitia numeratur. Nec vides quam absurda ex his, quamque omnium eruditorum auribus indigna consequantur. Etenim si primæ provinciæ illæ sunt quas dicis, & Patriarchæ aut primates diœcesium qui has regunt; jam Ægypti Patriarcha erit, non Alexandrinus Archiepiscopus, sed Berenicensis, Libyæ superioris, quam Notitia primam inter Ægypti provincias nominat, Metropolita. eandemque ob causam Orientis quoque Patriarcha erit, non Antiochenus, sed primæ Palæstinæ metropolitanus: & Ponticæ diœcesis Exarchus, non Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, sed Nicomediensis in Bithynia: & Macedonicæ non Thessalonicensis, sed Corinthius in Achaia. Denique pro veris & legitimis, novi passim & ad hunc diem inauditi exurgent Patriarchæ & Primates Salmasiani.

Jam vero Venetiam & Istriam, quæ in Augusti descriptione, ut Plinius refert, decima, id est penultima Italiæ regio est constituta; quonam suo merito, cujusve suffragio sic evectam putas, ut inter Italiæ provincias XVII. prima tandem censeretur? Quanam rursum ejus culpa vel infortunio factum dices, ut quæ primum, ut suspicaris, locum Notitiæ beneficio adepta fuerat, inde postea in altera Italiæ provinciarum descriptione, quam ut posteriorem, si recordaris, Notitia via fuisse, deturbata sit, atque in septimum locum rejecta? Septimo enim tantum gradu, post Campaniam, post Tusciam & Umbriam, post Æmiliam, Flaminiam, Picenum, Liguriam, Venetia demum cum Istria in illa descriptione collocatur. Quam te in partem hic vertes, Salmasi? Certe cum decima Italiæ regio, cum septima erat provincia, prima non erat. Aut mutasse igitur sedes & ordinem provinciam istam dicere aude, aut ad id quod instirueras præsidii nihil esse in Notitia confitere. Sed tanti nimirum erat, Italiæ Primatem & Patriarcham imponere: ut quos Romano titulos immerito detraxeras, his Aquileiensem, vix Italici nominis Antistitem, quem *ἐν Ἰλλυρικῷ*, *in Illyrico* Basilius epistola CCCXXIV. in provincia Dalmatiæ Synodus I. Arelatensis locat, jure vel injuria exornares. Nos vero quin Italiæ adnumeretur Episcopis, & Patriarchæ nomen aliquando gesserit, non abnuimus. Hunc etiam honoris titulum, quem Aquileienses per schisma primum, quod trium capitulorum Synodi Calchedonensis occasione fecerant, cum se ab Ecclesiæ summo capite subduxissent, & αὐτοκέφαλοι sibi ipsi facti essent, temere usurparant; posthæc etiam a Pontificibus & Synodis, cum in Sedis Apostolicæ gratiam rediissent, non Aquileiensibus modo, sed aliis etiam qui ab illis prodierant, ut Gradensibus, concessum studio pacis, aut relictum fuisse non ignoramus. Sed quod Aquileiensem Episcopum, non Venetiæ & Istriæ, ut mos est, sed Italiæ Patriarcham videri vis; hoc iis persuaderi fortasse queat, quibus fidem illa faciant, quæ in Mantuana olim Synodo jactasse clerici Aquileienses feruntur, cum civitatem suam caput & primam esse totius Italiæ dicerent, & Hermagoram a B. Petro πρῶτον Italiæ pontificem constitutum: nobis, quibus exploratum est, Aquileienses Episcopos, tum etiam, cum se pro Patriarchis gerere cœperunt, nihil sibi, quod Mauritii quoque ad Gregorium magnum epistola declarat, extra Istrienses provincias arrogasse; quoniam suos cuique fines adscribi placet, Venetiæ & Istriæ, vel Aquileiæ Patriarchas illos dicere certum est, non Italiæ.

CA-

CAPUT VIII.

De Primatibus Occidentis.

Salmasius seipsum imprudens carpit. Proprie dici & κατ' ἐξοχὴν. Ejusdem κρύψις deprehensa. Mediolanensis Primas non fuit. Primas Carthaginiensis totius Africæ curam gessit. Primates item Hispaniæ & Galliæ integras diœceses administrarunt. De Lugdunensi & Bituricensi.

Pag. 523. TAnta tibi aliena insectandi & exagitandi est libido, Salmasi, tamque præceps & cæca, ut dum aliis non parcis, in teipsum desævias. Scripseram in Adventoria, θρόνους sive sedes proprie & κατ' ἐξοχὴν dictas fuisse quinque sedes Patriarcharum. Hic quia quod carperes non habebas, ad Censuram regrederis. in eaque quoniam easdem sedes proprie dictas simpliciter appellaram, grande admissum facinus increpas: & quasi nos tantæ stupiditatis suppuduisset, idcirco in Adventoria, ut nos culpa liberaremus, κατ' ἐξοχὴν addidisse, quod proprie sedes dici, quæ sunt quinque Patriarcharum non possint, ne ceterorum Antistitum improprie dici sedes videantur. Itaque verbi unius invidia nos traducis. hæc enim tota est criminatio. Propterea qui scire aliquid tibi antea videbamur, tanquam si hoc in uno eruditionis & doctrinæ positæ opes essent, nunc indocti tuo judicio sumus: neque indocti modo, sed pertinaces, impudentes, parum ingenui, parum ingeniosi, & quicquid Salmasianæ tibi facundiæ copia suggessit. Age vero, Criticorum subtilissime, si imperiti, si pertinaces, si nullo sunt ingenio, qui sedes proprie dictas volunt, te qui Italiæ partem, in qua Gallia
Pag. 154. olim togata erat, Italiam *proprie ac peculiariter* appellaram; atque iterum Patriarchas quinque propter præcellentem dignitatem *proprie*
Pag. 541. Patriarchas vocatos scripsisti, an non bis indoctum, bis pertinacem, & dignum qui cetera omnia bis audias, quæ in nos effudisti, videri oportebit? atque hoc etiam nomine commiserandum, quod temere ea culpas, quæ admittis, & φρενιτικῶν, vel potius μανικῶν more, in ferrum ipse, quo alios petebas, incumbis? Nam si vitiosa non est oratio, qua ipse usus es, cur reprehendis? si vitiosa, cur posthæc iterum usurpas? Ceterum quid absurdi habet illa oratio, quæ proprie id dici docet, quod κατ' ἐξοχὴν dicatur; cujus nos, ut inaniter fin-
Pag. 529. gis, cœperit postea suppudere? Aliud est, inquis, proprie aliquid dici, aliud κατ' ἐξοχὴν. Immo vero ἐξοχὴ ipsa hoc facit, ut quod multis commune nomen erat, id uni præcipue, vel paucis, velut proprium tribuatur. Ita enim cum multæ urbes essent, & multi poetæ, præstantissimæ urbis, & præstantissimi poetæ dignitas fecit, ut proprie & peculiariter urbs Roma, poeta Virgilius intelligatur. eodemque modo inter Ecclesiasticas sedes, quæ plurimæ fuerunt, supremarumque quinque nobilitas obtinuit, ut eæ sedes proprie ac simpliciter sint dictæ. Neque tamen adeo bardi sumus, ut se-

A des alias, vel urbes improprie, id est ἀκύρως, propterea dici arbitremur: quoniam nec tu, opinor, etsi miris modis sæpe deliras, tam amens fuisti, ut cum quinque Patriarchas proprie appellatos diceres, & Italiæ partem Italiam proprie ac peculiariter nuncupatam, ex eo sequi crederes, ut reliquam Italiam, & ceteros Patriarchas tuos nomina sua nisi improprie retinere non posse existimares. Sciebas enim, aut scire te certe oportebat, proprium aliter accipi, cum ei τὸ ἄκυρον opponitur: aliter cum ab eo τὸ κοινὸν distinguitur: quo sensu proprium sibi, quod commune erat, nomen faciant ea, quæ κατ' ἐξοχὴν dicuntur.

Sed tricarum istiusmodi, & λεπτολογημάτων
B tuorum jam satis. ad Primates veniamus. Vin ergo, Salmasi, quoniam de sedibus fidem meam absolui, de Primatibus quemadmodum tuam liberes, exploremus? Dixeram ego tibi, quandoquidem inter nos constabat Primates eos dici, qui pluribus provinciis præessent, male abs te Mediolanensem Episcopum, qui uni tantum Ecclesiasticæ provinciæ præest, inter Primates numerari. Quid respondes? Primatem, " Pag. 544.
inquis, vocavi, qua notione primates metro- "
politani omnes dicti, qui suarum scilicet pro- "
vinciarum primates sunt. Præclarum nempe, "
C atque ingenio tuo congruens effugium? sic enim & in Exarchorum antea nomine ludificari conatus es. Quasi dubium aut incertum tibi fuerit, quosnam Primates intelligeremus: ac non ipsemet in Epistola testatus sis de Primatibus iis agi, qui Primates & Exarchi erant diœceseon, hoc est plurium provinciarum. Sed tamen, cum primates interdum etiam dici soleant metropolitæ singularum provinciarum; quod hoc sensu Mediolanensem a te primatem appellatum causaris, quanquam alienum a re id esset. tamen ad defensionem tuam aliquid esset, si verum esset. Nunc vero, cum ex ip-
D sis Epistolæ tuæ verbis pag. xx.v. & lxxv. liqueat, te id egisse, ut Episcopum Mediolanensem Italiæ diœcesi præfuisse doceres, atque in hac ejus diœcesi plures provincias fuisse, sive civilem administrationem spectemus, sive Ecclesiasticam: cumque orationem tuam ita concluseris, SIC EPISCOPUS MEDIOLANENSIS REVERA PRIMAS FUIT, REVERA PATRIARCHA: qua fronte, quo ore affirmare potes, te Mediolanensem Episcopum provinciæ suæ primatem tantum dixisse, non diœceseos? Quem tam putidæ, tam apertæ vanitatis non pudeat, quem hujusmodi fraudes, fallaciæ,
E mendacia delectent, huic tu quod voles, Salmasi, nomen imponas licet: ego ingenuum, aut pudentem, aut veracem dicere non possim.

Non minus ridicula, nec minus pudenda est Pag. 554.
altera sententiæ nostræ fraudulenta interpretatio, cum vafro & callido commento, ut haberes quo maledicta rursum conjiceres, finxisti negare me singularum provinciarum metropolitas primates dici posse, aut unquam dictos esse. Ubinam vero id a me negatum est; aut quæ usquam fuit inter nos de hoc capite controversia? Recita, & expende quæ scripsi. illa, inquam, ipsa verba nostra quæ produxisti, ex quibus ita nos sentire comprolasti. Hæc enim sunt, opinor. *Nos enim, ne ad scopulos istos tecum hæreamus, facile providemus, qui primates in Ecclesia eos esse & dici posse censemus,*

qui multas sibi non civiles, sed Ecclesiasticas provincias subditas habeant. Dic nunc sodes, quinam hi primates de quibus agebatur? an non tertii ordinis Episcopi, primates scilicet diœcesis, id est multarum provinciarum? Quinam porro scopuli, quos vitandos monebamus? Ne multas provincias, non Ecclesiasticas, ut par est, sed civiles interpretaremur. Fieri enim posse, ut in una Ecclesiastica civiles fiat multæ, aut contra, civili unica Ecclesiasticæ plures contineantur. Quamobrem & falsum Conjectorem tuum in Censura ostenderam, qui pro numero suburbicariarum Episcopo Romano diœcesim quatuor provinciarum intra urbis centesimum constituerat: & te, qui Mediolanensem Episcopum primatem diœcesis & Patriarcham feceras, ad eundem scopulum hæsisse Adventoria nostra docuit: quia Mediolanensis non diœcesi, sed provinciæ uni tantum Ecclesiasticæ præfuit, licet illa per multas civiles sparsa provincias esset. Quid ais nunc, Salmasi? an te primates diœcesium quinam dici possint aut debeant qui docet, is propterea ullos negare esse primates provinciarum? an culpam, qua vera & certa tenebatis, evadere non poteras, nisi alteri falsam inferres? Languebant videlicet lumina orationis tuæ, nisi esset in quem invehi & debacchari liceret. Quem enim [illegible], & [illegible], & stabulum impudentiæ appellares? quem istis, inquam, atque hoc genus innumeris, quæ scurræ & sanniones nisi exhausto pudore non solent, modestiæ, urbanitatisque tuæ insignibus ornares? Perierat deinde tota illa de Primatum & exarchorum etymi notatione toties jam insusurrata cantilena, nisi hac arte faceres, ut non gratis omnino, neque [illegible] hoc loco infercisse videare. Quare mentiendum etiam fuit, aliquid nos in Africæ primatibus errasse, ut de his similiter quicquid in Adversariis erat, effunderes.

Sed ego te, Salmasi, Primates Africæ quid fuerint, hactenus ignorasse mox docebo. Sustine tantisper, dum de Primatibus diœceseon, de quibus nostra est concertatio, id refellam, quod adstruere multis locis conatus es, illos extra primam suam provinciam, cujus erant metropolitæ, per ceteras diœcesis provincias nihil juris, nihilque potestatis habuisse. Hoc enim cum in Exarchis Græcorum, de quibus idem affirmabas, falsum esse Cæsariensis atque Ephesini exemplis ostenderem, idem me de Primatibus nostris, qui Exarchis illis respondent, demonstraturum hoc loco recepi. Quid autem facilius, quam ex Africæ, Hispaniæ, Galliæ primatibus id probare? *Pag. 484.*

In Africa, ut hinc exordiar, unica fuit diœcesis: unus proinde totius Africæ primas Episcopus Carthaginiensis. Quis nescit Episcopum Carthaginiensem præter provinciam suam proconsularem, cui speciatim præfuit, cunctarum simul in Africa Ecclesiarum, ut Aurelius in Concilio Carthagin. III. can. XLV. de se testatur, curam sustinuisse? Ille non solum plenariis Africæ Conciliis omnibus præsidebat, eaque nutu & arbitrio suo moderabatur: sed literas etiam, quæ de Conciliis dandæ erant vel ad Imperatores, vel ad judices quoscumque, omnium fere nomine dictabat, eisque solus subscribebat, ut ex Africano Concilio intelligi licet can. LII. LVIII. LX. LXXIII. Idem Africanas provincias omnes visitabat, Synodi Afric. can. XIX. Illi etiam pro desiderio cujusque Ecclesiæ, ut est in eodem canone Concilii Carthaginiensis, jus semper & fas fuit, undecumque vellet Episcopum, quem illa postularet, tametsi alterius Episcopi clericus esset qui postulabatur, constituere & ordinare. Ordinabat autem, dum singulis Ecclesiis prospicit, tam frequenter, ut nulla pene dies Dominica, quod Aurelius idem canone XXXIX. commemorat, ab Episcoporum ordinationibus Carthagine vacua esset. Quid quod Valerius Episcopus Hipponensis, ut Augustinum sibi collegam adsciscere liceret, primatis Carthaginiensis auctoritatem interponendam judicavit! *Egit*, ut Possidius in ejus vita narrat, *secretis literis apud primatem Episcopum sedis Carthaginiensis, allegans imbecillitatem corporis sui, ætatisque gravitatem, & obsecrans, ut Hipponensi Ecclesiæ ordinaretur Episcopus, qui suæ cathedræ non jam succederet, sed consacerdos accederet, Augustinus. Quæ igitur beatus Valerius optavit & rogavit, satagens rescriptis impetravit*. Unum hoc testimonium, ut cetera desint, errorem tuum jugulat, Salmasi. Nam si Episcopo Carthaginis extra provinciam in alios Episcopos jus nullum fuit, nullaque potestas; quid attinebat de ordinando in provincia Numidia Episcopo ad illum referri? Cui autem Episcopos quoslibet, ut audisti, per universam Africam ordinare licuit, nullamne illum habuisse dices extra provinciam suam Episcopos ordinandi facultatem? Neque vero hæc ille privilegia Justiniano debuit, quod nugaris: sed multo ante, ut vides, sedis suæ prærogativa semper habuit.

Jam igitur Primatis sui præjudicio te Africa condemnat. Quid Hispania? An dubium cuiquam esse potest de Primatum jure quid senserint Hispani, post Ervigii regis edictum: qui, ut proditum est a Luca Tudensi, *Romani Pontificis assensu statuit, ut nullus Archiepiscopus Hispaniarum subderetur alicui Primati, nisi Romano*? Prorsus enim, qui e potestate Primatis exemptos se cupiebant metropolitani, non inanem in Primate honoris titulum, nec solam primæ sedis [illegible], sed justam aliquam legitimamque in subditos metropolitanos potestatem agnoscebant. Itaque Hispanorum etiam te suffragia confutant. *Pag. 433.*

Reliquum est ut de Galliæ primatibus inquiramus. In quo mirum est hospitem te adeo & peregrinum in patria tua esse, ut hos etiam credas omni extra provinciam suam auctoritate caruisse. Ridebunt enim te vel pueri Lugdunenses, qui in urbe sua Primatis tribunal vident, ad quod dirimuntur ex subjectis provinciis allatæ controversiæ. Explodent paulo eruditiores, allegabuntque ad Gregorii VII. epistolam libri VI. XXXV. in qua Primates institutos docet, ut ad illos injuste oppressi confugiant, eosque appellent, ab iisque Episcoporum causæ, & summorum negotiorum judicia terminentur. tum deinde Rotomagensem, Turonensem, & Senonensem metropolitanos hortatur, ut Lugdunensi primati suo eum honorem & reverentiam exhibeant, quem ipsi sibi a suffraganeis suis exhiberi velint. Proferent etiam, quibus eas nancisci contigerit, Gebuini primatis Lugdunensis literas ad Rodulfum Turonensem metropolitam, Eusebium Andegavensem Episcopum, & Abbates ejusdem provin-

ciæ octo scriptas. in quibus, collaudata illorum erga Lugdunensem Ecclesiam, matrem, ut ipsi appellarant, & dominam suam observantia, de L. monacho, qui Culturensis cœnobii, legitimo Abbate pulso, Abbatem se fecerat, respondens, primatisque auctoritate decernens, sic statuit, ut incubatorem illum, eique adhærentes monachos anathemate percelli, Ernaldum vero Cenomanensem Episcopum, qui eum consecrarat, ab Episcopali officio confestim suspendi jubeat. Atque ut Bituricensis quoque Aquitaniæ primatis non dispatem fuisse rationem intelligas, proferent ad extremum, tum alia hujus Ecclesiæ vetera monimenta, tum Simonis Archiepiscopi, qui ante ccc.. fere annos, id est paulo antequam se Burdegalenses subducerent, sedem illam rexit, integra, quæ adhuc extant, Itineraria & diaria. quæ te Aquitaniam II. ab illo primatis jure perlustratam, omniaque in ea, quæ Primates solent, administrata fuisse perdoceant. Quid nunc censes, Salmasi? an hæc Lugdunenses aut Bituricenses primates extra primas provincias juris in aliis nihil habuisse demonstrant? Judiciorum appellationes, provinciarum visitationes, animadversio in reos, imperata metropolitanis obedientia, & præstita, nudumne & re ac potestate vacuum Primatum honorem indicant, an eos potius qui hoc sibi persuadeant, judicio sensuque omni vacuos esse declarant?

CAPUT IX.

De Primatibus provinciarum Africæ.

Salmasi calumnia depulsa. Prima sedes in Africa non idem quod metropolis. Primas provinciæ, non metropolis Episcopus, sed qui promotione antiquissimus. Inde vulgo SENES *appellati. Canones aliquot, & Augustinus duobus locis explicatus. Donatistæ a primatu Gregorii magni decreto exclusi.*

SI quoties nos falso insimulas, Salmasi, toties impacta capiti tuo litera illa foret, qua tui similes olim causidici plectebantur, excipiendis calumniæ tuæ notis non modo frons, sed tota jam quanta est membrorum omnium cutis impar esset. Cum vero fucorum hujusmodi plena in Eucharistico tuo sint omnia: tum certe luculentissima fraus illa est, qua fingis negare me primates in Africa dictos, qui singulis provinciis præsiderent. Tu enim, ni fallor, cum in Epistola tua primatum notionem hanc solam Africæ notam dixisses; ego contra præter singularum provinciarum primates, omnium Africæ provinciarum caput & primatem fuisse docui Episcopum Carthaginiensem. Tum inde conclusi, *falsam esse quod scripseras, primates apud Afros secundi tantum ordinis Episcoporum gradum fuisse, non etiam tertii*. Est ne in his verbis meis, quibus nunc abuti conaris, unde suspicari liceat, solum Carthaginiensem Episcopum sententia mea primatem in Africa fuisse appellatum? Nam hoc quidem perinde est, ut si, cum te malevolus quispiam non cavillatorem modo, verum etiam calumniatorem diceret, ab hoc te cavillatorem dictum negares. Fuerunt ergo in Africa primates provinciarum, quod nunquam inficiati sumus. fuit & primas totius Africanæ diœcesis, quem ipse inficiari & ignorare videbaris.

Pag. 569. 574. &c.

Pag. 589.

Quid si nunc etiam Primates isti provinciarum, de quibus tam multa incassum solita loquacitate profudisti, quinam in Africa fuerint, nescire te prorsus ostendero, quam vicem reddes? aut quam habiturus es gratiam? Sic enim persuasum tibi esse video, ut primas sedes in Africa credas fuisse metropoles provinciarum; & primates, metropoleon Episcopos. Atqui utrumque est falsissimum. Etenim si prima sedes idem est quod metropolis, quid est quod in Synodo Africana cap. LIII. apertissime distinguuntur? *Deinde*, inquit, *placuit omnibus Episcopis, qui in hoc Concilio subscripserunt, ut matricula & archivus Numidiæ & apud primam sedem sit, & in metropoli, id est Constantina*. Quin provinciæ Numidiæ metropolis fuerit Constantina, hoc est, ut Augustinus epist. LXV. significat, Cirtensis civitas, nulla est dubitatio. At in Numidia primæ sedis Episcopos non semper illos fuisse, qui Episcopi erant Cirtenses, hinc patet, quod primatum Numidiæ egisse reperiuntur aliarum quoque sedium Episcopi, ut Secundus Tigisitanus, qui Cirtensi Concilio adversus Cæcilianum præsedit, ut est apud Augustinum libro III. contra Cresconium cap. XXVII. & multis aliis locis. ut Megalius Calamensis, qui, Possidio teste*, primas Numidiæ tum erat, cum a Valerio cooptatus est Augustinus. ut Xantippus Tagosensis, cujus ut Episcopi primæ sedis Numidiæ crebra est in Synodo Africana mentio, & apud eundem Augustinum in epistola CCXVII. & CCXXXVI. Fuerunt autem, ut ex antiquis tabulis patet, Tigisis, Calama, & Tagosa, Numidiæ urbes a Cirta metropoli diversæ. Quare aliud erat in Africa prima sedes, aliud metropolis; aliud primas, seu primæ sedis Episcopus, aliud metropolitanus: & falli eos certum est, qui utraque confundunt. Nobis etsi aliquando excidit, ut primæ sedis Episcopos metropolitanos tecum vocasemus: nunquam tamen in hoc errore fuimus, ut tecum eosdem esse arbitraremur. In Africa enim primæ sedes dicebantur, non metropoles provinciarum, sed eæ in quibus Episcopi sedebant promotione inter collegas antiquissimi: & primates, seu primæ sedis Episcopi, non qui in metropoli, sed qui ceteris Episcopis provinciæ ordinationis, episcopatusque ætate anteibant, οἱ κατὰ τὴν τάξιν τῆς χειροτονίας πρωτεύοντες, ut loquitur Justinianus Cod. de Episcopali audientia L. XXIX. Hoc igitur inter primates Africæ, & metropolitanos aliarum gentium erat discrimen, quod metropolitanos metropoles ipsæ faciebant: at primas sedes Episcopi constituebant. metropoles fixæ & statæ semper erant: primæ autem sedes desultoriæ quodammodo, & nunquam eædem, sed nunc hæ, nunc illæ. metropolitani deoique deligebantur, primates ordine succedebant. Ceterum quæ apud alios jura & privilegia erant metropolitanorum, eadem in Africa primarum. Synodis præsidebant, Episcopos ordinabant,

* Augustinus etiam in Breviculo collat. diei terriæ. *manu Sirmondi*.

suam quisque provinciam de more administrabant. Sed neque metropoleon Episcopi erant, nisi antiquitatis prærogativa accederet: neque metropolitani vocabantur. Ideo recte a Photio in Nomocanone distinguuntur: περὶ Πατριαρχῶν, καὶ μητροπολιτῶν, καὶ τῶν λεγομένων ἐν Ἀφρικῇ Πριμάτων. *De Patriarchis, & Metropolitis, & iis qui dicuntur in Africa Primates.* Tua vero hic duplex hallucinatio. tum illa quam dixi, quod primates metropoleon Episcopos putas fuisse: tum altera non minus ridicula, qua Carthaginiensem Episcopum primates suæ diœcesis nunquam ordinasse mirabaris. Primates enim Africæ, ut audisti, non ordinabantur: sed cujuscumque sedis ordinati fuissent Episcopi, primates tum fiebant, & illorum primæ sedes dicebantur, cum promotionis ætate cœperant esse antiquissimi.

Pag. 352.

Quod quidem quoniam nisi provecta & affecta jam ætate non assequebantur, eo factum, quod tua etiam animadversione dignum est, ut SENES passim appellentur, atque in Conciliis Africanis, epistolisque, idem fere sit senex Episcopus, & Primas. Sic enim in Concilio Carthaginiensi, quod Theodosio Aug. & Rumorido Coss. celebratum est, cujus acta in synodo Africana cap. LVII. recitantur, sanctus senex Xantippus nominatur, qui, ut ex cap. LIX. liquet, Episcopus erat primæ sedis Numidiæ, & sanctus senex Donatianus primas Provinciæ Byzacenæ, in eadem Synodo Africana cap. XCIV. & Silvanus senex in epistola Concilii Cirtensis ad Donatistas, apud Augustinum epist. CLII. & in rescripto Innocentii Papæ ad Synodum Milevitanam: *Innocentius Silvano seni, Valentino, & ceteris qui in Milevitana Synodo interfuerunt.* Silvanum autem Numidiæ primatem fuisse constat, eoque mortuo Valentinum: qui ut Silvano tum ordine proximus erat, ita eidem mox successit, & primæ sedis provinciæ Numidiæ Episcopus appellatur in Synodo Africana, & in ejusdem Synodi epistola ad Bonifacium, Bonifaciique ad Synodum rescripto. Eodemque modo senex Innocentius, cujus est mentio in cap. LXIV. Synodi Africanæ, primas fuit Mauritaniæ Cæsariensis: & senex Muzonius, qui Synodicæ Concilii Byzaceni subscribit, primas provinciæ Byzacenæ. Soli Episcopo Carthaginiensi senis nomen non addebatur, quia ejus dignitas & πρωτεδρία loco adstricta erat, non ætati: in ceteris omnibus ordinationis antiquitas spectabatur. Quare quo quisque antiquior in provincia Episcopus erat, eo primatui vicinior: ille demum Primas, qui omnium antiquissimus.

Atque hoc sane, si mihi cum facili placidoque ingenio res esset, satis superque ex iis quæ dicta sunt confirmatum videretur. Sed quia cum eo est negotium, qui multa nescire malis, quam aliquid a nobis discere, πληροφορίας χάριν geminum Augustini locum adjiciam. Scribit enim epistola CCLXI. Priscum Episcopum pro culpis quibusdam ea pœna mulctatum, ut Episcopatum quidem retineret, ad primatum vero conscendere non posset. *Clamet, inquit, Priscus provinciæ Cæsariensis Episcopus. Aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit, aut Episcopatus mihi remanere non debuit.* An poterat significantius testari, Episcopis omnibus ad primatum, ad quem suo loco & ordine pervenirent, aditum patuisse; nec excludi quenquam, nisi cui imposita pœna fuisset, a primatu solere? Sed multo illustrior, & qui solus ad fidem faciendam vel Salmasio sufficiat, alter est locus Epistolæ CCXVII. qua doces de primatu Numidiæ certatum inter duos Episcopos fuisse, Xantippum & Victorinum, cum uterque primatem se esse diceret. Ab eorum igitur altero cum tractoriam epistolam, qua Concilium provinciæ indicebat, accepisset, quid rescripserit Augustinus, ipsius verbia audiamus.

Domino beatissimo & venerabili patri & consacerdoti VICTORINO AUGUSTINUS *in Domino salutem.*

Tractoria ad me V. Idus Novembris venit jam finito die, & me valde indispositum invenit, ut occurrere omnino non possem. & post alia. *Praterea venerabilis frater & collega noster Xantippus Tagosensis dicit ad eum primatus ipse contingat, & erga plurimos se habetur, & tales mittit epistolas.* Item post alia. *Unde peto beatitudinem tuam ut mihi ignoscat. & prima instare digneris, ut inter tuam sanctimoniam & senem Xantippum concorditer constet, quis vestrum debeat convocare Concilium. aut certe, quod salubrius esse arbitror, sine cujusquam præjudicio ambo convocare collegas nostros, eos maxime qui vobis Episcopatus ætate vicini sunt: qui facile, quis vestrum verum dicat, agnoscant. ut inter vos paucos eadem præ ceteris quæstio dirimatur: & errore sublata minores a ceteris convocentur, qui nec possunt, nec debent nisi vobis in hac re tanquam prioribus credere, & nunc ignorant, cui vestrum potissimum credant.* Qui post tam clarum testimonium ambigere velit, quin Primas provinciæ in Africa Episcopus is fuerit, qui honoris ævo erat antiquissimus, ei quid certum usquam esse possit non video. Certabant enim hi duo Episcopi, uter prior esset: primatumque sibi hoc nomine uterque arrogabat, quia uterque altero se Episcopatus ætate antiquiorem affirmabat. Debebatur ergo antiquitatis ordini dignitas primatus. Ceterum in hac illorum contentione Xantippo adjudicata lis videtur. Nam is primas Numidiæ habitus est in Concilio Milevitano: a quo etiam, ne qua, ut verisimile est, huic similis in posterum foret controversia, peculiari canone sancitum est, ut qui deinceps in Africa ordinarentur Episcopi, literas ab ordinatoribus suis acciperent, quæ Consulem & diem continerent. extatque his verbis canon in Synodo Africana cap. LVI. *Deinde placuit, ut quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur per provincias, literas accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum conscriptas, continentes Consulem & diem, ut nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.*

Quanquam autem hæc ita se habere jam certum est, haud tamen prætereunda est Leonis Papæ IX. epistola IV. quæ una rem totam, ut a nobis exposita est, mirifice illustrat, primatesque in singulis Africæ provinciis, non ex potentia civitatis, sed secundum tempus suæ ordinationis institutos olim fuisse confirmat. Eandem porro consuetudinem ad sua tempora perseverasse Gregorius magnus ostendit. a quo id propterea sanctissime & providentissime constitutum, ne Donatistas Episcopos ad primatum provehi liceret, tametsi ordine ceteris an-

teirent. Sic enim ad universos Episeopos Numidiæ hac de re scribit lib. t. epist. LXXV. *In primatibus constituendis consuetudinem immotam permanere concedimus, exceptis his, qui ex Donatistis ad Episcopatum pervenerunt; quos provehi ad primatus dignitatem, etiam cum ordo clericorum ad locum eundem deferat; modis omnibus prohibemus. Sufficiat autem illis commissa sibi plebis tantummoda curam gerere: non autem etiam illos Antistites, quos catholica fides in Ecclesiæ sinu & edocuit & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire*. Ex quibus omnibus vides nunc tandem, ut raor, Salmasi, quam multa in ista Primatum tractatione, in qua triumphare tibi videbaris, tuam de te, tuaque eruditione opinionem fefellerint. quantoque sit facilius, & minoris periculi, de titivillitio lanæ, aut de papyri philyris disserere, quam veteres Ecclesiæ ritus & mores explicare homini præsertim, qui nescio qua ingenii sui fiducia, judiciique alieni securitate, docere illa gestiat, quæ nondum didicit, atque in omni genere orgiorum epopta ante videri velit, quam mysta.

CAPUT X.

De Patriarchatu Occidentis.

Salmasius ambigue de Papa loquitur. Pontificis Romani specialis diœcesis & synodus Occidens. Patriarcha idem Occidentis. Ecclesiæ aliæ aliis subditæ, a quibus ortæ. Occidentis Ecclesiæ a Romana institutæ. Patriarcharum ordo superior, quam Primatum. Salmasii multiplex hallucinatio. Operis conclusio.

DE Patriarchatu Occidentis audes iterum, emenso prope jam stadio, ad metas ipsas reluctari. Quanquam enim Patriarcham nunc agnoscis dictum fuisse Pontificem maximum, quod ante negabas: tibi tamen adhuc religio est Patriarcham illum Occidentis appellare, aut specialem ejus diœcesim Occidentem fateri. Quid ita? Quia Episcopus, ut ais, Romanus universæ rector & pastor est Ecclesiæ: nec solius Occidentis Patriarcha, sed & Orientis. an non injurium est, inquis, partem illi concedere, qui totam sibi deberi postulat? O religiosum Sedis Apostolicæ defensorem! quis picas docuit verba nostra conari? hoc est, hæreticum hominem de Pontifice Romano recta sentire, vel loqui. Unde ista, Salmasi, tam repentina conversio? Qui Pontificibus maximis hactenus insultabas, qui eos mentiri, qui aliena jura invadere & usurpare, qui sibi per Orientem illicita vindicare, qui Primatus nomine abuti maledicentissimis obtrectationibus calumniabare; te nunc iisdem ex animi sententia patrocinari, ac non istis potius, quos naso suspendis, admiratoribus tuis illudere, quis credat! Nam nobis quidem, & iis, qui dolos &

Pag. 645.

A fraudes tuas norunt, non impones. Dic enim, sed sine fuco & fallacia, quo sensu Papam Ecclesiæ universæ præesse censet? quo sensu πρωταῖον καὶ πρωτεάρχην eum vocat? Quia primus, inquis, & princeps erat Patriarcharum, primusque omnium Episcoporum & Primat. Quid istud vero tandem est, primum esse Patriarcharum, aut primum Episcoporum? Nempe, si placita & dogmata tua recordamur, Patriarchæ & primates ii tibi sunt metropolitani, qui totius quidem Diœcesis primi erant metropolitani, ceterosque omnes honore antcibant, juris autem in illos nihil habebant. Hoc igitur modo si pri-

Pag. 667.

B mum inter Patriarchas Papam vis intelligi, ut honore tantum antecedat, & sola quæ dicis πρεσβεῖα τῆς τιμῆς obtineat, quis sani capitis non eos irrideat, qui te cum Catholicis de Papa loqui aut sentire arbitrantur? Verum ego nunc quid hic sentias, aut quid sentire aliis videare, non laboro: & cum multa tibi præter rem præterque mentem excidere videam, quam parum inter se cohæreant effata vel dictata tua, non quæro.

Venio ad id quod in quæstione nostra est, ut ostendam te, cum Papam negas Patriarcham Occidentis habitum in Ecclesia fuisse;

C summam undiquaque oscitantiam, inertiamque testari. Primum enim, ut tecum illa ipsa, quam in Censura indicaram, Hadriani I. ad Constantinum & Irenem epistula congrediar, ejus verba recognosce. *Consecrationes*, inquit, *Episcoporum seu Archiepiscoporum, sicut olitana constat traditio, nostræ diœcesis existentes penitus canonica sancta Romana restituantur Ecclesia*. Quarum ibi provinciarum Ecclesias repetat Hadrianus, ex Nicolai I. epistola 11. tum docui. earum videlicet, in quibus sedis Apostolicæ vices antea gesserat Episcopus Thessalonicensis: id est Epiri utriusque, & Il-

D lyrici, Macedoniæ, Thessaliæ, Achaiæ, Daciæ ripensis, Daciæque mediterraneæ, Mœsiæ, Dardaniæ, & Prævalis. quas omnes a Romana sede avulsas, & ad Constantinopolitanam translatas veteres Græcorum Notitiæ declarant. Tuam nunc attentionem hic requiro, Salmasi. vide alio ne avertas. Quæro enim, cum diœcesim Romanam ab Hadriano dictam videas, in qua tot illæ, tam procul ab Urbe in ultimis Occidentis finibus positæ sint provinciæ, ecquam tu diœcesim intelligendam opineris. An Episcopi Romani parœciam? at hæc Urbem tantum, urbisque

E suburbana continebat. an ejusdem provinciam, cui ut metropolita præsidebat? at hanc scimus, tametsi ultra centesimum semper processerit, suis tamen in Italiæ parte limitibus fuisse definitam. Quam tu porro aliam finges, qui specialem Papæ diœcesin nullam vis fuisse præter provinciam? Nos duas præterea numeramus, unam Primatis: sed hæc Italiæ fines non excessit. alteram Patriarchæ Romani: de qua omnino necesse est Hadriani diœcesim interpreteris; quia de universali, quæ sola reliqua est, accipi nisi absurdissime non potest. De hac enim, qua Pontifex universis ubique gentium Ecclesiis præsidet, communemque omnium curam sustinet, nulla illi esse poterat cum aliis sedibus controversia. Habes ergo, quam minime sperabas, specialem Patriarchæ Romani Hadriano auctore diœcesim: in eaque Achaiam habes, Macedoniam,

Daciam, & alias occidentis provincias, quas audisti. Vis in eadem & alias tibi complures ostendamus? Ostendent ipsimet, qui in ea quondam censebantur, diversarum gentium Episcopi, & quos ad fines, quasve ad oras sese illa porrigeret, ore uno pronunciabunt. Extat enim Agathonis Papæ, totiusque Concilii Romani, hoc est Patriarchicæ hujus diœcesis universæ, jam dudum ab Aleandro nostro laudata Synodica, quam in Synodi VI. Actione IV. videre est, hac inscriptione, *Ἀγάθων ἐπίσκοπος δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, σὺν πάσαις ταῖς συνόδοις ταῖς ὑποκειμέναις τῇ συνόδῳ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου*. *Agatho Episcopus servus servorum Dei, cum universis Synodis subjacentibus Concilio Apostolicæ sedis*. Non negabis, Salmasi, unum atque idem esse hoc loco Synodum sedis Apostolicæ, quod diœcesim; idemque sedi Romanæ subjectas Synodos, quod provincias & diœceses, quæ ad diœcesim Romanam pertinebant: quia in provinciis, ut nosti, diœcesibusque Synodi fiebant, & ad Synodos quique suas provinciarum & diœceseon Episcopi concurrebant. Nunc igitur quam amplam, & quam longe ac late patentem diœcesim hanc esse doceant audi, & eruerem confitere. Illi enim se, suosque *μέχρι τῶν κλιμάτων τοῦ ὠκεανοῦ ἐκτετάσθαι, ἔν τε τοῖς δυτικοῖς καὶ ἀρκτῴοις μέρεσι τυγχάνειν, ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν τῶν τε Λογγιβάρδων, καὶ Σκλαβῶν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Φράγγων, Γότθων, καὶ Βρεττανῶν ὄντας*. *ad Oceani usque plagas exporrigi, ad Occidentem, Septemtrionemque habitare, inter Longabardos & Sclavos, inter Francos, Gothos, & Britanos versari*, hoc est, per Italiam & Illyricum, per Galliam, Hispaniam, Britanniam fusos ac sparsos esse, testantur, atque harum gentium concursum Synodum suam Agatho vocat: & dubitas, quin Occidentem, quem dicimus universum significare voluerint? Hæc Latini. Quid deinde Græci, an non idem senserunt, & Occidentem idcirco cum sede Apostolica semper conjunxerunt? atque ut Synodum sedis Alexandrinæ, quæ ex diœcesi Ægyptiaca, & Synodum sedis Antiochenæ, quæ ex Orientali collecta esset, appellare solebant: ita sedis Apostolicæ Synodum eam dixerunt, ad quam Occidentales Ecclesiæ omnes convenirent? Et schismaticos vis esse Græcos, qui hoc sentiant. Schismatici videlicet erant Athanasius & Basilius, qui hac de causa literis, quas ad Damasum Papam cum legatis mittebant, communem Occidentalium Episcoporum titulum imponebant. Schismaticus & Cyrillus, qui de Nestorio a Synodo Romana damnato scribens ad Joannem Antiochenum, huic decreto parendum iis necessario esse docet, qui a totius Occidentis communione, *τῆς πρὸς ἅπασαν τὴν δύσιν κοινωνίας*, excidere noluerint. Schismatica denique Synodus Ephesina, quæ passim cum de Cælestini Papæ legatis agit, illos *τὴν γνώμην πάσης τῆς κατὰ δύσιν ἁγίας συνόδου φανερὰν πεποιηκέναι*, totius Occidentalis Concilii sententiam exposuisse, & cum Cælestino ac sede Apostolica, Occidentem universum repræsentasse commemorat. Quare, nisi vehementer dissimulas, vides profecto, Latinorum Græcorumque consensu, Occidentis patriarcham habitum fuisse Romanum Pontificem, & hanc illi peculiarem ac propriam diœcesim omnium calculis attributam.

Pag. 698.

At vero, ut me studiis, votisque tuis, Salmasi, supra spem & opinionem tuam favere sentias impensius, age id etiam quod pro magno postulabas, quod nescire te profiteris, insuper condisce. quo nimirum tempore, & qua de causa cœperit Occidens ad singularem sedis Apostolicæ procurationem pertinere. Quanquam difficile sane non fuerat conjectura id assequi, nisi te transversum anticipatus error avertisses, veterisque Ecclesiæ moris ac disciplinæ memoriam eripuisset. Quis enim est sacrarum rerum non penitus rudis & ignarus, qui nesciat Ecclesiasticarum administrationum, cur aliæ aliis subsint Ecclesiæ, vel præsint, antiquissimam, certissimamque rationem ex ipsa Christianæ religionis propagatione natam esse: cum quæ ab aliis prima fidei semina susceperant, hæ illas ut matrices Ecclesias colerent, illarumque ductu & arbitrio regerentur; has illæ tanquam a se institutas, fundatasque suo sibi jure vindicarent? Hoc primarum quippe sedium, quæ Apostolicæ sunt dictæ, fuit exordium, hinc ortæ diœceses, & provinciæ, hinc primatum & patriarcharum edita distinctio. Ac multa subinde circa Ecclesiasticam hierarchiam, vel Pontificum, Synodorumque decretis, vel principum imperio & voluntate innovata atque interpolata constat, sed nihil firmius unquam, nihilque sanctius ista quam dixi originis auctoritate servatum est. Inde Alexandrinus toti Ægypto præfuit: inde Antiochenus Orienti. tum ille Indos quoque & Æthiopas, hic vero Babylonios & Persas suos esse voluit: ut quibus Christianæ legis auctores fuerant, iisdem imperio & potestate principes essent. Inde & Romanus Patriarcha factus Occidentis. An potes negare, Occidentis Ecclesias omnes sedi Apostolicæ institutionem & originem suam debere? At manifestum est, ut Innocentii ad Decentium Eugubinum verbis utar, *in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Petrus Apostolus, aut ejus successores, constituerint sacerdotes*. & Agatho idem in altera ad Constantinum & collegas Impp. epistola, Romanæ hujus diœcesis amplitudinem significans, per eas diffusam provincias ait, *ἐν αἷς τὸν λόγον τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἀποστολικῶν τῶν προηγησαμένων οἱ σταλέντες ἐκήρυξαν*, *in quibus fidei doctrinam ab Apostolicis prædecessoribus suis missi promulgarunt*. Jam igitur & causam tenes, cur Occidentis regiones præcipuo titulo attributæ sint Patriarchæ Romano, fidem scilicet ex urbe susceptam: & tempus, quo primum attributæ, idem ipsum quo fidem susceperunt.

Estne hic ultra quod sequiras? Nempe ut sicut Exarchos Græcorum diversos a Patriarchis fuisse didicisti: ita de Primatibus Occidentis idem nunc ostendam. atque ubi tres tantum asseveras, quatuor prorsus Episcoporum gradus extitisse confirmem. An vero difficile est hoc docere? Numera Synodorum genera & ordines quot fuerint, quatuor reperies: tot igitur ordines Episcoporum. quis hoc neget? Tuus ille doctor Anonymus, quem in ore frequenter habes, qui de subcælesti hierarchia scripsit,

Pag. 350. etsi in distinguendis Synodorum generibus vacillat, ambiguum tamen non babet, quin pro Synodorum numero & varietata diversi pariter & distincti sint ordines Episcoporum. Tu cum illo triplicam Synodum agnoscis. Unam Episcopalem Episcopi cujusque, quam soli parœciæ unius presbyteri frequentent: alteram provincialem Metropolitani, quæ ex provincia Episcopos habeat suffraganeos: tertiam primaris, ad quam ex integra diœcesi singularum provinciarum Metropolitani convocantur. Recta id quidem, & nos ipsi da his tribus assentimus. Alia enim revera est, alteriusque ordinis Synodus apud nos Episcopi Parisiensis, B aut Episcopi quondam Hipponensis in Africa, alia Metropolitani Senonensis, aut primæ sedis in Numidia, alia Primatis Lugdunensis, vel Carthaginiensis ex diœcesi universa. Sed cur hic gradum sigis, & Synodum his tribus superiorem dissimulas, ad quam diversarum Occidentis diœceseon primates conveniant, cui præsit is quem Ecclesiæ Romanæ Patriarcham appellamus, qui diœceses illas omnes præcipuo, ut audisti, jura ac potestate subjectas habet! An Synodi quartum boc genus ignorabat? Post Agathonis epistolam non licuit. C Deinde vecors nemo est adeo, ut differre nihil putet inter Primatis unius Synodum, in qua soli sint Episcopi Galliæ vel Hispaniæ, & totam Patriarchæ Romani Synodum, Lateranensem verbi gratia, aut Lugdunensem, quæ & Galliæ, & Hispaniæ, & reliquas Occidentis synodos complectatur. Quod si alia est synodus Primatis, alia Patriarchæ, atque huic illa subjecta ast: cui dubium esse potest aliud esse Primatem, aliud Patriarcham qui subditos habeat Primates? & sicut alius est ordo Episcoporum, alius Metropolitani qui Episcopis præest; & alius rursum Metropolitanorum, D alius Primatis qui sub se habet Metropolitanos: sic alium similiter ordinem esse Primatum, alium Patriarchæ qui Primatibus præsideat? Episcoporum denique gradus in Occidente non tres, sed quatuor essa numerandos, Episcopum, Metropolitam, Primatem, & Patriarcham? Itaque, Salmasi, cum in posterum videris, aut gradus Episcoporum a Latinis plerisque tres tantum recenseri, aut Patriarchæ nomen cum Primatis, ac si non differrent, nomina confundi: cave illos putes, vel Patriarcham Occidentis, de quo dictum est, ignorasse, vel hunc in eundem cum singularum diœceseon primatibus ordinem conjecisse. Minime E vero. Sed cum Episcoporum ordines eos solum, qui multis apud Latinos communes erant, percenserent, quartum Patriarchatus Romani gradum, propterea quod in solo Pontifice residabat, non expressisse. quomodo & quartum hunc nobiscum qui adnumerant, qui Patriarchæ Romano cum Græcorum Patriarchis communis est, quintum & supremum summi Pontificatus apicem, qui in eodem universæ Ecclesiæ capita solo residet, vulgo prætermittunt.

De nomine autem Patriarchæ, ubi da re ipsa constet, quid attinet altercari? Primatibus interdum, tertii ordinis Episcopis, concessum ast, quis nescit? an ideo qui in ordina quarto censentur, veri ac legitimi Patriarchæ non sunt? Audi Nicolaum I. ad consulta Bulgarorum cap. XCII. *Desideratis*, inquit, *nosse* A *quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent: Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam.* quibus deinde, sed dispari ratione, adjectas ait Constantinopolitanam & Hierosolymitanam. Idem ille Pontifex, qui communem vocis abusum secutus Rodulfum Bituricensis Ecclesiæ primatem in epistula quadam sua Patriarcham appellarat, da veris Patriarchis interrogatus, primum atque unicum in Occidente Romanum, secundum hunc quatuor in Oriente Patriarchas esse respondit: ut omnibus testatum B relinqueret, Patriarchæ nomen, etsi transferri ad alios nonnunquam soleat, his quinque duntaxat propria & vera notione deberi. Quanquam igitur, cum de quatuor Episcoporum gradibus constitutum sit, haud magni sane interest, hoc an illo nomine vocentur, dummodo distinguantur: tamen ut in ceteris nemo repugnat, quin Metropolitani proprie ii dicantur, qui secundum ordinem constituunt, & Primates qui tertium, licet utrisque utræque convenire possit appellatio: sic eorum qui in quarto sunt ordine proprium & peculiare nomen est Patriarcharum.

C Vide nunc, ut ad te redeam, Salmasi, cum hæc ita se habeant, quam aliena & absurda sint, quæ contra scribebas. Negabas ullum se- Pag. 662. dis Romanæ Pontificem inter Patriarchas nomen suum retulisse. retulit, ut audisti, & primum se Patriarcham scripsit Nicolaus. Negabas Papam alio jure Occidentem rexisse, Pag. 652 quam Orientem. Ipsi te Pontifices specialem Patriarchatus sui diœcesim Occidentem esse docuerunt. Negabas Italiæ primatem esse, aut Pag. 648. alio jure Italiæ præfuisse, quam Galliæ. Nunc, si quis est sensus agnoscis, quemadmodum Synodos Gallicanas cogebant, regebantque primates Galliæ, D eodemque modo Africanis & Hispaniensibus præerant primates Africæ & Hispaniæ: sic Italiæ Conciliis Primatis nomine unicum præfuisse Pontificem, singularemque in Italis, quam extra Italiam non haberet, primatis auctoritate jurisdictionem exercuisse. denique ut Patriarchæ Occidentem, sic Primatis Romani diœcesim fuisse Italiam: atque in hac Pag. 528. diœcesi, quod etiam negabas, plures numero fuisse provincias, tot videlicet, quot in tota erant Italia. Quod si Pontifex idem quoque est primas Italiæ, & patriarcha Occidentis, falsum item est profecto, quod aiebat, Ponti- E ficem Romanum duobus tantum modis consi- Pag. 694. derari; & quicquid extra provinciam Romanam pro potestate agit, id non alio jure agere, quam quo Ecclesiæ præest universæ. Quid enim opus est ad summam illam auctoritatem recurrere, ut illi hoc in Italia liceat, quod liceret, quamvis auctoritate illa careret, & aliud quam Italiæ primas non esset? aut ut in ulla Occidentis parte id statuat ac decernat, quod ab eo qui Occidentis Patriarcha tantum esset, statui ac decerni jus foret? Quare sicut in Galliæ nostræ provinciis, quas duces olim aut Comites sub Regibus possidebant, nunc postquam in regis potestatem redactæ sunt, distincta sunt jura regis, atque Ducis, aut Comitis: & quamvis princeps idem utramque personam sustineat, alia tamen Ducis, Comitisve jure imperat, alia regis: nec regiam apud nos majestatem lædit, qui regis titulo

A Ducis aut Comitis nomen adscribit. sic in Ecclesiæ Romanæ Antistite, qui unus omnes Episcoporum gradus & titulos amplectitur, distinguenda sunt jura uniuscujusque potestatis: quid nimirum ab illo tanquam Episcupo in Urbe, urbisque parœcia geratur, quid tanquam a Metropolitano in provincia Romana: quid ut Primas juris habeat in Italia, quid ut Patriarcha in occidente, quid postremo ut Papa & summus Pontifex in Ecclesia universa. Stultum autem ac plane ridiculum, cum

Pag. 718.

B peculiarem Papæ provinciam sine injuria dici & esse non abnuas, specialem illi diœcesim sine universalis diœcesis noxa tribui non posse suspicari. quasi stipites hac in re fuerint, aut eversam auctoritatem istam Pontifices voluerint, qui specialem diœcesim suam, quæ ad ultimos Daciæ fines tenderet, eam Hadriano dixerunt: aut Synodum suam cum Agathone illam censuerunt, ad quam universæ Occidentis synodi pertinerent: qui Patriarcham Romanum cum quatuor Græcorum Patriarchis

C cum Nicolao comparârunt; aut ædes Pontificias in Urbe hac una de causa patriarchium Romanum cum Martino I. & aliis omnibus appellarunt.

Cum ergo, ut tecum hic tandem finiam, Salmasi, multis hujusmodi deliramentis & ineptiis, non solum postrema hac referta sit dissertatio, sed totius operis tui a calce ad carceres nulla pars vacet: unde tibi tantum est animi ac fiduciæ, ut non modo de his ipsis audiri te iterum sine stomacho posse non diffidas: sed quacumque alia de re, velut Gorgias alter, disceptaturum te promittas? QUACUMQUE DE RE, inquis, campus apertus est, & CAMPIO paratus. Quid aliud Plautinus Pyrgopolinices, aut Terentianus Thraso diceret, aut ille, cui apud Virgilium Mavors ventosa in lingua? Sed hoc nempe ingenium est tuum. Ita plerunque sunt ἐριστικοὶ nonnulli, ut sine lite & rixa vivere nolint. Tibi autem, si bellandi tanta est libido, longe petendi hostes non sunt. Domi habes ignorantiæ tuæ veteranos, qui te exerceant. Nolanum in primis lapidem, cujus incursu gravissime & turpissime nuper offendisti: tum edicta & programmata Judicum, quæ non ferendo stupore Principum legibus anteponenda docuisti; tum Africæ primates Episcopos, de quibus cum plurima garrires, quinam essent hactenus ignorasti. Geographica deinde παράδοξα, Picenum in Umbria, Sabinosque in Piceno, & alios id genus παντοδαπῆς ἀμαθίας προμάχους pugnacissimos, qui gloriæ & ostentationis tuæ luminibus vehementer officiunt. Cum his congredere, hos lacesse, in his edomandis conatum & vires tuas metire. Tum ubi domestica hæc monstra confeceris, externum, si libet, hostem quæras, & provoces licebit.

Pag. 720.

JACOBI

JACOBI
SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
ANTIRRHETICUS.
DE
CANONE ARAUSICANO.
ADVERSUS
PETRI AURELII THEOLOGI RESPONSIONEM,
qua ejus Epistolam infirmare conatus est.

Anno MDCXXXIII.

LECTORI.

NEscio qua sorte mea factum dicam, BENIGNE LECTOR, ut mihi cum larvis personatisque adversariis tertia jam hæc futura sit concertatio. Sed hoc inter superiores & istam interest, quod in illis, cum sedem Apostolicam ejus hostes in Suburbicariarum quæstione impugnarent, cur timide id apud nos agerent, & latere studerent, ratio erat non obscura. in hac vero hominem, qui se, si audias, Ecclesiæ defensorem, Episcoporum patronum, Theologiciæ facultatis vindicem jactet, unius ut humeris quicquid usquam sanctum est niti arbitreris, quis in tam bona causa formidare ac latebras quærere non miretur? Quos enim Nerones, quos Decios aut Diocletianos religio Christiana nunc patitur, ut prodire in lucem veritas trepidet aut erubescat? Quod si, ut apparet, larvam ideo sumpsit, ut liberius obloqui & obtrectare possit, ingenium consilio fortasse non defuit, sed defuit judicium, quia maledicis defensoribus Dei Ecclesia non eget. Poteram ergo & ipse Theologum, qui nominis sui adeo sit oblitus, non injuria contemnere, totamque ejus Responsionem tenebris quibus se ipsum damnavit addicere. Sed eorum pro quibus se loqui ait reverentiæ honorique me debere existimavi, ut ipsis judicibus canonis Arausicani causam retractarem, ostenderemque tum emendationi meæ rationem constare, tum Aurelio nihil fuisse, quod in Epistola mea reprehenderet. In quo quidem, etsi totam ejus verbosam orationem defensioni meæ inserendam non censui, sic tamen omnia ejus in me objecta subjectis singillatim responsionibus complexus sum, ut nihil a me præteritum aut dissimulatum conqueri jure possit. Viderit ipse deinceps, numquid præterea velit: ac ne tum quidem detrectabo, si modo frontem retegat, & se agnosci patiatur. Nam si fucum & fraudem amare perget, silere opinor me potius jubebis, Lector, & larvatum Theologum tanquam mali augurii volucrem aversari.

ELENCHUS CAPITUM ANTIRRHETICI.

Singulis capitibus antecedit tum pars Epistolæ Sirmondi, cui Aurelius respondit, tum Responsionis ejus summa compendiaria,

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

ANTIRRHETICUS.

ADVERSUS

PETRI AURELII THEOLOGI RESPONSIONEM,

qua ejus Epistolam infirmare conatus est.

AURELIUS LECTORI.

Pag. 621. QUi aliis præsidio esse contendi, qui Ecclesiæ fidem, Episcopalem vim, Theologicæ Facultatis, aliarumque famam & amplitudinem tueri volui, meam fidem præstare ipse cogor, ne si mihi adesse nequeam, meam ulli opem temere videar obtulisse. Spargi cœpta est a P. Jacobo Sirmondo schedula seu Epistolium, quo grande sibi crimen, & grandem grandibus, quos nuper edidit, Conciliorum Galliæ antiquorum tribus Tomis notam a me Pag. 622. impositam esse conquestus est. * Mirari satis non potui hominem modestiæ fama præditum verbulo unico, imo tribus literulis ita stimulari potuisse, ut meo nomine ad invidiam & pompam abuti vellet. Pag. 624. * Quo magis respondendum esse mihi video, quia Sirmondus in illa schedæ suæ ante omnium oculos expansione de tota mea in Spongiam disputatione judicium fieri jussit: ut magna mihi sit cautio, ne non solum labor meus, sed Ecclesiæ catholicæ traditio, in qua tuenda ille versatur, trium literarum vitio, de quibus Sirmondus certat, e summa auctoritatis arce decidisse videatur. Quid hic censere debeas, erudire Lector, ex ipsa Sirmondi scheda; quam ipsius venditatione jam publicam ego typis publicandam putavi, quo planius de tota re existimes; & ex subjectis ad singulas ejus particulas more nostro responsionibus tu scilicet pronuntiabis.

SIRMONDUS AURELIO.

Modestiæ fines non egressus est Sirmondus, qui publicæ reprehensioni privata epistola respondit: excessit Aurelius, qui privatam ejus epistolam publica responsione confutandam suscepit.

1. ITerum lacessis, Aureli, alteram & ego eamque justam & necessariam defensionem aggredior. Cujus si abs te impetranda mihi esset venia, negares videlicet, qui prioris nuper consilium sine causa, ni fallor, vitio vertisti. Sed bene habet, quod aliorum nunc futurum est judicium. Ego rem, privatim ad te scribendo, privati arbitrii tui feceram, ut intra nostram & paucorum conscientiam lateret si velles. Tu in lucem exire maluisti, & apud eos imprudens disceptare, apud quos nec spectanda tibi sit, nec mihi metuenda sine defensionis voce condemnatio. Quid vero tandem fuit, in quo Epistolam nostram culpandam censeres? Quia modestiæ, inquis, meæ opinionem imminuit. Gratiam habeo certe, quod famæ hoc loco laudique nostræ suffragatus. atinam

A tuæ nobis pariter liceret. Nam quis contra non miretur commemorare te in re nostra ausum esse modestiam, quam in libris tuis magnopere ab omnibus desiderari non ignoras? adeo ut illi ipsi, qui disertis declamationibus tuis favere aliis nominibus student, in his tamen immodicam nimiamque vel sub larva maledicendi licentiam merito erubescant. Quod si alienam a modestia nostra judicas fuisse, quod publicæ reprehensioni tuæ privata brevique scheda respondi, quanto immodestius, atque iniquius a te factum videri necesse est, quod istam B ipsam privatæ defensionis Epistolam, a me, quicquid effutias, nec venditatam apud alios, nec vulgatam, publicæ proscriptionis tabula confixisti? Non debebam, inquis, tantillæ reprehensionis injuria commoveri, nec crimen vocare levissimi errati culpam nomini existimationique meæ nihil obfuturam. Festivus & suavis homo es, Aureli, qui alia lege vivere velis, & aliam imponas. Tacere ipse non potes, & nobis silentium indicis. Tuane ergo interesse dices, ne me falso accusasse videare: mea non interfit, ut falsum fuisse crimen ostendam? C Tu nisi Epistolæ meæ respondeas, Philippicarum tuarum auctoritatem nutare censeas: ego Conciliorum nostrorum editioni præstandum non putarem, ne vana fluxaque in his fide versatus viderer? Crimen quidem profecto in restituta & asserta canoni Arausicano negatiuncula nullum erat: sed tu pro laude, quam emendationi debebas, notam irrogasti. ac nunc etiam nos, ut video, non de trium apicum supplemento, sed de singulis Epistolæ nostræ capitibus in jus vocas. Adsum, Aureli, crimi- D nationes tuas audire ac refellere paratus: sed ea lege, ut ne conviciis & contumeliis decernatur. Nam si his armis certandum est, imparem me profiteor, qui cum tanto & tam exercitato athleta congrediar, pugnamque exhorresco, in qua fœdior ac tristior omni clade est victoria. Cave autem, etiam atque etiam denuntio, ne quod in prima ista velitatione accidisse vides, cassi atque inanes tui contra nos conatus evadant, neve quod futurum præsagio, in caput tuum recidant tela quæ conjicies.

EPISTOLA SIRMONDI.

JACOBUS SIRMONDUS
Petro Aurelio Theologo.

De recta emendatione canonis Arausicani.

NEque tu mihi, opinor, tametsi nomen dissimulas, neque ego prorsus ignotus sum tibi. Dudum est, ni fallor, cum inter nos verba contulimus; & animo certe, nisi tum quoque dissimulabas, nec alieno, nec infenso. Nunc ut per epistolam alloquar Vindiciæ tuæ cogunt, in quibus mihi de viciato canone Arausicano dicam scribis. Quod ego crimen si semel suscepero, quis in tota editione Conciliorum bona usquam fide versatum me credet? Vides ergo & justam & necessariam fore defensionem meam. Quam facilis ea futura sit, meum est videre: quam certa & quam vera, ne tuum quidem judicium defugiam, si modo animum ad pristinam serenitatem reduxeris.

RESPONSIO AURELII.

Pag. 627. VIdeo te ipsum aliis exemplum præbuisse, quam non omnia tua haberi debeant vice oraculorum, notarique interdum sine contumelia possint. Memini te quandam Innocentii Pontificis epistolam, quæ vulgo ad Synodum Toletanam inscribitur, ita edidisse, ut supponeres titulum ad Synodum Tolosanam. *Quam deinde hallucinationem ad calcem
Pag. 628. Tomi agnoscens, vulgatam inscriptionem restituendam fassus es. Quod si adduci potuisti, ut epistolam, quæ tota de rebus & Ecclesiis Hispaniensibus ageret, ad fictitiam nescio quam Synodum Tolosanam, quæ nulla sub Innocentio, neque multis ante vel post annis, ab ullo penitus scriptore memoratur, inscriberes, quasi jam tum reges Gothi dominarentur, sub quibus demum Galliæ Narbonensis & Hispaniæ Ecclesias isto modo coivisse, & in commune consuluisse proditum est, quid criminis in te suscipitur, si in rebus minus perspicuis, qualis editio Canonis Arausicani, falli potuisse dicamus?

REFUTATIO.

Sirmondus in epistola Innocentii non erravit: erravit Aurelius, qui Episcopos Galliæ & Hispaniæ ante Gothorum tempora in Conciliis unquam una convenisse affirmavit.

II. NOn is ego sum, qui mihi hoc sumam ut falli non possim, quod si sentiam, errem sane in hoc ipso vehementer. Errare & labi humanum est, humani a me nihil alienum duco. At tibi, Aureli, si errorum nostrorum exempla conquirere libebat, alibi prorsus quærenda erant, quam in epistola Innocentii. In hac enim quid peccavi? An quod mutilam & dimidiatam hactenus, integram ex antiquis exemplaribus cum inscriptione sua produxi? an quod suspecta cum esset inscriptio, Tolosanam Synodum suggerens pro Toletana, de suspicione mea Lectori statim præfatus sum, quod dissimulas, eandemque postea in Notis liquidius comprobavi? Dubitare, inquis, in re aperta non debui. Dubitationem ergo cunctationemque meam errorem vocas? quanto gravior aliorum judicio error fuisset, si Tolosanam præferentibus tot libris nulla fuisset hæsitatio? Verum doces nos tandem, confidentissime magister, quid causæ habeas cur rem ita planam & exploratam arbitreris. Quia Synodum nempe Tolosanam id temporis scriptores nullam produnt. Quasi vero ad hanc stabiliendam, si congruant cetera, non satis idoneus auctor esse possit Innocentius, cum Synodi Valentinæ, Andegavensis, Arelatensisque sub Ravennio, Turonicæ item ac Venetæ, aliarumque in Africa, Gallia, Hispania complurium, testes alios quam Acta ipsa non quæramus. Sed credibile non putas, ut de Hispaniensibus rebus tractet Synodus Galliæ. Quasi in fronte ipsa Synodorum Galliæ, de rebus Africanis, totaque Cæciliani & Donatistarum controversia in Arelatensi Concilio actum fuisse non videas: aut incredibilius dici queat aliarum gentium negotia in Synodo discuti Galliæ, quam de Gallicanis, hoc est de Proculi Episcopi Massiliensis primatu, de Arelatensis contentione cum Viennensi, deque Felicis Trevirensis interdicta communione in Taurinate disceptari? Quid quod apud Tolosam ipsam, non toto post Innocentium sæculo, Episcopos Hispanos ad Synodum convocatos narrat Cæsarius ad Ruricium scribens Lemovicum Episcopum? *Filius*, inquit, *vester Eudomius, si poterit, hoc elaborare desiderat, ut superveniente anno Tolosæ Synodum Christo propitio habeamus: ubi etiam, si poterit, Hispanos vult convenire Episcopos.* Hem. Conf. Tom. v. p. 432. Et sub ipsa Innocentii tempora, & de iisdem ipsis Priscillianistis, de quibus Innocentii disserit epistola, paucis ante illum annis, sub Damaso binas constat celebratas Synodos fuisse, Cæsaraugustanam in Hispania, & Burdigalensem in Gallia: quarum alteri, hoc est Hispanicæ, Aquitanos Episcopos interfuisse, in altera Hispanum Episcopum a Gallis partibus auditum, & episcopatu indignum fuisse pronuntiatum, auctor est in sacra Historia Sulpitius Severus. Quo nunc igitur te vertes, Aureli, cum tot exemplis, tam illustribus refellaris? Docere perges Episcopos Galliæ & Hispaniæ isto modo coire atque in commune consulere sub Gothis demum regibus cœpisse? ac non disces potius, quanto securius sit judicium exemplo nostro in rebus dubiis suspendere, quam temere ut soles affirmare quod nescias? Ego quidem, cum multa ignorare me sentiam, tum hoc certe fateor dum intelligo, rerum Synodicarum Ecclesiasticarumque, quarum peritiam ostentas, minus omnino te gnarum & scientem videri, quam putaram. Libro 2.

EPISTOLA SIRMONDI.

CAnon est primus primæ Synodi Arausicanæ, quem tu ex posteriore Binii editione recitas in hunc modum. Nullus ministrorum qui bapti- "

„*zandi recipit officium, sine chrismate usquam debet progredi, quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. De eo autem qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione Sacerdos commonebitur. Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi una benedictio est. Non præjudicans quicquam dico, sed ut necessaria habeatur chrismatio repetita. Nos optima & antiquissima exemplaria sequuti sic edidimus. Nullum ministrorum, qui baptizandi recepit officium, sine chrismate usquam debere progredi, quia inter nos placuit semel chrismari. De eo autem, qui in baptismate quacumque necessitate faciente non chrismatus fuerit, in confirmatione Sacerdos commonebitur. Nam inter quoslibet chrismatis ipsius non nisi una benedictio est: non ut præjudicans quicquam, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio. Hic tu sine reprehensione cetera præteriens, postremis verbis censoriam notam inuris.* Alii, *inquis*, eadem pene omnia retinent, nisi quod postremam clausulam addita negatione ita legunt, *sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio*. Sic antiqua editio Coloniensis: quam nescio cur P. Sirmondus sine causa sequi maluerit. contra P. Frontonem Ducæum, qui exploratis vetustissimis manuscriptis ultimæ illi parti negationem non addidit. *Tota ergo inter nos de tribus literulis est disceptatio, in qua duo accusationis tuæ sunt capita. Sine causa enim, & contra P. Frontonem adjectam negationem criminaris.*

RESPONSIO AURELII.

Pag. 632. CRiminandi ptimo verbum in orationem meam adeo temperatam & rerum ac vucum acerbitate vacuam conjicere, & ex tam innocenti loco crimina elicere, hoc demum & in te & in me criminosum est; in te, quia facis, in me quia patior.
Pag. 633. Non enim tum de ipsa mutatione tua judicabam, sed de modu quu eam fecisses, sine causa, sine teste, immu sine ulla ejus rei in Notis tui mentiune.
Pag. 634. ne. Unde aun tuam mihi editionem refellere propositum erat, sed eius incertitudinem ostendere, tum ex eo quod nullam eius causam attulisses, tum quod ab illa superiores omnes præter unam editiones, & ipse Fronto Ducæus discedere visi essent.

REFUTATIO.

Aurelii dissimulatio. Sirmondus se Concilia ex manuscriptis emendasse testatus est: & quantum in his ad librorum emendationem sit præsidii.

QUid animi vel consilii habueris, cum Arausicani canonis emendationem vellicares, scire non laboro. Tecum ille norit, quem unum latere aut fallere non potes. De tua etiam in me acerbitate non queror, qua majorem in alios si non exercuisses, pudore amicus, te ipsum gravi probro liberasses. Hoc a te reprehensum liquet, quod sine causa & contra P. Frontonem Canoni negationem intulerim. In quo quidem, quod *sine causa* interpretaris sine veterum librorum testimonio, quos ad canonem illum non laudarim, quanquam ridicula & futilis est declinatio, eam tamen non respuo. Quid vero attinebat veterum librorum ad singulos canones fieri mentionem, cum in præfatione semel admonuissem, omnia nos ex probatissimis exemplaribus emendasse? aut in isto vetera exemplaria testari apud te quid juvisset, qui ea, postquam a me in Epistola prolata sunt, cavillari & fidem nostram imminuere conaris? Sed vide, Aureli, ne tua potius hoc loco tibi fides pereat, quam ut nostram infringas. Quid enim? si quos habes Conciliorum codices antiquos, qui a nostris dissideant, qui negationem non habeant, quorum auctoritatem possis auctoritati nostrorum opponere, cur non profers? cur in tua Ecclesiæque causa prævaricaris? Sed profecto non habes. Ego vero suo post loco non quatuor tantum istos, quos in Epistola designavi, sed omnes omnino, atque ipsum in primis, cujus falso exultas patrocinio, Isidorum mecum facere, negationemque agnoscere, cum bona tua venia demonstrabo. Quod si a me veteres stant exemplaria, quorsum vulgatas editiones, velut oppositam ex adverso aciem intentas? An nescis istorum inter se quam dispar sit conditio; vulgatosque libros ex manuscriptis natos, auctoritatem ab iisdem petere, non scriptos ex vulgatis? Criticos, quantumvis ingenio & sollertia valeant, nisi conjecturis suis faventes manuscriptos habeant, fidem vix obtinere: librorum autem consensum, tametsi obscura res sit, cordatum neminem aspernari. Ad horum denique amussim exigi quæ in editis depravata fuerint, & corrigi oportere. Erras omnino, si antiquis libris adversus typorum errata parum licere arbitraris. Nisi forte Romanos errasse putas censores, qui in sacris voluminibus canonibusque plurima, nullis antea editionibus cognita, provide ac prudenter emendarunt: aut, ne a Conciliis discedam, succensendum Binio judicas, quod Baronii Cardinalis conjecturam securus, Africæ Concilium, quod in omnibus antea vulgatis Telense dicebatur, Teleptense ausus est appellare, qua certior nulla unquam fuit emendatio. Sic autem ista dissefui, quasi exploratum sit in canonis nostri correctione nullam habere nos vulgatam editionem consentaneam: cum ostensurus sim, non solum unicam Crabbi, quam concedis, (duas autem dicere debueras) aperte suffragari: sed suf-

III.

Tom. 1. Conc. p. 719.

fragaturas umnes fuisse, nisi a Crabbi recta castigatiooe, quæ postea secutæ sunt, errore vel incuria deflexissent. Sustine modo tantisper dum tempus sit, & noli me adigere, ut more tuo susqoe deque habere & miscere omnia cogar, vel importunas, quibus Lectorem enecas, earundem rerom iterationes imitari.

EPISTOLA SIRMONDI.

QUid si ego contra docuero, & negationem istam ex Synodi mente atque sensu necessario restitutam, & a P. Frontone minime rejectam fuisse, vel omissam; satisne constabit, tum mibi cum illo nibil esse dissidii, tum causam, non mibi cur emendarem, sed tibi nullam fuisse cur reprebenderes?

RESPONSIO AURELII.

Pag. 638. NOn committetur ut iu paranda victoria quam concupisti adversarium tibi defuisse conquerare. Accipe legem quam ponis. Si duo ista probaveris, tu lauream solus babeto, me quoque currum propelleote triumphabis. Sed quam edas pugnam prius videndum est.

REFUTATIO.

Aurelii de certa victoria spes eluditur.

IV. LAnream sibi de te, Anreli, Epistola nostra nno ambivit. Unum spectavit, ac ni fallor peregit, ne telis tuis coofossus & oppressus viderer. De me vero tu certom tibi, ut apparet, in hac dimicatione triumphum auguratis, & canis: sed vide ne ante victoriam.

EPISTOLA SIRMONDI.

AGe itaque, ut a posteriori capite ordiamur, P. Frontonem ais boc loco vetustissima exemplaria diligenter explorasse. Fecit boc ille in aliis sane, partim Græcis, partim Latinis scriptoribus feliciter. At boc in loco, in Canonis nostri emendatione, quorsum exemplaria multa commemoras, cum ipsemet in Tom. 1. Conc. p. 500. *Notis suis apud Binium unico Tiliano se usum esse profiteatur?*

RESPONSIO AURELII.

Pag. 639. INfeliciter ordiris, nec video quibos oculis legeris illas apud Binium Frootonis tui Notas. Nam & pluribus codicibus usus est Fronto, & eo loco duos certe commemorat, quorum uous litera T. alter litera F. notatur: quorum prior codicem Tilianum, posterior codicem Nicolai Fabri significat. Pag. 640. * ut dicere sine gravi nota non potueris cum ad canonum Arausicanorum emendationem codice unico Tiliaoo usum esse. Ergo in limine offendisti, meqoe plura Frontooit exemplaria commemorasse ono satis considerate arguisti. Plura inquam. Nam multa, ut ais, non commemoravi. Quo etiam nomine reprehcosio tua bis iniqua est, mihique fausto ad cetera tua profliganda auspicio prælucet.

REFUTATIO.

Vere dictum a Sirmondo Frontonem Ducæum in hujus canonis emendatione unico usum esse Tiliano exemplari. ridicula Aurelii ballucinatio.

SI ex hujus primi congressus eventu de pugnæ totius exiro judicium, ut præ tefers, Aureli, vis fieri, victus es, & cessare jam potes. Nam laqoeo, qoem hic nobis pararas, te infeliciter indoisti. Dixeram in Canonis nostri, hoc est iu primi Arausicani emendariooe uoico Tiliano usum esse Frontonem, idque Frontonem ipsum in Notis suis profiteri. Tu duos a Frontone commemorari doces, Tilianum & Fabrianum, nec abnuo. Non eram nescius cum utroque codice Concilii bujus canooes contulisse Frontonem. Sed quoto demum in canone Fabrianum commemorat? Io decimo sexto. Quid hoc ad me, ut in ceteris canonibus Fabriano usum esse concedam, si constet in primo, de quo affirmabam, Fabriano Frontooem uti non potoisse? Qoid ita? Quia mutilus jam olim & acephalus codex ab Arausicaoo quidem Concilio exorditur, sed primis caret octo capitibus. Inspice sodes, Aoreli, in Thuaoa bibliotheca repeties: cumqoe errorem & incoosideraotiam toam riseris, agousce non me Frontonis Noras levibos oculis vidisse, sed te ad verba mea mentis oculos non adjecisse. V Numero 193.

EPISTOLA SIRMONDI.

NOs porro & cum Tiliano eodem, & cum Lugdunensi, cum Remensi, cum Fossatensi, aliisque optimæ notæ codicibus Canonem istum contulimus, neque ullum usquam, qui negationem eandem non baberet offendimus. Etiamne, dices, in Tiliano? etiam in Tiliano.

RESPONSIO AURELII.

ORationis structoram seu ἀκαταλληλίαν facile tibi remitto. Ejusmodi nævi Theologum minus dedecorant, tametsi tu politiorum numerum affectaris, & nos horridulos molli fastidio interdum submoves, ut infra patebit. Pag. 641. Pag. 686.

REFUTATIO.

Ἀκαταλληλία *falso impacta Sirmondo: retorta in Aurelium* ἀναρμοστία *mentis & judicii.*

GRammaticum agis ex Theologo, & in oratione mea structuræ virium & ἀκαταλληλίας reprehendis. Quo jure non disputo. Etenim verba ista quæ culpas, cum sententiam alteram instituant, quid opus est ut cum antecedentibus cohæreant? aot quis voculam quæ ad negationem referatur abesse, suppleríque ad bunc modum oportere non sentiat, *Etiamne illa, dices, in Tiliana?* Sed tamen, VI.
quia

quia ἀκαταλληλίαν esse jubes, atque hanc mihi pro indulgentia tua remittis, ego vicissim, ne ingratus videar, barbarismum indulgeo tibi, quo alibi usus es, cum tercentos annos dixisti
Pag. 690. pro trecentis. Quinetiam, ut par pari sefe-ram, si hoc mavis, non imparem tibi sed alterius generis ἀκαταλληλίαν compensabo. Revo-
Pag. 635. ca in mentem, Aureli, quod ante pagellas aliquot scripsisti, cum de Frontonis manuscriptis agens, Typographi errorem, qui in Vindiciis tuis *vetustissimis* posuerat pro *vetustis*, emendari religiosus homo juberes, quia tibi de illorum antiquitate, ut aiebas, pronuntiare non
Pag. 636. liquebat: & compara cum altero Responsionis tuæ loco, ubi manuscriptos eosdem codices Frontonis *optimæ notæ* fuisse pro certo affirmasti. Quomodo enim ista cohærent, aut consentanea sunt, ut qui de librorum, quos non videras, vetustate affirmare nihil putueris, de eorum præstantia & bonitate ausus sis pronuntiare? Ἀκαταλληλίαν negabis esse? omnino ἀκαταλληλίαν, Aureli, & grandem ἀνακολουθίαν hic fateri necesse est, non structuræ orationis, sed mentis atque judicii.

EPISTOLA SIRMONDI.

Cur igitur a P. Frontone est prætermissa? Id nimirum rogas, quod tute alios docere potuisti. Recognosce quod proximis verbis scripseras, exstare negationem in antiqua editione Coloniensi, & statue P. Frontonem cum editione illa manuscriptum codicem, ut lectiones varias colligeret, comparasse: quid attinebat eum negationis voculam inter varias lectiones referre, cum in ea scriptus codex ab excuso non discreparet? aut qui nunc potes ab illo non adjectam cavillari? Nam adjici profecto Canoni non poterat quod a Canone non aberat, quod Canon ipse tua sententia continebat.

RESPONSIO AURELII.

Pag. 641. Statuere me jubes P. Frontonem cum editione Coloniensi illa antiqua, in qua ego negationem haberi dixi, manuscriptum codicem, nempe illum unicum quem ei concessisti, comparasse. At Frontonem non
Pag. 644. cum antiqua illa, quam ais, sed eum Suriana, quæ negationem non agnoscit, codices suos commisisse, ejusque sibi verba sananda passim proposuisse liquet. Hujus rei, nisi molestum est, exempla aliquot per-
Pag. 645. spicua colligamus.

REFUTATIO.

Qui factum sit ut negationis, quæ in codice Tiliano legitur, nulla in Notis Frontonis exstet mentio.

VII. Longam & laboriosam, sed inutilem operam consumpsisti, ut doceres Frontonem Ducæum cum manuscriptis non Crabbianam editionem contulisse, sed Surianam. Quid hoc ad me, si de Crabbiana non affirmavi? Ego ut ostenderem qua ratione fieri potuisset, ut negationem Fronto, tametsi in manuscripto codice observatam, inter varias lectiones non referret, statuere te, hoc est fingere jussi, Frontonem Crabbi editione, in qua negatio eadem exstat, usum fuisse, quo posito, concludebam nihil opus fuisse inter varias lectiones eam vocem adnotari, in qua scriptus codex ab excuso non differret. Qui poni aut fingi poscit aliquid, Aureli, nihil affirmat. Tu quasi asseverassem, & quasi una hæc defensionis nostræ arx esset, omnibus machinis expugnandam suscepisti. Possem hic etiam in isto tuo conatu non unam hallucinationem tuam redarguere: sed stultum sit inanem ac frivolam contentionem otiosa & minime necessaria confutatione refellere. Statue nunc, per me licet, quando de Crabbiana non placuit, Frontoni ob oculos positam fuisse Surianam, quid efficies? Frontonem, inquis, negationem istam in manuscripto non reperisse, vel ut spuriam rejecisse. Neutrum extorquebis. Nam in Tiliano, quem unicum Fronto, ut ostendi, præ manibus habuit in hoc canone manuscriptum, exstare constat negationem. Si testi oculato mihi non credis, codex ipse fidem faciet, qui in Joannis Tilii ornatissimi viri bibliotheca servatur. Vidisse autem Frontonem, & alienam censuisse, tibi tuique similibus hariolari liceat: sibi illi, qui limitatum & certum hominis judicium norant, minime persuadebunt. Cur igitur ab ejus Notis abest negatio? Equidem vel omissam in periculo inter scribendum dixerim; vel, quod etiam accuratis vigilantibusque interdum accidit, ipsius oculos fugisse.

EPISTOLA SIRMONDI.

Sic enim ego tecum ista disserui, quasi verum sit quod narras, intextam in editione Coloniensi negationem haberi, cum in ora potius adscriptam dicere debueris. Quod quidem ipsum ad P. Frontonis causam satis est, ad tuam videris an sufficiat. Ceterum mihi cum illo hac in parte, ut aiebam, nulla est dissensio, immo certa conspiratio. Ille negationem in antiqua editione cum reperisset, non abstulit: ego ab aliis deinceps detractam postliminio restitui.

RESPONSIO AURELII.

Sic mecum agis, quasi editiones ante Frontonem emissæ negationem canoni adjecerint, tu vero ab aliis deinceps ablatam restitueris: quasi post collectas demum Frontonis Notas ea negatio auferri sit cœpta. Pag. 648.
Deinde non intextam in editione Coloniensi dixi negationem, sed in ea legi ultimam clausulam addita negatione: quod in ea negatio, etsi in ipso corpore non sit inserta, nec in eo prorsus legatur, legitur tamen ad marginem, ubi variæ lectiones referuntur. Aut repre- Pag. 649. Pag. 652.
hendes etiam una mecum Romanos Gratiani castigatores, qui ad hunc ipsum canonem Arausicanum eodem modo notarunt legi in illa antiqua editione Coloniensi, *non necessaria habeatur chrismatio repetita*. Non parum est argumenti negationem istam vel in codicibus Fronto- De Consecr. dist. 4. c. 125. Pag. 651.

nis non fuisse, vel spuriam ei visam esse, probatamque illius apud Surium omissionem. Nam si adjiciendam censuisset; quo pacto passus esset eam non solum abjici a Surio, sed etiam in longe nobilissima Gratiani expurgatione summi Pontificis jussu a viris eruditissimis Romæ constituta exulare?

REFUTATIO.

Negationem Canoni apud Gratianum ab Emendatoribus addendam non fuisse, quia Gratianus sine hac ediderat: in Canonis editione restitutam fuisse a Sirmondo, quia canoni debebatur.

VIII. UTrum tu negationem in antiqua editione Coloniensi margini tantum adscriptam scivetis, ut nunc videri vis, an in ipso canone intextam credideris, quod Vindiciarum tuarum verba declarant, tibique, qui editionem hanc ad illum diem surtasse non videras, Romana ad Gratianum adnotatio imposuerit, quæ marginem a textu non distinguit, sciunt ii nimirum, Aureli, quos tu scire jusseris. hoc ego scio, tibi errare proclivius esse ac decipi, quam errorem fraudemque confiteri. De Frontone quid suspicari par sit proxime dixi. De me autem quid arguraris, quasi ego negationem post Frontonis demum Notas, & non post antiquam illam editionem, Canoni detractam scripserim? Sustine iterum tantisper, & quod minime speras audies, negationem hanc in prima omnium editione a Merlino suppressam, tu deinde a Crabbo restitutam, postea iterum a Surio & Binio prætermissam, iterum a me in editione nostra restitutam. Quid in his potest esse ambigui? Verum in suum ista locum reserventur? Nunc castigandus es mihi, cum de Romana Gratiani nunquam satis laudata emendatione ita ratiocinaris, ut non intelligas emendatorum illorum meique dissimillimam esse rationem. Illi enim, quia propositum id habebant, ut Gratiani codicem collatis exemplaribus quam emendatissimum redderent, negationem, quæ in ejus manuscriptis nusquam apparebat, canoni addere non debuerunt: ego, qui Concilii Arausicani canonem suæ originis nitori restituendum susceperam, non potui negationem, quæ in antiquis omnibus libris emicabat, sine piaculo & injuria præterire. Vides, Aureli, (nec enim postulo ut præ te feras; quid enim non dissimulet qui seipsum dissimulat?) prior ista pars pugnæ quam parum tibi ex sententia processerit. De altera exitus post docebit.

EPISTOLA SIRMONDI.

JUrene an sine causa, negatio restituta sit, *ut contendis*, *id vero est in quo tuum nunc appello judicium. Quæro enim ex te, ut emendationis nostræ proferri ratio aperta non posset, atque obscura & incerta in hoc Canone Synodi esset sententia, parumne tibi ad sanciendam lectionis auctoritatem ponderis habere videretur tot codicum, vel nostrorum, vel aliorum qui in editione Coloniensi laudantur, constans & nusquam dissona consensio? Non possum de te tam sinistra sentire, ut inficiaturum putem. Rudem nulliusque judicii criticum esse oportet, qui hoc nesciat.*

RESPONSIO AURELII.

IN canone X. Concilii Aurelianensis V. verba quæ consensum cleri ac plebis exigunt, a Fossatensi, Bellovacensi, & Tiliano codicibus abesse ais: de Tiliano repugnat Fronto, & in eo haberi testatur. *Pag. 655.* Debetur manuscriptis eatenus fides, quatenus ratio nihil obstat. Non enim subesse manuscriptis idoneum Criticum, sed præesse decet; nec imperitorum plurimum *Pag. 656.* scribarum veterno eruditorum Criticorum judicia; *Pag. 657.* rerumque summarum amplitudinem mancipare. Qui nihil nisi Criticus sit, sæcularis literaturæ quadam notitia tumidus magis quam plenus, Theologiæ sanctorumque patrum scientia leviter tinctus, hunc Criticorum omnis natio, & in primis Theologorum Criticorum, e choro suo exiget. Quanquam ne illud quidem dare possumus, esse tantam in negatione illa exhibenda codicum consensionem, quam tu prædicas, *Pag. 659.* qui quatuor tantum nominasti. Nam Coloniensis illa editio negationem ad marginem rejicit inter varias lectiones. Surius ne ad marginem quidem extare passus est. Quid de prima omnium editione Parisiensi anni M. D. XXXV. quid de confecta tot ante ætatibus ab Isidoro collectione? quid de recentiore a Gratiano? quid de Romana Gratiani correctione, in quibus omnibus negatio repellitur?

REFUTATIO.

Sirmondum in Canone Aurelianensi a Frontone non dissentire: negationis auctores in Arausicano habere omnes Manuscriptos, etiam Isidori. eandem in vulgatis per errorem desiderari. De manuscriptorum utilitate adversus Aurelium.

QUod ante jam frustra tentasti, audes iterum me cum P. Frontone committere, IX. atque *ἀντιλογίαν* inter nos & repugnantiam meditari, tanta cum fiducia, ut victoriam in in manu tua esse non dubites. vide tamen ne pinnatam esse memineris. Ego, ut ais, ad canononem X. Synodi Aurelianensis V. verba quæ consensum cleri ac plebis exigunt, a codice Tiliano abesse dixi, Fronto eadem in illo haberi testatur. Equidem, si hæc vera sunt, pugnare me cum Frontone non nego. Sed ut agnoscas nullum hic etiam mihi cum illo esse discidium, relege canonem integrum ex Suriana editione, qua Frontonem usum esse contendis. Sic autem se habet. *Tom. 2.* *Ut nulli episcopatum præmiis aut comparatione liceat adipisci, sed cum voluntate regis, juxta electionem cleri ac plebis, sicut in antiquis canonibus continetur scriptum, consensu cleri ac plebis, a Metropolitano, vel quem vice sua miserit, cum comprovincialibus Pontifex consecretur.* Compara deinde Frontonis Notas cum meis: sed animadverte *cleri ac plebis* duobus in locis in

editione ista factam esse mentionem. Fronto hæc verba priore loco a Tiliano codice abesse ait, ego idem affirmavi: Fronto eadem posteriore loco ibidem legi testatus est, ego non negavi. Quam hic notare liceat repugnantiam? Quod si nulla est, ubi nunc tua illa victoria? quo avolavit? retrahe fugitivam si potes.

Exinde Manuscriptorum argumentum tractas, & toto eloquentiæ campo in nos decurris, ut nobis adesse manuscriptos neges, vel, si adsint, doceas tanti non esse. Quo de utroque ut ordine respondeam, erras, Aureli, si putas me quatuor tantum illis codicibus nixum, quos ideo solos in Epistola mea commemoravi, quia solos in Notis nominaram. Alios a me
B præterea, eosque optimæ notæ lectos significavi. quos si plurimos numero dicam fuisse, mihi ut video non credes. At ego tibi, quamvis non spectatissimæ fidei testi, credere non recuso, si ex tanta veterum exemplarium copia, quantam adhuc servant Bibliothecæ, vel unicum protuleris, quod postremam Canonis nostri partem negationis vocula destitutam exhibeat. Quid hoc aliud est profiteri, quam omnes, qui tibi mihique hactenus noti sunt, mecum esse Manuscriptus? Sed tu Manuscriptis tanquam oppositam aciem vulgatos objectas. Ego contra vulgatos quoque ipsos, typis excusos, in manuscriptorum castra revocandos
C contendo, a quibus illos velut transfugas defecisse, non vanis indiciis, sed certa ratione compertum est. Nam ut vulgatarum editionum origines tecum & incunabula repetamus, ostendamusque nihil esse causæ, cur illarum nomine glorieris, scimus primam omnium eam fuisse, quam Parisiis instituit Jacobus Merlinus doctor Theologus, anno, quod ignorare non debebas, M.D.XXIV. non ut scribis XXXV. quo eadem Parisiis iterum est recusa. Post hanc Coloniæ prodiit duplex Crabbiana, una duorum anno M.D.XXXVIII. altera trium Tomorum anno M.D.LI. Hanc vero sedecim post annus Suriana excepit anno LXVII. Surianam Biniana duplex, prior anno M.DC.VI. posterior
D M.DC.XVIII. Ita Conciliorum Ecclesiæ collectores, editoresque quarunt omnino, editiones diversæ sex fuerunt. Harum prima, ut ante dixi, negationem in Canone Arausicano non habuit: in utraque sua Crabbus ex antiquis codicibus restituit, apposuitque, non in textu, sed ad marginem, ut solebat. Surius eandem iterum omisit, non dedita opera, nec veterum codicum ductu, quod jactas, sed temere ac fortuito. nam codices manuscriptos, ut apparet, in Concilio Arausicano Surius nullos habuit, Crabbianam posteriorem omni ex parte secutus est: nisi quod Crabbi ad primum canonem diversas lectiones, atque inter has negationem nostram, cum ceteras passim exhiberet, inconsulto præteriit. Quorsum enim sciens
E præteriret, aut Crabbi factum damnaret potius, qui negationem ex manuscriptis reddiderat: quam Merlini, qui contra manuscriptos abstulerat? Contra manuscriptus? inquis. Ergo negationem habuit Isidorus? Habuit, inquam, Aureli. Hoc enim est, quod te præter spem auditorum prænuntiaram, Isidorum ipsum, cujus collectionem priore Tomo suo edidit Merlinus, ipsius inquam Isidori vetera exemplaria negationem in Canone Arausicano præferre, quam impugnas. Si fidem apud te non me-

Pag. 660.

Pag. 643.

A reor, Isidori codicibus non negabis: quorum unum in Bibliotheca S. Victoris visere* licebit, alterum in Thuana, *tertium Laudunensem tibi amicus ille suggeret, qui nuper Reginonem commodavit. Bellovacensem enim, & alios, quos aliis locis vidi, non commemoro, ne te longius amandatum conquerare. Quod si negationem afferunt codices Isidori, prima ergo mali labes a Merlino, qui, casu ne an aliter non quæro, negationem Isidoro subtraxit, quam si fideliter in editione sua repræsentasset, secutæ sine controversia essent aliæ omnes, tibique jam hiscere non liceret, quia nulla esset de tribus literis concertatio. Quibus autem nunc pugnabis armis, cum Isidorum tibi præ-
B cipuum armamentarii tui telum ereptum videas? aut qua fiducia vulgatos libros nobis oppones, quos sentis, si exporgentur, suæque origini restituantur, in castris nostris militaturos esse cum Manuscriptis?

Sed Manuscriptorum hoc loco elevas fidem; & qui magno emptum velis, ut tres vel inquinatissimos, qui tuæ causæ faveant, nancisare, quia omnibus cares, omnibus obtrectas. Erroribus, ais, scatent vetera exemplaria, imperitorum scribarum sunt fœtus, discrepant inter se, atque, ut consentiant, moderate & caute, ne veritati officiant, tractanda sunt. Tua sunt hæc, Aureli, quæ magno clamore
C vociferatis. at singula expendamus. Depravati, mendisque obsiti sunt interdum veteres libri, quis nescit? an non alii contra spectatissimæ & probatissimæ notæ? An ideo equos omnes vitabis, quia cespitant nonnulli? aut quia vina vapida sunt quædam, omnibus abstinebis? Imperitos aliquando, parumque intelligentes fuisse antiquarios non inficior. Quippe arduum erat eosdem ubique invenire calligraphos & ortographos: scimusque in Monasteriis, quorum immortali beneficio veterum bibliothecarum reliquias quæ restant præcipue deberi fatendum est, minorem ætatem, ut Severus in S. Martini vita scribit, huic arti deputatam. Sed quæ juniores scripserant, senio-
D res postea doctioresque castigabant. Nescis quantum in ea re studii & operæ posuerint Antistites! Quid curæ industriæque non adhibuerunt, ne duos proferam ex plurimis, Cassiodorus Senator, & Petrus Damianus, ut Monasteriis suis, hic Avellano, ille Vivariensi, bibliothecam optimis, & partim sua ipsorum manu, partim opera notariorum emendatissimis codicibus instruerent? Hujus enim diligentiæ laborisque testes illos ipsos habemus, Senatorem in præfatione divinarum institutionum, Damianum in Regula eremitarum fon-
E tis Avellani. Quin & S. Anselmum legimus libros corruptos & depravatos nocturnis lucubrationibus corrigere solitum: & S. Augustinum auctor est Possidius, cum labori diem impenderet, noctem vel dictandis libris, vel jam dictatis atque transcriptis emendandis transegisse. Et dubitet quisquam, si hujus generis volumen aliquod Augustini, ab ipso recognitum, vel ex recognito fideliter expressum, bona fors offerat, tanquam emendatissimum amplecti? Equidem sic arbitror, Hieronymum, cum Origenis volumina Pamphili martyris manu exarata tanti faceret, ut Crœsi opibus æquaret, non propter martyris nomen tantum, quanquam hoc præcipue, sed propter

* Pluteo 6. F F. 1.

* Num. 113.

Pag. 656. 657.

Cap. 7.

Vitæ lib. 1. c. 8.

In vita S. Aug. c. 24.

Script. Eccl. c. 75.

emendationem etiam adamasse. Neque ego Hilarii librum de Synodis, quem a se manu sua descriptum Hieronymus testatur, si consequi liceret, non aliis multis nominibus, tum emendationis causa non plurimi faciendum putarem. *Epist. 6. ad Florent.* Amare bonos codices eum necesse est, qui doctrinam amat, quæ codicibus continetur. Et quanquam splendor literarum non idem omnibus temporibus exstitit, fueruntque inerudita sæcula & ingenia, quæ codices nobis non bonos procuderunt, nulla tamen ætas eam rudis fuit aut barbara, quæ melioris ævi codices ante illam barbariem natos non haberet conditos in Bibliothecis, ex quibus meliora deinceps, reddita literarum luce, petita & ad nos transmissa sunt exemplaria. Neque hæc sola nunc, Aureli, quæ integra & incorrupta videntur, ad expurgandos libros conferunt, sed alia etiam quæ sequioris sunt notæ: cum vitiosi & mendosi adeo codices vix sunt ulli, qui multis in locis non sani sint: ita ut inter se collati vulneribus suis medeantur invicem, & mutuis auxiliis convalescant. I nunc ergo, & manuscriptos obstinatius vel non bonos vitupera, quia judicio indigent, ut dicis, & eum judicio tractari tan senteotia nisi a Theologo non possunt. Judicio quidem hic certe opus est non levi, tum ceteras ob causas, tum maxime, ne absona, quod parum abs te cautum video, & ab auctoris mente aliena emendatio vel interpretatio inducatur. Quod qui providere nescit, longe prorsus ab illo est judicio, quod Critici partes requirunt, quodque in emendandis libris sincerius interdum certiusque præstat sollers Grammaticus, quam tumidus ac turgidus inani titulo & ostentatione non scientia Theologus.

EPISTOLA SIRMONDI.

Verum ego hac sola defensione non utor: ipsa pro me Synodi verba loquuntur, & negationem salva sententia tolli non posse testantur. Relege sodes canonem integrum, & singulas ejus partes expende. Tum ego fidem tuam obtestabor, æquumne censeas de Synodi Arausicanæ Patribus tam leviter suspicari, ut qui chrismationem unicam toto canone tot modis inculcarant, eosdem placeat in extrema ejus clausula necessariam chrismationem alteram affirmare.

RESPONSIO AURELII.

Pag. 66. Duplicem in canone chrismationem plane reperio. primum illam quæ in baptismate fieri jubetur a ministris baptizantibus: deinde illam quæ in Confirmatione a sacerdote seu Episcopo fieri dicitur. ex qua utraque, per se & in suo genere unica, fit duplex illa unctio, quæ in clausula canonis necessaria esse concluditur. Quæro ex te, qua *Pag. 665.* sententia poni velis ultimam canonis clausulam negatione inserta, *sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio*. qua de chrismatione sermo est? Si de baptismali seu verticali, ridicule iteranda negabitur, cum ipsa illa chrismatio prius constituenda *Pag. 666.* esset, quam de iteranda ageretur. Hoc autem canone primum decreta reperitur in Ecclesia Gallicana. *Pag. 668.* Superest ut de chrismatione Episcopali loquatur, & non necessariam habendam dicat repetitam chrismationem, nempe Episcopalem in Confirmatione post presbyteralem seu verticalem in baptismo. At hoc quoque sensu adeo absurdum est, ut minus quam prior ferendus sit. *Pag. 670.* Si enim ii soli, qui in baptismo chrismari non potuerunt, ab Episcopo sunt chrismandi, Episcopalis chrismatio baptismalis chrismationis merum est supplementum. Hinc via patet ad pleniorem canonis expositionem. *Pag. 671.* Primum enim statuendum est quod diximus, Arausicanos Patres chrismationem baptismalem in Galliis antehac minus notam, minusque quod constet usurpatam, hoc canone primum sancire. Statuunt enim, nullum deinceps baptismum a presbyteris sine Chrismatis unctione administrandum esse. *Pag. 674.* Unde claret non recte hinc a te avulsum illud *in baptismate*, cum series ipsa canonis indicet non generatim edici semel esse chrismandum, sed semel in baptismate chrismari: & significent Patres chrismationem iis verticalem, non etiam Episcopalem permitti. Porro ita præcipiunt *Pag. 675.* ejusmodi chrismationem, ut eam, si quo casu omissa fuerit, suppleri jubeant ante confirmationem Episcopalem. *Pag. 676.* Nempe ne talem confirmet Episcopus, nisi eum ad presbyterum prius chrismandum remiserit. Ipse enim Episcopus ejusmodi chrismationem præbere non potest, *quia chrismatis ipsius non nisi una benedictio est*, esset autem duplex, si prius eam quæ a ministris petenda erat, deinde suam expleret. Hoc sensu illius partis posito, nihil interest legatur, *Num inter nos*, aut *inter quoslibet*. Est enim vera utraque oratio. *Pag. 677.* Hinc ad canonis conclusionem proficiscuntur Patres. *Pag. 678.* Jusserant de eo, qui baptizatus a ministris quacumque necessitate chrismatus non fuerat, in Confirmatione moneri Episcopum, ne prius eum confirmet, quam baptismalem chrismationem a ministro perceperit. Ejus rei rationem afferunt, non quo chrismatis baptismalis omissionem sola necessitate contractam cuiquam obesse, aut chrismationis Episcopalis vim minuere velint, sed ut sine ullo ejusmodi præjudicio, repetita chrismatio, seu chrismatio duplex, necessaria habeatur. Ex quo patet sententiam intercipi, si negationem ultimæ parti adjicias. Nec quenquam moveat locutio illa, *Pag. 679.* *Non ut præjudicans quicquam dico*, quam tu vocem *dico* sustulisti, cum sine ea sententia deficiat: quia frequentissima est in Conciliis oratio, ut ab uno quopiam Episcopo proposita suo nomine sententia ceterorum assensu probetur. Refellitur eadem opera titulus, quem tuo marte affinxisti, *De non iteranda chrismatis benedictione*, contra omnium codicum qui antehac a collectoribus inspecti sunt fidem, qui omnes uno consensu canonem inscribunt, *Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur*. Certe enim titulus tuus a scopo canonis aberrat. *Pag. 680.* Confirmatur codicum titulus a Concilio Arelatensi II. seu verius rapsodia & centone canonum variorum a te edito, ut pateat rapsodiæ istius compilatorem spectasse canonis sensum quem nos edidimus. Ceterum isti quoque centoni Arelatensi videtis more tuo abstulisse voces illas *in Baptismate*, *Pag. 681.* contra vim scopumque canonis.

REFUTATIO.

Canones ex sensu & more temporum, quibus conditi sunt, interpretandi. Aurelii, qui canonem Arausicanum ad hodiernum usum detorsit, interpretatio violenta, confusa, ridicula: Sirmondi contra expositio canonis ævo congruens, perspicua, & certis auctoritatibus constabilita. De titulo canonis, & de Concilio Arelatensi II

X. Hactenus belli præludia, nunc certamen ipsum ingredimur. Canonis Arausicani

A adstruenda est sententia. Hic Rhodus, hic saltus, Aureli, hæc pugna decretoria, in qua alterum nostrum vincere, alterum cadere necesse est. Ut ordine configamus, eum sequar, quem exemplo tuo constituisti, ut tuam priore loco Interpretationem dispungam, tum meam postea stabiliam & confirmem. Sed hoc inter nos erit discrimen, quod ego nunc explicatam a te habeo sententiam tuam, quam impugnem: tu de mea priusquam audires divinando aberrasti, & umbras tibi cum quibus dimicares effinxisti. Quid enim attinebat aerem tot paginis cædere, atque illa refellere, quæ nemo af-
B firmabat? Itaque his omissis, ad Interpretationem, ut dixi, tuam veniam, si hoc a te impetraro, ut erroris in illa tui fontem prius & caput aperiam. Sic enim ad Canonem exponendum te accessisse video, ut nefas putes aliquid in illo latere, quod ab hodierno usu nostro distet, eoque nervos intendis ut consentanea omnia videantur. Quod genus interpretandi, si quidem res patitur, nemo reprehendat: si repugnet, nullum est ineptius. Quis enim hominem non rideat, qui cum legibus Ecclesiasticis permissum nunc esse intelligat, ut ordinari presbyter possit anno ætatis xxv. diaco-
C nus xxiii. ad hanc normam Agathenses, Arelatenses, & Aurelianenses canones redigere velit, qui presbyterum ante annos xxx. diaconum ante xxv. ordinari vetant? aut qui de Subdiaconatu, qui jam pridem ordo sacer est, adjunctamque habet legem castitatis, quoniam antiqui Canones diversa statuunt, alios ex aliis corrigendos arbitretur? Synodum quoque Africanam sub Cypriano, quæ venientes ab hæresi baptizandos censuit, si quis interpolare, communemque ad Ecclesiæ sensum aptare conetur, quis ferat? aut quis non indignetur, si reclamante Hieronymo* neget quisquam Mele-
D tium in Synodo Antiochena ὁμοιούσιον statuisse, quia videlicet tantum vitam æquius fuerat ὁμοούσιον cum Nicæna retinere?

Agat. c. 17. Arel. IV. c. 1. Aurel. III. c. 6.

Cyprian. lib. 3 extremo.

* *In Chronico.*

Non dissimile est, Aureli, quod in Canone isto interpretatione tua moliris. Nam pensi nihil habens, quid Synodi verba sonent, aut qui mos illo tempore, qui status rerum & conditia fuerit, ad ævi nostri consuetudinem omnia rapis: & quoniam duplex hodie in Ecclesia cujuslibet Christiani est chrismatio, una in vertice, quæ fit in baptismo, altera in fronte, quæ in confirmatione, de utraque in Synodo vis agi, cum Synodus disertissimis verbis unicam statuat. Et cum chrismationem confirma-
E tionis in usu antea positam fuisse non ambigas, chrismationem tamen baptismi, ad eum diem ignotam in Gallia, tunc primum hoc canone institutam augurаris. Quam apte autem & quam concinne, ut eo pervenias, immo quam distorte violenterque canonem accipias, ipsa ejus verba hoc loco, cum admirandis glossulis commentitiisque tuis subjiciam, tu mecum recognosce. Nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium sine chrismate usquam debet progredi. *Nimirum*, ais, *ut baptizatus chrismetur in vertice, quod in Gallia cum antea non fieret, faciendum deinceps hoc canone præcipitur*. quia inter nos placuit semel in baptismate chrismari. *Scite*, inquis, *in baptismate: nam extra baptisma chrismari fideles alibi possunt, sed non a presbyteris, quibus chrismare in solo baptismate licet*. De eo autem, qui in baptisma-

te, quacumque necessitate faciente, non chrismatus fuerit, in confirmatione sacerdos commonebitur. *Nempe*, ais, *ut priusquam talem confirmet, ad presbyterum in vertice chrismandum remittat: quia Episcopus ipse ejusmodi chrismationem præbere non potest*. Nam inter nos chrismatis ipsius, *id est Episcopi*, non nisi una benedictio est. *Quam videlicet neophytos confirmans imprimit in fronte. chrismatio enim altera baptismalis in vertice, propria est presbyteri, non Episcopi*. Non præjudicans quicquam, dico, sed ut necessaria habeatur chrismatio repetita. *Non quo chrismatis baptismalis omissio, sola necessitate contracta, obesse cuiquam aut chrismationis Episcopalis munere vim possit, sed quia duplex chrismatio est necessaria*.

Fallor, Aureli, aut tua sunt hæc glossemata. O glossam vere, quod nostri aiunt, Aurelianam, ridiculam, absurdam, quæ verborum sententiam non obscurat modo, sed destruit & evertit. Primum enim, quam ridiculum est Synodum novam, ut affirmas, & antea inusitatam in Gallia chrismationem presbyteris in baptismo præcipere, & de qua chrismatione præcipiat non indicare? utrum in vertice, in fronte, in pectore, aut in multis simul partibus, ut Græcorum mos est. Unde poterant de verticali, quam intelligi putas, suspicari & divinare presbyteri, si de verticali nihil unquam audierant? Deinde quis ludicrum hoc spectaculum concedat tibi, ut si quando ad Episcopi confirmationem venerit quispiam nondum in vertice chrismatus, eum ad presbyteros chrismationis ejus causa remittat Episcopus, quod hanc ipsi, ut ais, præbere sit nefas? Quasi Episcopo si baptizet, baptismumque confirmatio non sequatur, baptismalem chrismationem ne usurpet lex ulla interdicat: aut quod ei præstare in baptismo liceat, id ante confirmationem, si opus est, supplere non liceat. Quid de conclusione autem tua dicam, in qua vincis te ipsum, & auribus animisque omnium absurda confingis? Etenim si duplex Synodi judicio necessaria est chrismatio, & harum altera, quæ baptismalis dicitur, nondum ut ais usurpata fuerat in Gallia, quid aliud consequitur, quam ut necessaria majores nostri ante Synodum Arausicanam chrismatione caruerint? Quod si verum est, miseros & infelices Episcopos Galliæ, tum sæculo superiore Marinos, Rheticios, Hilarios, Martinos, tum recente memoria Proculos magistros Ecclesiarum, Exuperios, Victricios, Herotas, & alios, qui necessarium Ecclesiis suis quid esset non intellexerunt. Sentio quid cavillaturus sis, necessariam deinceps chrismationem a Synodo dici, quam Synodus ipsa imperabat. Ridicule. Quasi necessarium hoc modo quisquam id dicere soleat quod præcipit. Quod si necessariam hoc sensu verticis chrismationem intelligit Synodus voluit, an eodem sensu & alteram? nullone ambas discrimine habendas censuit? aut si habuit, cur uno utramque verbo, si diversum est judicium, necessariam appellavit? Vides in quas te ambages conjicias. Jam illa *non præjudicans quicquam dico*, tam alienam ad sententiam detorta quis ignoscat? quodque, ut barbaram quoque Synodum faceres, ἀπαρέμφατον hoc *dico*, etsi quo referatur non habet, recto tamen, nec sine exemplo usurpatum a Synodo ausus es adstruere. Solent, ais, in Conci-

liis ab uno quopiam Episcopo propoſita ceterorum aſſenſu comprobari. Audio. Nam & in Sardicenſi frequens iſtud eſt, *Oſius Epiſcopus dixit*, &c. *Synodus reſpondit*, *Placet*. & in Africanis, *Aurelius Epiſcopus dixit*, &c. *Ab univerſis Epiſcopis dictum eſt*, *Omnibus placet.* Quid horum vero ſimile hic habes, ubi nec qui loquatur unus eſt, nec alii qui reſpondeant? Nimirum certe ingenio & otio tuo abuteris, ſi hoc agis, ut ea quæ ipſe, ni fallor, minime credas, ſcribendo ceteris perſuadeas.

Rejecta igitur & profligata inextricabili, atque omni ſphinge ac tripode obſcuriore, viginti canonis interpretatione tua, nunc ad noſtram oculos adjice, quantoque ſincerior & planior, omnique ſit παρερμηνείας ſuſpicione liberior, expende: tum cave deinceps ne in Gallicani canonis emendatione peregrina & extera, quæ ſecutus es, noſtris id eſt Gallicanis exemplaribus anteponas. Sic autem noſtra ſe habent. Nullum miniſtrorum qui baptizandi recepit officium ſine chriſmate uſquam debere progredi, quia inter nos placuit ſemel, *id eſt una & non diviſim*, chriſmari. De eo autem qui in baptiſmate quacumque neceſſitate faciente non chriſmatus fuerit, in confirmatione ſacerdos commonebitur, *ut ab eo tunc chriſmetur*. Nam inter quoslibet chriſmatis ipſius non niſi una benedictio eſt, *vel in baptiſma, vel in confirmatione*. Non ut præjudicans, *id eſt nocens* quicquam, ſed ut non neceſſaria habeatur repetita chriſmatio, *ſemel a presbytero, iterum ab Epiſcopo*.

Jam vel tacente me vides, ut opinor, Canonem non de duabus, ut ajebas, quæ hodie ſunt in uſu, ſed de unica eaque in fronte chriſmatis unctione loqui, atque ut hæc unica in baptiſmo fiat præcipere. Ideo miniſtrum baptiſmi chriſma in promptu vult habere, ut baptizatum mox liniat. Quod ſi quo caſu chriſmatus in baptiſmate quiſquam non fuerit, tum in confirmatione commoneri Epiſcopum, ut chriſmet ipſe nimirum, priuſquam manum imponat. Hæc Synodi, ut apparet, liquida eſt ſententia. In qua quidem ſentio te, Aureli, non mediocriter nec ſine cauſa commoveri & conturbari. Primum quod Synodo una placet chriſmatio, deinde quod presbyteris ut chriſment in fronte permittitur, poſtremo quod chriſmatio iſta ab Epiſcopi confirmatione ſeu manuum impoſitione ſejungitur. Nova ſunt hæc, fateor, ſi cum iis compares, quæ aliter poſtea in Eccleſia & ſapienter conſtituta ſunt: ſed ſi temporum illorum diſciplinam conſideres, nihil habent ab ea quod abhorreat. Etenim, ut inde incipiam, non ignoras primis Eccleſiæ ſæculis, cum poſt baptiſmum confirmatio mox, tum Euchariſtia ſequabatur, unctionem chriſmatis unicam fuiſſe, qua Epiſcopus baptizatos in fronte conſignabat. In fronte, inquam. Hoc enim etſi doceri nihil eſt opus, docet tamen Tertullianus, eo alludens

Præſcr. c. 40. cum de æmulo Dei diabolo ait, *Signat & illic in frontibus milites ſuos*. unde & *inſcripta oleo frontis ſignacula* dixit Prudentius in Pſychomachia. Unicamque chriſmationem & Tertullianus idem de baptiſmo cap. VII. & Cyprianus epiſtola LXX. & alii Patres antiqui commemorant. Duplicem vero etſi diſtinguit

Epiſt. 1. Innocentius Pontifex ad Decentium ſcribens

A Epiſcopum Eugubinum, duplicem tamen paſſim, niſi longo poſt tempore, obſervatam haud facile reperias. Quare mirum non eſt unicam hoc loco Arauſicanis patribus probari. Frontis porro chriſmationem, quod alterum eſt caput difficultatis, frequenti olim uſu multis in locis uſurpaſſe presbyteros quis neſcit? Nam ut miſſos faciam Græcos, apud quos perpetuus hic mos fuit, quique Latinos aliquando inſimolare auſi ſunt, ut Nicolaus Papa ſcribit, Epiſt. 7.
quod presbyteros liaire baptizatorum frontes inhiberent: ut de Toletana quoque Synodo prima nihil dicam, quæ canone XX. presbyterum ſtatuens abſente Epiſcopo chriſmare, præſente vero, ſi ab illo fuerit præceptum, de chriſ-
B matione frontis haud dubie intelligenda eſt. Ut hæc, inquam, & his ſimilia non perſequar, omni luce clariora ſunt quæ exſtant apud S. Gregorium in epiſtola ad Januarium Epiſcopum Caralitanum. *Pervenit quoque ad nos*, Lib. 3.
inquit, *quoſdam ſcandalizatos fuiſſe, quod pres-* epiſt. 26.
byteros chriſmate tangere in fronte eos qui baptizati ſunt prohibuimus. Et nos quidem ſecundum uſum veterem Eccleſiæ noſtræ fecimus: ſed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur, ubi Epiſcopi deſunt, ut presbyteri etiam in frontibus baptizatos chriſmate tangere debeant
C *concedimus*. Romanæ, ut vides, Eccleſiæ conſuetudinem dum memorat Gregorius, Eccleſiarum omnium conſuetudinem non fuiſſe ſignificat. Erant ergo apud quas presbyteri baptizatos chriſmarent in fronte, atque in harum numero Caralitana. Quem illæ morem profecto, niſi aliquo jure ſibi permiſſum, non uſurpaſſent. Unde autem manaſſe potius credamus, quam a Silveſtro Papa, qui *conſtituit ut presbyter liniat chriſmate levatum de aqua propter occaſionem tranſitus mortis*, ut memoriæ proditum eſt in Pontificali? Scio non deeſſe, qui de verticis unctione hæc interpreta-
D ri malint: ſed videntur iſti ad ætatis ſuæ morem potius, quam ad Silveſtri conſilium & inſtitutum ſpectaſſe. Ab Arauſicanæ autem Synodi patribus quis alienum ducat, ut baptizatos in fronte chriſmari hoc loco a presbyteris ſtatuant, cum hæreticos ab iiſdem cum chriſmate & benedictione conſignari proximo canone permittant? Reſtat ergo, ut quoniam hoc quoque ſatis probatum eſt, de tertio capite, hoc eſt de chriſmatione & manuum impoſitionis intercapedine, ſimiliter comprobemus. In quo tamen, quid eſſe poteſt negotii? Conſequens enim erat, poſtquam unum baptiſ-
E mi & confirmationis tempus eſſe deſiit, ut quibus ex hoc more frontem chriſmate in baptiſmo linierat presbyter, his alio tempore manum Epiſcopus imponeret. Quod fieri conſueſſe illa in primis S. Hieronymi adverſus Luciferianos verba declarant. *Non abnuo*, inquit, *hanc eſſe Eccleſiarum conſuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati ſunt*, (quomodo autem baptizati? non ſine chriſmate, ut mox dicit,) *Epiſcopus ad invocationem ſancti Spiritus manum impoſiturus excurrat*. Nam muneris Epiſcopalis erga neophytos cum duæ olim eſſent partes, chriſmatio & impoſitio manuum, ita ſubinde res eſt temperata, ut conceſſa presbyteris chriſmandi poteſtate, pars altera penes ſolos Epiſcopos reſideret, quam ſolam iis impertirent, qui legitima a presbyteris chriſmati

jam forent. Denique hæc illa est manuum impositio, quæ & in Canone nostro, & a Gennadio, & aliis ejus sæculi scriptoribus, peculiari jure Confirmatio nuncupatur: nominatimque ab Hilario Episcopo Arelatense, illo ipso qui Synodo Arausicanæ præfuit, in Homilia de Pentecoste. *Quod nunc*, inquit, *in confirmandis neophytis manus impositio tribuit singulis, hoc tunc Spiritus sancti descensio donavit universis.* & post alia. *Ergo Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam.* Et S. Augustinus de baptismo disputans contra Donatistas, hanc eandem impositionem manus & sacramentum singulariter appellat, & a chrismatione sejungi solitam, ipsa verborum serie, Eucharistiæ interjecta mentione significat. *Si ad hoc valet*, inquit, *quod dictum est in Evangelio, Deus peccatorem non audit, ut per peccatorem Sacramenta non celebrentur, quomodo exaudit homicidam vel super aquam baptismi, vel super oleum, vel super Eucharistiam, vel super capita eorum quibus manus imponitur?* Non ignoramus, Aureli, duo ista, quæ divulsa tantisper aliquando apud multos & divisa fuerant, eadem Ecclesiam postea sapientissimo consilio copulasse iterum & consociasse, ita ut munus utrumque in Confirmatione, solusque jure ordinario præstet Episcopus, nec derivari nunc, nisi summa auctoritate, ad presbyteros liceat: scimus etiam pro una chrismatione, quæ canone nostro præscribitur, duas tandem in Ecclesia juxta Innocentii Papæ rescriptum obtinuisse, ut presbyter baptizatum in vertice liniat, Episcopus in fronte consignet, cum tradit Spiritum paracletum. Sed aliud est, quid nunc juris sit animo volvere, aliud antiquos canones ex antiquis moribus, quæ suprema interpretandi lex est, apte congruenterque interpretari.

Eccl. dogm., c. 52.

Inter Eusebianas.

Lib. 6, c. 20.

Quid est ergo nunc tandem, cum hæc ita sint, quod in Titulo *De non iteranda chrismatis benedictione*, quem canoni adscripsi, adeo male te habent? An quia, ut ais, a scopo canonis hic titulus aberrat? A scopo tuo aberrat, Aureli, non a meo, neque a Canonis sensu, quem eo collocare docui, ut una tantum sit chrismatio. An quod idem non est in codicibus antiquis, quos Conciliorum editores inspexerunt, qui canonem inscribunt, *Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur*? At omnes profecto non inspexerunt. Nam in codice Remensi alia est inscriptio, *Si baptizatus pro necessitate faciente chrismatus non fuerit*. alia in Concilio Arelatensi II. ubi canonem hunc recitat, *Qui baptizandi officium accepit sine chrismate non procedat*. Unde autem putas natam esse hanc varietatem? aut quis ex ea statim non intelligit, canonum titulos, ut nunc se habent, haud quaquam a Synodis ipsis inditos videri, sed a collectoribus postea, pro cujusque caput & arbitrio fuisse concionatos? Itaque apud Burchardum & Ivonem alia rursus est inscriptio, *Ut presbyter in sua plebe sine chrismate ire non debeat*. Apud Isidorum tua illa, quam primus edidit Merlinus, secutæque exinde suæ editiones vulgatæ: quam ipsam vetus quoque apud nos exhibet canonum Collectio, sed cum glossematis auctario, in hunc modum, *Ut nullus minister sine chrismate proficiscatur. ubi & presbyter minister ostenditur.* Aliam vidimus e Monasterio S. Benigni longe vetustissimam, atque Isidoro ipso antiquiorem Collectionem, in qua Canon idem sine Titulo describitur: & titulis et ipsa fere carent omnes in antiquissimis quibusque exemplaribus Conciliorum. Quod si aliis olim arbitratu suo titulos fingere licuit, quos probabant, cur hoc invideas mihi, ut eum præcipue deligam, qui mihi ad præcipuum canonis scopum accommodatissimus videatur?

Pag. 680.

Pag. 679.

Can. 27.

Lib. 4, c. 73. Part. 2, c. 267.

Quid est ad extremum, quod in Concilio Arelatensi II. te offendit, ut Conciliorum in numero habendum non censeas, & rhapsodiam centonemque a privato quopiam *compilatum* dici malis? Quasi absurdum fuerit, Episcopos Galliæ in Synodo ista superiorum Galliæ Conciliorum canones habito delectu delibare, in unumque redigere, qui recenti patrum memoria sciebant Episcopos Africanos omnium, quæ Aurelii Carthaginiensis temporibus celebrata fuerant, præteritorum Conciliorum canones eodem modo excerptos digessisse? Nisi forte in ea es sententia, quæ virum magnum memoria nostra induxit, ut Synodum Africanam privati quoque hominis centonem fuisse suspiceris. aut diversam Arelatensis Collectionis rationem putas fuisse, cum postrema Canonis ipsius verba, ut ibi leguntur, *quia inter nos juxta Synodi constitutionem placuit semel chrismari*, non privati hominis sensum, (quis enim hoc sibi arroget?) sed publicam Synodi auctoritatem aperte declarent. Sed quid est, inquam, quod in hoc Concilio non arrideat tibi? An quod voces istas *in baptismate* non habet, in quibus tu totam vim canonis positam pueriliter ariolaris? Tam enim necessarias censes esse, ut eas omitti a Synodo potuisse non credas, sed a me iterum hoc loco subtractas calumnieris. Vide Aureli, qui falsarios somnias tam sæpe, quid ipse pro ingenio tuo facere soleas. Nam ego quidem artem istam non novi. Porro in Codice Remensi, cujus copiam faciemus tibi cum voles, nullum est, ut audisti, vocum istarum vestigium. Quod unum certe, si quid judicas, argumentum potest esse, nec in Arausicana Synodo exstitisse, ridiculumque ac frivolum id esse, quod aiebas, vim Canonis in verbis quæ nusquam apparent positam fuisse.

Conc. Arel. II. c. 27.

EPISTOLA SIRMONDI.

Synodo, ut ais, particulari detrahe quantum voles. nunquam efficies, ut Hilarium Arelatensem, & Eucherium Lugdunensem, atque alios utriusque provinciæ Antistites, qui Synodo adfuerunt, dissidere a seipsis, & pugnantia loqui potuisse cordatis hominibus persuadeas.

RESPONSIO AURELII.

Pag. 686. TU si non rem, nomen saltem particularium Synodorum aspernaris, & quasi Latinitati tuæ impar tuis verbis proferre non sustines, mihique fastidiose remittis, dum ita me appellas, *Synodo*, ut ais, *particulari detrahe quantum voles*. Ego vero an particularem Synodum, & in ea ac voce Theologica Theologum quam Grammaticum agere malo? Ita Theologos Pag. 687. passim loquentes audio. Longe enim erras, si quam eisa censes Latinam vocem, quæ isti *Synodus particularis* examussim respondeat. Longe aliud est Theologis Synodus provincialis, longe aliud nationalis, diœcesana, quæ tamen nihilo Latiniora sunt. Nullam denique reperies, quæ Synodo generali, seu œcumenicæ, quasi e regione adversetur, & omnia Synodorum non œcumenicarum genera, quæ vis est Synodi particularis, quam Græci μερικὴ & τοπικὴ dicunt, complectatur.

REFUTATIO.

Aurelii frigida cavillatio de nomine particularis *depulsa, & in ipsum rejecta.*

XI. LUdis, opinor, animique causa nugaris, tam delicati me in lingua Latina esse fastidii, ut *particularis* vocem a te usurpatam reprehenderim. Ubinam vero? cum te alloquens dixi, *Synodo, ut ais, particulari*. Falsus sum, Aureli. rem mihi cum Theologo esse putabam: nunc ut video ne cum Grammatico quidem. Quæ enim te Grammatici schola docuit, eum qui dictum aliquid ab altero simpliciter narret, vitiose illum aut barbare locutum affirmare? aut Ciceronem, cum diceret, *Docebo sus, ut aiunt, oratorem*, non quid in ore vulgi sit indicare tantum, sed aliquid etiam voluisse in ejus oratione reprehendere? Me quidem in Vindiciis tuis, cum particularem vocares Synodum Arausicanam, non vox illa offendit, sed sententia tua. Ideo admonendum censui, ut meminisses, quanquam particularis hæc Synodus fuerit, quod elevandæ auctoritatis gratia commemorare videbaris, tui tamen pudoris esse ac modestiæ, vel de particulari Synodo nihil leviter sentire. Sed nimirum, nisi hoc cavillatus esses, perierat tota illa, qua responsionem tuam illuminasti, de Theologorum sermone, deque Synodorum generibus dissertatio. quam perire omnino satius erat tibi, quam in pectus tuum infigi mucronem, quem in nos distrinxeras. Quid enim, Aureli, si a te jure videor reprehensus, si particularis nomen, quia *ut ais* dixi, respuere sum visus, an non consequens est, ut tu vocem *multa* respuas, qui alio loco me alloquens scripsisti, *Multa, ut ais, non commemoravi?* Qua ergo Pag. 642. nota tunc dignus es? A me quidem asperius nihil audies: sed alius diceret, *Insanire me aiunt, ultro cum ipsi insaniant.*

EPISTOLA SIRMONDI.

QVod si negationem hanc & Synodi sententia requirit, & vetera retinent exemplaria, desine a nobis sine causa restitutam accusare, atque illis potius succense, qui eam primi, vel apud Gratianum, vel unde Gratianus transtulit, contra librorum consensum, & contra Synodum ipsam sustulerunt.

RESPONSIO AURELII.

NEgationem istam primum apud Gratianum, vel unde Gratianus transtulit, sublatam esse prædicas, hoc majori errore, quo minus a tali viro proferri decuit. Quis enim nesciat negationem istam ab Isidori collectione tercentis circiter ante Gratianum annis abfuisse? Quare desine tu potius ejusmodi studio ad responsiunculas præcoces, minimeque necessarias desilire. Ac tu magis intelligas, quam immerito tantulam animadversionem Tomis illis iniquam dixeris, profiteri non verebor, non tres literulas, sed res gravissimas, non in una voce, sed permultis locis ita in Tomis tuis detortas, & sine causa ulla deformatas esse, ut sine publica expurgatione præteriri nullo modo possint. Quem laborem nisi quis alius suscipiat, ego Ecclesiæ Gallicanæ catholicæque universæ bono deberi non patiar diutius. Pag. 690. Pag. 692. Pag. 693.

REFUTATIO.

Aurelii in Gallos contumelia. Quid causæ sit cur Canon Arausicanus apud Gratianum sine negatione, & apud alios Collectores dimidiatus legatur. Epilogus, & admonitio ad Aurelium.

VAlidum tuo judicio argumentum inveneras, ne Gratianum subductæ negationis auctorem dicere liceret, Isidorum objectans tanto antiquiorem Gratiano. Et validum revera, nisi ejus vanitas ex eo jam esset patefacta, quod in antiquis Isidori codicibus exstare negationem, eamque a Merlino, cum Isidorum ederet, omissam fuisse docuimus. Expuncto autem Isidoro, quem habes qui negatione careat Gratiano antiquiorem? immo quem habes præter Gratianum? Quamquam nobis, Aureli, non tantopere laborandum censeo, ut erroris auctorem, quam ut erroris fontem causamque investigemus. Erroris, inquam, non adjectæ, ut putas, sed subtractæ, amotæque negationis. Tu qui adjectitiam esse contendis, causam cur adjectam suspiceris, non falsam modo, sed Gallis omnibus contumeliosam pessimus conjector excogitasti: quos in ea hæresi vis fuisse, ut confirmationem iterandam censerent, ac recepta consuetudine iterarent: eamque ob rem codices Gallicanos videri tibi hoc loco adscita negatione depravatos. Et audes tam insulsi commenti adstipulatores fingere Concilii Cabilonensis II. Antistites. cum ab his diserte non vulgo multorum hic error fuisse dicatur, sed paucorum quorundam de plebe, qui bis terve ab Episcopis, ignorantibus eisdem Episcopis, confirmari ferebantur. Paucorum ergo plebeiorum causa, ne canonem ad se raperent, qui canones nunquam legebant, corruptum a librariis canonem auguraris: nec verendum magis fuisse intelligis, ne geminam, quæ in usu erat Ecclesiæ, chrismationem vetare corruptus canon videretur? Tam callidi erant

XII. Pag. 682. & 683. Can. 27.

eraut scribæ, ut aliorum errori consulerent? tam rudes, ut suum non viderent? Quos hic tu clamores, Aureli, si a me dicta hæc essent, non attolleres? Sed quærendum nobis, ut dixi, non cur adjuncta, sed cur detracta sit negatio. Ecquam autem ejus adimendæ Gratiano, vel quisquis est, causam putas aliam fuisse, quam cujus tu gratia sublatam velles? Tu nempe, quia duplicem hodie chrismationem observari vides, duplicem in canone non necessariam dici ferre non potes: ille, quia jam quoque in usu duplex erat, ne adversari canon videretur, negationem abstulit, & veterum Collectorum more fecit, qui in Conciliorum canonibus ea sæpe resecant, & immutant, quæ vel obsoleta & inutilia judicant, vel ab ævi sui moribus aliena. Vidimus ipsi aliquando, & nisi perspectus mos fuisset, mirati essemus, in vetustissimis Conciliorum voluminibus, Corbeiano & Lugdunensi, plerosque Arelatensis primi Concilii canones, qui ad Donatistarum controversiam pertinebant, aut alia jam antiquata, nullique usui futura continebant, studio prætermissos. Et inter Statuta Ecclesiæ antiqua, quæ exstant in Concilio Carthaginiensi IV. canon est numero XLIV. *Clericus ne comam nutriat, nec barbam radat.* Quo ex canone posteri vocem ultimam erasere, atque hoc modo relatum cernimus in libros Decretalium. Quo consilio id olim factum credas? Quia nimirum, postquam contra canonem radi a clericis barba cœpit, canonem qui vetaret exstare non placuit. Alia denique sunt apud canonum Collectores hujus generis quam plurima. Quare de canone Arausicano, cur apud Burchardum & Ivonem non integer habeatur, aut cur in postrema ejus clausula negatio apud Gratianum sit omissa, cave aliam illis causam, aliudve consilium fuisse arbitreris. Spectabant enim, ut dixi, quid ipsorum ætati conveniret, atque ubi aptare canonibus tempora non poterant, canones temporibus accommodabant.

De vita & hon. cler. cap. 5.

Lib. 4. c. 73. Part. 1. c. 167.

De Conf. dist. 4. 125.

Quæ cum ita sint, Aureli, quoniam post duodena cursus nostri spatia ultimus hic flexus est metæ, nec te latet quam parum ex animi sententia tibi, quod prædixeram, conatus omnes processerint: cum temere nos, inquam, & in epistola Innocentii errasse, & P. Frontoni contradixisse pronuntiaris, atque in caput tuum alia quoque resilierint, quæ in nos levissimis cavillationibus intorquebas: cumque Canonis emendationem nostram, quam oppugnabas, manuscripti omnes libri, atque Isidorus ipse, de quo te jactabas, confirmet, tibi autem ne vulgati quidem ulli, nisi corrupti, consentiant: cum canonis ejusdem a te confictam interpretationem omnium te præter unum respuant aures, nostram res & ratio ipsa persuadeat, quodnam tibi tam prolixæ Responsionis operæpretium fuit, nisi ut nos reprehendendo reprehendi te in multis merito posse comprobares? Quod si ex hac responsione tua judicium de Vindiciis tuis futurum est, quod judicium ego quidem fieri, ut scribis, * non jussi, sed tu fieri posse judicio tuo declarasti, tuum est quale id futurum sit pro tua prudentia æstimare: simulque providere, ut aliis armis instructus venias ad publicam istam reprehensionem, quam Tomis Conciliorum* intentas: quia si eadem futura sunt arma, plumbeos illi pugiones non timent. Ceterum, ut concludam, quando te de modestia mea ne diffluat sollicitum esse video, ego te vicissim, ne minus amare videar, ut tuam, si qua fuit, revoces & resumas moneo, atque omnem deinceps obtrectandi, maleque dicendi libidinem exuas penitus & abjicias. Tum ut larvam istam, sub qua lates, tanquam insaniæ irritamentum deponas, tibique dictum memineris, *Non licet vitula aut cervulo facere.* Enimvero si innoxiorum animantium capita induere canones vetant, quanto severius immanium ferarum atrocitatem exprimi, & ursorum ac tigridum leonumque ritu alienam famam invadi, laniari, discerpique prohiberent? Sed cum istiusmodi monstrorum formas omnes sanis mentibus indecoras videri necesse sit, nullam tamen, Aureli, neque tetriorem, neque cælo terrisque invisam magis larvam esse constat, quam diabolicam, id est calumniatricem.

* *Pag. 614.*

* *Pag. 693.*

Conc. Autis. Can. 1.

JACOBI
SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
ANTIRRHETICUS II.
DE
CANONE ARAUSICANO
ADVERSUS
PETRI AURELII THEOLOGI ANÆRETICUM,
quo priorem ejus Antirrheticum oppugnare conatus est.

Anno MDCXXXIV.

LECTORI.

Satis utrique nostrum erat causæ, benigne Lector, cur alteram actionem postulante Aurelio, vel audientiam tu negares, vel ego vadimonium. Nam cum in omni judicio examinari personam ejus necesse sit qui accusat, examen eludit qui nomen dissimulat: cumque audiri secundo in crimine non debeat qui primum probare non potuit, quis aures isti præbendas censeat, qui cum multa in alios sæpe jactarit, in omnibus defecit? Taceo agrestem hominis inurbanitatem, & immodicam, auribusque tuis indignam maledicæ linguæ petulantiam. quasi parum habeat miserum Theologum imposita larva dehonestare: nisi hunc etiam inter fanaticos bacchari & insanire cogat. Quid enim aliud quam delirare illum credas, qui quem antea laudibus ornabat, hunc ipsum repente, postquam refelli se ab eo posse sensit, omnibus probris oneret, appetatque conviciis: & quod mente captis solenne est, tum cum judicio nondum errabat, non satis sanum se fuisse, nunc autem, cum sine controversia desipit, sanum ac prudentem videri posse arbitretur? Huic igitur homini, non jam Theologi nomen oblito, sed Christiani, æquius opinor utiliusque imperari nihil poterat quam silentium. Sed quia irrepsit tamen in publicum, & pestiferi Anæretici virus afflavit, experiar iterum, Lector, quando ita suades, num quid opis allatura sit altera hæc curatio. Quæ si Aurelium mansuefaciet, atque ut ad se redeat persuadebit, ipsius causa gaudebo. Sin minus, efficiet certe apud alios, ut spero, ne se Aurelii dolis aut fucis capi sinant: ejusque ut ingenium hoc esse norint, tum maxime insultare cum premitur, tum ad contumelias & jurgia convolare, cum argumenta non suppetunt, tum denique victoriam & triumphum simulare, cum vincitur. Quiqui autem futurus est eventus, seu quiescere in posterum, seu tumultuari amplius volet, mihi certum est cum illo deinceps finem facere contentionis, Paulinique præcepti admonitu vel exemplo, ut hæreticum hominem, sic anæreticum post unam & secundam correptionem devitare.

ELENCHUS CAPITUM ANTIRRHETICI II.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

ANTIRRHETICUS II.

ADVERSUS

PETRI AURELII THEOLOGI ANÆRETICUM,

quo priorem ejus Antirrheticum oppugnare conatus est.

CAPUT PRIMUM.

Larvæ Aurelianæ rejecta defensio. larvati scriptores quinam sint. approbatores & venditor librorum Aurelii.

A DUbia & unceps fuit, Aureli, nostra & aliorum expectatio, quo tandem fuco larvam istam, quæ tibi non immerito exprobata videbatur, dissimulandam, aut qua ratione purgandam sperares. Invenisti tamen versutus homo perditæ causæ non unam, sed geminam defensionem. Nam & alios fecisse causaris, & causam tibi cur feceris gravem atque idoneam exstitisse. Quosnam vero larvæ tuæ duces & auctores nominas? Jesuitas, atque in his Sirmondum. Aliquid est quod Jesuitas te imitatum profiteare. Verum ut de me uno respondeam, nec ceteros nunc attingam, quos in illo tuo Indice vel incerta fama, vel aperta calumnia insimulasti, qua fronte potes Notarum stigmaticarum auctorem me fingere, quas plurimi non a me, sed a minime obscuro inter fori togatos causidico scriptas non ignorant? Hoc ego te nomine si in jus vocem, quid respondebis? Dices audivisse. Itane vero? nihil apud te ista discrepant, audire & judicare? quid ab hoc illove de alio quopiam audias, & quid ipse sentias? Quam multa de te, hoc est, de homuncione isto qui sub larva tua latet, aliorumque inventis linguam suam venditat, aures nostras feriunt quotidie, aliis Ludimagistrum nescio quem, aliis ex Grammatico medicum, aliis rabulam de foro jactantibus, paucis Theologum? Quæ singula si audisse me dixeris, nihil mentieris: si affirmare jusseris, temere imperabis. Qui enim sis eum ignorem, pronuntiare non possum: & si hoc fortasse nec temere possum, quod tam cupide studioseque occultetur, non pulcherrimum videri. Prima igitur hæc tua fraus & fallacia, quod libros non suis auctoribus adfingis: alteru, quod ne larvati Theologi crimen effugias, larvatos haberi vis omnes, quicumque lucubrationes suas tralatitiis nominibus ediderunt. Quasi nullum sit inter eos discrimen, qui modestiæ studio, vel honesta alia de causa, nomen celarunt, ut Vincentius Lirinensis in Peregrino, & Salvianus in Timotheo: & alios, qui ut venena impune spargerent, speciosa nomina personasque induerunt, ut Calvinus Alcuini, Pelagius olim Rufini, & Prædestinatianorum nescio quis Augustini. Erras, Aureli. Nam quemadmodum eos, qui recto consilio nomen celant, nemo, nisi amens, larvatos appellarit: sic istos, qui facti sui causam aliam non habent, quam propter quam larvæ inventæ sunt, hoc est, ut licentius convitientur, & maledicant, atque illa denique agant, vel effutiant, quæ sine larva non auderent, larvatos omnino videri, ac merito dici necesse est. I nunc ergo, & fictos ex omni temporum memoria librorum titulos ad subsidium advoca. Aut honestam illi causam habuerunt, & ad rem non pertinent: aut nullam, nisi turpem, & ad defensionem tuam non faciunt.

B Consortes enim criminis & socios invenisti, non patronos & defensores innocentiæ. At causam tibi dissimulandi nominis justam & gravem vis fuisse. *Pag. 24. præfat.* Quamnam? terrorem Jesuitarum, quos uspiam gentium narras Neronibus, Deciis, Diocletianis omnibus tetriores exstitisse. Hæc altera tua est defensio, tuo, ut apparet, judicio peracuta, meo vero non satis ingeniosa. Quid enim absurdius fingi potuit, quam a te metum obtendi Jesuitarum, *Anat. p. 15.* quem ipsi approbatores tui, & nobilis ille quem prædicas librorum tuorum venditor, testes sunt nullum fuisse? Nisi forte tu disparem timendi causam putas esse, aut levius

C crimen, minusque capitale, famosum libellum approbare, venalemque habere, quam scribere. An isti ergo tam cæci fuerunt, ut quid impenderet periculi non cernerent? aut tu tam inhumanus, ut incautos in discrimen vocare, tantoque terrori objicere placeret? Quare vide, ac circumspice, si quam alibi defensionem reperias, quam oratione mea refellam. Nam istam quidem a me confutari nihil est opus, quam & laudatorum tuorum subscriptione, & voluntarii mancipis nundinatione funditus eversam intelligis.

Pag. 37. Ind.

CAPUT II.

Operis partitio. Mendacium Aurelii de victoria sibi promissa. Duorum ejus manuscriptorum examen & refutatio.

NOli expectare, ut vestigiis tuis omnibus insistam, & longos istos anfractus ambagesque persequar, quibus orationi tuæ perpetuam noctem & tenebras offundis. Lectoris mihi tædio laborique consulendum est, & quod agimus judicio atque ordine pertractandum. Quare de Canone Arausicano, in quo hæret controversia nostra, quemadmodum legi explanarique conveniat, proprie ac seorsim priore loco sic agam, ut reliquas altercationes tuas in alteram libelli partem privatim excutiendas dirimendasque conjiciam. De Canonis ergo emendatione nostra, hoc est de clausulæ adjecta negatione obstrepere pergis. Quænam autem de re jam conclamata, omniumque assensu & judicio comprobata, potest amplius esse intercessio? Et Canonis sententiæ congruere negationem, & hanc ipsam adstruere Manuscriptos, epistola nostra te docuit. Idipsum demonstravit Antirrheticus, & testes omnes, quos pro te advocaras, tibi eripuit, ac testimonium in te dicere coegit. Quid post hæc
Præf. 21. habes quod garrias? Duos te ais, qui negatione careant, nactum esse manuscriptos. Victum me fateri oportere, qui me, ut scribis, daturum manus spoponderim, si vel unicum proferres. Tuam fidem, Aureli! Egone unquam mihi eam legem imposui quam dicis? Et audes, quo fucum facias, Antirrhetici nostri dimidiatum locum exhibere. At ego integrum omnium oculis subjiciam, ut ingenium tuum agnoscant, & tu si quis est pudor erubescas.
Antirr. p. 39. Audi. *Alios a me præterea, eosque optimæ notæ, testes significavi. Quos si plurimos numero dicam fuisse, mihi ut video non credes. At ego tibi, quamvis non spectatissimæ fidei testi, credere non recuso, si ex tanta veterum exemplarium copia, quantam adhuc servant bibliothecæ, vel unicum protuleris, quod postremam Canonis nostri partem negationis vocula destitutam exhibeat.* Estne in his verbis vel umbra palmæ, quam tibi ex sponsione mea deberi gloriaris? aut quicquam tunc promisi, quod præstare nunc pigeat? Fidem me, si quem manuscriptum habere te diceres, non negaturum spopondi. Duos a te repertos prædicas, credo, fidem liberavi. Quin etiam laudo, quod aliquantulum sapere incipis, & manuscriptis plus hoc loco tribuere, quam soles. Nam
Pag. 576. ridiculum est profecto, quod in Responsione
Pag. 70. 76. 84. tua nuper scripseras, & nunc rursus in Anæretico iterare non cessas, Ecclesiasticorum scriptorum germanas lectiones, non ex veterum librorum consensu, sed ex Ecclesiæ majorumque placitis & doctrina metiendas esse. Nugæ, inquam, istæ sunt, Aureli: quas tute ipse, ne longius abeam, exemplo tuo abunde confutasti. Quid enim? an mentiri & calumniari lex Ecclesiastica non vetat? & tamen non obtinuit, quo minus mendacissimis, turpissimisque calumniis libros tuos impleres. Ecclesiæ nempe placita & leges, quid sentire unumquemque aut scribere conveniat, docere

A ac præcipere possunt: ut hoc potius quam illud scribat, præstare vel assequi non possunt. Quod ergo ad manuscriptos tandem te convertis, non improbo, ut dixi, reliquum autem est, ut quantum in his duobus tuis sit momenti exploremus. Qui si omni ex parte illibati essent & integri, atque aliud excipere non liceret, tamen quid duo testes loci haberent adversus infinitos? Nunc vero ejusmodi sunt, ut tametsi plures sint, eorum testimonio uti non liceat. Alter enim istorum, quem ex Abbatis Olivarii bibliotheca profectum narras, & recens est, ut agnoscis, & quod adde- Præf. 18.
re debueras, Gratiani collectione posterior.
B Mirum porro non est, cum apud Gratianum Canonis clausulæ adempta sit negatio, potuisse in exemplaribus, quæ post Gratianum exarata sunt, aliquando prætermitti. Alteri e Antr. 165.
Thuana deprompto ætas quidem non deest: sed in schedis illis tam aperta sunt omissæ per errorem negationis indicia, tot aliæ præterea toto in Canone mendæ & errata, ut studio cavisse videare, ne depravatissimum codicem in conspectum nostrum committeres. Exstat enim apud nos ejusdem Collectionis alterum longe melius exemplar, cujus a me in Antirrhetico facta est mentio, (falleris enim qui de Thua- Pag. 39.
no augurabis) in quo diligentes expressa negatio emendationi nostræ adstipulatur, & vi-
C tiosi codicis tui deformitatem declarat. Quæ cum ita sint, Aureli, cum tuorum testium, ut vides, unus sit impubes, alter stigmatias, notisque compunctus, quid horum præsidio impetraturum te putas? aut quam istorum pro te vocem futuram, quorum alteri per ætatem testimonium dicere non licebit, alter, ut falsi convictus, a judicio repelletur?

CAPUT III.

D *Aurelianam interpretationem destruit negatio. In Canonibus explicandis tempora spectanda. Variatum etiam in sacramentis fuisse Arelatenses Canones demonstrant.*

REpulsis fractisque novis conatibus tuis, quibus canonis Arausicani emendationem convellere nitebaris, & negatione, quam oppugnabas, iterum constabilita, palmam, Aureli, quam immerito poscebas, merito deberes. Quid enim aliud inter nos quærebatur? aut qua de re abs te primum injecta est, tantoque ardore incensa contentio? Sed quoniam
E tibi parum fuit de Synodi verbis succumbere, nisi de illius quoque sententia frustra certares, audesque nunc etiam ad tuam illam ridiculam interpretationem remigrare, ac meam quibus soles cavillationum armis lacessere, video mihi necessario retractandum esse hoc argumentum: non ut tuam iterum debellem, quæ omnium calculis victa jacet, ac tuo ipsius judicio, ni fallor, post assertam Canoni negationem respuenda est: nisi hanc forte, velut Theramenis cothurnum, versatilem esse voluisti, ut in negantem partem æque congruat, quæ in aientem parabatur. Sed de hac ego, inquam, verbum amplius nullum facio. De mea instauranda est disputatio: non ut revo-

cem

cem aut retexam quæ dixi. nec enim tua ista mihi verborum cymbala reformidanda sunt. sed ut ea quæ paucis in Antirrhetico, & quantum res postulabat, exposui, eadem uberius atque enucleatius depromam, tergiversationesque, quas contra objicis, vanas & frivolas esse demonstrem. Quo enim ex fonte certiorem canonum haurire intelligentiam liceat, quam ex temporum quibus conditi sunt moribus & institutis? Nam cum in Ecclesia, tum ceteris in rebus, tum in usu & administratione Sacramentorum, permagnam fuisse constet pro ratione locorum ac temporum vicissitudinem & varietatem; quanta rerum futura est perturbatio, si tempora confundantur, & quæcumque ab hodierno more discrepant, ea nunquam olim usurpata credantur? In Concilio primo Arelatensi, ut ab unius exemplo de ceteris sit judicium, de adolescentibus, qui conjuges suas in adulterio deprehendunt, hoc solum placuit, ut in quantum possit, consilium eis detur, ne illis viventibus alias accipiant. [Can. 10.] Quis indulgentiam istam non merito admiretur? In eodem Concilio virgines quæ Gentilibus nupserint, non alia pœna percelluntur, quam ut aliquanto tempore communione careant. [Can. 11.] Quis hoc etiam ferendum existimet, postquam disparitate cultus dirimi & rescindi matrimonia cœperunt? Denique apostatis, Christianæ fidei desertoribus, idem Concilium communionem in infirmitate poscentibus negandam statuit: quam Synodus Nicæna postmodum iis qui in exitu vitæ petunt omnibus impertiendam decrevit. [Can. 12.] Quod tandem consilium hic capies, Aureli? An imponere Concilio me dices? an quod aperte statuit, quia hodie non statueret, statuisse olim negabis? an quod pudentem Theologum magis decet, quia de facto constat, tot patribus, tam diversis ex provinciis Italiæ, Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Britanniæ congregatis, ipsisque adeo, qui aderant, Sedis Apostolicæ Legatis, habendam reverentiam putabis, ut gnaros prudentesque Antistites, cum hæc ita statuerent, in potestate sua quid esset, quid temporum disciplinæ conveniret, minime ignorasse non ambigas: sed ingenii tui imbecillitatem accuses potius, quam ut erroris aliquam suspicionem confiteare? Hoc tu judicium de Synodo Arelatensi, ut par est, si feceris, idem ut de Arausicana facias in beneficii loco & gratiæ petam. Quanquam iniquus es certe si recusas. Par enim atque eadem est ratio. Prorsus autem, sicut Theologum e schola jure derideas, qui quamcumque opinionem imbiberit, divinas ad eam literas vi rapere studeat, non ipse divinis literis sententiam suam accommodare: sic illo sacrorum Canonum interprete nihil est insulsius, qui contra ac fieri debet, non quid illi decernant cognoscendum, sed quod sibi collibuerit, per vim a Canonibus quasi admotis fidiculis extorquendum putet.

CAPUT IV.

Chrismationis neophytorum & impositionis manuum triplex in Ecclesia varietas per diversas ætates. Primæ ætatis mos. Diversi utriusque partis fines & officia.

PRincipio igitur de chrismatione, deque manuum impositione, quas hodie connexas in sacra Confirmatione cernimus, quemadmodum olim & quos ad fines usurpatæ in Ecclesia fuerint, ex antiquis Patrum, Theologorumque scriptis investigandum est. Sic enim prorsus reperiemus, ex quo chrismari ab Ecclesia neophyti cœperunt, cum impositione manuum, qua una traditum ab Apostolis Spiritum sanctum divinæ literæ narrant, ita conjungi solitam chrismationem, ut ab ea tamen distingueretur, eamque anteiret *sedem*, ut Optatus loquitur, *Spiritui sancto parans*, qui per impositionem manuum mox dabatur, utrumque munus primis illis sæculis obeunte solo Episcopo. [Lib. 7.] Post hæc sensim inolevisse, ut duo ista plerumque, non re ipsa tantum, ut antea, sed temporis quoque intervallo sejungerentur: ita ut chrismatis unctio seorsim una cum Baptismo peragerettur, & manum postea confirmans Episcopus imponeret. Tandem ad pristinum fere morem Ecclesias rediisse, & utrumque iterum copulasse. hoc tamen discrimine, quod recepta in usum duplici chrismatione, cum unica olim esset, frontis unctionem, quæ vera & propria est consignatio, Confirmationi adhærere placuit, alteram verticis in Baptismi ritibus observandam relinqui. Hæc omnia tibi summatim Antirrheticus noster ob oculos posuerat, Aureli. Sed quia videre dissimulas, faciam ut vel invitus claram & apertam lucem contueare. Quod igitur primo loco proposui, solitam olim chrismatis unctionem ante manuum impositionem peragi, & hanc illi confestim succedere, quo graviore possit testimonio confirmari, quam Tertulliani, cujus in libro de Baptismo perspicua sunt verba. [Cap. 7.] *Egressi de lavacro perungimur benedicta unctione, de pristina disciplina, qua ungi oleo in sacerdotium solebant.* ET POST PAUCA, *Dehinc manus imponitur, per benedictionem advocans & invitans Spiritum sanctum.* Tria, ut vides, complexus est, baptismum, & quæ baptismo subjici mos erat, duo hæc nostra, unctionem, & manus impositionem. [Lib. 4.] Tria eadem pariter distinxit Optatus, de Christi baptismo nostrum adumbrante verba faciens. *Descendit in aquam, non quia erat quod in Deo mundaretur, sed venturum oleum aqua debuit antecedere ad mysteria initianda & ordinanda & implenda baptismatis.* LOTUS *cum in Joannis manibus haberetur, secutus est ordo mysterii.* Et post alia. *Apertum est cælum Deo Patre* UNGENTE. *spiritale oleum statim in imagine columbæ descendit, & insedit capiti ejus, & perfudit eum. unde cœpit dici Christus, quando unctus est a Deo Patre. Cui ne* MANUS IMPOSITIO *defuisse videretur, vox audita est de nube dicentis, Hic est filius meus, de quo bene sensi, hunc audite.* Tria rursus eadem designarat Cornelius Papa de Novatiani baptismo scribens ad Fabium Antiochenum, cujus verba recitat Eusebius in Historia Ecclesiastica. [Lib. 6. c. 35.] Νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο περιχυθεὶς, οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε διαφυγὼν τῆς νόσου, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς ἐκκλησίας κανόνα, τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου· τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἔτυχε. *Gravi*, ait, *morbo affectus*, *ipsoque in*

lectulo in quo jacebat ablutus, cetera postquam convaluit adeptus non est, quæ juxta Ecclesiæ regulam suscipienda sunt, nec ab Episcopo est consignatus. Hoc autem prætermisso, qua ratione Spiritum sanctum consequi potuit? Diversis paulo verbis res easdem declarat. Quod enim sit non fuisse consignatum, non chrismatum significat; quod chrismate non suscepto Spiritum sanctum negat accipi potuisse, hoc ipsum est quod dixi, ante impositionem manuum, qua Spiritus sanctus dabatur, præmitti & præire chrismationem consuevisse. Jam autem & hoc animo infigas oportet, Aureli, quemadmodum impositionis manuum proprius effectus fuit donatio Spiritus sancti: sic proprium chrismationi suum munus ac diversum memorari. Quodnam? inquies. Quod canones antiqui & patres docent: Neophytum crucis forma in fronte signare, ex quo appellata est consignatio, eundem christum, id est unctum Dei facere, regalisque, juxta Petrum Apostolum, sacerdotii consortem. Quo spectans Gregorius Nazianzenus, inter ceteras baptismi appellationes, chrisma quoque dictum observat in Oratione de baptismo, 1. Pet. 2. 9.
διὰ τὸ ἱερὸν καὶ βασιλικόν. τοιαῦτα γὰρ ἦν τὰ χριόμενα. *quia sacer est & regius. hujusmodi enim erant quæ ungebantur.* Audi nunc ergo ante omnes
Can. 48. Synodum Laodicenam. ὅτι δεῖ τοὺς φωτιζομένους μετὰ τὸ βάπτισμα χρίεσθαι χρίσματι ἐπουρανίῳ, καὶ μετόχους εἶναι τῆς βασιλείας τοῦ Χριστοῦ. *Quod oporteat eos qui baptizantur post lavacrum chrisma cæleste percipere, & regni Christi participes fieri.* Audi Tertullianum utriusque partis officia distinguentem in libro de resurrectione carnis. *Caro ungitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut & anima muniatur: caro manus impositione adumbratur, ut & anima spiritu illuminetur.* Cyprianum in epistola LXX. ad Januarium. *Ungi quoque necesse est eum qui baptizatus sit, ut accepto chrismate, id est unctione, esse unctus Dei, & habere in se gratiam Christi possit.* Prudentium in Psychomachia.

> *Post inscripta oleo frontis signacula, per quæ*
> *Unguentum regale datum est, & chrisma perenne.*

Sent. 342. Et omnium apertissime Prosperum Aquitanicum in Sententiis. *Christi nomen a chrismate est, id est ab unctione, qua ideo omnis Christianus sanctificatur, ut intelligat se non solum sacerdotalis & regiæ dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem.* Mitto alios complures. Augustinus vero visibili unguento, quo baptizatos ungit Ecclesia, non solum gratiæ proprium donum adscribit libro XV.
Cap. 26. de Trinitate; sed id ipsum etiam, quod miretur, inter Sacramenta privatim numerat libro
Cap. 104. II. adversus literas Petiliani, & in illo contra
Pag. 185. a. Donatistas loco, quem Antirrheticus noster laudabat, ubi oleum, quo baptizati ungebantur, sacramentum itidem vocat, distinguitque ab impositione manuum. & in Psalmum CXLI. *Quædam*, inquit, *sacramenta ore accipimus, quædam per totum corpus, quædam in fronte per signum crucis.* Quod novum tibi ac præter morem dictum si videatur, Aureli, non deerunt in scholis Theologicis, quoniam hic locus non est, qui tibi hunc nodum acute & sollerter expediant.

CAPUT V.

Altera ætas. Chrismatis consignatio presbyteris permissa. Aurelii de sancti Gregorii pro Sardis rescripto, & de venientium ab hæresi chrismatione, manuumque impositione duplex hallucinatio.

HActenus Ecclesiæ prima quasi ætas, quæ chrismationi manuum impositionem ita jungebat, ut hæc illi confestim succederet. Sequitur altera, principatu, opinor, exorta Constantini, quæ utramque functionem temporum etiam intervallo discrevit, ita ut consignatio chrismatis in baptismo, manuum impositio postea in Confirmatione conferretur. Hoc etiam discrimine, quod cum ambas olim soli obire solerent Episcopi, consignatio deinceps permitti cœpta est etiam presbyteris. Romanam Ecclesiam jure forsan excipias, quæ pristinum morem & ipsa retinuit, & in aliis Ecclesiis retinere conata est, ut chrismate in fronte baptizatos presbyteris non liceret. Hunc enim veterem Ecclesiæ suæ usum vocat Gregorius in epistola ad Januarium. eodemque spectare videtur quod de Silvestro Papa scriptum est in Pontificali, *Privilegium Episcopis* Lib. III. ep. 26.
contulit, ut baptizatum consignent propter hæreticam suasionem. Præter Romanam autem, & si qua Romanam jam tum forte secuta est, presbyteris neophytos absentibus vel annuentibus Episcopis signare per hæc tempora licuisse, omnibus, Aureli, nisi tui fortasse similibus est exploratum. Hieronymum hoc loco testem non proferam, qui Ecclesiarum hunc fuisse morem universe pronuntiat: illum postea separatim audiemus. De Alexandriæ totiusque Ægypti consuetudine fidem facit Hilarius Diaconus apud Ambrosium in Epistolam ad Ephesios. Cap. 4.
Apud Ægyptum, inquit, *Presbyteri consignant, si Episcopus non est.* & Auctor quæstionum novi ac veteris Testamenti apud Augustinum. *Nam in Alexandria, & per totam Ægyptum, si desit Episcopus, consignat Presbyter.* De Hispanis, aut aliis etiam regionibus, auctor est Martinus Bracarensis, apud quem canon est numero LII. *Presbyter præsente Episcopo non signet infantes, nisi forte ab Episcopo fuerit illi præceptum.* & cujus in Antirrhetico usi testimo- Pag. 184. a.
nio sumus, Concilium Toletanum I. canone XX. *Statutum est Diaconum non chrismare, sed Presbyterum absente Episcopo: præsente vero, si ab ipso fuerit præceptum.* Quid hic obstrepis, Aure- Anat. 316.
li? negas *chrismare* a Concilio dici chrismate signare in fronte, sed extra frontem? Non potes, cum de ea unctione loqui videas, quam presbyteris nisi absente vel annuente Episcopo usurpare non liceat: presbyteros autem, si Innocen- Ep. ad Decentium.
tio Papæ credis, quo minus altera illa unctione, si recepta tum fuisset, seu extra Episcopum, seu præsente Episcopo uti possent, lex nulla prohiberet. Consignationem porro presbyteris in Hispania permitti solitam, ut testes alii non sint, omnium est instar Concilium Barcinonense, *a quo statutum est, ut cum chrisma* Can. 2.
presbyteris diœcesanis pro neophytis confirmandis, id est Concilio Toletano XI. interpre-

Can. 8. te consignandis, *datur, nihil pro liquoris pretio accipiatur*. De Afris evolve Synodos Africanas, vetari presbyteris reperies ne chrisma conficiant, ne utantur non reperies. De Italia specimen ex una ejus provincia dederam in Caralitana Ecclesia Sardiniæ. in qua cum signari sacro in frontibus chrismate a presbyteris neophytos vetuisset S. Gregorius, iisdem postmodum hoc ægre ferentibus concessit, ut ubi Episcopi deerant, etiam in frontibus chrismarent, hoc est id ipsum facerent quod antea solebant.
Aner. 327. Tu vero, incredibili audacia, ut veteratorem facias S. Gregorium, fingere non vereris, illum contra ac liquidissima ejus verba sonant, non id concedere quod concedere videtur, quodque a Caralitanis sperabatur: sed sub frontis nomine ac specie aliam nescio quam non frontis unctionem vafra dissimulatione texisse. Quod si veram, ut constat, chrismationem frontis & consignationem sine fuco & fallacia presbyteris Sardiniæ indulsit Gregorius, & pro una Occidentis Ecclesia, quam rogabas, cum omnes
Pag. 325. 326. tibi, ut de ceteris taceam, totius Hispaniæ provincias protulerim, quid causæ nunc habes, cur in canone Arausicano cunctandum arbitreris? An Gallis solis non licuit quod ceteris gentibus licebat? An forte, quod Antirrheticus
Pag. 184. d. noster suggerebat, alienum ducis ut baptizatos consignari hoc loco a presbyteris Synodus statuat, quæ hæreticos ab iisdem consignari proximo canone permittit? Quanquam ineptus sum, si tibi hoc exemplo persuadere velim, quod jam a te splendido argumento est confutatum.
Aner. 333. 334. Quonam vero? Quia chrismationem & impositionem manuum, quæ ab hæresi redeuntibus impendebantur, meras ais ceremonias fuisse, ad sacramenti quæstionem nihil pertinentes. Unde hoc probas? *Commodius*, inquis, *alibi exponemus*. Itane vero? hic dicendi locus non erat? & spe ista nos sustentat? At ego non comperendinabor, Aureli, sed errare te statim ostendam. Quæro enim ex te, cum de Novatianis in Hæresum catalogo scripsit Theodore-
Lib. 3. tus, τοῖς ὑπὸ σφῶν βαπτιζομένοις τὸ πανάγιον οὐ προσφέρουσι χρῖσμα. διὰ τοῦτο καὶ τοὺς ἐκ ταύτης δὲ τῆς αἱρέσεως τῷ σώματι τῆς ἐκκλησίας συναπτομένους χρίεσθαι οἱ πανεύφημοι πατέρες προσέταξαν. *His quos baptizant sacrosanctum chrisma non admovent. Idcirco eos qui ab hac hæresi ad Ecclesiæ cœtum veniunt chrismari venerandi patres præcipiunt*. Quæro inquam ex te, aliamne censeas chrismationem istam fuisse, qua conversos Novatianos ungebant, & diversam ab ea quam in baptismo suo prætermiserant. Eandem fateri necesse est: male ergo disparem affirmabas. Quæro rursum,
Epist. 72. cum Cyprianum Stephano Papæ ex sua & Africanorum sententia scribentem legis hæreticos, quando ad Ecclesiam venerint, baptizari oportere, eo *quod parum sit eis manum imponere ad accipiendum Spiritum sanctum, nisi accipiant & Ecclesiæ baptisma. Tunc enim demum*, inquit, *plene sanctificari & esse filii Dei possunt, si sacramento utroque nascantur*. Quæro inquam quid censeas. Impositionem manuum, quam conversis hæreticis ad accipiendum Spiritum sanctum impertiebant, sacramentum Cyprianus appellat, ut baptismum: & sacramentum pariter vocat Nemesianus Episcopus Thubunensis in Synodo Africana de hæreticis baptizandis. Aut baptismum nega sacramentum esse, aut de impositione manuum quod negabas confitere. Quod si sacramentum fateris, cujus generis fuisse putas, si non fuit Confirmatio? Alibi fortasse commodius hunc nodum solves, Aureli: nunc ut video non expedies.

CAPUT VI.

Hieronymi adversus Luciferianos locus expenditur. etiam Diaconis concessa chrismatio. cur eadem Chorepiscopis non vulgo permissa. Innocentius & Gelasius explicati. Spiritum sanctum per impositionem manuum suis temporibus datum docent Cyprianus & Augustinus. Ridicula Aurelii assertio, chrismationem & impositionem manuum alteram in altera comprehendi, liquido refellitur.

PRodeat nunc in medium contra Luciferianos S. Hieronymus, qui uno suæ vocis oraculo & nostram de canone illorumque temporum consuetudine firmat sententiam, & tuam jugulat contentionem. *Non abnuo*, inquit, *hanc esse Ecclesiarum consuetudinem, ut ad eos qui longe in minoribus urbibus per presbyteros & diaconos baptizati sunt*, non sine chrismate, ut mox docet, *Episcopus ad invocationem sancti Spiritus manum impositurus excurrat*. An sentis, Aureli, tria illa, quæ in Arausicano canone, non ab illius ævi more, sed a nostro abhorrentia, te ut hominem in antiqua Ecclesiæ disciplina peregrinum conturbabant, quod Synodo nimirum unica placeat chrismatio, quod hanc in baptismo fieri jubeat per ministros, quod eandem ab Episcopi confirmatione seu manuum impositione sejungat, eadem omnia in paucis Hieronymi verbis sic expressa, ut nullam dubitationem reliquam faciant? At chrisma, inquis, ab Hieronymo nominari video, chrismationem in fronte, vel chrismationem unicam dici non video. Aner. 340. Quid enimvero chrismationem frontis enuntiari opus fuit, si unica hæc erat? quid unicam doceri, si unicam esse nemo ambigebat? An non ridiculum est, de Tertulliano, aliisve, quod non unicam chrismationem dicant causari, & quod unicam ablutionem, vel unicam manus impositionem non dicant nihil moveri? Hieronymus vero quodnam chrisma hoc loco, quamve chrismatis unctionem intelligat, ipse sibi interpres est in Commentariis Lamentationum Hieremiæ. *Pollait*, inquit, *honorem regni &* Cap. 2. *principatum ejus, quem habuit in perceptione baptismatis, & sacri unctione chrismatis: ita ut jam non mereatur cum ceteris fidelibus audire ab Apostolo Petro, Vos estis genus electum.* An consignationem chrismatis agnoscis, eam- a Pet. 2. que in baptismo? Et post alia. *Christianum nomen, quo gloriabamur, & quod in sacro baptismate per sancti chrismatis unctionem suscepimus*. Item post alia. *Deflenda est ruina animarum quondam fidelium, quæ pretioso Christi sanguine redemptæ, & unda baptismatis a sorde peccati ablutæ, mysticaque unctione consecratæ, iterum in cœnum & sordes vitiorum devolutæ sunt*. Præter hoc unum chrisma baptismi, (sic enim ad

Cap. 3. Habacuc Prophetam vocat) & præter hanc unam chrismatis unctionem, qua veram frontis consignationem deootari vides, aliam ex omnibus Hieronymi scriptis baptizatorum chrismationem erue si potes. Si non potes, unicam apud Hieronymum, eamque in baptismo
Antr. 340. chrismationem confitere. Reluctari tamen & obniti pergis, quia certum putas diaconis saltem, quos Hieronymus presbyteris adjungit, permitti chrismationem istam non potuisse. Immo vero diaconos etiam his sæculis consignasse manifestum est. Statuit enim Synodus Toletana, ut audisti, Diaconum non chrismare. Sane quod in posterum vetat, ante factum confirmat. Arausicana vero nostra, dum chrismare in baptismo ministros jubet, an diaconos excludit, quos nomen ipsum veros ministros esse declarat? Et quæ Arausicanam proxime secuta est Synodus Vasensis, dum præcipit ut
Can. 3. presbyteri vel ministri, hoc est diaconi, ab Episcopis per singulos annos chrisma petant, an obscure postea chrismare utrosque, & chrismate *in tradenda* uti solitos significat? Chrismabant ergo, inquam, tunc etiam diaconi, & unctione illa, quæ una in usu nostris tunc erat, baptizatos signabant. Reclamas iterum,
Antr. 318. 340. & Chorepiscoporum nomen opponis. Quo pacto, ais, presbyteris vel diaconis permitti consignatio potuit, si hanc Damasus, Leo, & Joannes Pontifices Chorepiscopis, qui presbyteris sublimiores sunt, suis epistolis interdicunt? Triumphare tibi hoc loco visus es, Aureli. atque ideo epistolas istas, paulo acutiorum judicio adulterinas, magnis vocibus tanquam hypercriticus extollis. Verum ut de his modo litem non moveam, ac germanas esse concedam, nihil egisti. Chorepiscopis enim approbantibus Episcopis hoc licuisse quod negas,
C. 1.3.4.5. commovere te poterat Synodus Regensis, quæ Armentario Chorepiscoporum in ordinem redacto potestatem dat in Ecclesia sua neophytos confirmandi. atque hoc in Gallia, & in eadem provincia, ante Arausicanam Synodum non integro biennio. Chorepiscopos porro eos-
Can. 12. dem Synodus Ancyrana, si nescis, atque il-
Can. 10. lius exemplo Antiochena, presbyteros vel diaconos sine sui Episcopi permissu ordinare vetuit, subdiaconos & lectores ordinare pro arbitrio posse declaravit. At Synodi aliæ deinceps, ne Decretales tuas commemorem, Hispalensis II. & Meldensis, a presbyterorum dia-
Can. 7. Can. 44. conorumque ordinatione Chorepiscopos penitus summovent, de subdiaconis lectoribusque non nisi jubente Episcopo permittunt. Deinque omnia evolve, omnia perscrutare, sic reperies, Chorepiscopis apud majores nostros, quamvis Episcopi essent consecrati, Episcopalibusque officiis non impares, non omnia tamen usurpare licuisse, nec ipsis omnia committi per canones fas fuisse, ne Episcoporum videlicet dignitas, quod Nicolaus Papa Rodulfo Bituri-
Con. Gall. Tom. III. pag. 325. censi rescribit, ad Chorepiscopos suos transferri videretur, & vilior fieret honor Episcopi. aliamque adeo pro temporum lapsu, atque aliam in eos canonum fuisse disciplinam. Nihil igitur nobis officit Chorepiscoporum comparatio. ac ne illa quidem, quæ de presbyteris ibidem ex Innocentii, Gelasiique decretis
Antr. 339. objectas. Innocentius enim, dum solis Episcopis deberi ait chrismate frontem signare, quid Romæ fieret, quid observari apud alios cuperet, ostendit: at presbyteros alibi signasse, aut ut signarent permitti potuisse non negat: quod Sardorum postea presbyteris, etsi dissimulas, concessum a Gregorio magno fuisse non ignoras. Gelasius autem in epistola, quæ vulgo ad Episcopos Lucaniæ, rectius fortasse in Pag. 340.
codice Remensi ad universos Episcopos per unamquamque provinciam constitutos inscribitur, quid aliud de presbyteris cavet, quam ne consignationem, aut alia Episcopalia munera. temere sibi arrogent, suoque ut ait motu aggrediantur? Non vetat ergo, quin ea quæ Synodi vel Episcopi jusserint, impune ac sine noxa exequantur. Quare ne ad Hieronymum redeam, cum ex tribus illis, quæ in ejus verbis canoni nostro consentanea dixeram, de primis duobus abunde probatum sit, restat manuum impositio, in qua positam olim, qua Spiritus sanctus datur, confirmationem fuisse concoquere non potes: sed tamen tibi vel ingratiis devorandum est. Erras enim, multumque te fallit opinio, si solos Apostolos hunc ritum tenuisse, atque in ipsis desiisse arbitraris. Manavit exemplum ad eorum successores Episcopos, qui ipsi persæpe Apostolos se in eo sequi & imitari professi sunt. Cyprianus Ep. 73.
in primis, qui ad Jubaianum scribens, cum diceret baptizatis a Philippo in Samaria Petrum & Joannem, oratione pro eis habita, manus imposuisse, ut infunderetur super eos Spiritus sanctus, mox subjicit, *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesiæ afferantur, ut per nostram orationem & manuum impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummentur.* Deinde Augustinus, Cap. 26.
qui in libro xv. de Trinitate hunc ipsum Ecclesiæ morem revocat similiter ad Apostolos. *Neque enim aliquis*, inquit, *discipulorum ejus dedit Spiritum sanctum. Orabant quippe ut veniret in eos quibus manus imponebant, non ipsi eum dabant. Quem morem in suis Præpositis etiam nunc servat Ecclesia.* Et Tractatu vi. in epistolam Joannis. *Primis*, ait, *temporibus cadebat super credentes Spiritus sanctus, & loquebantur linguis, quas non didicerunt. Signa erant tempori opportuna. Numquid modo quibus imponitur manus, ut accipiant Spiritum sanctum, hoc expectatur ut linguis loquantur? aut quando imposuimus manum istis infantibus, attendit unusquisque vestrum utrum linguis loquerentur: & cum videret eos linguis non loqui, ita perversa corde aliquis vestrum fuit, ut diceret, Non acceperunt isti Spiritum sanctum?* Signa, ut vides, quæ Apostolis manum imponentibus olim fiebant, suo sæculo non fieri minime diffitetur: at Spiritum sanctum per impositionem manuum, qua illi utebantur, datum etiam tunc in Ecclesia fidenter asseverat. Ad hæc igitur & plurima id genus, veterum patrum, Hieronymi præsertim Pag 184. e.
& Hilarii Arelatensis, quibus te Antirrheticus 185. a.
urgebat, luculentissima testimonia quid respondes? Hæresi aperta teneri Sirmondum qui hoc dicat. Quidnam? Spiritum sanctum, qui nunc in Confirmatione datur, per solam impositio- Antr. 342. 344
nem manuum olim datum memorari. Et hoc hæresim vocas? Amentissime homo, tam vili apud te hæreses veneunt, ut non licitantibus obtrudas? Nec intelligis, si hæresis est hoc dicere, hæreticum tua sententia futurum S. Lu-

cam, qui hoc ipsum de Apostolis prodidit: hæreticos Cyprianum, Augustinum, Hieronymum, & Hilarium, qui de Apostolorum hæredibus Episcopis idem affirmarunt. Quod si Theologos pateris, quia Lucæ fidem negare non poterant, eo nonnullos deflexisse, ut Apostolos fingerent ex privilegio quodam sola manuum impositione usos esse, cur non eosdem jubes, cum ritum hunc diutissime in Ecclesia perseverasse illorum ipsorum qui rem gerebant certissimis literis testatum sit, causas potius, quibus factum defendant, investigare, quam de facto quæstionem sine causa movere? Quid enim est tandem, quo tam illustria *Anat. 345. 350.* patrum testimonia eludere conaris? Impositionem, ais, manuum solam dum exprimunt, chrismationem etiam comprehendunt; & solam rursus chrismationem dum memorant, impositionem manuum non excludunt: sed alterum in altero includi a patribus solet, quia utrumque ad Confirmationem referebant. O dignam Aureliana indole tergiversationem, cujus per- *Contra Lucif. cap. 4.* vicaciam ipsa patrum quos spernit auctoritas omni ex parte contundit. Nam ut ab Hieronymo incipiam, quid explicatius, quam in iis verbis, quibus Episcopum ad manum neophytis imponendam accurrentem inducit, chrismationem simul intelligi non posse, cum illos jam antea non sine chrismate baptizatos dicat, & præter chrisma baptismi, ut dictum est, aliud Hieronymus chrisma non norit? Quid certius, quam Augustinum in libro xv. de Tri- *Cap. 26.* nitate, dum morem Apostolorum a Præpositis Ecclesiæ servari scribit, ut manum imponendo dent Spiritum sanctum, sub impositione manuum chrismationem non includere, cum chrismationem paulo post ad baptismum pertinuisse ostendat, visibile unguentum commemorans, quo baptizatos ungit Ecclesia? Quid clarius, quam Hilarium in Homilia de Pentecoste, quam tibi Antirrheticus idem noster indicavit, dum in confirmandis neophytis manus impositionem nominat, chrismationem una, ut videri vis, minime complecti, qui ad hanc tacite aliis verbis alludit, docens per chrismationem prius unumquemque in baptismo velut militem signari, postea in Confirmatione competentibus arma instrui pugnaturum? Mitto Ter- *Cap. 2.* tullianum, Cornelium Papam, Optatum, & alios quos superius loquentes audivimus, qui chrismationem manuumque impositionem non suis solum nominibus discriminant, sed suas utrique partes singulatim & officia describunt. *Can. 7.* Mitto, quod tibi non semel in ore fuit, Concilium Hispalense II. cujus tu hæc verba si diligenter attendisses, *nec licere eis chorepiscopis per impositionem manus fidelibus baptizatis vel conversis ex hæresi paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare*, intelligeres profecto, cum chrismationem frontis ab impositione manus, qua Spiritus sanctus dabatur, tam aperte distinguat, & verum esse quod ostendi, tempus fuisse, cum in sola manuum impositione Confirmationem statuerent: & falsum quod adstruis, alterum in altero, si quando separatim nominantur, includi. Quanquam quid erat opus ad refellendam cavillationem tuam tot patres advocare, cum unus tibi Gregorius, ne hac uti possis, fauces premat, *Lib. 9. ep. 61.* ac penitus elidat? Qui ad Episcopos Hiberniæ

A scribens, docet ab hæreticis baptizatos, cum ad Ecclesiam redeunt, plerosque aut unctione chrismatis, aut impositione manus recipi. *Vade Arrianos*, inquit, *per impositionem manus Occidens, per unctionem vero sancti chrismatis ad ingressum sanctæ Ecclesiæ catholicæ Oriens reformat*. Atqui si chrismatio & impositio manuum alterum in altero, ut scribis, includitur, perit proculdubio Gregoriana distributio, nullumque in recipiendis Arrianis inter Occidentem & Orientem fuit discrimen. Quare aut fallit nos Gregorius, quod quis credat? aut futilis & commentitia suis tua isthæc nominum confusio & perturbatio. Hoc autem exitu quo effugium captabas interclusо, qua
B evades, quo minus quod respuebas confiteri cogaris, morem aliquando in Ecclesia hunc fuisse, ut præmissa in baptismo chrismatione, alio post tempore Spiritus sanctus per impositionem manuum daretur? quæ ipsa proinde Confirmatio nonnunquam appellata sit, & Sacramentum impositionis manuum: & qua una quia carebant Græci, tametsi chrismationem haberent, non defuere qui eos Confirmationis *Guido Carmel. Index Basil.* sacramentum non habuisse crediderint, atque hunc quoque ceteris Græcorum erroribus adscripserint.

C

CAPUT VII.

Tertia ætas, in qua chrismatio cum impositione manuum iterum conjuncta. Per hanc dari Spiritum sanctum plerique olim testati sunt: illam ab Ecclesia post additam vetustiores aliquot Theologi docuere. Consignationis vetus & recens formula.

D Tertia restat ætas, id est nostra, in qua conjunctam iterum in sacramento Confirmationis cum impositionem manuum chrismatis unctionem seu consignationem videmus, duplicemque usu receptam chrismationem, unam in vertice, quæ in baptismo confertur, alteram in fronte, quam in Confirmatione præstet Episcopus. Qui mos a Romana consuetudine, ut apparet, profectus, qua primum tempestate quibusve auctoribus ad ceteras Ecclesias dimanarit, haud facile est assequi. Erunt enim fortasse, qui ad Silvestrum Papam originem referendam censeant, a quo privilegium *Pontific. in Silv.* Episcopo collatum dicitur, ut baptizatum consignet, constitutumque ut levatum de aqua
E chrismate liniat presbyter. Sed qui duplicem unctionem aperte distinxerit, frontisque a solo Episcopo signandæ mentionem fecerit, primus omnium videtur Innocentius in epistola ad Decentium, in qua hoc Pontificibus solis *Ep. 1.* deberi ait, vel consignent, vel Paracletum sanctum tradant. *Nam presbyteris*, inquit, *seu extra Episcopum, seu præsente Episcopo baptizant, chrismate baptizatos ungere licet, sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum paracletum*. Neque alium fere solent, quam Innocentium, partim expresso, partim tacito ejus nomine, auctorem hujus instituti vel assertorem proferre, qui de ritibus Ecclesiæ scribunt,

Isidorus, Alcuinus, Amalarius, & ceteri, ac Synodus præterea Meldensis canone XLIV. Quod quanquam ita se habet, at tamen constat, non solum Innocentii temporibus alium in Gallia, Hispania, & apud alias gentes, morem fuisse, ut ostendimus, atque in Italia ipsa vix extra urbem vicinas Ecclesias institutum hoc tenuisse, quod illa Decentii Engubini in Umbria Episcopi consultatio declarat: sed ne ducentis quidem post annis, hoc est Gregorii magni ætate, per omnes Italiæ provincias observatum fuisse, ut ejus ad Januarium de Sardorum presbyteris in fronte signantibus epistolæ docent. (Lib. 3. ep. 9. 26.) Quin etiam, quod neque Silvester, neque Innocentius, qua in parte corporis ungere presbyteris liceat indicarunt, Gregorius vero ut in pectore ungant præscribit, argumento est ne Romæ quidem in usu tunc fuisse unctionem verticis, cujus nomen ante libellum Ordinis Romani, & situm quos dixi enarratores vix occurrit. Ceterum quia obtinuisse tandem illam in baptismo cernimus, in Confirmatione autem conjunctam cum chrismatione frontis manuum impositionem negare non possumus, nostrum est, Aureli, ut de utraque ista parte, quam cujusque vim atque naturam, & quam necessario inter se nexu copulatas veteres Theologi judicarint inquiramus, orationemque nostram non argutis contentionibus implicemus, sed nudo ac simplici, ut hactenus cetera, historicæ narrationis filo pertexamus. Quamquam enim totum hoc, ut vides, jam extra causam & controversiam, mihique ad Canonis nostri quæstionem satis erat, quid moris tum fuerit observasse: tamen ne sentias me aliquid amplius præstare tua causa velle, quam jure a me possis exigere, ne hanc quidem partem intactam relinquemus. Primum ergo, ut ab impositione manuum ordiamur, quodnam censes vetustiorum hujus ætatis Theologorum de hac fuisse judicium, nisi quod apud majores fuerat, ut Spiritum sanctum per eam tradi crederent ad augendum robur fidei, qui proprius est finis Confirmationis? Hoc etenim in ipsis Innocentii Papæ verbis innui sentiebant, qui *consignare* & *paracletum tradere* ita distinxit, quasi alterum frontis unctione, alterum manus impositione perfici doceret. Quare nec ipsi aliter loquendum putabant. Unde Isidorus lib. II. de Ecclesiasticis officiis cap. XXVI. cui titulus est, De manus impositione vel Confirmatione, *Sed quoniam*, inquit, *post baptismum per Episcopos datur Spiritus sanctus cum manuum impositione, hoc in Actibus Apostolorum meminimus fecisse Apostolos*. Alcuinus ad Oduinum presbyterum. (Et ep. 370.) *Novissime baptizatus per impositionem manuum a summo Sacerdote septiformis gratiæ spiritum accipit*. Et iisdem prope verbis Magnus Senonensis, & ceteri ejusdem provinciæ Episcopi ad Carolum magnum Imp. (MS. Corb.) *Peractis omnibus baptismatis sacramentis, novissime per manus impositionem a summo Sacerdote septiformis gratiæ spiritum accipiunt, ut corroborentur in fide recta per spiritum rectum*. Theodulfus item Aurelianensis in libello de baptismo ad Archiepiscopum Senonensem. (MS. Corb.) (Cap. 17.) *Sicut cetera baptismatis sacramenta per Sacerdotes visibiliter fiunt, per Deum invisibiliter consecrantur: ita nimirum & Spiritus sancti gratia per impositionem manuum & ministerium Episcoporum fidelibus traditur*. Eodem denique modo Jesse Ambianensis, Rabanus Maurus, Amalarius diaconus, & reliqui ejusdem ævi scriptores: ne Hugonem a S. Victore, Rupertum Tuitiensem, ac recentiores alios commemorem. Et si enim, postquam impositioni manuum in Confirmatione adnexa, aut ut verius dicam intexta fuit frontis chrismatio, exinde chrismationis quoque nomen interdum sortita est tota Confirmatio, & chrismari dictum pro eo quod est confirmari, chrismatisque adeo vim nonnulli, quasi per chrisma Spiritus daretur, ad Spiritus sancti dona referre & aptare conati sunt: dissimulare tamen non potuerunt, quin per impositionem manuum proprie tradi Spiritum sanctum plerique omnes agnoscerent. Quas igitur hoc loco præstigias quæres, Aureli? Neque enim illotum, opinor, subscribes sententiæ, qui per impositionem manuum datum Spiritum sanctum cum audiunt, de ipsa frontis unctione cum Thoma Waldensi intelligi volunt: (Lib. 2. c. 113.) quia, ut ait, *non minus manus imponit, qui ungenda imponit*. Quo quid fingi potuit absurdius? Quasi non disparia & diversa hæc duo semper habita sint, ut docui, non modo tum, cum alterum in baptismo, alterum in Confirmatione agebatur: sed prius etiam, cum Episcopus utrumque post baptismum ita conferebat, ut alterum alteri viam muniret. aut quasi ridiculum non sit impositionem manus in frontis unctione quærere, cum in verticis unctione, quod multo verisimilius foret, manuum impositionem nemo usquam somniarit. Quod ergo dubium esse potest, quin hoc nomine vera impositio illa manuum accipienda sit, quæ ab Apostolorum usque temporibus in Spiritus sancti traditione observata est, quæque viget nunc etiam, & in Ordine Romano, cum iisdem quæ hodieque sunt in usu precum formulis observanda præcipitur. *Pontifex*, inquit, *veniens ad infantes, tenente Archidiacono chrisma, elevata & imposita manu super capita eorum, det orationem super eos, cum invocatione septiformis gratiæ Spiritus sancti, Omnipotens sempiterne Deus*, &c. (Cap. de sabbato sancto.) Non me latet, Aureli, Theologos in scholis recentiores fuisse non paucos, qui ad solam frontis unctionem intenti, manuum impositionem istam, quam dicimus, insuper habere vel non animadvertere viderentur. Sed nos de antiquioribus loquimur, & de iis qui hanc minime ignorarunt, ad eamque, ut audisti, paracleti Spiritus impetrationem retulerunt. At enim dices, si hæc illorum fuit sententia, si huic uni propriam Confirmationis vim tribuerunt, de altera ejus parte, id est de frontis unctione, quid illos sensisse putandum est? Difficile fuerit, Aureli, quod omnibus conveniat, vel quod omnibus satisfaciat, semel respondere. Si Bedam interroges, unam atque eandem, ut olim, baptismi & Confirmationis dicet esse chrismationem. Quippe qui ad Psalmum XXVI. de gemina unctione, olei & chrismatis, quibus in baptismo initiantur fideles, verba cum fecisset, de tertia, quæ in Confirmatione cernitur, concludit his verbis. *Illa unctio quæ per manuum impositionem ab Episcopis, quasi alia a duabus prædictis, & Confirmatio dicitur, eadem est cum secunda: propter arrogantiam tamen non concessa est singulis sacerdotibus, sicut & multa alia*. Si de schola Theologos percontere, plurimos & eximios reperies, qui adventitiam in hoc sacra-

mento, adjectamque ab Ecclesia chrismationem docuerint. Hoc enim est quod Guillelmus Antisiodorensis testatur, sacramentum Confirmationis dici, quantum ad manus impositionem, ortum habuisse ab Apostolis, quantum vero ad chrismationem, ab institutione Ecclesiæ. quamvis id ipsa non satis sa probare ostendat, malitque utrumque ad Apostolos revocari. At non ita Jacobus a Vitriaco Cardinalis, cujus aperta est in Historia Occidentali de sacramento Confirmationis sententia. *Hoc*, inquit, *sacramentum institutum est partim ab Apostolis, quantum ad manus impositionem, partim ab Ecclesia, quantum ad unctionem chrismatis, quod non legimus Apostolos fecisse*. Non Alexander Alensis, non ejus auditor S. Bonaventura: quorum uterque Spiritus sancti quidem instinctu, sed ab Ecclesiæ rectoribus, post Apostolorum tempora institutum hoc sacramentum dicere non dubitarunt, *quantum*, inquiunt, *ad formam verborum & materiam elementarem*, hoc est quantum ad totam chrismationem. In quo quidem si alia eorum mens non esset, quam instituisse Ecclesiam, ut Confirmatio, quæ sine chrismate olim per solam manus impositionem fiebat, deinceps cum chrismatione celebraretur: quasi propter sacramenti reverentiam, ut idem a Vitriaco innuere alibi videtur, ornatum hunc ritumque solemnem adjici placuisset, nihil esset admodum quod quemquam commoveret. Nunc vero, cum de chrismatione sic disputent, ut in hac una vim sacramenti positam decernant, mirum haud injuria videri debet, quo pacto sacramentum ab Ecclesia institutum dicere licuerit. Et tamen hoc semel constituto, quod fixum habebant, quodque in scholis jactari jam tum cœperat, & postea vulgo receptum est, quid aliud illis venire poterat in mentem? præsertim cum aliam, quam antea, sacramenti hujus materiam, aliam formam viderent: formamque istam verborum, SIGNO TE & CONFIRMO TE, qua confirmantem audiebant Episcopum, cui non antiquissimam judicarent, causam haberent in promptu, quod alteram ab hac longe diversam, quam chrismando usurparent Episcopi, exstare apud Ambrosium meminerant libro II. de Sacramentis. *Ergo mersisti, venisti ad Sacerdotem, quid tibi dixit?* Deus, *inquit*, pater omnipotens, qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, ipse te ungat in vitam æternam. *Vide ubi unctus es*. *In vitam*, inquit, *æternam*. *Noli ergo hanc vitam illi vitæ anteferre*. Qua ipsa cum uti etiam nunc soleat presbyter, dum chrismate ungit baptizatos, an levis est conjectura, unam & eamdem, quod Beda docebat, sive hanc Episcopus, sive presbyter administraret, utramque olim habitam fuisse chrismationem? Quid si ne istam quidem hodiernam formulam, quam isti recentiorem ducebant, (cur vero qua ratione vetustissimam probares, Aureli, si negarent?) quicquam si propius intueamur habere ostenderent, quod Spiritus sancti donationem sonet, atque enuntiationis absolutæ, non orationis speciem præferre, cum perspicua * Cypriani & * Augustini sint verba, Spiritum sanctum per Episcopi orationem & manus impositionem nos consequi: an parum esse argumenti, unde confirmationem in manuum potius impositione positam persuaderent? Et tamen in eam partem Theologi pene omnes, ut dixi, concessere, ut tacita aut secus accepta manus impositione, sacramenti hujus vim omnem in sola chrismatione statuant. Quo in numero, & tu, ni fallor, Aureli, aliquando videbare, qui neque in Vindiciis, neque in Responsione tua, cum de Confirmatione ageres, impositionem manuum ullo modo attigisti, nunc vero illi aliquas saltem partes adsignas. Sed te post Antirrhetici nostri lectionem oculos ad illam adjecisse nemo reprehendet; qui S. Thomam observaris in epistolam ad Hebræos duplicem impositionem manuum sacramentalem agnoscere, unam in sacramento Ordinis, alteram in sacramento Confirmationis.

Lib. 4. Tract. 9. — *Cap. 37.* — *Parte 4. q. 9. Lib. 4. Dist. 7. q. 1. & 2.* — *In vigil. Pentecost.* — *Cap. 7.* — * *Ep. 73.* — * *De Trin. 15. c. 26.* — *Cap. 8. Lect. 1.*

A B C D E

CAPUT VIII.

Dictorum recensio. Aurelii calumnia de sententia Sirmondi: Ficta in Aurelium pro impositione manuum exercitatio. Quid inde commodi ad scholam Theologicam perveniret. Conclusio prioris partis.

PEractum est quod institueram, Aureli. De chrismatione, deque manuum impositione, quam varius subinde in Ecclesia mos fuerit, per tres Ecclesiæ velut ætates totidem quasi tabulis exposui: quarum in prima unam alteri succedentem vidisti, in altera usu ambas ac tempore disjunctas, in tertia ita conjunctas easdem vides, ut in unum quodammodo in Confirmatione coaluerint. In hac rerum varietate, quam certissimis documentis in Antirrhetico comprobatam sentiebas, probi erat Theologi, quodcumque institutum aliquando amplexam constaret Ecclesiam, Ecclesiæ factum laudare, idemque quin defendi recte posset, nullatenus ambigere. Tu vero, quia per solam manuum impositionem datum aliquando in Ecclesia fuisse Spiritum sanctum quo pacto cum hodiernis scholæ placitis cohæreat capere non potes, idcirco prorsus factum negas, meque adeo in Confirmatione nullum nunc chrisma nosse invidiosissima calumnia mentiris. Ubinam enim a me quicquam est scriptum ejusmodi? An ego, cum patrum sententias protuli, quæ ita olim factum ostendebant, de meo quidpiam adjeci vel affirmavi? aut tu, si forte communionem utriusque speciei ante interdictum Ecclesiæ usitatam in ea fuisse diceres, ac te, quasi nunc etiam usurpandam doceres, quispiam hoc nomine traduceret, non illum calumniatorem, mendacemque magnis vociferationibus exclamares? Sententiam ego meam, Aureli, hac de re nec interposui, & iniquus sis si exigas ut interponam. Scholarum enim sunt, non hujus instituti nostri, quæstiones Theologicæ. Quæ ipsæ in scholis diversas in partes tam diu libere ac impune agitantur, dum Ecclesiæ Conciliorumque decretis nihil pariunt contrarium. Quod si fiat, non jam opiniones scholæ dixeris, sed errores. Nunc autem, quia in hanc ego tecum disputationem ingredi nolo, si exsurgant ex singulis quas dixi ætatibus duo tresve aliqui, & partes istas suscipiant, quibus illos armis aggrediendos putabis, ut nullam unquam in Ecclesia sine Chrismate Confirmationem fuisse

Anot. 340.

vineas, & coneupita palma potiare ? Nam si auctoritate agi placebit, ut tibi uni, quia testes nullos habes, in tua causa credi jubeas, potiorem sane fidem duo illi vetustiores obtinebunt, quorum alrer conspectos a se dieit Episcopos, cum baptizatos primum cbrismate signarent, tum deinde manus illis ad dandum Spiritum sanctum imponerent: dictique sui adstipulatores proferet Tertullianos, Curnelios, Optatos, & alios complures. alter iis temporibus se vixisse ostendet, quibus mos fuit, ut in baptismo plerumque consignarent presbyteri, alio post tempore manum imponeret Episcopus. atque bujus moris testesaudiri postulabit, Hierunymum ante alios, & cum Hieronymo Synodum Arausicanam universam. Quod si argumentorum potius aculeis rationibusque decerni volea, ac tum illud solenne ingeres, Sacramentorum essentias esse immobiles, Pag. 343. 344.
Confirmationisque materiam esse cbrisma: proinde ut sine cbrismate, hoc est sine materia sua, Confirmatio unquam fieret, in Ecclesiæ potestate non fuisse: hoc inquam genere armorum si pugnabis, puguæque succedat tertiusille, in scholarum argutiis sæculi sui more jam exercitatior, quam facili negotio ineluctabilem, ut putas, Acbillem istum eludet ? De Sacramentorum videlicet essentiis, quin statæ fixæque sint, non repugnabit: cbrisma etiam Confirmationis materiam dici non abnuet. quorsum enim, cum materiam jam pridem Scholastici appellarint, appelletque Eugenius IV. in Decreto unionis, quod adnexum est Synodo Florentinæ? Sed cum in Confirmationis sacramento duæ hodie sint partes, manuum impositio & cbrismatio, quarum altera Spiritum sanctum more antiquo dari contendet, altera Christi militem consignari; duplicis partis duplicem materiam, duplicemque formam distinguet: tum chrisma dicet consignationis quidem propriam & essentialem esse materiam, totius vero Confirmationis integrantem partem esse, non ita essentialem, ut sine illa sacramentum more antiquo consistere non possit. Quæ ubi disseruerit, sive vicissim adoriatur, ostendatque, quamvis in eodem Eugenii decreto materia Ordinis id esse dicatur quod ordinandis porrigitur, non deesse tamen præstantes Theologos, qui materiam istam accidentalem interpretentur, doceantque, quod ipse nuper in Academia Parisiensi publicis Thesibus inditum vidi- 3. Julii 1633.
sti, quibus ordinibus impositio manuum est, his solam sufficere ad valorem firmitatemque Sacramenti. Tum eodem postea modo de Confirmatione ita statui postulet, ut nec essentialis ejus materia censeatur, quæ propria est chrismationis, quam ipsam in boc Sacramento adventitiam a multis babitam meministi: & absurdum nemo ducat, si quis per impositionem manuum, vel olim datum fuisse Spiritum sanctum, quod jam probavi, vel nunc etiam dari profiteatur, quod non disputo, quid erit, Aureli, quod in ista ejus ratiocinatione reprehendas ? Non peto ut rogatu meo concedas quicquam. ut ingenium tuum, animumque novi, nihil abs te mea causa sperandum est. Sed tamen, si hoc illi tandem concedendum judicares, quid damni vel incommodi ad scholam Theologicam perveniret? Immo vero quantam ab ea inires gratiam, quam multis hoc modo, quibus nunc conflictatur, magnisque difficultatibus expedires? Hoc enim semel posito & defixo, quam multa in scholis elucescent, quæ obscura & tenebris obsita nunc videntur ? Laborant in explicanda Confirmationis origine Theologi. si chrisma secernas, & hanc in manuum impositione colloces, quin a Christo didicerint Apostoli, nulla erit dubitatio: nec opus erit Sacramenti, quod totum divinæ auctoritati debetur, partem aliquam ab Ecclesia institutam augurari. Cessabit anxia illa, quam Anat. 353. usque ad 357.
multis paginis vexas, de ministro bujus sacramenti disquisitio. quia nemo tibi alios dicit manum imposuisse, quam Episcopos: nemo Episcopos aliud presbyteris concessisse, quam chrismationem. Cessabunt etiam ingeniosa illa effugia, quibus plerique, dum Apostolorum, veterumque Episcoporum exemplis urgeri se sentiunt, nunc Apostolos vel ex privilegio quodam cbrisma non adhibuisse, vel sine sacramento rem egisse aiunt: nunc utrosque, licet chrismatis mentio non fiat, cbrisma tamen impositioni manuum junxisse, aut ipsam denique impositionem manuum non aliud intelligi volunt, quam chrismationem. Jam & nota illa, qua Gregorii nomen, ob concessam, ut interpretantur, Sardoram presbyteris Confirmationem, inuritur a quibusdam, liberabitur absolveturque Gregorius. Frontis enim unctionem indulsisse legitur, non manuum impositionem concessisse. His, inquam, & similibus molestiis scholam Theologicam eriperes, Aureli, si quod tuus ille adversarius poscebat, annuendum censeres. Ceterum quid illi concedas, quid tecenses, non laboro. In has ego salebras disputationum, quæ scholæ magis congruunt, non ingredior ut dixi. Quare ne illud quidem, quod proximum esset, quærendum mihi aut curiosius investigandum arbitror, quo pacto, quæ seorsim aliquando spectabatur, Confirmationi modo adnexa sit chrismatio: & quam inter baptismi, ut apparet, sacramenta numerabant, cur non statas illic sedes tenere, sed tanquam in confinio quodam utriusque naram, nunc baptismo illam, nunc manuum impositioni adhærere & copulari voluerint. Viderint hæc, quæque bis sunt similia, Theologi, & qua solent sagacitate sollertiaque discutiant. Tibi etiam in illo sæpius a te decantato hujus argumenti opere, quod moliris, quid bic ingenii tui vires valeant experiri ac prodere fas erit. Cave autem, ne cum ad explicandum canonem Arausicanum, vel ad examinandum Confirmationis sacramentum veneris, ubi clara & certa Scripturæ sacræ, Conciliorum, veterum Patrum sunt oracula, de bis ambigere cunctarique audeas, vel apertam sententiam, ne sequi cogare, ambiguis distortisque interpretationibus corrumpere. quia parilis est inertiæ atque inscitiæ, aut nodum, quod aiunt, in scirpo quærere, aut nodum, quem solvere nequeas, desperatione vel impatientia discerpere,

ANTIR.

ANTIRRHETICI II. PARS ALTERA:

PETRO AURELIO THEOLOGO.

QUæ ad Synodi Arausicanæ canonem, id est ad caput controversiæ nostræ pertinebant, seorsim hactenus pertractavi. cetera quæ fortuito in causam inciderunt, privato judicio examinanda, atque inter nos, si probas, dirimenda seposui. Nec tamen omnia persequi est consilium. quis enim modus? aut cui bono? sed omissis quæ leviora sunt, aut quæ a me in Antirrhetico jam satis confutata, iis duntaxat insistere, quæ & ab aliis minore cum tædio legi, & te simul possint aliquid docere quod nescias. Non ægre feres, si sapis, breviorem opinione tua fuisse censuram meam. Quis enim fur unquam de lictoris moderatione vapulans conquestus est? Noli inquam expostulare, quod plurima prætermisi. Gratiam habe potius, quod indulgentius se habui, quam merebare.

CAPUT I.

Aurelii in Anærtico tres personæ, Truculentus, Miles gloriosus, & Pseudolus. Ejusdem fallax & ambiguum sacramentum.

[Anar. 385.] SErione an joco narras, Aureli, adeo te a Plauti fabulis aversum, ut admonendus fueris ejus esse versiculum quem citaram? Etsi difficile est de antiquo pædotriba id credere, suspicioni tamen locum daret oratio tua, quæ Lycambei omnino fellis plus habet, quam mellis aut leporis Attici, nisi tu hic quoque mentiris & fallere certa ratio persuaderet. Quis enim a Plauto abhorrere, & non contra Plauto indormire credat hominem, qui tres ejus possit sub una larva fabulas exprimere? Tres inquis fabulas? ita est, Aureli. Qui fabulas in scena dant vulgo, unam fere aliquam aut ipsi novam fingunt, aut veterem repræsentant. Tu singularis artifex una eademque opera triplicem Plautinam edidisti; Truculentum in conviciis & calumniis, Militem gloriosum in ostentatione, Pseudolum in dolis, fallaciis, præstigiis. Hæc enim profecto argumenta, & ornamenta sunt Anærtici tui: ex his ductus conflatusque totus constat quantus est. Dum in alienam famam involas, & censuras, dirasque comminaris, Truculentum agere te nemo dubitat. dum ingenium, doctrinam, librosque tuos venditas, & præ copia tua omnem aliorum facundiam, ut aridam & exsuccam despicis, Militem gloriosum agnoscunt. at dum tergiversaris, dum elaberis & dissimulas, dum ficte & fallaciter insidiaris, Pseudoli has esse partes intelligunt. Quo ergo vis nomine tecum agam? Mihi enim cum triformi Chimæra congredi non placet: nec in te tam atrox videri debeo, ut nulla ex parte vivere sinam. Quare habeat per me suas sibi minas, frematque quantum volet Truculentus: sibi etiam placeat, suaque amet & ostentet Gloriosus. Nihil ego istos nunc moror. Cum uno mihi Pseudolo res præcipue futura est, qui primas apud te partes semper agit, & in quo uno videris spei ac fiduciæ tuæ columen posuisse. De quo ego tua in primis causa vehementer indignor, quod in ipso Anærtici tui limine, dum me abs te lacessitum negas, caveśque ne quod aperte facis id facere videare, subdolo te ac nefario sacramento illigaris. *Ego te*, inquis, *nunquam lacessivi. postquam a te ultro, cum nihil minus cogitarem (Deus mihi testis est) impetitus mibi auxilium paravi.* [Anar. p. 9.] Quid istud est, Aureli, quod Deo teste asseveras? An imponere nobis voluisti, an imprudens quid jures non considerasti? Nam si præter opinionem tuam juras accidisse, ut tibi provocatos responderem, credituri eramus etiam injurato: si nunquam te lacessivisse, ne jurato quidem. Et tamen hoc erat, cujus te fidem facere oportebat, quodque sacramento tuo niteris persuadere. Sed nullus unquam extorquebit, ut quod falsum est id jurando verum efficiat.

CAPUT II.

Aurelii de omissa voce Narbonensis *cavillatio, ejusque in una re multiplex imperitia.*

GRavi te affectum injuria clamitas, quod responsiones tuas in compendia contraxerim, [Præf. p. 13.] earumque gratiam, ut ais, & vim eliserim. Ego gratiam illis, Aureli, detrahere non potui, quam non habebant: vim autem, si qua inerat, non modo non imminui, ut auxisse videas & roborasse, dum ea quæ dispersa languebant collegi, aciemque in aciem congessi. Quod si sanctorum, ut fateris, patrum exemplo feci, cum dicta tua omnia non commemoravi, si sententias verbis tuis integras & intactas produxi, nullaque, quod fingis, parte infregi vel enervavi, si quod ad rem faceret nihil omisi, cur gratiam mihi potius non habes, quod nullo tuo damno vel injuria, nimiam loquacitatis tuæ redundantiam castigavi? At *Narbonensis* voculam in responsione tua resecavi. [Anar. p. 83.] Quo pacto? Quia ubi tu Galliæ Narbonensis Episcopos dixeras, ego Galliæ Episcopos dixi. Certe si Narbonenses erant, Galli erant: nisi tu fortasse te hominem esse putas, & animal non esse. Sed operæ pretium est rem totam, sicut inter nos gesta est, ab exordio repetere: unde liqueat me præter mentem tuam, si verum fateri vis, nihil mutasse; te contra, dum errorem tegere studes, in re una iterum non semel sed sæpius lapsum esse. Ridebas me, quod epistolam Innocentii, *quæ tota de rebus & Ecclesiis Hispaniensibus ageret, nihil de Gallicanis*, [Resp. 628.] ad Synodum Tolosanam scribi potuisse non statim negassem: *quasi jam tum*, aiebas, *reges*

Gothi dominarentur , sub quibus demum Galliæ Narbonensis & Hispaniæ Ecclesias isto modo convenisse & in commune consuluisse proditum est. Quis paulo te simplicior, Aureli , hæc tua verba cum audit, aliter quam a me accepta sunt interpretanda putet, ut Gallos Episcopos generatim velis cum Hispanis ad Synodos ante Gothorum tempora non convenisse ; ideo autem ex iis qui sub Gothis convenerunt Galliæ Narbonensis Episcopos nominaris, quia hos solos legeras Toletanis in Hispania Conciliis interfuisse? Aliud fateor de verbis tuis suspicari non potui, neque tu aliud profecto te voluisse diceres, si verum amares. Sed quia erroris tui te

Resp. 186.d. Antirrheticus noster admonuit, docuitque Cæsaraugustano & Burdigalensis exemplo , jam antea solitos in Synodis Gallos una & Hispanos congregari, invenisti vafer homo qua Pseudolus tuus evaderet. Ais te de solis Narbonensibus affirmasse, de ceteris Gallis non negasse.

Anar. p.60. Non enim, inquis, *Episcopos Galliæ & Hispaniæ negavi* (*affirmavi* dicere voluisti) *ita convenire sub Gothis demum regibus cœpisse , sed Episcopos Galliæ Narbonensis* . At bone vir , quem auctorem habes in Cæsaraugustano Burdigalensique Concilio Episcopum e Gallia Narbonensi nullum fuisse? aut quid ad Synodi Tolosanæ quæstionem attinebat, nullos ad eam e Narbonensi Episcopos venire , si ex aliis Galliæ provinciis convenerant? Ede tandem, si causa ea non est quam dixi, cur solos Narbonenses commemoraris, cur hos sub Gothis demum regibus convenire cum Hispanis cœpisse adnotaris. An quia de Tolosana Synodo agebatur , & in Narbonensi provincia sitam Tolosam memineras: ut ostenderes Tolosanos, qui Narbonenses essent , ante Gothorum tempora cum Hispanis in commune consulere non potuisse? Quid ergo, an postea censes consuluisse? Falleris. Evolve Synodos Toletanas. inter Episcopos, qui ad eas confluebant e Gallia Narbonensi, Tolosanorum nomen nusquam reperies. Quid ita? Quia ii solum confluebant, qui dominantibus in Hispania Gothis parebant: Tolosani autem post Alarici mortem , pulsis a Clodoveo Tolosa Gothis, in Francorum imperio semper fuerunt. Proinde quam ridiculum putas ac puerile nobis id visum esse, quod de Cæsarii ad Ruricium epistola , in qua Synodum

Anar. 55 56. Tolosæ, quo Hispani vocarentur , ostendebam, imperitissime respondisti, propterea ex hac epistola effici nihil posse, quia tum scripta sit , *cum jam Gothi reges in Gallia Narbonensi et in Hispania dominarentur*, id est , sub annum Christi , ut a te subducta est ratio , DXXX. Quid enim dici potuit inconsideratius? Tu Cæsarii epistolam scriptam pronuntias , cum jam Gothi in Hispaniam migrassent : Cæsarius a se scriptam testatur quo tempore habita est Synodus Agathensis, id est anno Christi DVI. cum Gothi a Gallia pulsi nondum essent . utri fidem haberi est æquius? Cæsarii, ne cavilleris,

Henr. Canif. Tom. 5. p. 458 verba perpende. *Dum nimium tribularetur animus meus , quare ad Synodum vestram præsentiam non meruimus obtinere, sanctus & domnus meus Verus Episcopus mihi dignatus est dicere, quod per suum diaconum mihi Agathem vestras literas destinasset . quas ego nescio qua casu, aut qua negligentia me non rettuea suscepisse*. Cum epistolæ tempus , ut vides, & Synodi nomen ostendat , & Ruricii ad Cæsarium literæ confirment, per Veri Episcopi diaconum Agatham missæ, id est per Leonem diaconum, qui Veri Episcopi Turonensis nomine Synodo Agathensi subscripsit, quid tibi venit in mentem Cæsarii epistolam tricesimo post anno scriptam affirmare ? Sed faciamus illo tempore scriptam quo fingis. Parebat tum sane Gothis in Hispania regnantibus maxima pars Galliæ Narbonensis : sed erras vehementer, si Episcopos Narbonenses jam tum in Hispaniam habitare solitos arbitraris. Profectos enim ante Recaredi regis conversionem non legimus , hoc est ante Concilium Toletanum tertium, quod epocha tua posterius est annis amplius quinquaginta . Erras denique , quod Tolosanos Episcopos putas cum Narbonensibus, qui Gothis parebant, Hispaniæ Synodos frequentasse. Francis enim cum parerent, ut dixi, cum Gothorum in Hispania Synodis commercii nihil habuere. Quæ cum ita sint, Aureli, an falsum fuit quod aiebam, te in una re sæpius lapsum esse ? an a vero aberravit , qui te calumniarum & obtrectationum scientiorem videri dicet, quam historiæ?

CAPUT III.

Aurelius , ut accuset , Sirmondi verba corrumpit . Inepta ejus de Gratiani emendatoribus criminatio . Tituli capitum Gratiani aliquot restituti .

INgenium & fraus tua est, Aureli , cum in adversario tuo nihil est quod carpas , absurdum aliquid illi affingere quod accuses . Hoc artificio in Vindiciis aliisque libris tuis te usum esse fama est: hoc ego & in Responsione tua, & in Anaretico tuo sum expertus . Sed illustre est in primis quod de me in hoc genere in Gratiani causa es calumniatus. Nam *Resp. 860.* cum insimulares , non debuisse me canoni Antiocheno negationem addere , quam Romana editio Gratiani non adjecisset ; respondissemque me propterea negationem restituisse , quia in antiquis omnibus Conciliorum libris legebatur: Romanos vero emendatores , *quia propositum id habebant, ut Gratiani codicem collatis exem-* *Antir. 26 2.c.* *plaribus quam emendatissimum redderent, negationem, quæ in ejus manuscriptis nusquam apparebat, canoni addere non debuisse*. in his tu verbis meis ubi dentem figeres carpendi cupidus non habebas. Neque enim negare poteras, quod ipsa editionis Romanæ præfatio testatur, primam emendatoribus curam fuisse, ut collatis Gratiani undeviginti exemplaribus , (tot enim collegerant) *menda Librariorum tollerentur* : nec ignorabas illos Canonis nostri clausulam, sicut in Gratiani codicibus repererant, integram reliquisse . Ut ergo reprehensionis ansam, quam quærebas, & quæ nulla hic exstabat, invenires, quid egisti? Verba mea pessimo tuo more fallaciter commutasti , ut a me dictum fingeres , *Gratiani emendatores ni-* *Anar. 142.* *hil aliud propositi habuisse, nisi ut Gratiani codicem emendarent ad ipsa exemplaria Gratiani*. Quo autem ore, qua fronte , nisi ferrea , hæc ita mentiri atque in lucem edere potuisti? Quasi judicio tuo nihil discrepent , *propositum id habuisse* Gratiani emendatores , quod verissime dixi , & *nihil aliud propositi habuisse*, quod a me dictum fallacissime pronun-

tiasti. Tibi enim ego si propositum in Anæretico dicam fuisse, ut gloriosius te ostentes, non mentiar, nam sæpe hoc facis: si nihil aliud propositi te habuisse dixero, falsum dicam, quia multis aliis in eo modis te nugari & ineptire certum est. Quod si differre istas intelligis, ubi pudor tuus? ubi candor quem prædicas? ut quod a me nusquam dictum sit, id a me dictum scribere, non verearc? Non eram nescius, Aureli, emendatores Gratiani, præter mendas librariorum, quas collatis exemplaribus sustulerunt, alia etiam ad operis expletionem ornatumque contulisse non pauca. Sed quid erat opus hæc a me commemorari, quæ ad rem nostram, id est ad canonis clausulam nihil attinebant? Illi Gratiani errores, si qua in re ut homo minus vidisset, modeste adnotarunt, fateor. at errorem in canone nullum observarant. Illi Græca interdum cum versione Latina, quam Gratianus secutus est, compararunt: at in Latino canone locum non habuit hæc comparatio. Titulos etiam capitum incertos vel obscuros restituerunt & illustrarunt: at canonis nostri titulum, in quo ambigui nihil erat, intactum reliquerunt. Quid ergo hæc, inquam, a me, aut alia, quæ a Gratiani emendatoribus præstita sunt, commemorari opus fuit, si ad canonis nostri quæstionem, ut vides non pertinebant? Sed repetisti tandem quod ad nodum, ut ais, de canonis clausula
Anær. 143. expediendum ab emendatoribus commemoratum silentio a me prætetiri non debuit. Quidnam? Quod Burchardum & Ivonem, tum etiam editiones Colonienses commemorarunt. Nobisne igitur hæc scribens illudis, an tibi? Etenim de canonis clausula & negatione Burchardus & Ivo docere quid possunt, si clausulam prorsus non habent? Editiones vero Colonienses,
De consec. Dist. 4 c. 155. quas in Notis recitant, aliquid certe ad rem nostram faciunt, sed contra te. Quibus enim verbis eas recitant? *Varietas*, inquiunt, *insignis est in editione Conciliorum Coloniensi trium Tomorum. Nam & isto modo*, ut apud Gratianum, *legitur*, *& hoc*, non necessaria habeatur rechrismatio. *&*, non necessaria habeatur chrismatio repetita. *&*, necessaria habeatur chrismatio repetita. *quæ sola lectio retenta est in editione quatuor Tomorum*, a Surio nimirum. Cum varias lectiones simpliciter re-
Resp. 661. ferant, nec suum de illis judicium interpo-
Anær. 92. 93. nant, qua fiducia & in Responsione antea, & nunc in Anæretico ausus es dicere, illos Crabbianam editionem, in qua erat negatio, parvi fecisse, & hanc a Surio recte omissam significasse? Pudorem hic ego tuum rursus appellarem, nisi ruborem ab eo frustra experi scirem, qui larvam ideo sumpsit ut non erubescat. Ceterum haud ignorasse nos quid operæ in Gratiano navarint emendatores Romani, vel ex iis cognosces, quæ ipsimet aliquando apud Gratianum illorum exemplo restituimus. quorum specimen, ex quo de aliis sit judicium, studiosorum in gratiam, tuaque etiam, si voles, causa subjecimus.

GRATIANI CAPITUM ALIQUOT citationes restitutæ, & emendatæ.

Dist. X. cap. *Certum est* titulus ita restituendus, *Item Felix III. Papa Zenoni Augusto*. ad hunc enim scripta est epistola nuper edita post Appendicem Cod. Theod.

Dist. L. cap. *Clericum*. scribendum, *Item Nicolaus Hunfredo Morinensis Ecclesiæ Episcopo*, ut petet ex Ivone, Part. 6. c. 120. ubi male *Wilfredus* appellatur, & *Humifredus* apud Gratianum 7. q. 1. *Sciscitaris*, pro *Hunsfredus*, quomodo ipsius manu scriptum vidimus in privilegio Solemniacensi.

Dist. LVI. cap. *Presbyterorum*, scribendum *Unde Urbanus Papa II. Piboni Tullensi Episcopo scribens ait*, eodemque modo 9. q. 1. *Ab excommunicatis*. Utrumque enim caput exstat in Urbani ad Pibonem epistola, quam habemus manuscriptam, quamquam posterius exstat etiam in Urbani epistola ad Gebehardum Constantiensem Episcopum, ex eaque citatur ab Ivone Part. 6. c. 406.

Dist. LX. cap. *Nullus in Præpositum*, scribendum, *Item Callistus II. Papa in Synodo Tolosana*. Est enim canon II. Synodi Tolosæ a Callisto celebratæ anno 1119.

Causa 1. q. 3. *Quæstum*, legendum, *Ex Concilio Urbani Papæ habito Nemausi*, non *Alverniæ*. tum quia hoc caput exstat inter canones Concilii Nemausensis nondum editos: tum quia Concilii Arvernensis hac de re decretum ab hoc diversum est 16. q. 7. *Congregata*.

Causa 9. q. 6. *Hæc quippe*. legendum, *Unde Nicolaus Papa Salomoni* &c. non *Joannes*. cum epistola sit Nicolai Tom. III. Conc. Galliæ pag. 275. nec Joannis esse possit, ad cujus tempora Salomon rex Britonum non pervenit.

Causa 3. q. 9. cap. *Revera*, & cap. *Judicas*, pro *Galloni*. legendum *Waniloni*, quod nomen est Archiepiscopi Senonensis.

Causa 7. q. 1. *Non furem*. pro *Verneni* legendum *Nomenoio*, quod nomen erat Ducis Britonum.

Causa 11. q. 1. caput *Nullus judicum*, quod inscribitur *Palea*, est Concilii Parisiensis sub Clotario II. Tom. 1. Conc. Galliæ.

Causa 16. q. 2. *Sane quia*. scribendum, *Item Urbanus II. in Concilio apud Nemausum*. Ibi enim exstat.

Causa 33. q. 1. caput *Si per sortiarias*, sumptum est ex epistola Hincmari ad Aquitanos, quæ nunc edita est in Synodo Tullensi apud Tusiacum, Tomo 3. Conc. Galliæ.

CAPUT IV.

Falli Aurelium, cum Isidori codices Merlino ab Episcopis suppeditatos jactat. Puerilis ejusdem & ridicula de Isidori codicibus ratiocinatio. Merlini defensio, & de codice quo usus est conjectura.

Mirari subit, Aureli, tam fœcundum errorum ingenium tibi esse, ut raro singulos, multos sæpe uno partu edere soleas. Hoc in Isidoro videre est, in quo uno dum effugia captas, multis modis impegisti. Primum enim quæ ista est intemperies, cum ex Merlini editione contenderes Isidorum nega- Anær. 166.
tionem in canone nostro non agnovisse, & ego contra docerem in manuscriptis Isidori negationem contineri, atque hujus rei testes proferrem tres codices, qui Parisiis erant in promptu, & alios alibi a me visos esse testarer; tanta nunc linguæ petulantia & procacitate insul- Anær. 181.
tare te, quasi tres ut ais codices, de aliis enim dissimulas, Merlini editioni, hoc est uni ejus, quantum apparet, codici qui negatione caruit opponere nefas sit: cum duo tu misera, nulliusque ut audisti fidei exemplaria, cum vetustis omnibus Conciliorum exemplaribus componere, illisque anteferre non dubitaris? Sed habes unde nobis hic etiam illudas, ne Merlinum doceas complures Isidori codices habuisse, Isidori vero codicum, quos commemoravi, eleves & extenues fidem. Hoc nimirum est, quod

aiebam, nunquam re aut raro peccare semel.
nam in bis rursum bis errasti. *Isidori*, ut ais,
Anar. 185. *codices ad editionem suam adornandam sibi ab*
Archiepiscopo Senonensi & Episcopo Parisiensi
prœbitos testatur Merlinus. Parum tibi fuerat in
Responsione tua semel atque iterum id teme-
Resp. 690. 691. re affirmasse, nisi hallucinationem tuam rur-
sum in Anæretico decantares. Ubinam enim
hoc testatur Merlinus? in epistola noncupato-
ria. Quibus verbis? *Sacrosanctorum*, inquit,
Conciliorum, orthodoxorumque Pontificum insti-
tuta, quæ partim dudum Isidorus in unum com-
portaverat, partim tu, reverendissime pater,
plumbo abfirmata publicanda dedisti, in unum
referre volumen non dissimulavi. Ergone ocu-
los, Aureli, quos larvati liberos habere solent,
tua tibi larva sic eripuit, ut non videas di-
stingui in his verbis, secernique Isidorum ab
iis Conciliis, quæ Merlinus ab Episcopis acce-
perat? An obscurum est quod ait, se in unum
redegisse, partim ea quæ Isidorus olim college-
rat, quæ priori suo Tomo complexus est: par-
tim alia, quæ suppeditarant Episcopi, & se-
cundo ejus Tomo continentur? Quod si mani-
festum est discrimen, cur utraque confundis,
& Isidori codices Merlino ab Episcopis præbi-
tos ariolaris? Hæc igitur prior tua est hallu-
cinatio. Gravior altera & multiplex, cum de-
signatos a me codices aspernari ac refutare co-
Anar. 183. naris. *Thuanum*, inquis, *& Laudunensem tibi*
eripimus. Quo nomine? *Quia non habent prio-*
res illas Pontificum epistolas, quas constat Isi-
dori collectioni præfixas esse. O acumen & so-
lertiam Aurelii! qui efficere hac ratione pos-
sit, ut Justiniani Novellæ Justiniani non sint,
si ab ejus Codice divellantur: ut Livii deca-
des nullas habeamus, quia omnes non habe-
mus. Quid ergo tam rudis es, tam ignarus
rerum quas tractas, ut nescias diversorum ge-
nerum Isidori vetera exemplaria reperiri, quo-
rum alia partem unam duntaxat vel alteram
contineant, alia utramque? Thuanum & Lau-
dunense miraris solam canonum collectionem
sine Pontificum epistolis continere: in eadem
Thuana bibliotheca duo alia reperies, quæ si-
ne canonibus solas epistolas repræsentant. ideo-
ne Isidori negabis esse? At Thuanum præterea
codicem recentiorem ais videri. Sit sane. at
eo laudandus est, quod de negatione cum Lau-
dunensi & aliis antiquioribus consentit. Erras
enim, si ut ego antea, cum Olivarii codicem
proferres, novitatem objeci, sic tibi nunc idem
de Thuano licere arbitraris. Tui enim hac in
causa meique diversa est ratio. Ego negatio-
nis voculam in canone defendo, quam in an-
tiquis omnibus libris exstare liquet: tu nega-
tionem tolli jubes, quam qui tulerit vete-
rum repertus est nemo. De Olivarii ergo co-
dice, qui post Gratianum natus Gratiani er-
rorem sequi potuit, ætatis jure facta est exce-
Anar. 184. ptio. de Thuano autem, & de Victorino, ta-
metsi pervetusti non sint, tantum abest ut ex-
cipere liceat, ut hoc potius nomine laudandi
sint, ut dixi, quod in negatione asserenda cum
optimis & antiquissimis exemplaribus consen-
tiant, in primisque cum tuo Laudunensi, trium
istorum, si tua bona nosses, atque iis uti vel-
les, longe præstantissimo. Sed quid homine fa-
cias qui bonarum rerum sapore non capiatur,
Anar. 185. & gustum habeat depravatissimum? Merlinum
etiam a me vituperatum, duriusque habitum
calumniaris. *Merlini*, ais, *fidem*, *quam tu ini-*
quissime vellicas, *nemo adhuc accusavit*. & ali-
quanto superius. *Cur Merlini editionem*, *quod*
tres codices ab ea discrepent, *subdititiam dicis*?
Ego Merlini editionem, Aureli, subdititiam
non dixi. & subdititiam hoc loco quid appelles
non intelligo. Vitiosam, opinor, dicere vo-
luisti. Quin autem vitiosa fuerit Merlini edi-
tio, quæ contra veteres Isidori manuscriptos
negationem in canone non exhibuit, nulla est
dubitatio: & tamen, cum de vitio constaret,
casune an aliter irrepserit, nolle me quærere si-
gnificavi. Potuine de Merlino mollius aut be- Antir. 178. a.
nignius loqui? Nunc etiam ut quanti homi-
nem faciam sentias, omni eum culpa libera-
bo, dicamque quod verisimillimum puto, Mer-
linum in editione sua illo ipso usum esse Isi-
dori codice, qui nuper in Abbatis Olivarii bi-
bliotheca repertus est, eratque tunc temporis,
ni fallor, Collegii Bernarditarum. Nam cum
hic unus, qui negatione careat, Parisiis inven-
tus sit, quo potius auctore omissam a Merli-
no negationem conjicere liceat! Quid hic am-
plius Merlini causa desideras? Etiam hoc am-
plius addam. Illum, qua erat prudentia & ju-
dicio, si veterum librorum in adstruenda ca-
noni negatione consensum, quem in Antirrhe-
tico nostro vidisti, suspicari potuisset, minime
refragaturum fuisse, tuamque istam refracta-
riam contumaciam vehementer omnino gravi-
terque damnaturum.

CAPUT V.

Fallax Sirmondi verborum interpretatio, & inde ab Aurelio ducta objectio diluitur. Aurelii ejusdem in Crabbi verbis truncandis, & perperam exponendis, mira & incredibilis temeritas. Crabbi in editione sua institutum declaratur.

NOn unius, ut video, Pseudoli partes agis,
cum de Crabbo respondes: sed alterum
simul ignotum nobis bardum quendam & sto-
lidum repræsentas, qui adeo hebete ac stupi-
do est sensu, ut Bœotiæ vernula videatur. Antir. 177. d.
Verum hic scenæ succedet postea, nunc Pseu-
dolus orditor. Quod enim dixeram Crabbum
negationem, quam Merlini editio non habuit,
in utraque editione sua ex antiquis codicibus Anar. 172.
restituisse, tu a me fallaciter ita dictum in-
terpretaris, quasi innuere voluerim Crabbum
aliis Arausicani Concilii codicibus in posterio-
re sua editione usum esse, quam usus fuerat
in priore. Mihi si credis, Aureli, sincerius hoc
a me dictum est, quam putasti. nec aliud in
animo fuit, quam Crabbum in utraque editio-
ne sua restitutam a se negationem posuisse.
An hoc verum non est? Sed alios ex ingenio
suo Pseudolum metiri, dolosque & fraudes,
ubi nullæ sunt, suspicari mirum non est. Por-
ro autem, si Crabbum dixero, cum secundam
editionem adornabat, Synodum quoque Arau-
sicanam cum aliis codicibus contulisse, quo
pacto refelles? *Quia Crabbiana*, inquis, *editio*
posterior a priore non differt. Quid tum vero?
an fieri non potuit, ut codices ipsi alii cum
aliis hac in parte consentirent, ita ut quæ
variæ lectiones in primis observatæ fuerant,

eædem essent in secundis? Quod si hoc expertos se non raro Critici confirmant, una in re, ut soles, bis errasti. Nam & absurdi nihil habet quod absurdum autumabas futurum: & verba mea quæ sine fuco erant, sinistra interpretatione infuscasti. Audiamus nunc nugatorem illum, qui probandum suscepit Crabbum varias lectiones seu emendationes suas, non in margine adnotare, ut aiebam, sed in textum intexere consuevisse. Quod enim festivius isto vel mirabilius acroama esse possit? Crabbus ipse in præfatione prioris editionis suæ negligentia chalcographorum in textu quandoque positas conqueritur, quæ in margine debuissent scribi. Crabbus idem in præfatione posterioris testatur se, ne margines prorsus oppleret, atque ut in his vacui aliquid spatii relinqueret, paucula quasdam in textum injecisse, quas alioqui collocasset in margine. mirificus tamen iste falli nos de Crabbo, & quid dicat nescire affirmabit. Cumque in Arausicano Concilio apud Crabbum refertas variis lectionibus margines oculis cernamus, vix unam aut alteram in contextu, falli ac decipi oculos, nec videre quod videant, præstigiis suis & Crabbo, si credimus, auctore persuadebit. *Crabbus*, ait, *aperte profitetur in fronte utriusque editionis, se illa demum in margine conjecisse, quæ aut parvi momenti, aut ita dubia & obscura essent, ut depravatus locus a se nondum restitui potuisset.* Et Crabbi verba, ne fingere videatur, suis subjungit. *Fateor*, inquit, *præsertim ubi in margine locus obscurus, vel corruptus, aut simile positum est, plura adhuc esse haud satis castigata, ex eo quod vetustissima exemplaria, quibus undequaque collectis usi sumus, adeo depravata fuere, ut etiam accedentibus eximiis, doctissimis, probatissimisque magistris, eorumque requisitis ad hoc consiliis, restitui minime potuerint.* Tum quasi re bene gesta nobis insultat. *Et tu Crabbum illa restituisse dices, quæ in marginem conjecit, cum ipse ideo ea a se in marginem conjecta dicat, quod ea restituere nulla ope potuerit?* Immo vero, quis tam pingui est judicio, ut stipitis istius errorem & insaniam non videat, qui Crabbi verba non intelligens, absurdam illi arbitratu suo, & ab ejus mente alienissimam sententiam imponat? Quid enim planius, quid apertius est tota Crabbi oratione, si lectorem non stupidum & hebetem nanciscatur? Redde voculas, Aureli, quas detraxisti, & quid velit intelliges. *Fateor*, inquit Crabbus, *præter ea.* Quænam ea? Quæ collatis exemplaribus emendarat, & in margine adnotarat. *plura adhuc esse haud satis castigata.* Quo loco ista, & quo indicio designavit? *ubi in margine locus obscurus, vel corruptus, vel simile positum est.* At hujus generis, dices, in Concilio Arausicano apud Crabbum nulla sunt exempla, ubinam reperiemus? Quære in Concilio Carpentoratensi, posterioris editionis pagina 630. Ibi in margine adscriptum reperies, *Locus obscurus.* In Epaunensi pag. 996. *Locus omnino corruptus, nec facile restituendus.* In Arelatensi primo pag. 287. *Locus parum cohærens.* Expende quibus in locis has notas desixerit, ea esse cognosces, quæ vetustissimorum, ut scribit, exemplarium ope, doctissimorumque virorum adscito consilio, restitui minime potuerant. Quod si aliud sunt, ut vides, in Crabbi marginibus locorum desperatorum notæ, quæ toto in opere rarius occurrunt; aliud variarum lectionum emendationes, quæ passim abundant, & in hac nostra Synodo supra sedecim numerantur, de stolido interprete, qui ea distinguere non potuit, quid statues? Ejusne, inquam, interpretationi subscribes, Aureli, an repudiandam & abdicandam putabis? Repudiare nunc, postquam te illius auctorem professus es, vereor ne serum sit. Tueri autem ac retinere salva existimatione tua non potes. Quis enim te, qui in Merlini, Crabbique verbis luce clarioribus turpiter erraris, in canonis Arausicani intelligentia, quæ ab imperitorum sensu disjunctior est, hallucinari multo magis labique potuisse non credet?

Pag. 173.

Pag. 174.

CAPUT IV.

Aurelii de Cassiodori & Petri Damiani codicibus calumnia retunditur. Emendatorum diversa genera ab eo confusa, & Hieronymi locus non intellectus. Stolida ejusdem de Petri Damiani nomine reprehensio redarguitur.

QUousque te mentiri & fallere delectat? nullumne ex ore tuo verbum audiemus nisi falsum? nullam stylus literam imprimet, nisi frivolam & inanem? Dares saltem operam, ut quo loco alios mentiri prædicas, ibi mendacium tu caveres. Sed conclamata, ut video, res est, nihil ut abs te veri sperandum sit, nisi cum mentiri te dices. Falsi accusas quod dixeram curæ fuisse Cassiodoro Senatori & Petro Damiano, ut monasteriorum suorum codices per se ipsi vel per alios emendarent. *Nec enim illi*, ut ais, *omnes libros, quos in monasteriis suis relinquerent emendatos a se dicunt, sed tantum sacræ scripturæ codices.* Quid nugaris? quid orationi meæ malignus interpres insidiaris? An ego ab ipsis omnes emaculatos dixi, & non *partim ipsorum manu, partim aliorum*, esse emendatos? Senator divinæ auctoritatis libros ipsemet correxit, ut agnoscis. an alios neglexit? *Reliquos*, inquit, *codices notariis relegendos atque emendandos reliqui.* Petrus vero Damianus, quod cogeris confiteri, non solum veteris & novi Testamenti libros omnes, sed aliorum etiam sanctorum patrum, Gregorii, Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Prosperi, &c. codices nonnullos a se correctos testatur. Atqui hoc aliquanto amplius est, quam quod satis erat, ut quod a me dictum est verissime dictum probaretur. Tu vero alienorum verborum curiosius explorator, cur tua ipse dicta non consideras? nec vides te, dum id pugnas quod nemo negat, ne omnes castigati habeantur codices antiqui, stulte ac incaute hoc agere, ne boni omnino fine ulli, nec fuerint aliquando manuscripti? quod quidem, præter stupidum illum Hermam tuum, nemo somniarit. Qui hic etiam adeo hebes fuit, ut aliud imperitorum interpretum correctionem, aliud vitiosorum codicum emendationem esse non sentiat. eandemque putet illorum esse rationem, qui tollendis librariorum

Antir. 178. d.

Anar. 205.

Antir. 45.

Præf. div. Inst.

mendis inhærent, quod Cassiodorus & Petrus Damianus professi sunt: eandem Hieronymi & aliorum, qui vitiosas versiones emendarunt. Recita Hieronymi sententiam ex ea quam laudas epistola, ut quid velit ediscamus. *Ne* Epist. 123. Anat. 206. *multum*, inquis, *a lectionis Latinæ consuetudine*, secita superius a capite, & verba redde quæ truncasti. *Præsens*, ais, *præfatiuncula pollicetur Evangelia codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum. Quæ ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut iis tantum quæ sensum videbantur mutare correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant.* Vides nunc, opinor, Hieronymum in emendanda novi Testamenti Latina editione ita se versatum testari, ut codicum Græcorum collatis exemplaribus, ea duntaxat, quæ sensum mutabant, correxerit, cetera quæ aptius fortasse aut elegantius verti poterant, intacta reliquerit: ne nimia mutatione vulgatæ lectioni Latinæ assuetos offenderet. Quid hoc autem ad rem nostram attinet, qui de alio emendatorum genere agebamus? Quare duorum alterum hoc loco fateare, Aureli, necesse est: aut non vidisse te quid Anat. 205. menti haberent hæc verba quæ truncaras, & bardus es: aut vidisse, ac studio dissimulasse, & vafer es. Quo autem in numero id quod sequitur vis poni, quod me, quia *Petrum Damianum* non Damiani dixerim, reprehen- Vindic. 292. dum putasti? *Petrum*, inquis, *Damiani non Damianum scribi oportuit, sicut Eusebium Pamphili, ut a nobis in Spongiæ dispunctione jam notatum erat.* Ad scholam tuam ergo nos vocas, experientissime magister, cui refragari a quoquam sit nefas, & de quo satis sit dicere αὐτὸς ἔφα; atque ut Petri Damiani nomen nos doceas, ad Vindicias tuas ire jubes? illas nimirum, quæ nec Hugonis Victorini nomen Vind. 236. effari sine errore potuerunt, dum Abbatem eum nominant, qui ne Prior quidem fuerat. At notiora fortasse tibi externa sunt, quam patria, ut Petrum Damiani scribi oportuisse asseveranter dicas, sicut Eusebium Pamphili. Cur enim Græco potius more, quam Latino, cum Cæcilius Cyprianus dictus sit, non Cæcilii, & Eusebius Hieronymus, non Eusebii? Ceterum ego quo idiomate Petrus Damiani aliquando appellatus sit non disquiro: hoc edisseras peto, si potes, cur Petrum Damianum cum gravissimis probatissimisque auctoribus dici prohibeas. An nescis a Lamberto Schafnaburgensi, qui ætate suppar fuit, sic appellari? *Petrus*, inquit, *Damianus, is legatus erat sedis Apostolicæ, vir ætate & vita inno-* Anno 1069. *centia reverendus*. An Gratianum quisquam notavit cum diceret, *Nicolaus Papa II. scribit* D.22. c.2. *Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum?* An errarunt Cluniacenses, cum ab Biblioth. Clun. eis in actis Synodi Cabilonensis *Petrus Damianus Ostiensis Episcopus*, qui Synodo præfuit, est nuncupatus? An denique verum ejus nomen ignoravit, qui eundem legatum in Gallia Epist. 10. Append. crearat, Alexander II. cum de illo his verbis scriberet ad Archiepiscopos Galliæ. *Quoniam pluribus Ecclesiarum negotiis occupati ad vos ipsi venire non possumus, talem vobis virum destinare curavimus, quo nimirum post nos major in Romana Ecclesia auctoritas non habetur. Petrum videlicet Damianum, Ostiensem Episcopum, qui nimirum & noster est oculus, & Apostolicæ sedis immobile firmamentum.* Post tot tantorum virorum exempla, si quis de Petri Damiani nomine tibi potius quam illis credendum censeret, satisne sani capitis hunc esse putares, Aureli? Cave igitur ad Vindicias tuas hac de causa quemquam mittas in posterum, ne te Anticyram remittat.

CAPUT VII.

Aurelii pertinacia in vitiosa canonis Arausicani lectione retinenda. rejecta ejus de Sirmondi fraude cavillatio. Ejusdem in Synodi Francofordiensis verbis fraus multiplex & falsitas.

IGnosci poterant quæ in Responsione tua multis modis peccaras, si errorum admonitus modeste agnovisses. At cum errata tua obstinatius defendis, omnem tibi indulgentiæ aditum præcludis. Quis enim venia dignum putet eum qui emendari non vult? Quod ergo in Resp. 679. canonis Arausicani clausula, quæ apud Isidorum sic legitur, *Non ut præjudicans quicquam dico, sed ut non necessaria habeatur repetita chrismatio*, supervacaneum esse *ut dico* non animadverteras, imbecillitati criticæ tuæ tribuebatur: alius mediocri judicio præditus ἀπόβλητον id verbum videri subdititiumque censuisset, temere olim adjectum ab aliquo, qui *non præjudicans quicquam* quo referretur quærebat, cum ad chrismationem referri perspicua res esset. Nos tamen hanc tibi, quamvis non levem, ἀμαρτίαν condonaturi eramus, si contentus illa fuisses, nec errorem errore cumulasses, dum in Responsione tua prius, deinde in Anæretico, pro vitiosa lectione iterum atque iterum propugnare, hoc est pro uno errore multos facere conatus es. Quid porro te vexas, Aureli? quid Sardicenses vel Africanos canones scrutaris, ut simile huic ἀνακόλουθον, & nulli cohæ- Anat. 288. rens aptumque *dico* reperias? Nusquam opinor reperies. Sed si reperias quid proficies? Nam errorem esse constabit, non Synodi quæ canonem condiderit, sed imperiti cujuspiam qui corruperit. Tune tam perverso eris animo, ut errorem hunc Episcoporum cœtui malis, quam depravatoribus illis appingere? Sed fraudem a me factam dicis orationi tuæ. Omnino Anat. 287. si explicanda & definienda fraus est, credendum est tibi diversarum fraudium perito artifici & architecto. Meam vero fraudem ecquam vocas? Quia cum duas canonis lectiones proposueris, alteram, *non ut præjudicans quicquam dico*, alteram, *non ut præjudicantes quicquam dicimus*, ego quasi a te sola prior esset allata, in eam solam impetum feci. Ego vero doceri abs te velim, duæ istæ lectiones discrepent inter se an consentiant. Si consentiunt, quid interest utram refutandam delegerim? Si discrepant, utram aggredi potius debui, quam in qua præsidium collocatas, id est in priore. De uno enim quopiam Episcopo scripseras, Resp. 679. non de multis; quod in priorem lectionem convenit, non in posteriorem. Nunc autem, postquam ab illa dejectus es, alteram spectas, quasi dispar ejus sit ratio, ac non iisdem quibus altera machinis subruatur. hoc etiam habenda deterior, quod corruptior, & a vera le-

ctione remotior. Nam in priore, si supervacaneum hoc *dica* detrahas, integra erit sententia: in posteriore plura mutanda sunt. Itaque fraus nostra hic nulla est, nisi quam ipse fabricasti. Tu vero vide fraudemne malis an mendacium dici quod de Francofordiensi Concilio subjecisti. Alterum enim est prorsus, aut
Anar. 221. utrumque. *Sed aeque perpetuum est*, inquis, *ut quoties alicujus seorsim nomine quippiam proponitur, nomen ejus adscribatur. Exempla si quaris, habes in canonibus Concilii Francofordiensis a te editis. ubi postquam orationis series Concilii nomine decurrit, subito exauditur canone V. Caroli Imperatoris vox, nullo ejus nomine prafixa, nec interrupta quicquam sermonis tenore. Sic enim incipit canon, De denariis autem certissime*, &c. Quæso te, Aureli, vigilansne an dormiens hæc scripsisti? Quod si non dormiebas, cur tam securus alieni judicii fuisti, ut existimationis tuæ rationem nullam haberes? Synodi ais nomine orationem in Francofurdiensi Concilio usque ad canonem V. decurrere. At hoc falsum esse quis non videt; cum in canone IV. exstet Caroli, non Imperatoris, ut appellas, (nondum enim erat) sed regis edictum de stabili pretio annonæ: quod quidem non Synodi, sed regis ipsius verbis conceptum est? Alioqui verba ista cui quadrant, si regis non sunt, *Et qui nostrum habet beneficium, pravideat* &c? In canone V. rursus subito exaudiri ais Caroli vocem, nullo ejus nomine præfixo. Atqui præfixum jam fuerat canone IV. cui proxime iste continuatus & junctus est. Quare & hoc quoque falsum est. Ingeniosa fraus tua est, quæ semel potuit tam multa mentiri: sed inverecunda, quam non pudeat fucum, quem ipsa facie, non facientibus imponere. Quare Plautino iterum hic locus erat versiculo, *Insanire me aiunt, ultro cum ipsi insaniant*. Sed quia Plauti sale perfricari non vis, Paulino te aspergam: *Inexcusabilis*
Rom. 2. *es, o homo*. nosti cetera.

CAPUT VIII.

Ridicula Aurelii de resecatis mutatisque per scribas librarios canonibus opinio. Canonis Carthaginiensis de barba Clericorum vera lectio confirmata. Ut leges civiles, sic & canones, a Collectoribus certo consilio commutatos.

Antir. 281. e. VEteres Conciliorum canonumve Collectores ea sæpe in Conciliorum canonibus resecare & immutare dixi, quæ obsoleta & inutilia, vel ab ævi sui moribus aliena judicabant. Tu, quia negare non poteras, quin & omissi revera & truncati, & interpolati canones in illorum voluminibus sint multi, hujus rei causam, ne nihil contradicas, ad alios potius quam ad Collectores referendam pronuntias.
Anar. 407. Cur ergo non ad istos? Quia Collectores, ut ais, & ego non inficior, etiam illa colligunt interdum, quæ ipsorum temporibus aliena sint. Quid tum vero? Quasi quod illos sæpe facere dixi, hoc semper atque in omnibus facere affirmarim: aut quasi sciri a nobis nunc posset omisisse aliqua nonnullos, si ea quæ ab his

A omissa sunt alius nemo conservasset. Ceterum & causas illi cur quædam omitterent habuere quas dixi, quod minime necessaria existimarent: & causas alii cur retinerent, non ad præsentem usum, sed ad superiorum temporum notitiam, quæ non inutilis futura videbatur. At si varietatis istius auctores dici Collectores non placet, ecquos tuo judicio fuisse arbitraris? *Non alia*, inquis, *causa quarenda est, quam arbitrium & incogitantia scribarum, aut compilatorum*. Anar. 409. Audio. Sed quæso te, quosnam hoc loco compilatores intelligis? an alios quam Collectores? Non opinor. Quanta ergo hic tua ipsius incogitantia, & quanta est oscitantia, qui turpiter tecum pugnes, & quod de canonum Collectoribus negas, hoc ipsum affirmes?
B Deinde qui consentaneum est te, qui in Responsione tua scribas librarios docebas negationem in canone Arausicano reponendam certo consilio, profligandæ hæresis causa statuisse, nunc scribas eosdem velle incuria vel oblivione, hoc est sine consilio rem egisse? Postremo quam ridiculum atque adeo stultum est, ut cujus rei, cur ita facta sit, apertam & exploratam habeas rationem, eam temere ac fortuito malis & sine causa factam videri? Enimvero difficile dictu esse ais in canone XLIV. Concilii Carthaginiensis IV. utri codices in vitio sint, ii qui legunt *Clericus ne comam nutriat*, *nec barbam*, an qui addunt, *nec barbam radat*. Resp. 683. Anar. 413.
C Equidem si de te sermo est, difficile tibi hoc esse non miror, qui quod nescis nullam das operam ut discas. At qui paulo fuerit consideratior, is animum statim referet ad priscam cleri Occidentalis in comæ barbæque cultu consuetudinem cognoscendam: & postquam ex Sidonii epistolis didicerit, clericos in Gallis comam olim solitos brevem gestare, & barbam prolixam: moremque eumdem etiam in Hispania fuisse observarit ex Concilio I. Barcinonensi, quod clericos comam nutrire aut barbam radere vetat: non dubitabit profecto, quin canonis Carthaginiensis vera & germana lectio ea sit, quam vetustissimi codices docent, *Clericus ne comam nutriat, nec barbam radat*. Idem rursus, ubi sequentium sæculorum diversam consuetudinem animadverterit, nunc Græcos Latinis objectantes, *quod penes eos clerici barbam radere non abnuunt*. nunc Synodum Bituricensem tonsuræ Ecclesiasticæ modum barba rasa & corona in capite definientem. nunc Callistum II. in Tolosana severe interdicentem, ne qui Ecclesiasticæ militiæ adscripti sunt, tamquam laici barbam nutriant, an satis argumenti non
D Lib. 4. ep. 24. Can. 3. Nicol. ep. 70 Can. 7. Can. 3.
E habebit, cur erasæ a posteris vel omissæ in canone Carthaginiensi ultimæ vocis causam statuat eam fuisse, quam in Antirrhetico dixi, *Quia nimirum postquam contra canonem radi a clericis barba cœpit, canonem qui vetaret exstare non placuit*. Antir. 189 e. Quænam, Aureli, perspicua argumenta flagitas, si hæc perspicua non sunt? Attamen perstas in sententia, & quicquid uspiam in canonum collectionibus est prætermissum, aut quoquo modo immutatum, id tantum librariorum errori, non Collectorum judicio vis tribui. Anar. 414. Itaque quod in Burchardi Ivonisque Decretis veterum Synodorum canones alii descripti sunt, alii penitus omissi, atque ex iis qui delecti sunt, dimidiati fere plures sunt, quam integri, non auctorum id arbitratu factum putas, sed ignavia atque inertia libra-

riorum. Quod si audimus, quid vetat quo minus Codicis Theodosiani excerpta, quæ Aniani nomen gerunt, non Aniani studio elaborata, sed fortuito scribarum hæc & illa prætereuntium errore nata concedamus? aut cur in altero Codice Justiniani, quæcumque in legibus antiquis adjecta, vel detracta, aut aliis verbis mutata cernimus, ea non Triboniani, aut aliorum, quibus id permiserat Imperator, industria & judicio emendata, sed antiquatiorum postea manu corrupta non credamus? Quod si absurdum hoc esse judicas, ut est certe absurdissimum, quid restat, nisi ut quod in legum Codicibus principum voluntate factum vides, idem in canonum collectionibus cum factum videas, recte hic etiam prudenterque, & non sine Ecclesiastica auctoritate factum intelligas? Frustra igitur te torques, Aureli, ut canonis Arausicani diversam esse interpretationem meam doceas, & Collectorum. frustra aut hallucinatum me jactas, cum de frontis unctione interpretatus sum: aut illos errasse, cum ad verticis chrismationem transtulerunt. Quamcumque in partem te convertas, numquam efficies ut jure abs te reprehendi videar, quod Synodi sententiam in explanatione mea sim secutus: numquam obtinebis, ut Collectoribus vitio verti queat, quod canonem, vel abjecta ejus clausula, ut Burchardus & Ivo, vel clausulæ adempta negatione, ut Gratianus, ad temporum suorum consuetudinem jure ac more suo accomodarint.

CAPUT IX.

Canonis Autissiodorensis de vitula & cervulo asserta contra Aurelium interpretatio. Beneficia in eodem canone quæ dicantur. Inepta Aurelii & aliena canonis Aurelianensis commemoratio.

Pag. 33. MAgna tibi de canone Autissiodorensi, de quo te Antirrheticus noster admonebat, libido fuit controversandi. adeo ut cum repugnare non possis, subringaris tamen, & quoquo modo obstrepere coneris. Absurditatis accusas interpretationem meam, quia *Non licet* Anat. 432. *vitula aut cervulo facere* de iis dictum innuerim, qui se in feras transformarent, & animantium istorum capita induerent. Non putabam, Aureli, tametsi αὐτοψωρίας multiplicisque ignorationis tuæ argumenta videram permulta, non putabam tamen rerum antiquarum tam ignarum te esse, ut nescires quid Calendis Januariis, de quibus hic agi vides, fieri olim apud ethnicos ethnicorumque imitatores soleret. Exstant enim veterum patrum tum Græcorum tum Latinorum homiliæ complures, quæ vesanum hunc morem castigant. Et unus pro cunctis docere te poterat Maximus Taurinensis, cujus in homilia de circumcisione Domini, sive de Kalendis Januarii, luculentum est his verbis testimonium. *Numquid non universa ibi falsa sunt & insana, cum se a Deo formati homines aut in pecudes, aut in feras, aut in portenta transformant?* Hæc tibi perspecta si erant, in canonis expositione quid reprehendis? *Quia de animalium*, ais, *capitibus nulla est in eo canone litera, nullum vestigium*. O ridiculum hominem! Quasi qui universe aliquid vetat, non omnia rei genera comprehendat. Quid enim? de eo quod in eodem canone præcipitur, ut *in ipsa die*, id est Calendis Januariis, *sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus*, quid statues, Aureli, si ego beneficia focum verbigratia, vel ferreum aliquod instrumentum appellari dixero, ideone repudiabis, quia foci aut ferramentorum nulla in canone est mentio? At Bonifacium martyrem Episcopum repudiare interpretem non potes, qui ad Zachariam Papam scribens, inter ceteras ejus diei paganas consuetudines hanc numerat, *nullum de domo sua vel ignem, vel ferramentum, vel aliquid commodi vicino suo præstare velle*. Augustinus etiam, vel quisquis est auctor vulgaræ ejus nomine Homiliæ de Kalendis Januariis, *Sunt*, inquit, *qui Kalendis Januarii focum de domo sua, vel aliud quodcumque beneficium cuicumque petenti non tribuunt*. Sicut ergo in postrema hujus canonis parte *beneficia* quæ vocentur, hi te auctores docere poterant, quos dixi: sic in prima *cervulum facere* quid sit, aut eo pertinere animantium adsumpta capita si nesciebas, ex eadem in primis Homilia discere licebat. *Quis enim sapiens*, inquit, *poterit credere aliquos sana esse mentis, qui cervulum facientes in ferarum se velint habitum commutare? Alii vestiuntur pellibus pecudum, alii assumunt capita bestiarum, gaudentes & exultantes, si taliter in ferina specie esse videantur*. Licebat & ex vetere Pœnitentiali discere, si legisses. *Si quis*, ait, *in cervulum aut vitula vadit*, id est, *si qui in ferarum habitu se commutant, & vestiuntur pellibus pecudum, adsumunt capita bestiarum. Qui taliter in ferinas species se transformant, tribus annis pœniteant, quia hoc dæmoniacum est*. Quo post hæc te convertes, Aureli? An ridicule mecum somniasse istos dices, qui animantium capita in Autissiodorensi canone commenti sint? an ad Concilium Aurelianense IV. nos allegabis? *Si de animalium*, inquis, *capitibus dicere tibi lubebat, non* Anat. 433. *Autissiodorensis tibi canon, sed Aurelianensis erat adducendus*. Quinam? Is qui idololatriæ quoddam genus notat, eorum qui gentilium ritu jurabant ad caput cujuscumque feræ vel pecudis. Iterum cogis exclamare, o ridiculum hominem! qui nos extra chorum desilire, ac more suo evagari & delirare jubeat. De iis enim sermo erat, qui adsumptis capitibus animalium in belluinas species se transformabant: tu illos suggeris, qui ad animalium capita gentili superstitione jurabant. Quid hoc ad rem? Utere tu judicio & consilio tuo, si voles: nobis tam ἀπροσδιόνυσα loqui non placet. Insultas tamen, & calamitati scilicet nostræ illudis insolentius. *Agnoscis*, inquis, *opinor temeritatem tuam. Vides Galliæ canones non vetare ut animalium capita induantur*. Immo vidisti tu hoc ipsum esse quod prohibet Autissiodorensis. *Et ubi animalium capita commemorant, non agere de innoxiis tantum animalibus, ut dicebat*. Ubinam hoc dixi? an contra non docui, Synodum, quæ innoxiorum animantium formas exprimi vetaret, multo minus immanium ferarum larvas toleraturam videri? Ubique imponis, ubique mentitis, ubique dissimulas, fallis, calumniaris. Hoccine est quod pudorem tuum candoremque ostentare non cessas? Pudorem tuum, Aureli? Alias tibi laudes quære & vendica, si potes. Nam

Conc. Autis. Can. 1.

Tom. 1. Conc. Gall. p. 531.

Nam pudorem tu certe, si ex terris excesserit, de cælo non devocabis.

CAPUT X.

Canonis Aurelianensis triplex lectio. Sirmondi editio defensa. Aurelii auctores confundentis duplex in Vindiciis inconsiderantia.

Anaer. 158. QUam multa iterum ongaris, ut in canone X. Synodi V. Aurelianensis doceas me in iis verbis, quæ *cleri ac plebis* mentionem continent, a Frontone Ducæo dissentire? Ni-
Antir. 176, a. hil erat liquidius Antirrhetici nostri responsione, qua ostendebam nullum mihi cum illo esse discidium. Sed quando hunc locum retractari cogis, faciam ut sentias te de libris, quos non videras, temere pronuntiasse. Triplex enim hoc loco, ut vel sero discas, veterum librorum est lectio. Remensis enim noster, & quos Crabbus legerat, a quo in lucem primum edita est hæc Synodus, cum vulgatis deinceps editionibus sic habent, *Sed cum voluntate regis, juxta electionem cleri ac plebis, sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum, cum consensu cleri ac plebis, a Metropolitano, vel quem in vita sua præmiserit, cum comprovincialibus Pontifex consecretur*. Alii, regiæ voluntatis omissa mentione, cleri quoque ac plebis priore loco mentionem expungunt, retinent posteriore, ut Fossatensis, Bellovacensis, Tilianus, & teste Frontone Tolosanus. hoc modo, *Sed sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum, cum consensu cleri ac plebis a Metropolitano &c. consecretur*. Alii contra, quos secutus sum, Lugdunensis, Anitiensis, & Corbeiensis, regiæ voluntatis retenta mentione, cleri quoque ac plebis mentionem priore loco retinent, posteriore omittunt, in hunc modum, *Sed cum voluntate regis, juxta electionem cleri ac plebis, sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum, a Metropolitano &c. consecretur*. Ex his vides, Aureli, tres esse veterum exemplarium quasi classes. cumque has omnes in editione mea sequi non possem, ei adhæsisse me, quæ regiam voluntatem non excluderet, clerique ac plebis uno tantum in loco meminisset. Quid hic a me inconsulto factum est? Regiæ voluntatis mentionem unica classis prætermiserat, duæ retinebant: an duarum potior non fuit ratio? Rursum cleri ac plebis geminam mentionem una tantum classis habuit, duæ unicam. quid peccavi, quod has potius secutus sum, præsertim cum iterata mentio non necessaria videretur? Non debebam, in-
Anaer. 83. 153. 158. quis, quinque manuscriptos aspernari. quosnam? quos in secunda classe recensui, a quibus regiæ voluntatis mentio est prætermissa. Numera diligentius, quatuor tantum reperies. Nam Fabrianus idem est cum Fossatensi, quem Fabrianum Fronto appellabat, quia utendum a Nic. Fabro acceperat; ego Fossatensem ideo dixi, quia ex eo Monasterio prodierat. Qui autem potui quatuor istorum lectionem hic sequi, nisi aliarum classium codices, a quibus hi discrepabant, multo plures ac potiores contem-
Antir. 38. nerem? De Frontone porro jam agnoscis, opinor, falsum te fuisse, cum de Tiliano codice pugnare me cum illo arbitratus es. Quæ enim, ut in Antirrhetico docebam, notari potest te-

A pugnantia, si Fronto verba, quæ cleri ac plebis mentionem continent, priore loco a Tiliano codice abesse ait, & ego idem affirmavi? Fronto idem posteriore loco ibidem legi testatus est, & ego non negavi? Quid enim aliud in Notis meis dixi, quam in Tiliano sic legi, *Sed sicut in antiquis canonibus*, &c. omissis interjectis? An id verum non est? At monere debui cleri ac plebis mentionem in Tiliano postea fieri, ne quis nullam prorsus in eo factam suspicetur. Quid dicam? Certe hoc tandem non insulse mones. Nam & ego, si rem mihi cum vitiligatore futuram existimassem, os illi jam tum, ne mutiret, obstruxissem, Tiliani codicis verbis aliquanto longius producta,
B ut a me superius sunt recitata, *Sed sicut in antiquis canonibus tenetur scriptum, cum consensu cleri ac plebis a Metropolitano &c. consecretur*. Hoc unum est quod poterat desiderari. at hoc ipsum est quod nesciebas. Quanquam ergo in reprehensione tua, verbisque meis, conjectura & judicio aberrasti, quia tamen nonnihil profuit hic error tuus, non debeo ingratus videri, nec volo. Pro hac quantacumque gratia tua vicem reddam, teque non unius, sed geminæ in Vindiciis tuis longe gravioris ἀνακολου-
Vindic. 88. θίας tuæ admonebo. Tam inconsideratus enim uno in loco fuisti, ut Ruperti Tuitiensis ver-
C ba, *ut propter absentiam Episcopi*, &c. quibus causam exponebat, cur Silvester, auctore Pontificali, constituerit ut presbyter baptizatum chrismate liniat, non Ruperti, sed Pontificalis ipsius verba esse tibi persuaseris. Tam præceps in altero, ut sententiam quandam de Confirmationis contemptu vel negligentia E-
Ibid. 143. manueli Sao tribueris, quæ Sai non erat, sed qui Sai aphorismis Notas suas intexuit. Qui in adversariorum, testiumque tuorum verbis falli & fallere soles, Aureli, quem vadem dabis te, cum de te ipso loqueris, non plurima
D mentiri?

CAPUT XI.

Aurelii de Fabri codicibus multiplex hallucinatio. Semel pro simul. Teleptense. Concilium. Pariculi vox Codici Theodosiano, Ciceroni, & Aemilio Probo restituta.

NOn potuisse Frontonem Ducæum in Arausicani canonis primi emendatione Fabria-
E no codice uti, quod affirmabas, certissimo ar-
Antir. 173. c. 174. a. gumento probaram, quia codex ille Fabri mutilus erat, & primis carebat octo capitibus. Repulsus manifestæ veritatis viribus modestior alter cessisset, & manus dedisset. Tu vero, cui in omni lucta promptius est cadere quam cedere, contra niteris, Frontonemque non mutilo & acephalo, sed pleno atque integro Fabri exemplari usum esse ineptissima ratiocinatione concludis. Qua enim ratione hoc doces?
Anaer. 195. Quia ex Fabri codice Fronto, ut ais, Concilium primum Arelatense, quod agmen ducit inter Concilia Gallicana, tum cetera deinceps emendavit usque ad Arausicanum. Cui non imponat ἀμαρτωλὸς iste Thersites, qui modo contradicat & obtrectet, quam vera aut consentanea dicat pensi nihil habet? Sic enim dif-

putas, Aureli, quasi Fronto, quotiescumque Fabrianum codicem nominat, unum atque eumdem semper intelligat: cum certum sit, & Conciliorum codices Fabrum complures habuisse, qui nunc in Thuana sunt bibliotheca, & Frontonem diversis ab eo commodatis ad diversa Concilia usum esse. Deinde ita ratiocinaris, ac si quemadmodum in vulgatis exemplaribus solent, sic in manuscriptis ordine ac serie temporum digesta dispositaque sint Concilia: cum in manuscriptis vix ordo sit ullus: atque in illo ipso Fabriano, quo ad Arelatense Concilium usus est Fronto, observare ipsemet potuisses, Concilium hoc non primum, quod ratio temporum exigebat, sed nonum inter Gallicana locum obtinere. Quid ergo fucum hic etiam facere conaris? aut quam inde potes, nisi falsam & ridiculam, de Frontonis codice conjecturam ducere? Non minus falsa, nec minus ridicula, sed aliquanto pluribus adspersa mendaciis, est altera tua narratio, qua
Anar. 106. persuadere vis Frontonem Arausicanos canones, non cum acephalo codice illo, quem in Antirrhetico indicavi, sed cum altero integro Fabri manuscripto contulisse, *qua Frontonem*, inquis, *usum esse, eumque penes se habuisse ad mortem usque, ex ineptia constat, quia eam nuper ad Thuanam bibliothecam retulerim*. Atqui codex ille, si nescis, quem postremum retuli, idem ipse est Fossatensis: quem ego utendum a Fabro ipso acceperam, non a Frontone, qui eumdem Fabro multis ante annis restituerat. Quomodo ergo constare id ex me potest quod falsum est? aut quænam ista est, ratiocinatio, Sismondus Fabri librum nuper retulit, ergo illum Fronto penes se habuit quamdiu vixit? Quanto rectior contra te eodem ex codice duci poterat argumentatio? Primi canones Arausicani, qui in acephalo Fabri codice deerant, in hoc altero Fabri libro exstant, & cum Tiliano codice omnino consentiunt. Non hoc ergo usus est Fronto, qui in primis illis canonibus Tiliani solius mentionem facit, nullam Fabriani. Alia sunt in Anæretico tuo hujus generis sexcenta, si operæ pretium crederem ea refellere, quorum fructus alius non foret, quam patefactæ inertiæ vel pervicaciæ tuæ.

Sed præterire non possum puerilem hæsitationem tuam, qui capere nequeas, si *semel* in-
Anar. 293. 294. terpretatione nostra est *una & non divisim*, quo sensu in canone Arausicano dici potuerit, *quia placuit iterum* simul & una *chrismari*: cum planissima & apertissima sit sententia, ideo præcipere Synodum, ut qui baptizaturus est chrisma habeat in promptu, quod una cum baptismo chrismationem etiam jungi velit, non in aliud tempus differri. At inauditum est, inquis, ut *semel* significet *una & non divisim*. Immo vero cui non est auditum? aut quid opus erat Oedipos a te hoc nomine, ac tripodas & Sibyllas ridicule invocari, cum Sphingem, quod aiunt, domi habeas, id est Thesaurum linguæ Latinæ, qui te causam simul doceat, cur semel *non divisim* significet: quia nimirum quod semel fit divisionem non recipit. Nisi tu forrasse Ciceronem non satis Latine
Lib. 5. *epist.* 3 locutum putas, cum Attico suo scriberet, *Nullas adhuc literas acceperam, præter quæ mihi binæ semel in Trebulano redditæ sunt*, id est, *simul*.
Æn. XI. aut apud Virgilium, *humum semel ore momordit* male interpretatus est Servius, *cito, confestim*. aut apud Martialem in Spectaculis, *Haic percussa foret tota Chimæra semel*, alind est quam *simul tota* uno ictu. *Epig.* 27. Si post hæc tricari de hoc verbo perges, Aureli, quis te non merito & imperitum & pervicacem simul ac semel dicendum fateatur?

Jam & illud quale est, quod quia Baronii de Teleptensis Concilii nomine conjecturam laudaram, eo consequens putas, ut sine ullis *Antir.* 19. manuscriptis, sola conjectura ductus, Teleptense appellandum statuerit pro Telensi? Quasi *Anar.* 37. 38. vero non utrisque locus sæpe numero esse non soleat, ut vel conjecturam adjuvent manuscripti, vel manuscripti fidem ex conjectura nanciscantur. Nam ut domestico tecum agam exemplo, falleris si in illa emendatione nostra, cum in titulo Cod. Theod. *De sententiis ex periculo recitatis*, & in lege ipsa Theodosii, *ut in omnibus negotiis ex periculo promatur deliberationis plena sententia*, utrobique *pariculo* pro *periculo* legendum censui, solam me conjecturam, vel solam manuscripti fidem secutum arbitraris. Utrumque enim conjunxi. Non deerant quippe veteres libri, qui *pericula* legerent: at Lugdunensis optimus & antiquissimus *pariculo* legebat. Cujus unius lectionem ut ceteris anteferrem, conjectura ductus sum: quia pariculum hic dici videbam, quod Græcis ἀντίτυπον, id est exemplum, sicut apud Marculfum *paricula chartæ*, & in aliis Formulis solemnibus *epistolæ paricula* dicuntur, eodem exemplo conscriptæ: sententiasque de pariculo recitari hoc *Lib.* 1. 38. *n.* 141. ipsum esse intelligebam, quod Asconio *sententias de tabula pronunciari*. Itaque non dubitavi, quin & hoc loco certa esset emendatio *de pariculo*: & eodem modo apud Ciceronem in Frumentaria legendum videatur *paricula magistratuum*, non *pericula*, & apud Æmilium Probum in Epaminonda, *ut ea paricula sua judices conscriberent*, non *in pericula*. & in Notisquoque Magnonis literæ D. P. exponendæ sint *De pariculo*, non *De periculo*. Quod igitur hic a me factum vides, ut & conjectura uterer, & manuscripto, idem in restituendo Concilii Teleptensis nomine factum a Baronio existimare debes: ut quia Concilium hoc ex ipsius Actis in provincia Byzacena celebratum fuisse constabat, Donatianumque, qui Concilio præfuit, in antiquis exemplaribus Teleptensem Episcopum appellari videbat, non Telensem; Teleptensis nomen Concilio congruere judicarit, non Telensis: quandoquidem Teleptensis civitas in Byzacena provincia revera sita est, Telensis autem non in Byzacena, sed in Proconsulari.

CAPUT XII.

Epilogus, & admonitio ad Aurelium, non ut larvam deponat, sed ut sub ea lateat, & sileat in posterum.

SEnsisti, opinor, nihilo feliciorem tibi pugnæ istius exitum contigisse, quam prioris. Repulsa enim & rejecta sunt omnia, quæ tanto apparatu instruxeras: irrita consilia tua, cassi & inanes conatus evasere. Quin etiam ferox ille Anæretes, quem in nos armaras, ex sicario factus parricida, in te ipsum insilit, & ferrum quo nos appetebas, in jugu-

lum tuum convertit. nullaque adeo fuit incursio tua, nullus impetus, nulla impressio, quæ non tuam potius inertiam & ignaviam, fraudes, effugia, cavillationes & calumnias, ἀσυλλογισίαν denique temeritatemque tuam patefecerit. Ignosce, Aureli, quod voces tuas reddo tibi. Ita omnes istius elegantiæ formulas in falsa criminatione occupasti, ut mihi aliis verbis in vera reprehensione uti non liceat. Quid autem a me consilii nunc expectas? An quod tunc suadebam, ut larvam abjicias, & aperta fronte gradiare? Erat hoc sane ad reprimendam insaniam remedium opportunum & salutare, quod sapere interdum cogit vel invitos. Nemo enim tam desperatæ est confidentiæ, ut eum publicæ lucis metus a flagitio non deterreat. Quod utinam monitis nostris parere maluisses! magno te probro & infamia liberasses: quam nunc post tot generum ineptias, quibus Anæreticum implesti, vitare nullo modo potes si agnoscare. Quid si aliud fortasse tibi ex persona tua, ne in lucem venias, impendat periculum? Quid enim, si retecta larva Ludimagister quispiam, aut Gymnasii alicujus moderator exsiliret, quis non post edita effrænatæ maledicentiæ tot exempla, tam malam morum magistrum præfectura illa indignum judicaret? Quid si e sacratorum numero aliquis, atque inter primariæ forsitan Ecclesiæ sodales cooptatus? an verendum non esset, ne perniciosæ societatis hominem e cœtu suo removendum, & ex matricula expungendum decernerent? Quid si gloriosum nomen Theologi, quod sibi arrogat, temere ab eo usurpatum pareret, qui non modo hujus ordinis apicem adeptus non sit, sed nec inter imi subsellii candidatos aliquando consederit, quis ferendam insolentiam, ac non omni ludibrio exsibilandam censeret? Quis denique, si ab iis quos acerbissime tractat, nulla unquam injuria lacessitum, sed multis contra beneficiis ornatum, adjutumque ad paranda vitæ subsidia fuisse constaret, quis ingrati animi notam non exhorresceret? Ob has ego res, Aureli, si quid in te forsan quadrat hujusmodi, aut quia si hæc non sunt, difficile est ut alia non sint, quorum tu invidiam nolis palam & aperte sustinere. ob has res, inquam, & quia insaniendo nimium processisti, auctor tibi ut larvam exuas nunc esse non possum. Latebras retine quas captasti: sed vide ut in posterum obmutescas. Silentio tibi consultius esse nihil potest: hac una re sponte resipuisse, crimenque emendasse potes videri. Cave autem, ne si garrire amplius ac desipere pergas, larvam tibi aliquis improviso detrahat, & qui tua sponte sapere non vis, nolentem, quod turpe est, & invitum sapere cogat.

JACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
DISSERTATIO
IN QUA
DIONYSII PARISIENSIS
ET DIONYSII AREOPAGITÆ
DISCRIMEN OSTENDITUR.

Anno MDCXLI.

LECTORI.

Erunt qui Galliæ parum favere nos dicant, quod Dionysium Parisiensem ab Areopagita distinguamus. Ego vero & de Gallia, & de Ecclesia male illos mereri arbitror qui confundunt. De Gallia quidem, quod reverentiam, quam Antistiti suo debet, transferre in alium cogant: de Ecclesia autem, quod pro geminis quos in cælo patronos martyres habet, altero detracto unicum relinquant. At consentaneum erat, inquiunt, Parisiensibus antiquissimum & tanti nominis Episcopum obtingere, ne urbium Galliæ princeps, quæ dignitate omnibus anteibat, religionis cuiquam prærogativa concederet. Sic enim acuti homines disputant, quasi Lutetiæ Parisiorum ea semper amplitudo fuerit quæ nunc est, aut si fuisset, invidere Lugduno antiquiores Episcopos illa potuerit, cum Petri cathedræ primitias Antiochiæ Roma non invideat. Arcani & divini fuit consilii serius an ocyus ad nos Christi fides pervenerit: summi beneficii quod susceptam hactenus conservamus. Ceterum de Areopagitæ ad nos adventu quod prædicant, id non antiquis modo Græcorum Latinorumque scriptis adversari, sed a prisco Ecclesiæ ritu, rectoque judicio abhorrere, Libellus hic ut spero tibi, Lector, & omnibus qui verum amant facile persuadebit. De iis vero, qui ad vulgati erroris defensionem industriam suam famamque addixerunt, etsi difficilius fore intelligo, ne desperem tamen facit, quod ob oculos habent, clarissimi & doctissimi viri exemplum. Qui cum argumentum hoc diu multumque versasset, politissimisque lucubrationibus pro unico Dionysio pugnacissime certasset, veritati tandem confessione sua manus dedit, & quod ingenuam ac religiosam mentem decebat, sententiam prudenter mutare, quam in falsa opinione immori maluit.

VERITATI NEMO PRÆSCRIBERE POTEST;
NON SPATIUM TEMPORUM,
NON PATROCINIA PERSONARUM,
NON PRIVILEGIUM REGIONUM.

Tertullianus de velandis Virginibus.

INDEX CAPITUM.

DISSERTATIO

DISSERTATIO
IN QUA
DIONYSII PARISIENSIS
ET DIONYSII AREOPAGITÆ
discrimen ostenditur.

CAPUT PRIMUM.

Dionysium Parisiensem Dionysio Areopagita posteriorem fuisse probatur ex Sulpicio Severo: cujus verba dum eludere conantur adversarii, secum ipsi pugnant & cum sacra Scriptura.

GRavem & manifestum contra se testem habent qui Dionysium Parisiensem ab Areopagita non distinguunt, Sulpicium Severum rerum nostrarum auctorem peritissimum: nec sine causa, ut hoc telum excutiant, nervos omnes sed frustra contendunt. Disertis enim verbis Severus libro II. sacræ Historiæ, persecutionem illam commemorans, quæ Antonini Veri temporibus Lugdunensem Ecclesiam & Viennensem duodequinquaginta Martyrum sanguine illustravit, martyres ante id tempus in Gallia nullos fuisse testatus est. *Sub Aurelio*, inquit, *Antonini filio persecutio quinta agitata: ac tum primum intra Gallias martyria visa, serius trans Alpes Dei religione suscepta*. Jugulum his verbis suæ causæ peti sentiunt Areopagitici. Nam si Martyres Gallia M. Aurelio antiquiores nullos habuit, & Dionysium Parisiensem in Galliis passum nemo nescit, liquet profecto diversum ac posteriorem Areopagita fuisse, cujus vitam qui longissime producunt, ad Hadriani usque tempora pervenisse volunt: alii sub Trajano: qui optime, sub Domitiano perfunctum martyrio tradunt. Quo igitur pacto hunc nodum expediunt? Falsi accusant Severum, eique Innocentium primum

Vindic. Gall. glor. p. 34.

Pontificem opponunt, qui Decentio Eugubino scribat, *In universam Italiam, Gallias, Hispanias, Africam atque Siciliam, insulasque interjacentes, nullum hominem instituisse Ecclesias, nisi eos quos venerabilis Apostolus Petrus, aut ejus successores constituerant Sacerdotes*. Sed quæso te qui contra disputas, quid est in his verbis Innocentii quod Severi verbis adversetur? Innocentius a Petro vel a Petri successoribus missos in has gentes Episcopos scribit, an in Galliam a Petro missum quemquam affirmat? Fac Petrum ipsum Italiæ & Siciliæ aliquos designasse, reliquis provinciis ejus successores: an liquida & aperta Innocentii sententia non erit? Severum rursus, cum serius trans Alpes Dei religionem susceptam dixit, finge Antoninorum tempora cogitasse, ac tum primum a Petri successoribus destinatos in Galliam Evangelii præcones censuisse, quid hic erit, quod cum Innocentii verbis & mente non cohæreat? Quod si non dissident, cur tanto strepitu Severo Innocentius, tanquam antiquioris sanctio-

A risque fidei testis opponitur? At errare, inquiunt, Severum fallique certum est, dum primos Galliæ martyres sub M. Antonino, & serius apud nos susceptam Christi fidem putat: cum ab ipsis Ecclesiæ incunabulis, & Episcopos & martyres in Gallia, eosque vel Apostolorum vel Christi ipsius discipulos extitisse compertum sit, apud Remos Sixtum, apud Senonas Sabinianum & Potentianum, Crescentem Viennæ, Paulum Narbone, Trophimum Arelate, Martialem apud Lemovicas, aliis in locis alios, ante omnes vero, Massiliæ cum Magdalena Lazarum & Maximinum. In quo

Vindic. pag. 8. 33. 34.

B quidem quod fucum nobis in hac enumeratione facere nitantur non queror. Quippe qui, cum in omni judicio testes de quibus conveniat proferri debere non ignorent, eos obtrudant, de quibus non minor est quam de Dionysio ipso controversia. Sed de his postea viderimus. Nunc hominum acumen & cautionem desidero, qui non sentiant se, dum Severum temere insectantur, in seipsos imprudenter incurrere. Quid enim agis, oro te, Vindex gloriæ Gallicanæ? an scopulum in quem impingis non vides? Enimvero si vera sunt quæ de istorum missione asseveras, quid

C aliud sequitur, quam falsum esse quod de Dionysio prædicatis? Si Remos, si Senonas, si Viennenses, Narbonenses, Arelatenses & Lemovicas qui primi docuere, eos a Petro Apostolo missos contenditis, quo nomine Dionysium, a Clemente postea ut vultis destinatum, Gallorum Apostolum appellatis, ante cujus adventum tam multis in urbibus Galliæ tot Apostoli numerabantur? Aut hos igitur ante Dionysium venisse in Galliam opinari desinite, aut ambitiosum Dionysio titulum expungite. De Maria porro Magdalena

D quid doces? *Sub annum Christi XXXV. imperante Tiberio, Massilienses*, inquis, *orientem Christianæ fidei solem in Lazaro suo deinde Episcopo, Aquenses in Maximino, & circumjectæ gentes in utroque suspexerunt, susceperuntque*. Hoc vero jam non contra vos tantum scribitis, sed ni fallor contra literas sacras. Nam si anno Christi XXXV. Massiliensibus Evangelium, ut vobis placet, promulgatum est, qui potest verum videri, quod sexto [illegible]

Vindic. c. 4. pag. 31.

post anno primitias fidei gentium in Cornelio dedicatas ex Apostolica Historia didicimus? Si Massilienses ad Christi fidem jam vocatos sciebat Petrus, (ignorare enim potuisse, opi-
Act. 10. nor, non dices,) cur ut Cæsaream ad Cornelium pergeret, divino viso ac responso excitandus & animandus fuit? Si ante Cornelium concessa Nationibus fuerat hæc gratia, cur discipulos Christi, post Stephani lapidationem dispersos, auctor est Lucas diversas provincias
Act. 11. perambulasse, nemini loquentes verbum, nisi solis Judæis; post Cornelii vero baptismum, quasi patefacto ad gentium conversionem ostio, datoque signo, Antiochiam introisse, Christumque gentibus annuntiasse? Vide quas te in salebras impugnandi Severi studium impulerit. Et tamen fabulæ coronidem imponere non dubitas, *Ita traditio Ecclesiæ Gallicanæ*. Apage mihi fictitias traditiones istas, quæ nisi subvectis literis sacris defendi non possint. Quanto
Vindic. p. 21. consultius erat, si Severi assertioni fides quærebatur, omissis ambiguis frivolisque narrationibus, veterum Ecclesiarum, in quibus martyriorum erecta sunt trophæa scrinia excutere, annales & calendaria evolvere, atque in his quo quemque anno, quo Principe passum notent, observare? Hinc enim animadvertisses, cum Martyrum nostrorum alios sub aliis post M. Aurelium principibus coronatos memorent, ut Irenæum Lugdunensem Episcopum, & Andeolum Helviorum Subdiaconum sub Severo, Saturninum Tolosæ Antistitem sub Decio, quosdam sub Valeriano, Gallieno, Aureliano, plurimos sub Diocletiano & Maximiano, ut Victorem Massiliæ, Ferreolum Viennæ, apud Arvernos Julianum, apud Veromanduos Quintinum, Suessione Crispinum & Crispinianum, eodemque in pago Rufinum & Valerium, Macram virginem in Remensi, Fidem & Caprasium Aginni, apud Namnetas Donatianum & Rogatianum, apud Sedunos legionem integram Thebæorum: tanto tamen in numero nullum M. Aurelii principatu superiorem reperiri, ut recte ac vere a Sulpicio Severo tum primum intra Gallias martyria visa dictum intelligas, Photinumque Episcopum, Zachariam Presbyterum, Sanctum Diaconum, Epagathum, Maturum, Attalum, Blandinam, & Ponticum, cum aliis quadraginta, qui primum illum agonem sanguine suo consecrarunt, Gallicanorum martyrum primicerios jure optimo videri.

CAPUT II.

Gregorii Turonensis de Dionysio sententia, quod Decio demum Cæsare in Galliam venerit, asseritur & confirmatur.

POst Antoninorum principatum venisse in Galliam Dionysium Parisiensem Sulpicius Severus nos docuit; quo tempore venerit, propius ostendet Gregorius Turonensis, Decii enim Augusti tempore, hoc est post annum Christi cc. venisse docet libro I. Historiæ Francorum cap. xxx. *Hujus*, inquit, *tempore septem viri Episcopi ad prædicandum in Gallias missi sunt, sicut Historia passionis sancti martyris Saturnini denarrat*. & paucis interjectis. *Hi ergo missi sunt, Turonis Gratianus Episcopus, Arelatensibus Trophimus Episcopus, Narbonæ Paulus Episcopus, Tolosæ Saturninus Episcopus, Parisiacis Dionysius Episcopus, Arvernis Austremonius Episcopus, Lemovicis Martialis est destinatus Episcopus*. Non fuit in hac hæresi Gregorius, ut Episcopos in Gallia his septem antiquiores nullos fuisse existima-
Vindic. pag. 61. ret, quod de illo perperam suspicaris, frustraque ut oppugnes desudas: cum ante hos Photinum & Irenæum Lugdunenses, & nobilem, de qua diximus, Athanacensium martyrum turmam diserte commemoret, quodque animadversione tua dignum erat, ante Photinum Episcopos vel martyres in Gallia nullos prodat, quia nullos noverat, & præclare illi cum Sulpicio Severo conveniebat. Alia igitur mens Gregorii, & Historiæ quam laudat martyris Saturnini. Decio nimirum regnante novam in Gallias Episcoporum advenisse coloniam, atque inter ceteros Dionysium Parisiensem. Quod ille tam asseveranter cum affirmet, quis tam iniquus rerum æstimator, qui vel Historiæ hujus testimonio uti Gregorium, vel eandem quisquis auctor fuit mandare literis potuisse sibi persuadeat, si de his Episcopis diversa tunc uspiam apud Gallos traditio vel opinio fuisset? At tamen reclamant Areopagi defensores, & arietem hunc ut evertant, falsique arguant Gregorium, totis viribus connituntur. Quid vero attinet de singulis nos respondere, cum de uno Dionysio nostra sit controversia? Neque tu, opinor, expectas ut de aliis omnibus fidem faciam, sponsoresque ac vades quæram Gregorio. De Gratiano enim, & de Austremonio, quin hæc amborum vera sit epocha, quæ possit esse dubitatio, cum Turonum & Arvernorum Ecclesiæ consentiant? De Saturnino etiam, post passionis historiam, quæ Decium & Gratum Consules adsignat, nec ipse ambiges, ni fallor. Nisi te forte hic etiam fabulæ delectant, & illorum arridet commentum, qui Saturninum inter Joannis Baptistæ discipulos cooptarunt. De Trophimo autem, & de Paulo ac Martiale, de quibus, ut ostendi, vincere non potes quin causa cadas, cave in posterum verba facias. Nam si Pauli auditor fuit Trophimus, si de ejus fonte, ut videri vis, omnes Galliæ fidei rivulos acceperunt, omnium ille Apostolus fuit, dicique debet, non Dionysius. At hoc, inquis,
Vindic. pag. 11. Zosimi ad Gallos epistola confirmat. Quis nescit Pontificum epistolis, ubi aliquid narrando pronuntiant, tantum esse auctoritatis & fidei, quanta illorum est qui suggesserint? Zosimus quidem, nec Pauli discipulum vocat Trophimum, nec a Petro missum narrat, quod vos affirmatis, sed a sede Apostolica. Quod vero ex ejus fonte alios omnes hausisse refert, ab iis suggestum est qui preces obtulerant, & movere non debet. Alioqui, si istiusmodi Pontificum rescriptis standum decernimus, actum de vobis est, Vindices gloriæ nostræ. Nec sancti Benedicti corpus habuistis unquam in Gallia, quia Zachariæ Papæ literæ repugnant: nec sancti Dionysii apud vos suus reliquiæ, quas Ratisbonam translata Leonis IX. literæ declarant. Commentitias, scio, & fictas dicetis istas, nec ibo inficias. Ab iis enim proferebantur qui cudere solebant, qui monetæ istius signatores, & suppositores, & malleatores erant. Seu veræ autem, seu fictæ sint Pontificum epistolæ, rerum quas narrant fidem, ut dixi,

certam non faciunt. Quare seponamus nunc istas, & de Dionysii adventu, an Decianis temporibus congruat, investigemus. Undenam autem certior nisi ratio queat, quam ex eorum ætate, quos Dionysio æquales, comitesque ac socios ejus fuisse accepimus? Socios Dionysio huc illucque prædicationis gratia dispersos duodecim, ut scitis, attribuunt Episcopi Galliæ in epistola, quam ad Eugenium II. miserunt a conventu Parisiensi. Horum numerum confirmant, & nomina produnt, Acta martyrum Fusciani & Victorici, atque in his cum Fusciano ipso & Victorico Quintinum recensent, Rufinum, Valerium, Crispinum & Crispinianum, ut ceteros omittam. Quintinum porro apud Augustam Veromanduorum Diocletiano & Maximiano principibus, sub iisdemque apud Ambianos Fuscianum & Victoricum, in pago Suessionensi Rufinum & Valerium, apud Suessionem ipsam Crispinum & Crispinianum martyrium fecisse, omnium est consensus. Hic tu ergo acumen tuum tantisper accommoda, & conclude, cum Dionysii comites his principibus lauream sint adepti, verone propius quicquam videri queat, quam quod innuit Gregorius, Dionysium, cum sub Decio venisset, post Decium sanguinem profudisse? Quod si hæc frivola non sunt, quo nunc recidet Ratberti nostri ratiocinatio, qui in Rufini & Valerii martyrum gestis hos principes adscriptos cum videret, Dionysiique cum Areopagita confusioni, quam animo imbiberat, quadrare illos non posse intelligeret, Auctorum fidem respuere maluit, quam a desponsa fabula recederet? *Fama est*, inquit, *hos cum beato Dionysio, qui a beato Clemente missus fuerat, Galliarum fines penetrasse. Sed temporum series repugnat. Sanctus namque Dionysius sub Domitiano Cæsare anno ejus imperii secunda martyrio coronatus est: isti vero Diocletiano & Maximiano Augusti immortalitatis gloriam perceperunt.* Hoc enim loco primum doceas velim, quo auctore Dionysium a Clemente missum, & sub Domitiano vita functum, scripsisse putes Ratbertum. Nam si vetustissimos Actorum ejus codices consulas, neutrum reperies. A Pontifice Romano missum tradunt, a quo Pontifice non docent. Præsidem præterea necis auctorem memorant Sisinnium Fescenninum, Cæsaris qui rerum potiebatur nomen non edunt. An non justa est suspicio, utrumque ab iis additum deinceps fuisse, qui Areopagitæ sæculum somniabant? Deinde qui cohærent ista, quæso te, ut a Clemente legatus Dionysius, & anno Domitiani secundo cæsus dicatur? Clemens namque anno illo, quod Annales probant, Pontifex nondum erat. Unde ab eodem postea mitti nisi mortuus non potuit. Denique veterum Parisiensium Episcoporum, qui Dionysium secuti sunt, seriem & numerum recognosces. Sextus occurret Victorinus, is qui Agrippinensi de Euphrata Synodo interfuit anno æræ Christianæ CCCXLVI. Itaque a Decii primordiis, Dionysiique adventu, ad eam Synodum anni fluxere quinque & nonaginta, quos in quinque aut sex Episcopos tribui nihil est incommodi. A Clemente vero ad Synodum eandem anni prope ducenti & sexaginta, quos a tam paucis Episcopis, sede non vacante, occupatos incredibile est, ut hinc quoque ratam atque expeditam Gregorii de Dionysio sententiam deprehendas.

CAPUT III.

Veterem Ecclesiæ Gallicanæ traditionem duos Dionysios agnovisse veterum Martyrologiorum testimonio comprobatur.

QUanquam ex iis quæ a Sulpicio Severo & a Gregorio Turonensi scripta vidimus, alium ipsorum & Galliæ judicio Athenis, alium Parisiis Dionysium fuisse patet: quia nec martyria Severus intra Gallias sub M. Antonino cœpisse doceret, si Areopagitam tanto antiquiorem Parisiorum Episcopum fuisse crederet, aut credi videret: nec Dionysii Parisiensis adventum Decii temporibus adscriberet Gregorius, nisi hunc ab Attico diversum & haberet ipse, & ab aliis haberi nosset. Quanquam aperta, inquam, his auctoribus & perspicua res est: tamen si testes quæruntur, qui duos Dionysios disertis verbis pronuntient, testes damus Ecclesias omnes Gallicanas, & quotquot in his olim Pontificales cathedras tenuerunt. Qui ore uno si loquantur omnes, de Dionysiis quid senserint Ecclesiarum suarum Martyrologiis se testatos respondebunt. In his enim Parisiensem ab Areopagita distingui, & alterum V. Nonas Octobres, alterum VII. Idus celebrari. Vidimus ipsi passim non pauca, videruntque pro nobis alii pluribus in locis. Nullum usquam observatum est, in quo discrimen idem non eluceat. Discrepant illa interdum, (de antiquioribus loquor,) pauculis vocibus vel adjectis, vel omissis, sed quæ sensum minime corrumpunt. Nos exemplaria sequemur, quæ quo simpliciora hoc sinceriora visa sunt. De Areopagita igitur sic habent. V. NONAS OCTOBRIS. *Natale S. Dionysii Episcopi & Martyris, qui post clarissimam confessionem fidei, post gravissima tormentorum genera, gloriosa martyrio coronatus est, ut testatur Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis, in eo opere quod de Christiana religione composuit.* De Parisiensi vero in hæc verba. VII. IDUS OCTOBRIS. *Apud Parisium natale SS. martyrum Dionysii Episcopi, Rustici Presbyteri, & Eleutherii Diaconi. Qui beatus Episcopus a Pontifice Romano in Gallias prædicandi gratia directus, præfatam urbem devenit. Ubi per aliquot annos commissum sibi solerter & ardenter opus persequens, tandem a Præfecto Fescennino una cum sociis gladio animadversus martyrium complevit.* Hic ego vos nunc appello, qui duos Dionysios confunditis, cum Martyrologiorum hujusmodi referta sit Gallia, duplicemque Dionysium resonent, tum Episcopales Ecclesiæ omnes, atque ita Parisiensis, tum aliæ, in quibus diversorum ordinum sunt collegia, & reliquæ universæ, ecquem sanæ mentis præter vos futurum speretis, qui hanc olim veram ac germanam Gallorum traditionem fuisse neget, quam Martyrologiis suis inditam voluerunt, publicaque in divinis officiis & quotidiana recitatione professi sint? Equidem si hoc tergiversari non est, quid sit lucem meridie quærere non intelligo. Attamen non desunt ingeniosis hominibus argutiæ, quibus Martyrologia interpretari aut eludere se posse confidunt. de quo mox videbimus.

Quæro interim, cur unum sibi Usuardum præcipue infestum putent. *Ponamus*, aiunt, *Usuardum adversari nobis. quid tanti denique est? ex corrupta Bedæ Martyrologia, unde pleraque alia mutuatus est, mendum illud contraxit*. Sed cur huic uni, boni viri, succensetis? An nescitis non unius Bedæ id esse quod mendum perverse appellatis, sed omnium Galliæ Martyrologiorum? Cur igitur solus vapulat Usuardus? cur in ejus codice apud S. Germanum vestrum, quicquid de Atheniensi Dionysio legebatur erasistis? Aut Usuardus parcite, aut Martyrologos omnes similiter expungite si potestis. Quanquam inclementius tractata Martyrologia, cum interpretari judicio vestro liceat, non debetis. Quænam ergo ista est interpretatio vestra? Non consequens esse, ut duo sint Dionysii, cum unus idemque possit & Parisiis & Athenis diversis diebus diversis nominibus celebrari, palam est. Quia non videt, non modo disjunctis in locis, sed in iisdem, eorumdem Sanctorum diversas sæpe festivitates agitari? Alio die Stephani lapidationem coli, alio ejus inventionem? alio nativitatem Joannis, alio decollationem? alio Petri vincula, alio crucem memorari? Verum hæc ad Dionysii causam quid faciunt? Faciunt, inquis. Quod enim Athenis Dionysii Areopagitæ natalis agi dicitur, non ibi triumphasse intelligendum est, sed triumphi Parisiis acti commemorationem fieri. Et commodam nempe interpretationem hanc vocas? Quid ergo, si e contrario, quia Dionysium unicum vis esse, retorqueat in te quispiam, & dicat, quod Parisiis Areopagitæ agi natalis dicitur, non ibi actum triumphum significari, sed acti Athenis triumphi commemorationem, quid repones? quo te pacto defendes? quod discrimen ostendes? Nam utrobique, ut vides, Natalis, hoc est recepti cælo Martyris diei nomen est, utrobique tormenta, utrobique completum martyrium. Itaque aut utraque in urbe mortuum significant, aut in neutra. In neutra tu dicere non potes, qui in altera voluisti. Ergo in utraque. Duo ergo sunt, quia duobus in locis mori unus non potest. Quid quod duo esse diversa ultimi supplicii genera demonstrant! Nam Dionysio nostro, id est Parisiensi, cervicibus caput abscissum sciunt omnes: Atheniensis qua morte sublatus sit, Latina quidem Martyrologia non docent, post gravissima enim tormentorum genera glorioso martyrio coronatum narrant, quod extremum fuerit, non explicant. At explicant Græcorum Synaxaria, quæ illum flamma consumptum ἀναλωθῆναι tradunt. Aut unum igitur, eundemque Dionysium Parisiis capite truncari, Athenis flammarum vi extingui posse nos doce, aut duos in Galliæ Martyrologiis distingui Dionysios confitere.

Vindic. lib. 2. c. 4. pag. 97.

Vindic. lib. 2. c. 9. pag. 117.

CAPUT IV.

Hilduini & fictatorum ejus, qui Dionysium Parisiensem cum Areopagita confundunt, nova opinio exploditur.

HActenus antiquam, ac proinde veram, de duplici Dionysio majorum nostrorum traditionem exposuimus: deinceps novitiam,

A eoque nullam, unicum affirmantium, quam pro traditione venditant expendemus. Quis enim hoc nomen jure tribuat fabulæ, cujus auctor & inventor Hilduinus sancti Dionysii Abbas agnoscitur? Mandarat huic Ludovicus Imperator, ut Dionysii Parisiensis gestorum historiam ex Græcis Latinisque codicibus colligeret. Collegit, librumque scripsit, cui titulus Areopagitica. Quo in libro primus omnium docuit Dionysium Areopagitam Atheniensium Episcopum amore Pauli magistri sui, quem Romæ vinctum acceperat, relictis Athenis & Episcopatu, Romam profectum, Romaque in Gallias prædicandi Evangelii causa missum esse. Unum itaque eundemque Areopagitam cum

B Parisiensi censendum esse Dionysium. Quæ ut adstruat, Aristarchos nobis & Visbios auctores nihili, chartasque ut ait ex armario Parisiensi vetustissimas, & Constantinianorum, si credimus, temporum Martyrologium ex abditis novæ Romæ scriniis profert in lucem. Gregorium vero Turonensem, qui diversa senserit, simplicitatis accusat. Ubi ego vos rursus, Areopagi vindices, convenio, ut simplicem Gregorium Hilduinus cur vocet interrogetis. Nam si quo sensu simplex & sine fuco dici veritatis oratio solet, nomen usurpet, Gregorii laus est, non contumelia. Sin hominem intel-

C ligit credulum & antiquum, qui parum consideret quid credat ipse, quid aliis credendum proponat, quæso vos, uter simplicior, Gregorius an Hilduinus? Hilduinus, inquam, qui nec sibi nec aliis consentanea scribat, & tam bardos lectores suos existimarit, ut quod de Dionysio narrat crederent, illum, cum amore Pauli, ut dictum est, Athenas Nerone adhuc superstite reliquisset, Romamque contenderet, in hac navigatione annos xxv. velut oblitum Pauli, per obvias gentes prædicando posuisse, ac Domitiani tandem anno decimo pervenis-

D se? Alia sunt ejus notæ in illo libro plurima. Nihil enim, seu verba spectes, seu sententias, Areopagiticis illis horridum magis & insulsum. At tamen excepta est ingenti plausu & gratulatione festiva narratio. Gloriolum quippe & illustre videbatur, tanti nominis Antistitem Gallorum Apostolum prædicari. Itaque cum inauditum antea & inusitatum esset, Dionysium nostrum Areopagitam nuncupari, & Ludovicus ipse Pius, ad Hilduinum de Dionysio nuper scribens, id vocabulum ignorasset, Areopagitæ deinceps nomine perstrepere & circumsonare omnia cœperunt, nihilque prætermissum, quo plausibili fabulæ color & vires adderentur. Tunc igitur repente nati, & ex

E tenebris eruti, cum Aristarcho & Visbio, Syncelli & Methodii, qui suffragari viderentur. Quodque non levioris flagitii fuit, corrupta exinde vel rejecta sincerissima Martyrum nostrorum Acta, quæ errorem aperte refellebant. Hinc Ratbertus, de quo supra, ejus temporis Abbas Corbeiensis Rufini Valeriique Historium, probam illam ac minime dubiam, quod adversaretur, falsi nota confixit. Alii, postquam Dionysium sæculo suo eximi placuit, ut in Areopagitæ sæculum transferretur, socios etiam ejus aliquos transferre non dubitarunt: nec socios modo, sed ipsum etiam, quo Præside coronatus est, Sisinnium Fescenninum. Nicasium enim, qui primus ad Rothomagenses destinatus Episcopus dicitur, sub Fesceninu

passum io ejus Actis legentes, sub quo passum constabat & Dionysium, cum Fescennioi tempus ex vera Dionysii ætate dijudicari par esser, ubi de Dionysio errarunt, de Fescennino errare coacti sunt. Sed Hilduini sententiæ, ut pote magistri sui & Abbatis, acerrimus in primis vindex & patronus suit Hinemarus Remorum Antistes, qui hane apud Carolum Regem cum toto apparatu asserere & persuadere conatus est, nequicquam contra reclamante Joanne Erigena Scoto, cujus extat ad Carolum eumdem epistola, in qua ætatis illius hominum opinionem hanc fuisse docet, non veterum, qui de Dionysio Areopagita meminerant. Io fraudam quoque, quod mireris, inductus est Æneas Parisiorum Episcopus, cui novi tituli splendor arrisit sic, ut eum mox adversus Græcos scribens usurparit, his verbis: *Æneas Parisiacensis urbis Episcopus, quo primas præsedit S. Dionysius a Paulo Apostolo Atheniensium consecratus Archiepiscopus, sed a Clemente totius Galliæ constitutus Apostolus, pacem & glariam catholicæ fidei cultoribus*. At belle habet, quod Æneæ facilitatem successores ejus secuti non sunt, priscamque & avitam de duplici Dionysio traditionem, quam in Ecclesiæ suæ Martyrologio consignatam habebant, retinendam censuerunt. Neque vero nunc, si audaculi cujuspiam manu eodem in Martyrologio Areopagitæ nomen adjectum vident, aut id genus alia tentari audiunt, libiosque immanes ad instaurandam Hilduini sectam evulgari, de recta mente dimoveri propterea debent. Quis enim post Hincmarum, si ejus quemquam movet auctoritas, quis post illum inquam, qui primus ni fallor memoriæ id prodidit, Clodoveum Regem in pervigilio Paschæ baptizatum non credidit? quia, eo quod Gregorius Turonensis, quo nullus antiquior, diem non indicarat, certam & exploratam traditionem hanc esse dubitavit? Ceterum falsam esse nunc * ex Aviti Viennensis ad Clodoveum ipsum epistola * deprehensum est, in qua natalis Domini die sacris undis ablutum ostendit. *Occiduis*, inquit, *partibas in rege non novo novi jubaris lumen effulgurat. Cujus splendorem congrue Redemptoris nostri nativitas inchoavit: ut congruenter ea die ad salutem regenerari vos pateat, qua mundum redemptioni suæ cæli dominum maadas accepit. Igitur qui celeber natalis est Domini, sit & vestri: quo vos scilicet Christo, quo Christus ortus est mundo*. Ut hoc exemplo liqueat, falli & fallere Hincmarum quam proclive sit. Quare quemadmodum de Clodovei baptismo, quod falso ab Hincmaro literis est proditum, nulla unquam Hincmaro adstipulantium turba præstare potest ut verum sit: sic in Dionysii quæstione, quamlibet numerosa Hilduinum sectantium sint examina, nunquam efficient ut fabula non sit, quæ ante Hilduinum fabula fuit: neque ut quam pro traditione venditant, legitima post Hilduinum traditio haberi debeat, quæ ante Hilduinum habita non fuit.

* Tomo. I. Conc. Gall. pag. 153.

* Epist. alt.

CAPUT V.

Dionysii Areopagitæ transitum ab Episcopatu Atheniensi ad Parisiensem Græcis omnibus ignotum olim fuisse, certis argumentis ostenditur.

TRanslationes Episcoporum, sediumque mutationes, vetus Ecclesiæ disciplina in usu non habuit, easdemque, ne frequentarentur, crebro interdixit, ut Synodi Nicæan Canone xv. & aliis quamplurimis. Episcopatum nempe matrimonii instar habere statuebant, & adulterum videri, qui propria sede relicta alteram appeteret. Apud Latinos quidem adeo religiose quondam id observatum est, ut annis prope nongentis inviolata lex steterit, ac Formoso Papæ crimini datum sit, quod posthabito Episcopatu Portuensi, quo antea fungebatur, ad Romani apicem novo exemplo conscendisset: cum ante illum quotquot Romæ sederant Pontifices, ex Presbyteris & Diaconibus allectos, nullum ex Episcopis adscitum fuisse constaret. Apud Græcos vero, & Orientales, non eadem religio & constantia fuit. Translationes enim hujusmodi, etsi rarius, subinde tamen usurparunt. Quas ut defenderent qui usurpabant, (nec enim deerant qui reclamarent,) superiorum temporum exempla congerebant, cum responsis Pontificum, qui licere docuerunt si quando necessitas aut utilitas magna postularet. Itaque cum Proclus e Cyzicena sede ad Constantinopolitanam migrasset, prolati sunt in mediam, quod apud Socratem lib. vii. c. xxxv. videre est, Alexander ab urbe quadam Cappadocam ad Hierosolymitanam, Perigenes a Patrensi ad Corinthiacam, Gregorius a Sasimis Nazianzum, Meletius a Sebaste Antiochiam, Dositheus a Seleucia Tarsum, Reverentius ab Arcis Phœniciæ Tyrum, Joannes a Gordo Lydiæ Proconnesum, Palladius ab Helenopoli Asponam, Alexander ab Helenopoli rursus ad Adrianos, Theosebius ab Apamea Asiæ Eudoxiopolim, Polycarpus a Sexantapristis Mysiæ Nicopolim Thraciæ, Hierophilus a Trapezopoli Phrygiæ Plotinopolim, Optimus ab Agdamia Phrygiæ Antiochiam Pisidiæ, & Silvanus a Philippopoli Thraciæ Troadem translati. Quos eosdem, Formosi causam tractans, recitat etiam Auxilius in Libello, quem ad Leonem Nolanum Episcopum scripsit, cap. xxii. nisi quod Germanum quoque addit, qui ab eadem Cyzico ad urbem regiam, ut Proclus, post Socratis tempora transierat. Eosdem ipsos, nec plures, in Decreti sui prologo commemorat Ivo Carnotensis. ut liquido appareat, præter hos, vel nullos omnino sedes olim permutasse, vel ignotos rerum Ecclesiasticarum scriptoribus fuisse. Quæ cum ita sint, jam sentis, opinor, quo spectet, aut quas in se vires habeat hæc oratio. Eloquere igitur, tuam judicii tui rem facio, ut statuas & pronunties, an credibile sit, Dionysium Atheniensem, si eum relictis Athenis Ecclesiam aliam rexisse persuasum Græcis fuisset, in tam exquisito, tamque accurato catalogo præteriri vel omitti potuisse. Quid enim? Tam obscurum illis Dionysii nomen credar fuisse, ut res ejus ignorarent? aut tam obscuras Athenas,

ut qui Arcas Phœniciæ, & Gordon Lydiæ noverant, principem Græciæ civitatem non nossent? Quod si contra & Dionysii & Athenarum illustre apud Græcos & celebre nomen erat, quid exploratius, quam translationis istius, quam Dionysio affingunt, nullam olim apud illos famam aut suspicionem fuisse? Quid quod falsam & fabulosam esse Synodi Sardicensis verba nos admonent? Adhibe aures animumque, obsecro, & Hosium in Canone primo loquentem attende. *Hosius Episcopus dixit. Tam mala consuetudo, quam perniciosa corruptela funditus eradicanda est, ut non liceat Episcopum de sua civitate ad aliam transire civitatem. Manifesta est enim causa, qua hoc facere quis tentat; cum nullus in hac re inventus sit Episcopus, qui de majore civitate ad minorem transiret, unde apparet ambitioni eos servire, ut dominationem exerceant.* Audis nullum ad eum diem inventum esse Episcopum, qui de majore civitate ad minorem transiisset? Catalogum recognosce, vere id ab Hosio dictum agnosces. Cui enim obscurum est, Cyzico verbi gratia potiorem fuisse Constantinopolim, Sebasta Antiochiam, Arcis Tyrum, Seleucia Tarsum, Sasimis Nazianzum? Compara nunc ergo cum Athenarum civitate Lutetiam Parisiorum, non qualis & quanta nunc est, sed quantula erat, non dicam Areopagitæ sæculo, sed trecentis quoque post annis, cum a Juliano Cæsare πολίχνη hoc est urbecula vocaretur: intelliges profecto, vel Hosium Synodo, quod dici nefas, imposuisse, cum ad minorem civitatem transiisse quemquam negaret, vel Parisiis Episcopum Dionysium post Athenas non fuisse. Vis & alia ratione te doceant Græci, nullum se unquam præter Athenas Dionysii Episcopatum credidisse? Da hoc primum mihi, quod inficiari certe non potes, Episcopos, qui ab una sede ad alteram migrarent, postquam immigrarant, prioris sedis nomine deposito, posterioris nomen adscivisse. Quis enim Gregorium, postquam Sasima reliquit, Sasimorum Episcopum non Nazianzenum appellavit? quis Proclum, postquam in urbem regiam translatus est, Cyzicenum amplius nominavit? aut quis Procli epistulæ ad Armenios, non Constantinopolitani sed Cyziceni titulum adscripsit? Idem est de ceteris judicium, neque opinor contradices. At vide nunc, cujusmodi olim apud Græcos Dionysii Areopagitæ vel ejus operum fuerit inscriptio. Si Sophronium Patriarcham Hierosolymitanum interroges, in epistola ad Honorium Papam respondebit, Διονύσιος ὁ μαθητὴς Παύλου, καὶ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, καὶ τῶν Ἀθηναίων Ἐπίσκοπος. *Dionysius discipulus Pauli, & Christi martyr, & Atheniensium Episcopus.* Si Joannem Damascenum, libros de Imaginibus a se scriptos proferet, in quibus Διονύσιος Ἀρεοπαγίτης, Ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν· *Dionysius Areopagita Episcopus Athenarum* nuncupatur. eodemque modo, ne te longa enumeratione revocem, ceteri universi. Nec Græci tantum, verum etiam Latini, ut ostendam suo loco. Nunc enim de solis Græcis sermo est, antiquioribus illis, quorum ævo scilicet nondum Syncelli & Methodii synceram historiam fabellarum adspersione corruperant. Hos igitur cum demonstratum sit, nec in Elencho Episcoporum, qui sedes mutarunt, Dionysium recensuisse, nec aliud unquam, præter morem illorum qui ad novas sedes migrabant, hujus nomen vel titulum agnovisse, quam Episcopi Atheniensis, cui dubium esse potest, quin certum sit, antiquiores Græcos Dionysii adventum in Gallias, sedisque mutationem penitus ignorasse?

CAPUT VI.

Duos etiam Romæ distinctos olim fuisse Dionysios, nec Areopagitam illum, qui Parisiorum fuit Episcopus, appellatum.

De veteribus Græcis & de Gallis dictum est, nunc de Romanis, quid de Dionysio nostro quondam senserint, expendamus. Nec enim dubium est, si adversarios audimus, quin Areopagitam existimarint. Quibus autem argumentis? Missæ, ut aiunt, Romanæ & Martyrologii testimonio. Ecce, inquiunt, Romæ, cum Dionysii Parisiensis diem agunt, in ipso Vindic. p. 85. 87.
Missæ sacrificio de Actibus Apostolicis ea recitant quæ Areopagitæ conveniunt; & unum atque eundem Dionysium hos esse, Martyrologium quo Roma nunc utitur aperte profitetur. At quam futilis & inanis sit ista ratiocinatio quis non videt! Nam si propterea quod in Dionysii nostri Missa mentio fit Areopagitæ, confundi utrumque volumus, quid vetat, quo minus, quia in Deiparæ Virginis Assumptione Evangelium Magdalenæ proprium usurpatur, eandem utramque Mariam fuisse concedamus? Quod si absurdum hoc esse ducimus, intelligimusque Ecclesiam in illo Evangelio aliud nihil spectasse, quam nominum similitudinem, quis satis cautum putet eum, qui aliud in Dionysii Lectione spectasse suspicetur? Quare desinant, si sapiunt, hoc argutiarum genere ludificari; desinant & de Martyrologiorum sibi nomine blandiri. Quod enim ad ætatem usque nostram Martyrologium Romæ fuit, quo abuti ad errorem suum possint? Quæ vetustissima fuerunt, ut ipsimet agnoscunt, & Baronius Cardinalis ex S. Cyriaci Codice confirmat, unicum Dionysium, qui VII. Idus Octobres colitur, commemorabant, id est Parisiensem, de altero silebant. Non quod utrumque confunderent, absit, nupera fuit hæc alucinatio: sed quod hunc unum Romæ celebrari satis illo tempore videbatur. Ubi vero Areopagitam quoque in Martyrologium referri placuit, suo illum die seorsim, hoc est V. Nonas Octobris adscripserunt, notisque omnibus a nostro discriminarunt. Itaque quod in postrema Romani Martyrologii editione distincti non sunt, novitius error est, ut dixi, a Petro Galesinio, ut ferunt, profectus: qui Hilduinianam secutus hæresim, ut ex duobus Dionysiis unum conflaret, ea quæ de Areopagita V. Nonas legebantur, in VII. Idus transtulit, Parisiensique adaptavit, & quod mirum est, cordatis hominibus, contra veterum exemplarium fidem, & contra Ecclesiæ Romanæ historiam omnem persuasit. Cui enim Romanorum Pontificum, ut de his potissimum dicam, venit unquam in mentem, ut Dionysium Parisiensem Areopagitam appellaret, aut Areopagitam alio quam Atheniensi Episcopatu functum significaret? Stephanus II. inquiunt, a Vindic.
Dionysio Parisiensi morbo liberatus est. quis p. 168. 169.

morbo liberatus est. quis negat? Idem beneficii memor ædem sacram Romæ in Dionysii gratiam condere instituit, conditam Paulus Stephani frater & successor dedicavit. Quid cum vero? An Dionysium hunc vel Stephanus vel Paulus Areopagitam nominarunt? aut difficilius fortasse Stephano erat, cum a Dionysio Martyre sa sanatum scriberet, Areopagitæ nomen addere, si eundem credidisset, quam Paulo fratri postea fuit, qui cum Dionysii Atheniensis libros ad Pippinum Regem mitteret, Areopagitæ opera sa mittere nuntiavit? Evolvant scrinia sua Vindices Dionysiani, & Pontificum diplomata quotquot habent, a Zacharia, unde ordiri solent, ad Innocentium usque tertium excutiant, nusquam in his aliter, quam *sanctum Dionysium martyrem*, & *Cœnobium beati Dionysii martyris*, & *Abbates beati martyris Dionysii* nuncupatos reperient. Evolvant & Romana, quodque in Græcis scriptoribus proxime observabamus, id ipsum in Martino, Agathone, Hadriano Romanis Pontificibus animadvertent, quandocumque Dionysii Areopagitæ opera laudant, Atheniensem Episcopum perpetuo ab his dici, nunquam Parisiensem, quod fieri sane par erat, si relictis Athenis Parisios immigrasset. Martinum & Agathonem missos nunc facio, de quibus in Secretario V. Synodi Romanæ, & in sextæ Synodi Actione xv. videre est. Hadriani ad Carolum Magnum de Imaginibus verba sunt, *Sanctus Dionysius Areopagita, qui & Episcopus Atheniensis*. Dicite, ambo vos. *Qui & Episcopus Atheniensis* cum diceret, cur *& Parisiensis* non addidit, si Parisiensem quoque Antistitem credebat fuisse? De Innocentio III. autem, & de illa ejus epistola, quam ex Tabulario vestro depromptam inter ceteras edidistis, quodnam non insulsorum hominum putatis esse judicium? Testem nempe vos domesticum, sed contra vos ipsos produxisse. Adeste animis, & quibus verbis Abbatem quondam vestrum, & monachos majores vestros alloquatur audite. *Utrum gloriosus Martyr*, inquit, *& Pontifex Dionysius, cujus venerabile corpus in vestra requiescit Ecclesia, sit ille censendus, qui Areopagita vocatur, ab Apostolo Paulo conversus, diversæ sunt sententiæ diversorum. Quidam namque fatentur, Dionysium Areopagitam in Græcia fuisse mortuum & sepultum, aliumque Dionysium extitisse, qui fidem Christi Francorum populis prædicavit. Alii vero asserunt illum post mortem beati Pauli venisse Romam, & a sancto Clemente Papa in Galliam destinatum, aliumque fuisse qui mortuus est in Græcia & sepultus. utrumque tamen egregium in opere & sermone præclarum. Nos, neutri volentes præjudicare sententiæ, sed vestrum cupientes Monasterium honorare, sacrum B. Dionysii pignus, quod bonæ memoriæ Petrus S. Marcelli Cardinalis de Græcia tulit ad urbem, vobis devote dirigimus: ut cum utriusque reliquias habueritis, nulla de cetero remaneat dubitatio, quin sacræ B. Dionysii Areopagitæ reliquiæ apud Monasterium vestrum habeantur.* Fidem hic ego vestram interrogo, cujusnam Dionysii reliquias a Petro Capuano Romam allatas e Græcia, & ad vos missas credatis ab Innocentio. Corinthium dicere soletis. Sic enim loqui vos oportebat, ne Areopagitam fateremini. At quis vobis Oedipus de Corintho renuntiavit, cum Innocentius non

Conc. Galliæ Tom. 2. p. 63.

explicet? Deinde qui convenit, ut delato ad vos Dionysii Corinthii corpore, Areopagitæ corpus apud vos sine dubitatione futurum dicat Innocentius, si apud vos antea non erat? Quod si Areopagitæ, ut apparet, corpus id erat, non Corinthii, liquet profecto, Areopagitæ reliquias Innocentii beneficio apud vos nunc esse, Parisiorum autem, ad quos nisi mortuus non venerit, Episcopum non fuisse.

CAPUT VII.

Quam absurdis se dictis implicent qui Dionysium Parisiensem cum Areopagita confundunt.

SEcuros sa alieni judicii demonstrant, qui Areopagitam Gallis ingerunt, dum aliis ea persuadere student, quæ si ab aliis dicerentur, absurda ipsi & incredibilia judicarent. Primum enim, quale est, quod Dionysium octogenario majorem venisse docent in Galliam? Hoc enim agnoscant necesse est, qui Areopagitam, quem Christo Domino annis non amplius octo juniorem faciunt, a Clemente Papa missum statuunt, quem qui minimum dicunt, anno Christi nonagesimo Pontificem creatum narrant. Quis autem muneri Apostolico, tantisque itinerum laboribus imparem fuisse hanc ætatem non videt? Hi vero tantum abest ut Dionysii viribus gravem peregrinationem istam duxerint, ut alias insuper adjiciant: & quasi parum esset, id ætatis hominem ab ultima Græcia profectum, Italiam, Galliamque universam peragrasse; post hæc etiam Hispaniam adiisse volunt, atque in Asiam quoque, Joannis Evangelistæ visendi gratia, Ephesum navigasse post reditum ejus ab exilio, Nerva jam imperante, hoc est eo tempore, quo Dionysius, si superstes erat, nonaginta vitæ annos excesserat. Quam ergo ab eis fidem ista, si a nobis dicerentur, impetrarent? Nullam profecto. Et tamen, quia ipsi auctores sunt, exigunt ut credamus. Quam absurdum est rursus, quod de triplici Areopagitæ nomine nugantur, cum Macarium Dionysium Ionicum appellatum tradunt, & adstipulatorem dant Methodium suum, auctoris vanitatem vel hoc indicio redarguentes? Quale est enim, ut Græcus homo gentis suæ morem ignoraret, nescieritque Græcos olim unico nomine, non pluribus uti consuevisse? Sed pluribus jam tum usos concedamus: quis novum nomenclaturæ genus non rideat, in quo proprium hominis nomen, nec primo loco positum sit, ut stante Republica solebat, nec ultimo, ut postea mos fuit, sed in medio, quod nusquam gentium usurpatum docebunt? Macarium præterea & Ionicum in Dionysii nominibus numerant: nec vident, si Dionysii nomen sit Macarius, Theodoreti futurum, quem libri omnes μακάριον Θεοδώρητον honoris causa vocant. Quod si Macarii titulus nomen facit, cur Sanctorum & Beatorum titulis quos ornamus, in his propria hæc nomina non erunt? Ionicum etiam a patria dici, & patriæ titulum pro nomine venditari qui audit, quid aliud expectat, quam ut Pauli quoque nomen Tarsensem, & Petri Galilæum, & Hieronymi Stridonensem, & alia id genus omnia credere jubeatur? Ridicula igitur & inscitiæ plena hæc

Dionysii nominum designatio, quam & ipsi merito, si a nobis proferretur, exploderent. An non pariter explodendum est, quod Clementem Papam fingunt Pontificalem cathedram bis tenuisse, semel sub Nerone, iterum sub Domitiano? Etenim quia Dionysium Atheniensem in Galliam migrasse qui pugnant, in eo conspirant, quod a Clemente missum tradunt, de tempore non consentiunt, cum alii sub Nerone, alii sub Domitiano missum velint, inventi sunt qui scito ac lepido commento discrepantia conciliarent, & non solum Clementem bis sedisse, sed Dionysium etiam bis ab eo in Galliam legatum dicere non dubitarent. Fuerunt, inquiunt, qui Clementem post Petrum mox sedisse dicerent. Fuerint sane. An ullus unquam fuit, qui quod vos fabulamini affirmaret, Clementem suscepto post Petrum Pontificatu, eoque ad breve tempus administrato, abdicasse, Linoque tradidisse, tum iterum denuo, post Cleti, qui Lino successerat, interitum, pristinam sedem Domitiani temporibus repetiisse? At hoc ita credi necessarium est, si verum est quod illi aiunt, Clementem Petro proximum successisse. Immo vero, quam falso id illi putent, hinc animadvertere vos par erat, quod verum id esse non possit, ex quo tam absona consequantur. Sed vobis scholæque vestræ nihil mirum sapere omnia, quæ ad condiendam Hilduini fabulam facere videantur. Quis Græcos credat, postquam errorem imbiberunt, eo absurditatis delatos, ut Dionysium scriberent, post martyrium mortemque ipsam in Occidentem pervenisse? Græcorum sane Menæa, librosque alios, variis assumentis, quæ fabulam fulcirent, labefactatos nemo nescit: sed Synaxarii, ut vocant, proprium hoc est opinor quod dixi. Cujus ego verbis, ut in antiquis membranis extant, de meo nihil addam: si quid brevitatis causa subtraxero, nihil officiet narrationi. Sic igitur habet die III. Octobris. Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν, Ἐπισκόπου γενομένου Ἀθηνῶν, Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου. Ὃς τοῦ θείου Παύλου τοῦ Ἀποστόλου κηρύξαντος ἐν Ἀθήναις, ἐπέγνω τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἐπίστευσεν εἰς Χριστόν· καὶ χειροτονεῖται παρ' αὐτοῦ Ἐπίσκοπος Ἀθηνῶν. Ὅστις ὁλοκαυτοῦται ἐν πυρὶ συλληφθεὶς ὑφ' Ἑλλήνων, συγκατακαιόντων αὐτῷ καὶ τῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων. Καταλαβὼν δὲ τὴν Ἑσπέραν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δομετιανοῦ, καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιδειξάμενος, μετὰ τὸ ἀποτμηθῆναι, τὴν κεφαλὴν χερσὶν ἰδίαις ὑποδεξάμενος, μέχρι δύο μιλίων ἐβάδισε. Σὺν αὐτῷ δὲ Ῥουστικός τε καὶ Ἐλευθέριος τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν. *Certamen sancti patris nostri Episcopi Athenarum Dionysii Areopagitæ, qui divino Paulo Athenis concionante veritatem agnovit, & credidit in Christum, Athenarumque Episcopus ab eodem creatus est. Hic ab Ethnicis comprehensus flammis consumptus est, libris ejus una concrematis. Ad Occidentem vero profectus regnante Domitiano, multis editis miraculis, capite cæsus cum esset, suum ipse caput manibus excipiens, ad duo usque millia passuum progressus est. Cæsi autem cum eo sunt Rusticus & Eleutherius.* Quis non succenseat Synaxarii hujus auctori, qui tam inepta & secum pugnantia literis mandarit? Ego vero illi gratiam præ ceteris habendam censeo. Ceteri enim, Syncelli, Methodii, Metaphrastæ, Menologi, quia de Atheniensi Areopagitæ martyrio silent, vitæque & gestis Areopagitæ mortem Dionysii Parisiensis accommodant, colorem addunt figmento Hilduini suo, qui Græcos ait Dionysii mor- *Areopagitic. pag. 76.*

rem, quod apud illos non occubuisset, ignorasse, & a Latinis didicisse. Hic vero, dum de Dionysii Areopagitæ occasu quid haberent Græcorum monimenta non dissimulat, eumque Athenis martyrio perfunctum bona fide testatur, & ab Hilduini nota Græcos absolvit, & Hilduinum idem cum suis, qui Dionysium Parisiensem Areopagitam faciunt, quam fidem mereatur ostendit.

CAPUT VIII.

Dionysium Areopagitam non sub Trajano vel Hadriano, sed sub Domitiano martyrium fecisse.

ADmonent quæ modo recitata sunt verba Synaxarii, ut de Areopagitæ obitu, quæ in tempora inciderit, accuratius disquiramus. Jam enim præfati antea sumus, discrepare hac de re sententias, dum aliis sub Hadriano passum placet, aliis sub Traiano, aliis, quod certius nobis videri dicebamus, sub Domitiano. Cur autem hanc in partem eamus, illa nos maxime causa movet, quod hanc & Græcorum & Latinorum antiquissimam fuisse traditionem non ambigimus. Dionysium quippe Areopagitam Domitiani jussu martyrio affectum scribit in ejus vita Metaphrastes. Eundem ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλείας Domitiano imperante cæsum affirmat Methodius. Sed hoc inter ambos discrimen, quod Methodius, Hilduini errore abductus, diem morti Areopagitæ adscribit illum, qui Parisiensi congruebat: Metaphrastes vero, etsi in eadem fuit hæresi, verum tamen obitus Areopagitæ diem, id est tertium Octobris retinuit, quem in antiquis monimentis repererat. Nec diversa Synaxarii nostri est ratio. Nam qui Domitiano regnante ad partes Occidentales venisse Dionysium, & post mortem suam venisse narrat, is nisi ante Domitianum occubuisse illum credat, quod nemo dixerit, sub Domitiano mortuum proculdubio significat. Apud Latinos rursus eandem olim de Areopagitæ obitu traditionem extitisse, nec Hilduinus ipse, cujus potissimum intererat, diffiteri aut dissimulare potuit in Areopagiticis. Anno enim Domitiani Cæsaris ultimo passum scribit. Ratbertus vero Corbeiensis Abbas, in vita Sanctorum Rufini & Valerii, etsi de anno discrepat, & ad secundum Imperii annum refert, adeo tamen exploratum censuit illum sub Domitiano passum esse, ut Rufinum & Valerium propterea neget Dionysii comites dici posse, quod longo post intervallo martyrium sub Diocletiano perpessi sint. Sed Ratberto danda est venia, qui quod verum erat ideo negandum credidit, quia quod falsum erat pro vero habuit, Dionysium scilicet nostrum ab Areopagita non distingui. Ceterum quin Domitiano regnante oppetierit Areopagita, minime dubitabat. Quæ cum ita sint, quo loco habendos dicemus eos, qui Trajani vel Hadriani temporibus passum volunt? De Trajano quidem, Syncello & Suidæ, qui affirmant, facile esset in quo fallantur ostendere. Sed quoniam Hadrianum male Vindices nostros video, in eoque conniti ut sub Hadriano passum doceant, danda nobis præcipua est opera, ut incassum hoc illos contendere ostendamus. Quosnam igitur doctrinæ suæ auctores prædicant? Bedæ & Adonis, atque alia quædam Marty-

Martyrologia. in quibus sub Hadriano principe coronatus dicitur Dionysius, reique assertor & testis laudatur Aristides. Equidem, si ab Aristide boc testatum liqueret, nihil haberem, quod tanti viri auctoritati fideique opponerem. Sed illum ego nun modo tale nihil dixisse, sed nec dicere potuisse mox evincam. Interim quid interpolata & corrupta nobis martyrologia pro sinceris adstruot! Adonis, inquiunt, v. Nonas Octobris verba sunt, *Natalis sancti Dionysii, qui ab Apostola Paula instructus credidit Christa, & primus apud Athenas ab eodem Apostolo Episcopus est ardinatus, & sab Hadriana principe, post clarissimam fidei canfessiauem, post gravissima tormentorum genera, gloriaso martyria caronatur, ut Aristides Athcaiensis, vir fide sapseatiaque mirabilis testis est in ea apere, quod de religione Christiana campasuit*. Quin ab Adone Viennensi hæc ita concepta sint, non inficior. Sed cum his, si placet, antiquiora illa Galliæ Martyrologia, Parisiense, Nivernense, Cabilonense, Suessionense, Veromanduense, Meldense, & alia passim, cum quibus omni ex parte consentit Adone antiquior Usuardos, comparemus. Horum verba jam superius protulimus: sed eadem iterom boc loco reperi est operæ pretinm. Sic eoim se habent. v. *Nonas Octabris. Natale beati Diaoysii Episcopi & martyris, qui post clarissimam coufessioaem fidei, & post gravissima tormentorum geuera, glarioso martyrio corauatus est, ut testatur Aristides Atheniensis, vir fide sapientiaque mirabilis ia eo opere qaod de Christiana religiaae campasuit*. In his vetustioribus simplicioribusque, ac proinde verioribus, Hadriaoi nomiois, ut vides, nullum est vestigium. Quod igitur postea intrusum est, quis per errorem ab iis factum dubitet, qui ad principatum, sub quo vixit Aristides, Dionysii martyrium transtulerunt, & Aristidem additione sua testem fecerunt, non solum tormentorum Dionysii, quod res erat, verum etiam exantlati sub Hadriano martyrii, quod ille nisi falso non diceret, ot diceret autem adduci opinor non potuit. Quid enim? an oesciebat Aristides, Quadratum, qui eodem tempore quo ipse Apologeticum pro Christianis Hadriano Principi Athenis hyemanti dedit, & oratione illum coram affatus est, & librum qaoqne pro oostra religione compositum porrexit, tertium a Dionysio Atheniensis Ecclesiæ Antistitem fuisse, successorem, ut Dionysius alter Coriothiosum Episcopus testatur, Publii martyris, qui Dionysio Areopagitæ successerat primo Atheniensium Episcopo? Ergo si tertius a Dionysio Quadratus, si inter utrumque Publios, quis tam iniquos rerum æstimator, ot cum Atheoas anoo imperii sui sexto venisse Hadrianum, ibique hyemem exegisse Eusebius in Chronico doceat, & adversarii consentiant, nimis angusta Dionysii & Publii martyrio, Qoadratique initiis spatia, intra quioquennium concludi oon sentiat? Quanto igitur congruentius, quantoque verisimilius, non modo Dionysium, sed oe Publium quidem, qoi Dionysio successit, sub Hadriano passum dicerent, sed sub Trajano, cujus gravissima & sævissima memoratur persecutio, ex qua oatus videri queat tantus ille terror & consternatio Atheniensium Christianorum, quos narrat idem Episcopus Corinthiorum, ad defectionem vi procellæ prope abductos, studio post & industria. Quadrati, qui Publio successerat, in viam rediisse, pristinumque fidei ardorem recepisse? Ad hunc enim modum plana & distiocta fixaque erunt omnia. Nam & Quadratum, quod in confesso est, Hadriano principe floruisse, & decessorem ejus Publium sub Trajano martyrium consummasse, justumque ad ea quæ retulimus spatium iotercessisse, & quod caput est, Dionysium Areopagitam, cui Publius successit, non sub Hadriano vel Trajano, sed sub Domitiaoo, ut dictum est, vitam posuisse constabit.

CAPUT IX.

Dionysium Apostolum Parisiorum dici posse, non Gallorum. Sulpicii Severi resumpta defensio, & auctorum quæ ei opponuntur explanatio. Epilogus dissertationis.

QUotosquisque est hoc tempore, qui Dionysium Parisiensem Episcopum Gallorum Apostolum non vocet? quotus autem quisque est, qui appellationis bujus causam edere, nisi falsam, aut testem proferre, nisi fictum & subornatum qui possit? Apostolos enim si dicimus eos, qui Christum genti cuipiam ac populo primi adnuntiarunt, cum diversis Galliæ gentibus diversi, alii aliis Christianam fidem intulerint, aut ex æquo Apostoli Gallorum dici omnes debent, quod io aliqua Galliæ gente omnes prædicarint: aut si vere ac proprie loquendum est, suæ quisque gentis, cui operam navavit, Apostolus est nuncupandus, ut Turonum Gratianus, Saturninus Tolosatum, Arvernorum Austremonius, Martialis Lemovicum, Dionysius noster Parisiorum. Quibus se finibus si continerent Areopagitici, etsi auctorem fortasse idoneum, qui hoc illum oomine exornarit, haberent nullum, nemo tamen illos facile reprehendendos putaret. Verum hæc illis angusta nimis visa est laudatio. Quærenda nimirum illustrior & major illecebra fuit, quæ tantum virum e sinu Græciæ abduceret, pelliceretque in Galliam. Quare ne pristinam sedem gratis ejurasse videretur, & Athenas Lutetia inconsulto permutasse, amplissimam illi honorificentissimamque legationem in Urbe decretam volunt. primum ut Galliæ præesset universæ, deinde ut vicinæ quoque Hispaniæ, ac reliquo, si hos audias, Episcopos daret Occidenti. Sed quæso vos, de Parisiorum Dionysio qui possunt ista fingi, quem Decianis temporibus in Galliam venisse compertum est! aut in alium quenquam Gallorum Episcopum convenire qui possunt, si religionem Christianam Galli serius, Severo teste, susceperunt! Nisi forte ad carceres nobis post emensa spatia redeundum est, ut vere hoc illum pronuntiasse iterum doceamus, & universa illa, quæ in operis sui fronte contra Severum ex antiquis scriptoribus congesserunt, frivola atque inania esse, nec Severo refragari ostendamus. Quid enim in his tandem est quod repugnet? Severus Dei religionem serius trans Alpes susceptam scribit, quis reclamat! Clemens aiunt Romanus, qui Paulum ad Occidentis terminos concionando pervenisse docet. *Vindic. p. 3.* Quid tum vero! An Paulum in Galliam penetrasse narrat! aut in Occidente Paulum isti negant fuisse, cum Romæ esset, & Romæ vitam fidei causa profunderet? Insti-

A num rursos, Hegesippum, & Eusebium, Chri-
Pag. 4. 5. 6. sti fidem per omnes gentes diffusam affirman-
tes commemorant, sed in cassum. quippe qui
ant de Gallia unu loquantur, aut si Galliam
quoque comprehendant, ad illa tempora spe-
ctent, quibus susceptam in Gallia Christi fi-
Myftic. Gall. Scrip. p. 912. dem Severus non negat. Tertullianam addunt
præterea, qui Christi nomen in Gallia ætate
sua regnasse testatur. Testatur sane, sed quo
tempore? Severi nimiram principatu. Multis
ergo post annis, quam a Severo ipso, quem
oppugnant, Athanacensium martyrum descrip-
ta mors est. Quid igitur nos docere opus erat
regnasse in Gallia Severi Cæsaris ætata Christi
nomen, pro quo sanguinem jam ante in Gal-
B
Pag. 909. lia tot Martyres fudisse memineramus? Quin
& Irenæum quoque Celticas Ecclesias celebran-
tem proferre audent in medium. Ridicule pro-
fecto. Nam ad adstruendam contra Severi ad-
sertionem Gallorum religionis antiquitatem Ire-
næi verba quid faciunt, si Ecclesias Irenæus
non alias laudat, quam quas vel ipsemet nu-
per, vel ejus decessor Photinus Lugduni, vici-
nisque in locis, Severo teste fundarant? Quod
si, ut tandem aliquando concludamus, ne in
his quidem, quæ validissima ducebant, eoque
prima in acie collocarant, quicquam habent
præsidii, ecquem ipsi demum causæ suæ con-

A tentionisque exitum expectant? Cum Diony-
sium nostrum Atheniensi posteriorem, ac lon-
go re ipsa post illum intervallo extitisse didi-
cerint: cum diversum utrumque, duosque prur-
sus a majoribus nostris distinctos fuisse Diony-
sios, ex veterum Martyrologiorum consensu
probatum sit, rejectaque Hilduini Abbatis, qui
Parisiensem cum Areopagita confundit, & ex-
plosa sententia: cum Areopagitæ denique ab
Episcopatu Atheniensi ad Parisiensem quam
fingunt translationem, Græcis omnibus Lati-
nisque ignotam olim fuisse ostenderimus: quid
hic aliud æquos judices pronunciaturos sperant,
quam ut sua cuique jura maneant, & Dio-
nysium suum Athenienses retineant, suo con-
B tenti sint Parisienses, & Vindices istos, qui
gloriam in alieni usurpatione ponunt, valere
deinceps ac tacere jubeant: ut qui priscæ san-
ctæque majorum traditioni veterum omnium
scriptorum testimonio confirmatæ, noviciam
nullaque ullius nominis auctoritate nixam opi-
nionem temere anteponant, & gestientem in
publicum prodire veritatem in tenebris deti-
nentes erubescere cogant: quia, ut scite o-
lim a Tertulliano contra Valentinianos dictum
est, NIHIL VERITAS ERUBE-
SCIT, NISI SOLUMMODO AB-
SCONDI.

JACOBI
SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
QUÆSTIO TRIPLEX.

De Lege *Celebrandis*.

De Paragrapho *Duorum fratrum*.

De Codice Alarici Regis.

Anno MDCXLII.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

De Lege Celebrandis , *& de paragrapho* Duorum autem fratrum , ἀπορούμενα .

Conſobrinarum nuptias primus omnium , ut Aurelius Victor tradit, pudoris & continentiæ amans princeps vetuit Theodoſius . Lex qua vetuit non exſtat . Sed patris legem ſecuti Arcadius & Honorius , proximo poſt ejus mortem anno , inter inceſtas & prohibitas nuptias conſobrinarum conjugia retulerunt, lege III. cod. Theod. *De inceſtis Nuptiis*. & mortuo Arcadio, idem Honorius cum Theodoſio fratris filio , nuptias ex reſcripto peti vetans, conſobrinarum matrimonia excepit, in quibus juxta patris legem principis reſcriptum expetere liceret, lege unica cod. eodem *Si nuptiæ ex reſcripto petantur*. Denique perſeveraſſe deinceps annos amplius centum, & viguiſſe legem Theodoſii, fidem facit *Formula qua conſobrina legitima fiat uxor* , apud Caſſiodorum Senatorem lib. VII. c. XLVI. ex qua liquet, reſervatum etiam tum principi fuiſſe hoc beneficium, nec legitimas inter conſobrinos habitas eſſe nuptias, niſi principis auctoritate firmarentur. At illa ipſa ætate Caſſiodori prodiit Codex Juſtiniani , in eoque Lex *Celebrandis* XIX. *De nuptiis*, quæ Theodoſianam aperte reſcindit, & matrimonia inter conſobrinos legitima haberi jubet. prodiere & Inſtitutiones , quæ libro I. titulo X. qui eſt *De nuptiis* , conſobrinos ſimiliter matrimonio jungi poſſe docent. Conturbavit, nec injuria , Juris interpretes, diverſaſque in ſententias diſtraxit hæc legum repugnantia, diſſidentibuſque , ut fieri ſolet, partium ſtudiis, eo adduxit nonnullos, ut & legem *Celebrandis* ſuſpectam habeant, & Inſtitutionum locum, qui nunc ita legitur, ut conſobrinos jungi poſſe affirmet, & aliter olim, hoc eſt adjuncta negatione conceptum & conſcriptum fuiſſe velint. Quorum ego ſententiæ ut accedam, hoc feror libentius, quod illorum in utroque capite conjecturas, quæ ipſæ graves ſunt, aliis videam non levibus conjecturis confirmari. Quod ſi peritos ac probatos duces ſequi conſilium eſt, quod pro iis nunc pugnamus quos ſequimur, nemo ni fallor reprehendet. Ut ergo ab Inſtitutionibus ordiamur, Tituli *De nuptiis* , quo de agimus, verba ſunt §. 4. *Duorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, conjungi poſſunt*. In his verbis variare ſub finem codices antiquos , & pleroſque *conjungi non poſſunt* legere, agnoſcunt etiam ii qui negationem hanc reſpuunt, & a Juſtiniano alienam putant, ut Contius, Cujacius, & alii qui in eum locum ſcripſere . obſervantque eodem modo citari ab Ivone Carnotenſi, qui Tituli hujus partem Decreto ſuo indidit Parte IX. c. I. & Caium Inſtitutionum ſuarum Titulo VI. eandem lectionem firmare, cum ait, *Fratres amitinos vel conſobrinos in matrimonium jungi nulla ratione permittitur* . Denique Theophilum in Paraphraſi ſua, cum Græce verteret, non aliter expreſſiſſe. δύο ἀδελφῶν παῖδες οὐ δύνανται πρὸς γάμον συναπτεσθαι .

A An parum autem eſt argumenti ad aſſerendam Juſtiniano negationem, quod hanc & vetera exemplaria cum deſcribunt , & auctores cum recitant, & Græcus interpres cum explicat , tanta conſenſione retineant? Attamen eludere iſta conantur qui pro altera parte pugnant , & negationem a Theophilo , ceteriſque quos dixi, atque a Librariis , ex diverſa ſuorum temporum conſuetudine additam contendunt : non quod ita ſcripſiſſe Juſtinianum crederent, ſed ut Juſtiniani verba ætatis ſuæ moribus accommodarent. Verum hæc ratio, meo quidem judicio, infirma eſt, & minimo negotio refel-
B litur. Etenim ſi propterea quod in Baſilicis , verbi gratia, vetitæ inter conſobrinos ſunt nuptiæ, idcirco interpolata Juſtiniani verba volunt fuiſſe, negationemque additam , ut cum Baſilicis conſentirent ; quid cauſæ adferent , cur ſobrinorum, qui ex conſobrinis naſcuntur, non pariter apud Juſtinianum adjecta ſit mentio, cum in Baſilicis ſobrinorum quoque conjugia prohibeantur lib. XXVIII. tit. V. qui eſt de vetitis nuptiis? exſtetque Principum eorumdem Πρόχειρος νόμος, qui utraſque ſimiliter iiſ-
C dem verbis comprehendit tit. VII. §. 4. Οὐ δυνάμαι λαμβάνειν πρὸς γάμον τὴν θυγατέρα τοῦ θείου, ἢ τῆς θείας , τουτέστι τὴν ἐξαδελφήν μου . ἀλλ᾽ οὐδὲ ὁ υἱός μου τὴν ἐγγόνην αὐτῶν , οἳ ποτε λέγονται ἀνεψιαδελφοι. *Non poſſum accipere in uxorem filiam patrui vel amitæ, hoc eſt conſobrinam meam : ſed neque filius meus neptem illorum, qui ſobrini nuncupantur*. Omnino ſi contrariæ conſuetudinis habenda ſit ratio, in omnibus habenda fuit, aut in nullo. Quare cum in ceteris Theophilum , vel alios, aliquid mutaſſe non probent, ne in hoc quidem loco mutaſſe perſuadebunt. Mihi vero ad certam hujus loci lectionem conſtituendam graviſſima
D ſemper conjectura viſa eſt, quam a Juſtiniano ipſo ducimus , ex ipſo ejus verborum ductu atque nexu. Sic enim tota illa de permiſſis prohibitiſque nuptiis in hoc Titulo contexta atque diſtincta eſt oratio, ut ſive generis ejuſdem aliæ alias ſubſequantur, ſive diverſi , eas ubique notas interponat, quæ ſingularum inter ſe vel cognationem denotent , vel diſcrimen. De perſonis ergo , quæ ex tranſverſo gradu cognationis junguntur, ut his quæ ad rem noſtram faciunt contenti ſimus, §. ſecun-
E do diſſerit in hunc modum. *Inter fratrem*, inquit, *ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt . Sed ſi qua per adoptionem ſoror tibi eſſe cœperit , cum emancipata fuerit , poteris eam uxorem ducere . Sed & ſi tu emancipatus fueris, nihil eſt impedimento nuptiis. Fratris vero vel ſororis filiam uxorem ducere non licet . Ejus vero mulieris , quam pater tuus adoptavit , filiam non videris impediri uxorem ducere. Duorum autem fratrum vel ſororum liberi , vel fratris & ſororis, conjungi* NON *poſſunt. Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet. Item nec materteram . quia parentum loca habentur* . Qui in his verbis

id quod diximus observarit, Justinianum de cognatorum nuptiis ita loqui, ut cujuscumque gradus sit cognatio, & sive naturalis ea sit, sive adoptiva, si permissæ permissis aut vetitæ vetitis nuptiæ continuo subjungantur, eas copulantibus voculis connectat, *Sed & , item* , & aliis ejusmodi: si diversæ contra subsequantur, disjunctivis secernat, *Sed*, *vero*, *autem*, &c. is nisi ingratiis refragari velit, assentietur opinor, in §. *Duorum fratrum*, negantem, quam adscripsimus, voculam desiderari, eamque cum initio posita esset detractam postea videri. Quod quidem quandonam olim, & quo consilio factum videri queat, suo post loco, ubi de Lege *Celebrandis* dictum fuerit, exquiremus. Lex porro ista cod. *de nuptiis* XIX. sic habet. *Impp. Arcadius & Honorius Augusti Eutychiano Præfecto præt.* CELEBRANDIS *inter consobrinos matrimoniis licentia legis hujus salubritate indulta est, ut revocata prisci juris auctoritate, restinctisque calumniarum fomentis, matrimonium inter consobrinos habeatur legitimum, sive ex duobus fratribus, sive ex duabus sororibus, sive ex fratre & sorori nati sunt: & ex eo matrimonio editi, legitimi & suis patribus successores habeantur. Dat. Stilicone II. & Anthemio Coss.* Qui hanc legem impugnant, titulum falsi accusant, non solum quod in Codice Theodosiano non exstet, in quem relatæ sunt Leges Arcadii & Honorii, *atque ita relatæ ut quæ in eo non sint, falsitatis nota damnentur ex Novella prima Theodosii*: sed quod ut ab his prorsus edita sit minime consentaneum arbitrentur. Qui enim par est, inquiunt, credere duos istos principes, qui primo imperii sui anno consobrinorum nuptias Theodosii patris exemplo interdixerant Lege III. Cod. Theod. *De incestis nuptiis*, suam ipsorum legem post novem annos rescidisse, atque iterum quarto post anno, velut immemorem sui, Honorium contrariam huic legem unicam, *Si nuptiæ ex rescripto petantur* condidisse, qua paternam legem de vetitis consobrinarum nuptiis mutato rursus consilio comprobarit? Animi anceps hoc loco fuit Antonius Contius, nec satis habuit exploratum de auctore legis *Celebrandis* quid statueret. Nam cum in libro I. Lectionum subsecivarum cap. XX. ab Arcadio & Honorio scriptam negasset, falsoque illis in Codice Justinianæo adscribi questus esset: idem postea in libro II. c. I. vel non sic ab illis scriptam, vel eam rursus ab Honorio lege singulari, *Si nuptiæ ex resc. pet.* abrogatam pronuntiavit. tametsi hoc quidem revera perspicue falsum est, cum abrogationis istius in tota lege nullum sit vestigium. Barnabas vero Brissonius, argumentum idem tractans in libro de jure connubiorum, legis hujus auctores Arcadium & Honorium fuisse non dubitat, & quod consequens est, abrogatam ab eis posteriorem legem censet. Itaque duas alias leges, quibus illam confirmasse videbantur, tertiam nimirum *De incestis nuptiis*, & unicam *Si nuptiæ ex resc. pet.* non sic ab illis scriptas fuisse autumat, uti nunc in Codice Theodosiano leguntur, sed quo modo in Justinianæum translatæ sunt, hoc est sine clausulis, quæ nuptiarum inter consobrinos continent mentionem. cumque insimulari ab aliis soleat Tribonianus, quod clausulas istas, ne legi *Celebrandis* repugnarent, arbitratu suo exemerit:

* Ex Schedis Sirmondi.

A Brissonius contra suspicionem transfert in Anianum Codicis Theodosiani, ut ferunt, breviatorem, quem conjicit clausulas easdem legibus præter auctorum mentem, ex Gothorum moribus inseruisse. At enim, ne singula persequar, in quibus hærere longum esset, abrogasse filios legem Theodosii quis persuadeat, cum eandem centum post annos in usu adhuc fuisse arguant, ut dictum est, Formulæ Cassiodori? Nisi forte has etiam Gothicum morem redolere volumus, quod scimus viro magno in mentem venisse, sed immerito, cum Romano ex jure conditas fuisse res doceat. Sed etsi Cassiodori testimonium hoc deesset, neque alia suppeterent, quæ legem *Celebrandis* suspectam
B faciunt, quanti apud nos esset auctoritas S. Augustini: qui cum etiam cum libros de Civitate Dei scriberet, hoc est annis amplius XX. post alterum Stiliconis consulatum, quo data lex ista dicitur, stetisse legem Theodosii, & consobrinarum prohibita fuisse conjugia, testatur lib. XV. cap. XVI? *Experti sumus*, inquit, *in connubiis consobrinarum, etiam nostris temporibus, propter gradum propinquitatis fraternæ gradui proximum, quam raro per mores fiebat, quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana.* Theodosii scilicet Augusti. Et post alia, cum causam exposuisset, cur antiquis
C temporibus de suo genere ducerent uxores, iterum addit: *Veruntamen quis dubitat honestius hoc tempore etiam consobrinarum prohibita esse conjugia?* Si tunc adhuc perstabat Theodosii prohibitio, aut ignoram tot annis, quod nemo dixeris, Augustino fuisse legem oportet, quæ consobrinarum nuptias rescissa Theodosii lege dicitur indulsisse, aut nullam omnino ad id tempus extitisse. Quid quod ipsa sibi lex repugnare, adversarique videtur inscriptioni subscriptio? Missa enim dicitur ad Eutychianum Præfectum prætorio, & data Stilicone II. & Anthemio Consulibus. Atqui si Anthemio Consule data est, ad Eutychianum præfectum
D mitti non potuit. quia quo anno Consul Anthemius fuit, præfecturam prætorianam gessit non Eutychianus, sed Anthemius ipse, qui Eutychiano successerat. Eutychianum quippe anno Christi CCCCIV. qui Anthemii Consulatum antecessit, Præfectum præt. Constantinopoli fuisse, docent in Codice Theodosiano Lex XIII. *De operibus publicis*, & Lex VI. *De his qui super religione contendunt*. docet & Georgius Alexandrinus in vita S. Joannis Chrysostomi. At sequenti anno Præfectum simul & Consulem fuisse Anthemium, Chrysostomus ipse testatus, utrumque illi honorem gratulans epistola CXLVII.
E ἄλλοι μὲν σε τῆς θαυμασιότητος καὶ τῆς ὑπατείας καὶ τῆς ἐπαρχότητος συνήδονται. ἐγὼ δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρχαῖς τῆς σῆς ἕνεκεν μεγαλοπρεπείας. οὐ γάρ σε κατεκόσμησαν, ἀλλ᾽ ἐκοσμήθησαν παρὰ σοῦ. *Alii quidem tibi & Consulatus & Præfecturæ nomine gratulantur. ego vero dignitatibus ipsis tua causa. Neque enim exornaverunt te illæ, sed a te ipsæ ornatæ sunt.* Subscriptionem igitur in medio relinquamus: quam constat non in primis editionibus modo, sed in manuscriptis etiam plerumque desiderari. Fieri namque potest, ut quemadmodum patrum nostrorum memoria repertus est qui subscriptionem hujus Legis ex Lege III. *De incestis nuptiis* arcessendam putarit, ut data diceretur *Arcadio IV. & Honorio III. Consulibus*: sic

alter quispiam olim exstiterit, qui suaptecon-jectura Stiliconem II. & Anthemium Consules adscribendos censuerit. Quæ cum ita sint, ex his tandem omnibus, nisi nos animus fallit, sequitur ut concludamus. primum quidem haud injurios videri eos, qui Legem *Celebrandis*, quæ tot modis in falsi suspicionem adducta est, & in antiquis Codicibus, Cujacio teste, non exstat, a Triboniano fabricatam arbitrantur, eundemque Legem III. *De incestis nuptiis*, & Legem unicam *Si nuptiæ ex rescr. pet.* quæ incorruptæ & integræ, uti ab auctoribus suis promulgatæ sunt, in Codice Theodosiano leguntur, iis clausulis quæ de consobrinarum nuptiis erant truncatis, mutilas in Justiniani Codicem redegisse, ne a Lege illa dissentirent. Nec enim alienum judicari hoc facinus debere a Triboniano, qui alia tam multa in Legibus omnium consensu interpolarit. Deinde in §. *Duorum autem fratrum*, recte illos sentire, qui absque negatione, ut cum eadem illa lege cohæreat, nunc legendum censent. Ceterum ita nunc propterea legi, quod detracta sit negatio, quam olim prorsus habuisse illa persuadent quæ supra discussimus. Quo autem eventu, & quando facta sit hæc mutatio, si in re obscura & perplexa divinandum est, non ineptus fortasse conjector is fuerit, qui e duabus Codicis Justiniani editionibus, quas inter conditæ feruntur Institutiones, priorem circa consobrinarum nuptias a Theodosiano non discrepasse suspicetur, Legemque *Celebrandis*, & aliarum ejus causa duarum mutilationem, quam diximus, in repetitæ postea lectionis Codice locum habere cœpisse. Quod sane si admittimus, tum diversæ Institutionum lectionis explorata & perspicua erit ratio. Nam & negationem principio adhibitam intelligemus, tum quia ita res poscebat, tum quia cum priore Codice consentire illas oportebat: & eandem mutato postea Codice detractam fuisse, ne a posteriore discreparent.

CODICIS THEODOSIANI BREVIATOREM, vel Interpretem, Annianum non fuisse, sed editorem tantammodo.

ALarici Regis Codicem, hoc est Codicis Theodosiani breviarium, Aniani opera compositum, & interpretationibus explanatum fuisse, primi omnium, ni fallor, Joannes Tilius & Jacobus Cujacius affirmarunt, alter in præfatione ad lectorem, cum posteriores libros octo in lucem proferret, alter in epistola ad Rauconetum, quam suis ad Julium Paulum Notis præfixit. Ac mirum quidem videri non debet, tantorum virorum exemplo in errorem inductos esse quampiurimos: hoc mirari jure liceat, cum Alarici commonitorium ad Timotheum Comitem uterque illorum haberet in manibus, alter etiam id ipsum in lucem daret, neutrum quam falso id de Anniano sentiret, ex Alarici verbis, quod facillimum erat, deprehendisse. Liquida enim & perspicua Commonitorii sive Auctoritatis illius est sententia, Codicis hujus, in quo leges Romanas de Theodosiano & aliis libris excerptas contineri docet inscriptio, nec collectorem Annianum fuisse, nec interpretem, sed editorem dumtaxat. Præfatus namque in ea epistola rex, per quos selectæ leges fuerint, & enucleatæ, quorumque adsensu totus liber comprobatus, tum de mittendis ad Judices exemplaribus agens, præcipit ut Anniani manu subnotata destinentur. Itaque Anniani hoc in negotio partes aliæ non fuerunt, quam ut libros juxta authenticum, qui in regis palatio servabatur, descriptos ederet, fideique & auctoritatis causa subnotaret. Subnotabat autem iis fere verbis, quæ in Cujacii editione leguntur: sed alieno ibi loco, post Alarici Commonitorium, in operis fronte posita sunt, cum ad ejus calcem poni solerent, quemadmodum in antiquis exemplaribus observavimus, tum in nostro primum, tum deinde in altero regiæ Bibliothecæ, num. M.XCVII. in quibus post selecta de Theodosiano & Novellis, & post Caii & Pauli, Gregoriani & Hermogeniani, Papianique excerpta, hoc est in totius libri umbilico, Anniani demum sequitur subscriptio hujusmodi. ANNIANUS V. S. *ex præceptione domni nostri gloriosissimi regis Alarici, ordinante viro magnifico & illustri Gojarico Comite, hunc Codicem Legum juris secundum authenticum suscriptum, vel in thesauris editum, subscripsi & edidi sub die III. Nonas Februarii, anno XXII. regnante domno nostro Alarico rege.* Hæc igitur Anniani adnotatio, ut apparet, libri ipsius subscriptio fuit, non Auctoritatis Alarici, ad quam nil attinebat, quæque in antiquis Codicibus vel subscriptione caret, vel aliam breviorem propriam habet his verbis, *Data sub die IV. Nonas Februar. anno XXII. regnante Alarico rege, Tolosæ.* Quod vero præter hanc altera etiam Anniani subscriptio adjecta est in editione Cujacii, error est, non certa quapiam auctoritate nixus, sed quod ipsi animadvertimus, ex minus accurata Codicis, quo usus est, inspectione natus. Quare merito castigandos.

JACOBI

SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

HISTORIA

PRÆDESTINATIANA,

QUIBUS INITIIS EXORTA:

& per quos potissimum profligata Prædestinatorum hæresis olim fuerit, & oppressa.

Anno MDCXLVIII.

LECTORI.

QUi post Prædestinati nostri editionem qui, cum antiquis Prædestinatianis primus omnium congressus est, & post epistolas Rabani, qui eosdem in Gothescalco renascentes iterum oppressit, de his nunc etiam, ulline unquam fuerint quærendum putant, tam clara in luce ultro cæcutientes; non tam ipsi quid verum sit, opinor, non vident, quam videre se dissimulant. Quare quod hanc quoque illis operam tribuo, ut Prædestinarianæ historiæ præcipua quæque digeram, sub unumque aspectum subjiciam, non id ago, ut rei tamquam dubiæ apud ipsos fidem faciam: sed ut ipsi per sese, dum inter veterum testimonia, qui Prædestinatos in hæreticis numerant, & inter Concilia, quæ illos condemnant, Augustinum audient horum errorem in ortu ipso castigasse, deque iisdem Prosperum & Hilarium, tum apud Augustinum per literas, tum Romæ coram apud Cælestinum questos esse; vel nolentes agnoscant huic causæ plura suffragari, pluribusque eam niti præsidiis, quam putarant: & qua de re aliter olim senserit nemo, (ecquem enim ex illorum temporum memoria proferent qui reclamarit?) solos pudeat ipsos reluctari. Non diffido futuros, qui tandem acquiescant, & manus dent veritati. Viderint, si qui obstrepere pergent, qua spe deinceps, & quibus armis pugnaturi sint. Nam de Prædestinatis, quin & fuerint reipsa, & hæretici fuerint, tuo, ut spero, *Lector*, judicio dubium non erit, nec obscurum, post tam multa & tam certa documenta, quæ comprobant, vincere eos non posse qui contradicunt.

JANSENII IPRENSIS

DE PRÆDESTINATORUM HÆRESI DIVINATIO.

Ex Augustini ejus Tom. 1. lib. VIII. cap. XXIII.

QUamobrem ut suspicionem meam libere dicam, & Lectoribus dijudicandam offeram, existimo equidem numquam in rerum natura fuisse hæresim Prædestinatianam, vel hæreticos Prædestinatianos. Sed e contrario doctrinam catholicam, quam S. Augustinus & Prosper docuerunt, sub nomine istius hæresis calumniose a Massiliensibus traductam esse. Itaque hæretici illi prædestinatiani non fuerunt alii, quam S. Augustinus, Prosper, Hilarius, & quotquot eorum doctrinam sequebantur. quos eo nomine indigitarunt Semipelagiani, atque inter hæreticos nominibus eorum non expressis collocarunt. quibus credula posteritas quosdam tamquam hæreticos Prædestinatos aversata est.

INDEX CAPITUM.

HISTORIA PRÆDESTINATIANA.

CAPUT PRIMUM.

Prædestinatorum exordia in Africa in monachis Adrumetinis ab Augustino & ab Evodio deprehensa.

PRædestinatianam hæresim, quæ ex male intellectis S. Augustini verbis originem duxit, in Africa primum cœpisse auctor ast Hincmarus in epistola ad Nicolaum Papam, & in libro de Prædestinatione contra Gotbescalcum. (Tom. 2, Ep. 17.) Idemque ipsum Prosper quoque indicarat, cum ad Augustinum scribens de iis quæ Gallos in ejus de prædestinatione sententia tunc movebant, quosdam ait intra Africam similia jam movisse. Ceterum qua in Africæ parte dicerent neuter exposuit: docuit autem Augustinus in penultimo capite Retractationum. In Byzacena scilicet provincia, apud monachos Adrumetinos. Ad quos cum perlata fuisset epistola S. Augustini centesima quinta ad Sixtum Ecclesiæ Romanæ presbyterum, eo ex hujus lectione adducti sunt nonnulli, ut persuasum haberent, sic in ea prædicari ab illo gratiam, ut negaret hominis esse liberum arbitrium, atque ad hoc ipsi dogma, quod deinceps Prædestinatorum fuit, adhærerent, ceteris contra pro liberi arbitrii defensione pugnantibus. Quo ex dissidio & contentione turbato Monasterio, profectisque ad Augustinum consilii causa duobus monachis, & Floro, qui pravæ interpretationis turbarumque auctor fuerat, ad eum misso, non satis habuit vir sanctissimus ac mitissimus, libri sui, quem non intelligebant, veram rectamque sententiam eos edocere qui venerant; sed ut omnibus prodesset, binas per eosdem epistolas ad Valentinum Abbatem & reliquos monachos scripsit, binosque una libros addidit, unum De gratia & libero arbitrio, alterum De correptione & gratia, in quibus illorum redarguens errorem, docet liberum hominis arbitrium Adæ peccato extinctum non fuisse, sed sauciatum, nec divinæ in nobis gratiæ afflatu perimi, sed sanari. Fidem porro catholicam hanc esse, quæ neque liberum arbitrium neget, sive in vitam malam, sive in bonam: neque tantum ei tribuat, ut sine gratia Dei valeat aliquid. quorum in altero lapsi sunt Pelagiani, in altero erraront Prædestinati. Proinde utrumque ut scopulum caveant, his illos verbis admonet in epistola XLVII. *Non declinetis*, ait, *in dexteram, neque in sinistram. Hoc est, non sic defendatis liberum arbitrium, ut ei bona opera sine Dei gratia tribuatis*, quod Pelagianorum fuit, *nec sic defendatis gratiam, ut quasi de illa securi, mala opera diligatis*, quod non horruerunt Prædestinati. Prædestinatorum ergo, quamquam, ut observat Hincmarus, nondum hoc illi nomen erat, prima hæc initia fuerunt in monachis Adrumetinis. De quibus etsi post certissimum Augustini testimonium alia quærere sit supervacaneum, alterum tamen, quod ultro succurrit, non abnuente, ut reor, Augustino subjiciam. Est enim hominis & moribus illi, & doctrina vitæque societate conjunctissimi, Evodii Episcopi Uzalensis, cujus notæ sunt epistolæ aliquot inter Augustinianas, & cujus esse librum de fide contra Manichæos, qui Augustino tribui vulgo solet, ex Corbeiensi & ex aliis codicibus didicimus. Is igitur de Adrumetino quem dicimus tumultu certior factus, ad Valentinum eumdem ejusque monachos epistolam pariter scripsit, in qua, S. Augustini sensu vel exemplo, & de libero arbitrio sentire quid debeant breviter insinuat, & de majorum scriptis admonet, ut quæ non intelligunt non facile reprehendant. *Honorabiles*, inquit, *fratres retulerunt nobis, quia nescio quæ ibi quæstiones inter vos natæ sunt de libero arbitrio, & de justitia Dei. Laudamus quidem studium vestrum, sed nolumus esse contentiosum. Contentio enim perturbationem excitat, sed studium pietatem requirit. Liberi arbitrii plenissimum affectum habuit homo prima procreatus, Adam dico. Sed ubi sauciatum est ipsum liberum arbitrium, infirmatum est. Ergo est in homine nunc liberum arbitrium, sed sauciatum. Inde dictum est*: Infirmatus est in egestate vigor meus, & lumen oculorum meorum non est mecum. (Psalm. 30. 11. & 37. 11) *Ad hoc recuperandum missus est medicus Salvator Christus, ut salvaret quod perierat, & curaret quod vitiatum fuerat.* ET POST ALIA. *Legant ergo sancti Dei majorum dicta, sicut jam dixi, quibus habent divini muneris pium affectum: & quæ non intelligunt, non cito reprehendant, sed orent ut intelligant.* Mitto cetera, quæ habentur in codice S. Maximini Trevirensis, non indigna luce omnia, nisi quod parum emendata. Sed ad rem nostram hæc satis. Nunc vero, cum Prædestinatorum hæresim deprehensum in monachis illis reprehensamque ab Augustino animadverterimus, quis falli eos non videat, qui hanc ipsam S. Augustini doctrinam fuisse contendunt, & cum male intellectum ab his librum suum ipsemet testetur, bene intellectum affirmare non dubitant! Hæc autem in Africa gesta, deinceps quæ in Gallia.

CAPUT II.

Prædestinatorum hæresi apud Gallos emergente, Prosper & Hilarius S. Augustini opem per literas implorant.

QUi enim motus in Africa fuerant, iidem mox in Gallia haud paulo graviores ac diuturniores exorti sunt, anno Christi, ut conjectura est, CCCCXXIX. ob eandem Augustini de absoluta Dei Prædestinatione sententiam:

quam plerique, atque in his pietate doctrinaque præstantes non pauci, Massiliæ aliisque in locis magnopere aversabantur, tum quod nova, ut aiebant, & insolens videretur, tum quod fovendæ firmandæque Prædestinatorum hæresi, quæ jam tum gliscere cœperat in Gallia, exposita in speciem & obnoxia. Hæc enim Prospero & Hilario præcipue causa fuit, cur ad Augustinum dandas literas putarint, ut ejus in re perplexa consilium opemque implorarent. Quod illa in primis demonstrant, quæ Prosper ex adversantium persona opponi & objectari solita commemorat, *Hoc autem propositum*, inquit, *vocationis Dei, quo ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & rejiciendorum dicitur facta discretio, & secundum quod placuit creatori, alii vasa honoris, alii vasa contumeliæ sunt creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem teporis adferre: eo quod in utramque partem superfluus labor sit, si neque rejectus ulla industria possit intrare, neque electus ulla negligentia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam Deus definivit accidere. & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinantis electio, cassa sit annitentis intentio. Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes, & sub hoc prædestinationis nomine fatalem quandam induci necessitatem*. Quæ omnia cum ad Prædestinatorum placita, quorum illi auctorem haberi volebant Augustinum, manifesto pertineant, de his nimirum sermonem fuisse perspicuum est, nec aberrasse Hincmarum, cum Prædestinatorum hæresim excitatam in Gallia, per Prosperum & Hilarium innotuisse Augustino, librosque de prædestinatione Sanctorum, & de bono perseverantiæ, quibus Prospero & Hilario respondit Augustinus, contra hæresim eandem editos ab eo fuisse testatus est. Quare in cassum dissimulant, qui Prædestinatis sæculo nostro ut faveant, callide rem alio transferre student, quasi turbæ illæ, de quibus Prosper & Hilarius agunt, non ad prædestinationis quæstionem spectent, sed ad alia, de quibus posthæc cum reliquiis Pelagianorum fuit controversia. Nam futile id commentum, & Prosperi verba quæ protulimus, & alia quibus epistolam concludit, cum ab Augustino quid cupiat exponit, apertissime revincunt. *Tribue*, inquit, *pater optime, ut quæ in istis quæstionibus obscuriora sunt digneris aperire. Quomodo per istam præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium; quemadmodum per hanc prædicationem propositi Dei, nemo eorum qui cohortandi sunt impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prædestinatos esse desperent, Qualiter diluatur, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par invenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt*. Quid enim aliud his verbis ab Augustino, totaque epistola sua Prosper efflagitat, quam ut divinæ prædestinationis nodos & difficultates explicet? De hac igitur agebatur, & de hac una omnes, aut pene omnes, sunt Prosperi ad Gallorum objecta responsiones. Quod si Prosper atque Hilarius, & ceteri bonarum partium in Gallia, ægre ferebant Prædestinatorum dogmata, quæ merito exhorrebant, S. Augustino adscribi, vel ex ejus libris derivari; in eoque laborabant, ut ab Augustino discerent, unde illum possent ab hac nota vindicare; quod illos judicium de his hodie facturos credimus, si viverent, qui Prædestinatorum hæresim ab Augustini doctrina non distinguunt? Non defuit illorum votis Augustinus, a quo binos in eam rem conscriptos libros jam diximus. Nec destitit Prosper, quamdiu superstes fuit Augustinus, & postquam in cælum est receptus, partes illius agere tutarique pro viribus, singula quæ in ejus libris carpebantur, aut non intellecta docens, aut falso imposita. Sed invalescente malo, & post mortem Augustini liberius ac periculosius grassante, validiora sibi ex urbe remedia conquirenda censuit.

CAPUT III.

Prædestinati a Cælestino Papa, Prospero & Hilario suggerentibus, repressi per epistolam ad Episcopos Galliæ.

DE Romana Prosperi & Hilarii ad Celestinum profectione, cur suscepta, quidve in ea gestum sit, si ætatis nostræ Prædestinatianos, eorumque ante omnes Primicerium percontemur, ad debellandas Pelagianorum reliquias profectos renuntiabunt. Sic enim passim jactitant, atque ita eos loqui susceptæ suæ causa oportebat. Sed nos Hincmarum hic etiam malumus audire, qui Prædestinatorum gratia, ut de his expostularent adiisse, ab eoque ut novam hæresim damnaret impetrasse narrat in epistola ad Nicolaum Papam, cujus ante jam facta est mentio. *Ex veteri* ait *hæresi Prædestinatiana, quæ primum in Africa, & postea in Gallia, per idem tempus, quando & Nestoriana hæresis est exorta, & tempore Cælestini Papæ, ipsius auctoritate, & instinctu sancti Prosperi est revicta*. Ep. 17. Tom. 2. Ubinam enim revicta, aut quo tempore apud Cælestinum institit Prosper, si hoc tempore negamus? Innotuisse namque Prædestinatorum hæresim Cælestino, ab eoque improbatam fuisse & explosam, ignorare non possumus. Nescire nos non patitur Prædestinati nostri quisquis est auctor, cum de pseudonymo illorum libro, quem S. Augustino adfinxerant, in præfatione sua loquitur his verbis: *Tandem aliquando ad manus nostras pervenit liber, qui Augustinum mentitur in titulo, cum se hæreticum ostendat in textu. Quis enim nesciat Augustinum orthodoxum semper fuisse doctorem? Hunc librum aliquando sibi oblatum beatissimæ memoriæ summus Pontifex Cælestinus, ita execrationi habuit, ut eum perpetuo damnari juberet silentio*. Dicite, oro vos, cur librum exhorruit, cur Augustino indignum judicavit, nisi ob hæresim quam continebat? Nunc epistolam ejus, quam audita legatione ad Episcopos Galliæ conscripsit, alium in sensum detorqueri non posse ostendamus. Quid enim scribit? Dicam compendio, & quantum ad rem nostram sufficiat: *Filii nostri præsentes*, inquit, *Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni Ecclesiarum student, sunt apud nos prosecuti, ut indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eas dicant prædicare adversantia veritati. Sed vestræ dilectioni justius*

imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Ergo corripiantur hujusmodi. Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem, desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Et post alia. *Nec tamen mirari possumus, si hac erga viventes hi tentare nunc audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare. Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua atque meritis, in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit. Quem tanta olim scientia fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam ante a meis decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubicumque cunctis & amori fuerit & honori.* Hic ego nunc, inquam, æquos judices appello, indisciplinatas quæstiones in medium ab his presbyteris vocatas quas dicat Cælestinus, præter illas de quibus ad Augustinum scripserat Prosper, & de quibus idem ad Gallorum capitula responderat, quas omnes ad unam pertinuisse prædestinationem significavimus? aut quæ porro ista novitas vetustatem, ut ait, incessens, si ea non erat, quæ nova & inaudita de prædestinatione docentibus imputabatur? Quod denique Augustini partes suscipiens, nullo unquam sinistræ suspicionis rumore adspersum, hoc est nullius insimulatum hæresis fuisse testatur, quis propter Prædestinatorum hæresim dictum non videt, cujus illi auctorem sibi Augustinum, & vulgo jactabant, & confictis libris mentiebantur? Sed Photium quoque Patriarcham hic audiamus. Hujus enim hac de re verba sunt capite LIV. Bibliothecæ. Μετὰ μέντοι θάνατον τοῦ ἐν ἁγίοις Αὐγουστίνου, ἤρξαντό τινες τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, τὸ μὲν δυσσεβὲς κρατύνειν δόγμα· κακῶς δὲ λέγειν Αὐγουστῖνον, καὶ διασύρειν, ὡς ἀναίρεσιν τοῦ αὐτεξουσίου εἰσηγησάμενον. ἀλλὰ καὶ Κελεστῖνος ὁ Ῥώμης ὑπέρ τε τοῦ θείου ἀνδρὸς, καὶ κατὰ τῶν αἱρεσιαρχῶν τὴν αἵρεσιν, πρὸς ἐγχωρίους γράφων ἐπισκόπους, τὴν καινοφανῆ πλάνην ἔστησεν. *Mortuo, inquit, sancto Augustino, cœperunt quidam ex clero impium dogma statuere, ac de Augustino male loqui, eumque insectari, quasi liberi arbitrii interitum induxisset. Verum Cælestinus Pontifex, & pro sancto viro, & contra hæresis inceptores scribens ad Episcopos ejus regionis, nascentem errorem compescuit.* Non sum nescius hæc a Photio cum iis quæ Pelagianorum erant commemorari. Sed de Pelagianis, quorum ut alia omittam, novus error hoc tempore non erat, intelligi hæc non posse planum est. Prædestinatorum autem adversus Augustinum propriam fuisse calumniam nemo nescit, liberum in homine arbitrium illius sententia nihil esse, liberum ab illo arbitrium penitus submoveri. Quare ad hos prorsus referenda sunt. Maneat ergo quod voluimus, de Prædestinatis sermone hic esse, illosque a Cælestino, Prosperi & Hilarii impulsu, missa ad Galliæ Præsules epistola damnatos.

CAPUT IV.

Prædestinatorum hæresim primus impugnat Auctor Prædestinati, cujus nomen in codice Remensi nullum, in Augiensi falsum expressum est.

Tacite hactenus, ac re potius quam verbo, actam vidimus causam Prædestinatorum. Quamquam enim & in Africa, in Gallia, ventilata & rejecta horum dogmata fuerunt, nondum tamen hæresis nomen audiebatur, nec Prædestinati horum sectatores vocabantur. Post hæc in apertum res erupit, palamque in hæreses relata, & multorum scriptis confutata, Synodalibus demum decretis damnata est & oppressa. Primus in illos, ipso teste, stilum exeruit Auctor Prædestinati, cujus liber paucis abhinc annis in lucem prodiit ex Bibliotheca S. Mariæ Remensis. Hos enim ille cum inter Catholicos, quibus immixti erant, latentes deprehendisset, ac librum ab his sub Augustini nomine ad asserendam hæresim falso confictum, qui apud illos instar symboli habebatur, nactus esset, integrum edidit & refutavit, præmisso hæresum omnium elencho, adjectaque ad ceteras Prædestinatiana, quam his verbis describit.

Nonagesima *hæresis, quam in præfatione nostra diximus de nomine Augustini Episcopi esse mentitam, Prædestinatorum nomen accepit.*

Hi electionem bonorum, & recusationem malorum, Deo decernente definiunt, non homine vel studente, vel negligente. Nolunt Dei jura vel ab studentibus custodiri, vel a negligentibus violari.

Dicunt, etiamsi voluerit bonum facere qui ad malum prædestinatus est, ad bonum pervenire non poterit: nam qui ad bonum prædestinatus est, etiam si negligat, ad bonum perducetur invitus.

Dicunt baptismatis undam non universa peccata mundare.

Dicunt, ita antecedit gratia liberum arbitrium, ut ante accipiat homo quam petat, ante inveniat quam quærat, ante ei aperiatur quam pulset.

Dicunt nullum ad Christi fidem accedere, nisi fuerit a Patre tractus invitus, illud attendentes, Nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit. Joan. 6. 44.

Dicunt omnia non in re, sed ita in spe fieri, ut quod dicit Apostolus, Spes quæ videtur non est spes, *etiam hoc mysteriis applicent, & dicant, ea quæ percipiuntur, videntur quidem esse, sed non sunt.*

Dicunt, plus obfuit ad nocendum Adam generi humano, quam Christus in subveniendo. Nam Rom. 5. 14.
Adam aiunt quod nocuit ita manet, ut hoc nec passio Christi, nec baptismatis sanctificatio possit auferre.

Tam luculento contra se testimonio perculsi & attoniti, hoc unum quo infirmarent habuerunt Prædestinatiani dogmatis defensores, quod auctoris sit, ut volunt, Semipelagiani, qua nota ceteros etiam inurunt, qui huic adstipulantur. Nec sentiunt homines cordati, nihil hoc ad quæstionem nostram pertinere, in qua id unum quærimus, fuerintne aliquando in hæreti-

eorum numero Prædestinati, Quod etsi cum ab orthodoxis adseritur, religiosius amplectimur, non eo tamen statim falsum est, si falsi dogmatit sint qui affirmant. Quid enim, an inter Ecclesiasticæ historiæ scriptores, fidem omnem abrogabimus Eusebio Cæsariensi, aut Sociati & Sozomeno, propterea quod Arrianus ille fuerit, hi vero Novatiani? Quod si hos in iis historiis quat narrant non respuimus, cur Prædestinati auctorem, ac reliquos, tametsi ii essent quos fingunt, in re historica non recipiamus? Denique, ut nunc non dicam a labe immunes fuisse quos accusant, quid his præcipue Prædestinatorum causa succensent, si qui horum de Prædestinatis sensus fuit, eundem aliorum fuisse constat, quos ipsi suspectos habere non possunt? Nisi forte parum orthodoxum fuisse existimant S. Augustinum, qui Adrumetinos monachos, ut dictum est, liberum in homine arbitrium negantes redarguit: ut triginta Episcopos, qui ad condemnandum prædestinationis errorem in Arelatensi Concilio congregati sunt: aut Cæsarium & socios, qui aliquos ad malum prædestinari credentibus anathema in Arausicano II. dixerunt. Quod si hos reprehendere non audent, desinant auctori nostro conviciari, ne doleant potius ejus adhuc nomen, quod luce dignum erat, ignorari. Nam quod Hyginus ab Hincmaro est appellatus, error est. Hincmari quippe codex, quem in editione nostra expressimus, auctoris nomen nullum habuit. Hygini vero nomen, quod in primi libri fronte legitur, non auctoris, ut præfati sumus, sed unius est ex iis, qui hæresum catalogos contexuerunt. At in Augiæ divitis exemplari, cujus antigraphum Romæ postea vidimus, nomen quidem adscriptum est auctoris, sed falsi, hoc est Primasii. Neque error hic recens, sed quod exemplaris antiquitas testatur, jam olim per critici alicujus oscitantiam natus: qui cum apud Isidoram in libro de viris illustribus observasset Primasium Episcopum Africanum de hæresibus libros tres edidisse ad Fortunatum Episcopum, de his tribus Prædestinati nostri temere auguratus, Codicem illum Augiensem ita digessit, ut singulos libros Primasii ad Fortunatum titulo prænotaret. quod absurdissimum fuit, cum toto sæculo posterior sit Primasius, & diversissimam utriusque operis rationem fuisse Isidori verba declarent. Tertium in Dunensi Flandrorum Monasterio exstare exemplar ferunt, sed sine inscriptione, ut opinor. Quare quis Prædestinatum nostrum scripserit nihildum hactenus compertum est.

CAPUT V.

Prædestinatorum hæresis nomen & origo in Chronico Prosperi, non Tironis Aquitani, sed alterius ejusdem nominis & ætatis.

EOrum qui Prædestinatianam inter hæreses collocarunt, secundo loco sit Prosper in Chronico Pithœano, id est Pithœi cura edito. Idemne is fuerit cum Prospero Aquitano, an alius, mox viderimus. nunc certum est idem illi nomen fuisse. Hoc enim agnoscunt vetera exemplaria, & sic appellatur a Sigeberto Gemblacensi, ubi de sancti Martini obitu scribit. Hujus ergo de Prædestinatis, eorumque exordio verba sunt, *Prædestinatorum hæresis, quæ ab Augustino accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa*. Omnium oculis patet Codex Bibliothecæ S. Victoris, unde Pithœi prodiit editio: & eam hoc codice Parisiis item, ne externa quærantur, congruit alterum exemplar, quod Antonii Oiseli olim fuit, nunc in heredum est potestate. At cur, inquiunt, pro eo quod in manuscripto legitur *ab Augustino*, Pithœus *ab Augustini libris male intellectis* edendum curavit? Equidem, si dicendum est, factum oolim. Ceterum quod vir acris judicii, cum in Oiselino codice lectionem utramque reperisset, atque unam utriusque sciret esse sententiam, lectionem illam prætulit, quæ calumniæ minus foret obnoxia, quid est tantopere quod reprehendant? Quasi bardum adeo & incautum Chronici hujus auctorem credant fuisse, ut quam hæresim ipse appellaret, ejus ducem ac principem haberi vellet Augustinum. Verum hi lectionem, quæ male ab ipsis intelligi doceat Augustinum, ferre scilicet non possunt. Nobis vero, post Adrumetensium monachorum exemplum, fixum ratumque est, quamlibet sibi de recte intellectis S. Augustini libris blandiantur, atque illius & placita & sententias fingant refingantque pro arbitrio, nunquam obtenturos, ut erroribus hunc suis, nisi falsa & vitiosa interpretatione, faventem habeant. Sed ut ad Pithœi Chronicum redeamus, quid iis dicemus qui Prosperi esse negant? Quo autem negant argumento? quia hic, inquiunt, Tiro nuncupatur. Et nesciunt qui sic ratiocinantur, Prosperi Aquitani cognomen id fuisse, Pithœumque rei haud ignarum, tametsi in Codice S. Victoris, quo usus est, solum Prosperi nomen erat, Tironem de suo adjecisse, quia eumdem ipsum utriusque Chronici auctorem fuisse in animum induxerat. In quo sane, quamquam ægre a tanti viri sententia discedimus, adstipulantes nos potius habent qui adversantur, Tironis enim Prosperi Chronicum hoc non fuit, sed tamen Prosperi, ut dictum est. Nec enim causæ satis apparet, cur bis idem eorumdem temporum Chronica scriberet, nec credibile, si scriberet, tam diversa scripturum: ut non dicam, quæ de Prædestinatis ab hoc Prospero referuntur, ea in Aquitanum cadere eique convenire non posse. Quare duo fuerunt. Duo inquam Prosperi, eadem ætate, eademque in Gallia, Chronicum ambo scripserunt, eumdemque ambo ad terminum, hoc est ad Valentiniani Aug. VIII, & Anthemi Consulatum, Urbemque a Genserico captam perduxerunt. Sed hoc Chronici utriusque discrimen, quod Prosper Pithœanus appendicem dumtaxat Eusebio & Hieronymo videtur adjecisse, hoc est non amplius composuisse, quam quod a Pithœo in lucem est datum: Tiro autem Prosper, Victorii, Gennadii, & Cassiodori testimonio, ab Adam mundique principio exorsus, ad Vandalicam usque direptionem opus suum deduxerat. Chronicum hoc, ut res docet, Chronici Eusebiani, quousque cum Hieronymi supplemento porrigitur, mera est Epitome: unde & Epitomem Chronicorum interdum vocant, aut Excerpta ex Chronici, quia inde Prosper omnia decerpserat. nisi quod Consulum fastos, quibus illi carebant, a Christi

usque

usque baptismum solis Prosper locis inseruit, ac cetera quoque deinceps usque ad operis finem de suo contexuit. Quemadmodum autem Eusebii & Hieronymi Prosper, ita Prosperi prosecutus est historiam Victor Tononensis in Africa Episcopus, appendicem inde suam ordiens, ubi Prosper in prima Chronici sui editione desierat, hoc est a Theodosii Aug. XVIII. & Albini Consulatu, qui Christi annus censetur CCCCXLIV. Nam ultra eum non processisse primam editionem, ut testis non esset Victor, qui Prosperum in hoc Consulatu reliquisse docet, fidem facerent hactenus vulgata ejus exemplaria, quæ ibidem omnia consistunt. Quare qui reliqui ad captam Urbem sunt anni undecim, altera post editione adjectos fatendum est.

C A P U T VI.

Gennadii Massiliensis de Prædestinatorum hæresi testimonium, & Jansenii Gennadium frustra insectantis refutatio.

PRospero succedet Gennadius Massiliensis, qui licet non ante omnes scripsit, primus tamen in publicum prodiit, ex iis qui Prædestinatos hæresis nota confixerunt. Horum autem dogmata his verbis complexus est. PRÆDESTINATIANI *sunt, qui dicunt quod Deus non omnes homines ad hoc crearit, ut omnes salventur, sed ut multitudine hominum ornetur mundus. Quod etsi generali prædicatione dicat,* Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, *non tamen omnes ea voluntate vocet, ut omnes sequantur vocem ejus. Sed nec omnes, qui ipsa inspirante obediunt vocationi, dicunt accipere exequendi in bona opere perseverantiam: sed post multos labores & justitiæ fructus, si non sunt de salvandorum numero, subtrahendas eis vires agendi, ac perdurent in bona, & e contrario, illos qui prædestinati sunt ad vitam æternam, etiam in perfidia vel in omni genere peccati longo tempore volutentur, accepturos occasionem, qua & credant in Deum, & secundum Dei preceptum vivant, & possideant societatem justorum. Tali definitione id docere student, quod Deus personas hominum accipiat, quod alios etiam invitos post multa mala opera attrahat ad salutem, alios post bona rejiciat, & compellat in malum, ut pereant in æternam.*

Matth. 11. 28.

Simul ac in lucem prolatum est hoc elogium, incredibile dictu, quos tumultus & quas consternationes apud novos vetusti erroris patronos excitarit: nihil ut intentatum reliquerint, quo Gennadii fidem, quia de testimonio fallere non poterant, auctoritatemque extenuarent. Quid vero tandem habent quod opponant? Si principem schismæ interroges, Gennadium accusat, quod primus omnium Prædestinatos in hæreticorum album referre ausus sit. At hoc falsum est: quia ante illum retulerant, ut de aliis taceam, & Prosper, & auctor Prædestinati. Deinde quid culpæ est, id quod verum sit ante alios profiteri? Verum, inquiunt, non esse ostendit Isidorus, qui Gennadii librum hoc nomine improbavit & correxit. *Qua de causa*, inquit Jansenius, *sanctus Isidorus Hispalensis Episcopus, cum librum istum vidisset, atque inde plures hæreses iisdem omnino verbis descripsisset, Pelagianos a Gennadio prætermissos addidit, & Prædestinatos a Gennadio positos prætermisit.* Hæc ille Tomo I. libro VIII. cap. XXIII. Quam multa in paucis verbis frivola & commentitia! quæ uno statim verbo revicta evanescunt. quia Gennadium constat librum de hæresibus nullum edidisse, sed quatuor tantummodo hæresum appendicem ad S. Augustini librum adjecisse. Hincmarum audiamus haud paulo notiora sibi & veriora narrantem in libro de Prædestinatione cap. I. *Sed & de Hæresibus* XXCVIII. inquit, *idem doctor mirificus Augustinus conscripsit. quibus novissime hæresim Pelagianorum subjunxit. Inde Gennadius Massiliensis sacerdos valde doctus, hanc Prædestinatianam nonagesimam hæresim secta Pelagiana supposuit, deinde nonagesimam primam Nestorianam posuit, sicque Eutychianam, & post hanc Timotheanam.* Quamquam quid hic opus est Hincmari suffragium expetere, cum idoneos testes habeamus veteres libros, atque in his codicem Bibliothecæ S. Victoris Parisiensis? In quo, post finem libri S. Augustini de hæresibus, subjuncta est Gennadii appendix, quam diximus, in hunc modum. *Finit relatio S. Augustini Episcopi de Hæresibus. Hæc vero quæ sequuntur, a sancto Gennadio Massiliensi presbytero sunt posita.*

XC. Prædestinatiani sunt, qui dicunt, quod Deus, &c.

XCI. Nestoriani dicunt sanctam Virginem, &c.

XCII. Eutychiani dicunt Dominum Jesum, &c.

XCIII. Timotheani dicunt filium Dei verum quidem hominem ex Virgine Maria natum, sed non ita unam &c.

Tum deinde, *Explicit liber de Hæresibus.* Ut dubium non sit Gennadium ultra non processisse, & has tamen quatuor complexum esse. Quam ob rem mirari equidem satis non possum, quo casu vel consilio factum sit, ut in celeberrima S. Augustini operum editione Lovaniensi, cum ex codice Gemblacensi Gennadiana hæc appendix, tacito licet auctoris nomine, proferretur, omissa Prædestinatiana, tres tantum reliquæ sint expressæ. Porro cum ex superioribus liqueat Gennadium, etsi hoc illi fortasse in animo fuerat, librum de hæresibus reipsa nullum scripsisse, apparet qua fide Jansenius librum, qui nunquam fuit, ab Isidoro dicat expilatum. Quo jure Pelagianos a Gennadio, tamquam de hac hæresi suspecto, non positos cavilletur: cum ab Augustino positos repeti a Gennadio non oportuerit, nec Gennadio causæ quicquam fuerit, cur Pelagianam hæresim commemorare cunctaretur, qui Pelagium ipsum in illustrium Ecclesiæ scriptorum catalogo hæresiarcham non dissimulanter appellarat. Quam futili demum atque inani divinatione, Prædestinatianos ab Isidoro, quos apud Gennadium repererat, prætermissos pronuntiet. Ubinam enim repererat? Non in libro de Hæresibus, quem nullum ediderat. Ergo in Appendice. At ne Appendicem quidem viderat; Lege & confer quæ de Nestorianis & de Eutychianis ab utroque sunt scripta, ne apicem quidem offendes, quem a Gennadio magnus ille tuo judicio Gennadii æmulator mutuatus sit. Cur ergo Prædestinatianæ inter hæreses Isidorus non meminit? Quia Gennadium non legerat. Nugæ itaque fallaces ac ridiculæ sunt istæ. Quæ si paulo cautiores non decipient, at miseræ profecto Marcellinarum, Priscilla- Cap. 42.

A sumque sunt aures, quæ istiusmodi apud illos fabulis adsuefiunt.

CAPUT VII.

De Arelatensi Concilio, in quo Prædestinatorum hæresis xxx. Episcoporum decreto damnata est, & de Lugdunensi, a quo iterum proscripta.

OMNIUM quæ Prædestinatis inflicta sunt gravius nullum vulnus fuit, quam quo a triginta Episcopis affecti sunt in Synodo Arelatensi, atque iterum postea in Lugdunensi. B Et quamquam neutrius hodie Concilii acta restant (quod his commune est cum aliis quamplurimis) supersunt tamen ex Arelatensi nonnulla, quæ fidem quoque adstruunt Lugdunensi. Epistola nempe Fausti Reiensis Episcopi ad Lucidum Presbyterum e secta Prædestinatorum, tum scripta, cum celebraretur Arelate Concilium, sub annum, ut conjectura nostra fuit, CCCCLXXV. Deinde Lucidi libellus eidem oblatus Concilio. Postremo Fausti ejusdem altera Epistola ad Leontium Arelatensem, qui Concilio præfuit. Tria hæc, quæ Actorum jacturam supplere quoquomodo possunt, ordine subjiciemus. C Ac primo quidem Fausti quam diximus ad Lucidum epistolam, qua illum hortatur, ut errores suos revocet, futurum alioqui denuntians, ut a Concilio damnetur. Sic ergo se habet.

EPISTOLA FAUSTI REJENSIS ad Lucidum Prædestinatianum, ut errores suos revocet.

Domino devinctissime, & mihi speciali affectu venerande ac suscipiendo fratri Lucido Presbytero Faustus.

Grandis caritas est, parum cauti fratris errorem per Dei auxilium & gratiam magis velle curare, quam D sicut summi Antistites meditantur, ab unitate suspendere. Quid possum de hoc sensu, sicut ais, cum unanimitate tua per literas loqui, cum te præsens multa & blanda & humili conlocutione nunquam potuerim ad viam veritatis attrahere? Loquentes ergo de Dei gratia & obedientia hominis, id omnimodo statuere debemus, ut neque proni in sinistram, neque importuni in dexteram, regia magis gradiamur via. Illud autem venerationem tuam dixisse miratus sum, quod, nullus unquam sub religiosa professione contra Catholicam fidem vel scripserit, vel prædicaverit: cum plurimi multiplices & profanos errores suos etiam scriptorum monimentis crediderint inserendos, qui tamen Christiano nomine gloriabantur. Breviter ergo dicam, quantum cum absente loqui possum, quid sentire cum catholica E Ecclesia debeas. Id est, ut cum gratia Domini operationem baptizati famuli semper adjungas, & eum qui prædestinationem excluso labore hominis asserit, cum Pelagii dogmate detesteris.

Anathema ergo illi, qui inter reliquas Pelagii impietates hominem sine peccato nasci, & per solum laborem posse salvari damnanda præsumptione contenderit, & qui eum sine gratia Dei liberari posse crediderit. Item.

Anathema illi, qui hominem cum fideli confessione solenniter baptizatum, & asserentem catholicam fidem, & postmodum per diversa mundi hujus oblectamenta & tentamenta prolapsum, in Adam & originali peccato periisse asseruerit. Item.

Anathema illi, qui per Dei præscientiam in mortem deprimi hominem dixerit. Item.

Anathema illi, qui dixerit illum qui periit non accepisse ut salvus esse posset, id est de baptizato, vel de illius ætatis pagano, qui credere potuit & noluit. Item.

Anathema illi, qui dixerit quod vas contumeliæ non possit adsurgere ut sit vas in honorem. Item.

Anathema illi, qui dixerit quod Christus non pro omnibus mortuus sit, nec omnes homines salvos esse velit.

Cum autem ad nos in Christi nomine veneris, aut cum a sanctis sacerdotibus evocatus fueris, tunc opportune, si Dominus jusserit, locis suis testimonia proferemus, quibus & quæ catholica sunt manifestentur, & quæ catholicis contraria destruantur. Nos autem per inluminationem Christi veraciter & confidenter asserimus, & eum qui periit per culpam, salvum esse potuisse per gratiam, si gratiæ ipsi famuli laboris obedientiam non negasset: & eum qui per gratiam ad bonæ consummationis metas servitio obsequente pervenit, cadere per desidiam, & perire potuisse per culpam. B Nos ergo per medium Christo duce gradientes, post gratiam, sine qua nihil sumus, laborem officiosæ servitutis asserimus. Sed omnimodo arrogantiam & præsumptionem laboris excludimus: ut totis viribus desudantes, ne gratia in nobis evacuetur, quicquid de manu Domini susceperimus, donum pronuntiemus esse, non pretium. Scientes laboris ipsius fructum officii rem esse, non meriti, cum Evangelista dicentes, *Servi inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus.* (Luc. 17. 10) Hæc quæ strictim pro epistolæ brevitate memorata sunt, aut recipere se, aut respuere, unanimitas tua recurrente sermone respondeat. Ceterum qui hanc veritatis mensuram gratia præcedente & conatu adsurgente non sequitur, dignus erit qui a sacris liminibus arceatur. Ego tamen individuam bonitatem tuam toto sinceræ benignitatis amplexu in via retinens, intra matris Ecclesiæ gremium permanere repudiato hoc errore desidero. Qui si cito respuatur, C ignorantia fuisse videbitur, blasphemia vero reputabitur, si pertinaciter defendatur. Gravem namque in auctorem retorquemus invidiam, si dicamus quod ei possibilitatem capessendæ salutis noluerit dare qui periit, ei dumtaxat, qui capere jam posset arbitrii libertatem. Cum minime negare possimus, quod mandati prævaricatorem in judicii sui examinatione damnabit. Qui enim non est obnoxius de suscepto, nescio quomodo reus possit esse de perdito. ac sic peccantes in Deum, cujus in primis asserimus gratiam, in postremis ejus videbimur impugnare justitiam. Hujus autem epistolæ exemplar mecum retineo, in conventu sanctorum Antistitum, si ita necesse fuerit, proferendum. Quam si suscipiendam putaverit fraternitas tua, aut subscriptam manu propria mox remittat, aut sequentibus scriptis omnino se improbasse respondeat. Quod si eam subscriptam, ut dixi, transmittere nolueris, aperte adhuc te in errore persistere ipso silentio comprobabis: ac proinde jam D necessitatem mihi facies ad personam tuam publicis conventibus exponendam. Et ideo secundum hæc quæ a me sunt directa rescribe, utrum ea remotis circuitionibus, aut agnoscas, aut respuas. *Et alia manu*, Faustus exemplar epistolæ meæ relegi & subscripsi.

Hæc enim vera & germana epistolæ est subscriptio, unicum auctoris nomen præferens, quod solum pariter & Hincmarus, & veteres optimi quique libri repræsentant. Altera autem, vulgatis hactenus editionibus, quæ Auxanii aliorumque cum Fausto novem Episcoporum nomina subnotat, etsi veterum quorumdam codicum suffragio non caret, spuria tamen est E haud dubie, & aliena. Quæ & in errorem nonnullos induxit, ut ab Arelatensi Concilio, vel a Lugdunensi subscriptam Fausti epistolam crederent; & adversariis nostris calumniæ ansam præbuit, ut nos Concilii nomen huic uni Fausti epistolæ diceret tribuere, quod est falsissimum. Hac igitur Fausti epistola excitatus Lucidus ad se rediit, & quod diu cunctatus fuerat, errorem agnovit, atque ex Concilii sententia retractavit, libellum illi offerens hujusmodi.

EXEMPLAR LIBELLI LUCIDI presbyteri pristinos errores revocantis.

Dominis beatissimis & in Christo reverentissimis patribus, Leontio, Eufronio, Fonteio, Vivensio, Mamerto, Patienti, Veriano, Auxanio, Fausto, Paulo, Megethio, Græco, Eutropio, Leontio, Claudio, Marcello, Crocco, Basilio, Claudio, Ursicino, Prætextato, Pragmatio, Theoplasto, Leontio, Viventio, Juliano, Amicali, Joanni, Opilioni, & Licinio Episcopis Lucidus presbyter.*

* *Leocadio*, ut legitur Tom. 1. Con. Galliæ & Hincmar. ep. 1. lib. de prædestinat.

Correptio vestra salus publica, & sententia vestra medicina est. Unde & ego summum remedium duco, ut præteritos errores accusando excusem, & salutifera confessione me diluam. Proinde juxta prædicandi recentia statuta Concilii, damno vobiscum sensum illum, qui dicit humanæ obedientiæ laborem divinæ gratiæ non esse jungendum. qui dicit post primi hominis lapsum ex toto arbitrium voluntatis extinctum. qui dicit quod Christus Dominus & salvator noster mortem non pro omnium salute susceperit. qui dicit quod præscientia Dei hominem violenter compellat ad mortem, vel quod cum Dei pereant voluntate qui pereunt. qui dicit quod post acceptum legitime baptismum in Adam moriatur quicumque deliquerit. qui dicit alios deputatos ad mortem alios ad vitam prædestinatos. qui dicit ab Adam usque ad Christum nullos ex gentibus per primam Dei gratiam, id est per legem naturæ, in adventum Christi fuisse salvatos, & quod liberum arbitrium in primo parente perdiderint. qui dicit Patriarchas et Prophetas, vel summos quosque Sanctorum, etiam ante redemptionis tempora intra paradisum deguisse. Hæc omnia, quasi impia & sacrilegiis repleta condemno. Ita autem assero gratiam Dei, ut nisum hominis & conatum gratiæ semper adjungam, & libertatem voluntatis humanæ non extinctam, sed attenuatam & infirmatam esse pronuntiem, & periclitari eum qui salvus est, & eum qui periit potuisse salvari. Christum etiam Deum & salvatorem, quantum pertinet ad divitias bonitatis suæ, pretium mortis pro omnibus obtulisse, & quia nullum perire velit qui est salvator omnium, maxime fidelium, dives in omnibus qui invocant illum. Et quia in tantis rebus conscientiæ satisfaciendum, memini me ante dixisse, quod Christus pro his tantum: quos credituros præscivit, advenisset, sententias dominicas sequens, quibus ait, *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam redemptionem dare pro multis.* & illud, *Hic est calix sanguinis mei novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* vel illud Apostoli, *Sicut statutum est hominibus mori, ita & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata.* Nunc vero, sacrorum testimoniorum auctoritate, quæ abunde per spatia divinarum inveniuntur scripturarum, ac seniorum doctrina ratione patefacta, libens fateor Christum etiam pro perditis advenisse, quia eodem nolente perierunt. Neque enim fas est, circa eos solum qui videntur esse salvati, immensæ divitias bonitatis ac beneficia divina concludi. Nam si Christum his tantum remedia attulisse dicimus qui redempti sunt, videbimur absolvere non redemptos, quos pro redemptione contempta constat esse puniendos. Assero etiam, per rationem & ordinem seculorum, alios lege gratiæ, alios lege Moysi, alios lege naturæ, quam Deus in omnium cordibus scripsit, in spe adventus Christi fuisse salvatos: tamen ab initio mundi ab originali nexu, nisi intercessione sacri sanguinis, non absolutos. Profiteor etiam æternos ignes, & infernales flammas factis capitalibus præparatas. quia perseverantes humanas culpas merito sequitur divina sententia, quam juste incurrunt, qui hæc non toto corde crediderint. Orate pro me, domini sancti & Apostolici patres. *Lucidus Presbyter hanc epistolam meam manu propria subscripsi, & quæ in ea adstruuntur assero, & quæ sunt damnata damno.*

Ex hac Lucidi ad Synodum Arelatensem epistola, non triginta solum Episcoporum,[b] qui in ea fuerunt, nomina didicimus: sed dogmatum etiam capita, quæ sanxerunt contra Prædestinatos. Restat quam tertio loco statuimus, Fausti Episcopi ad Leontium Arelatensem Epistola, seu præfatio librorum ejus de gratia & libero arbitrio: quæ & Synodum hanc adversus Prædestinatos coactam docet fuisse, & Fausti libros, Leontii ac Synodi mandato, ad ea quæ Synodus protulerat digerenda & explicanda compositos: quibus proinde Titulum Faustus præfixit, qui Prædestinatos, eorumque errores designat his verbis: *Professio fidei contra eos qui dum per solam Dei voluntatem alios dicunt ad vitam trahi, alios in mortem deprimi, hinc fatum cum gentibus asserunt, inde liberum arbitrium cum Manichæis negant.* Præfationis igitur hoc est exordium.

Domino beatissimo & reverentissimo Leontio Papæ Faustus.

Quod pro sollicitudine pastorali, beate pater Leonti, in condemnando prædestinationis errore Concilium summorum Antistitum congregastis, universis Galliarum Ecclesiis contulistis. Quod vero ad ordinanda quæ collatione publica doctissime protulistis, operam infirmis humeris curamque mandastis, parum sanctæ existimationi vestræ consuluistis, & me judicio caritatis, vos periculo electionis onerastis. *His autem verbis clauditur.* In quoquidem Opusculo, post Arelatensis Concilii subscriptionem, novis erroribus deprehensis, adjici aliqua Synodus Lugdunensis exegit.

Ex his perspicuum est, trium illorum quæ ad Concilium Arelatense attinere dicebamus, Fausti ad Lucidum epistolam inchoato jam Concilio scriptam esse, Lucidi libellum durante adhuc Concilio porrectum, Fausti vero libros cum præfatione sua post Concilii finem exaratos.

CAPUT VIII.

De Fausto Reiensi ejusque libris de gratia & libero arbitrio, deque nota qua inuri a quibusdam solent, quid sentiendum.

ADMONET hoc loco studium veritatis, amorque innocentiæ, ut Fausti Reiensis vicem doleamus, sanctoque & clari nominis Antistiti reverentiam qua caret deprecemur. Quis enim ægre non ferat, Faustum illum, qui in admiratione omnibus ætate sua fuit & honore, quem doctrinæ salutaris singularisque virum Sidonius[a], doctorem eximium, pastorem egregium Ruricius appellabat, quem adhuc Abbatem Hilarius Arelatensis ita honoravit, ut inter se ac Theodorum & Maximum Episcopos medium locaret, Episcopum vero & Episcopi collegæ omnes veriti sunt, & Hilarus Pontifex dignum censuit, qui in Synodo Romana secum una præsideret: Faustum hunc, inquam, quis æquo animo ferat, librorum nunc istorum nomine, quod Prædestinatorum in his errores ex Synodi sententia refellerit, vexari passim a multis traducique tamquam hæreticum? Idque auctore, quod dissimulare non possunt, ac duce Joanne Maxentio, Scytha monacho, ex eorum numero; qui Eutychis hæresim clam foventes, Synodum Calchedonensem adversus Hormisdam

[a] *Lib. 9. epist. 8.*

ejusque Legutos occultis artibus impetebant. Hic anim est Maxentius, qui Constantinopoli, annis post Arelatense Concilium amplius quadraginta, du Fausti libris turbas primus excitavit, hæreticos illos esse elumitans, cùm ulii contra, quorum princeps Possessor Episcopus Africunus, esse docerent orthodoxos. cumque a Possrssore de bis libris coosultus Hormisdu mitius quam pro Maxentii voto respondisset, sic homo umens efferutus est, ut Hormisdam quoque ipsum incesseret, utque bæreticum dicere non dubitaret. Nec vero bic illios sociorumque odia conquieverunt. Quin & Episcopos Africæ in Sardinia exules in Paostum acuere conuti, hos etium ejus libros per Fulgentium refurandos in Sardinium miserunt. Difficiiu videlicet non erat ab Afris id sperare, apud quos nata, ut dictum est, Prædestinatorum hæresis, in moltorum udhoc mentibus hærebut: qui vero ub hac labe immunes erunt, sic tamen uffecti erunt plerique, ot quæcumque contra Prædestinatos dicerentur, eu perinde ac si Augustioum peterent suspectu & odiosa haberent omnia. Quid enim aliud vehementius urgebant, qui Fausti libris infesti erant, quam quod Pueros Diuconus, ceterique cum eo, in epistola sna eriminantur, contra prædestinutinois illos sententiam ieriptos esse i Quid hoc uutem ad Augustinum? Nam contru prædestinatinnis sententium scriptos a su Faustus non abnuebae: sed contru illum dumtuxut, quæ vel iutum asserat, vel liberum arbitrium neget. quorum utromque ub Augustini sensu abhorrere, nec inficius ierint ipsi, & utrumque Augustino per calumoium imponi solere tustis est Prosper in epistola ad Rufinum. Callidum præterea & subdolum Fuusti sermonem aiunt fuisse, Pelagianæ pravitati consentientem, detectum convictumque a Fulgentio, ab Avito, & ab uliis. Quid hic aptius veriusque pro Fuusto respondeti queat, quam solennu illud Fuusti ipsius, Non ita est? Etenim quos in ejus scriptis dolos deprehendarie Fulgentius, & quo pacto profundum illius qoum eaprobrant calliditatem libris suis septem detexerit, divinare, cum hi non exstent, non possumus. Avitum Viennensem in aliis Fuusti libris scimus uliqua non iaodasse; contra hos vero libros un quicquam scripserit, quod existimusse Ado videtur, incestum est. Maxentii porro in Faustom objectiones fallaces ac minime sinceras multosum judicio babitas quis nescit, nec causæ quicquam esse, cur illum de Fausto potius audiamus, quam Gennudium vel Possessorem, quorum alter opus egregium, alter catholicos libros istos pronuntiuvit? Qoin & hue ætatu nostra non desunt, & proximo antu sæculo non defuerunt viri doctissimi, exactiquu judicii, qui in illorum irent sententiam, atque in his, ne plures commemorem, clarissima Lovaoiensis Academiæ duo lumina, Joannes Driedo & Ruardus Tapper, qui Fuustum ambo, nec sine honore, catholicum Ecclesiæ doctorem nominant. Non quod, opinor, ea in Fuusti libris non animadverterent, in quibus naturæ nostræ ud fidei initium & aliu pius aliquanto tribuere visos est quam pareratt sed qood bæc, quæ ub illo tunc scribebantur, quando ita loqui fas fuit, ejusmodi non esse intelligebant, propter quæ catholici nominis jacturam fieri nporteret. Quid enim alioquifuturum tot patribus, tum Græcis, tum Lutinis, quorum par sit rutio i quid Augostino ipsi, qui de Sunctorum prædestinatione scribens, eudem se olim da orta fidei sensisse confessus est? Cap. 3.
Nam aut eadem cum Fausto tabeliu damnundi sunt, uut quæ illos absolvet, eadem Fuustum ubsolvi necrsse erit, aut diserimen ostendi. Quæ com ita sint, videant nunc quo se adigant ex ævi nostri Theologis ii, qui cum Muxentio, Muxentiique æmulo Gothescalco, Fuustum bæreticis adcensera non extimescuut: ac pro ea, quum verituti sunctoque Autistiti debent, reverentia, si du Fausti libris decernendum est, ne supru sedem Apostolicam, Galasiumque & Hormisdum sapere velint, quibus satis suit non primæ illos auctoritatis, hoc est upocryphos dicere, non hæreticos.

CAPUT IX.

De Synodo Arausicana II. in qua Prædestinatorum quoque hæresis damnata est.

INter eos qui Prosperi exemplo, post ejus excessum, divinæ grutiæ purtus susceperuoe io Gallia, princeps fuit Cæsurius Arelatensis Aotistes, sancti Augustini non doctrinæ modo studiosissimus, vurum etiam personæ. adeo ut præ Augustini amore, morti vicinus, extremum vitæ diem proximom illi qui ultimus Augostino fuerat, sibi contingera optaret, quod obtinuit. In hanc urgocurum enixius iocumbens, ud illorum errores exstirpaodos se convertit, qoi reliquiæ Pelugiunorum a Prospero dicti, Semipelagianorum postra nomen io scholis Theologorum sortiti sunt. Qui etsi Pelagiuni prorsos oon erant, eisque prorsus adversabuntur, libero tamen urbitrio plus æqoo iodulgentes, de gratiæ beneficiis infru digoitatem sentiebant. Collectas itaque de gratia & libero urbitrio, ex superioribus Conciliis, sedisque Apostolicæ responsis, utque ex divursis S. Augustini operibus, sententias, ad hos revincendos vel informuodos idoneas, convocatis pee dedicandæ Basilicæ occusionem vicinis Episcopis, optimutibusque, comprobundas obtulit, muouqua ab ais subscribendas curavit. Hæc nimirum illa est Synodus Aruusicuna posterios, unno Christi DXXIX. celebratu: quam fortuito licet, aliaque de causu coctam, Ecclesia sic probavit, ut præcipoam apud omnes uuctoritatem obtineut. Quumquam enim Cæsurii de gratiu doctrinæ qui obsisterent diversæ sententiæ complures non deerant, irriti rumun & inanes omnium conatus foere, Bonisucio Pontifice, ut Cyprianus in Cæsarii vira docet, Cæsurii & Synodi hujus decreta confirmunte. Sic enim ille narrat: Vita Cæsa. lib. 1.
Et multi quidem æmuli surrexerunt, qui ejus resisterent doctrinæ de gratia. Sed o felicitas æmulandu! Etenim susurris & malu interpretutione quorumdam oboritur in Galliarum partibus contra prædicationem hominis Dei frustra sinistra suspicio. Ob hoc Antistites Christi ultra Isaram consisteates caritatis amore collecti in Valentiun civitate conveainnt. Ubi etiam beatus Cæsarius, infirmitatis solitæ causa, sicut disposuerat properare non potuit. Misit tamen præstantissimos viros de Episcopis, cum presbyteris & diaconibus. Inter quos etiam sanctus Cyprianus Toloaensis Antistes magnus & clarus cuitus, omnia quæ dicebat de divinis utique scripturis firmans, & de antiquissimis patrum institutionibus probans, nihil per se in divinis profectibus quemquam arripe-

re posse, nisi fuerit primitus Dei gratia praevenleute vocaent. Sed dum suam justitlam quærebant statuere, justitiæ Dei non erant subjecti: [Joan. 15. 5.] non reminiscentes Dominum dixisse, Sine me nihil potestis facere, & , [Joan. 13. 16. Joan. 19. 16.] Nemo habet quicquam, nisi illi datum fuerit desuper: & Apostolum [1. Cor. 13. 10.] Paulum, Gratia Dei sum id quod sum. & [Jac. 1. 17.] alium, Omne datum optimum de sursum est. [Psal. 83. 12.] & prophetam, Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et quod tunc vere liberum homo resumet arbitrium, cum fuerit Christi liberatione redemptum, sub qua absolutione valeat consequi perfectionis effectum. Quorum intentionibus homo Dei dedit veram & evidentem ex traditione Apostolica rationem. Nam bonæ memoriæ Bonifacius Romanæ Ecclesiæ Papa, eadem colluctationae cognita, calcata intentione jurgantium, prosecutionem S. Cæsarii Apostolica auctoritate firmavit. Ita, donante Christo, paulatim Ecclesiarum Antistites receperunt quod optaverat Diabolus repentina animositate cessare. Ceterum in hac ipsa Synodo, quæ tota ea Augustini placitis conflata est, damnati sunt etiam & anathemate percussi Prædestinati, ut stuporem vel hinc suum sentiant ii, qui Augustini sententiam a Prædestinatiana hæresi non secernunt. Aliquos vero, Synodi Verba sunt cap. xxv. ad malum divina potestate prædestinatos esse non solum non credimus, sed etiam, si qui sunt qui tantum malum credere volunt, cum omni detestatione illis anathema dicimus. At quorsum, inquies, tam alieno ut apparet loco, cum de Pelagianorum reliquiis agitur, perstricti etiam Prædestinati? Ideo ni fallor, quod quemadmodum Prædestinati, cum oppugnabantur, invidiam adversariis, quasi Pelagium saperent, solebant concitare: ita vicissim Semipelagiani, cum urgebantur, Prædestinatorum hæresis suspicionem in eos movere qui urgebant. Quare Synodus, ut bene a se suspicionem amoliatur, quod teterrimum hæresis illorum caput fuit execratur. de quo & auctor Prædestinati his verbis, Dicunt, etiamsi voluerit bonum facere qui ad malum prædestinatus est, ad bonum pervenire non poterit. Atque ita inter Synodos, quæ Prædestinatorum hæresim damnarunt, Arausicana quoque merito & sine controversia numeranda est.

CAPUT X.

Prædestinatorum error de libero arbitrio tunc quoque in Italia confutatus ab Ennodio Ticinensi.

Etsi Prædestinatos extra Galliam persequi animus non erat, invitat tamen occasio, ut in proximam Cisalpinam tantisper digrediamur. Paucis namque annis ante Synodum Arausicanam vivere desiit Ennodius Episcopus Ticinensis, cujus extat inter ceteras libro 11. [Lib. 2. ep. 19.] epistola ad Constantium. in qua tacito nomine quemdam refellit, qui asserebat liberum arbitrium homini deteriorem tantum in partem datum. Prædestinatorum hic error erat, quem in ipso hæresis ortu in monachis Adrumetinis, ut dictum est, reprehenderat Augustinus in libro de correptione & gratia, liberum & ad bonum & ad malum faciendum habere nos docens. Quod ipsum quia scite pariter susque in ea quam dixi epistola probat & confirmat Ennodius, locum integrum hoc loco inserendum putavi. Ergo, inquit, ut scriptione testamini, inventus est homo, qui servos Christi, quemadmodum ipse promisit esse faciendum, sub hac occasione cribraret, asserens de arbitrii libertate in unatantum parte, quæ deterior est, eligendi datam esse licentiam. O schismaticam propositionem, quæ juxta Apocalypsim scriptas habet in [Apoc. c. xiii.] fronte blasphemias! Quæ ista est libertas si valet edisserat, ubi hoc datur solum velle quod puniat: aut quare electionem nominet, ubi unam tantum partem asserit fuisse concessam. Quod si veritate subsisteret, locum divina judicia non haberent. Quid enim boni a nobis Deus noster recte quæreret, qui appetentiam ejus de voluntate subtraxerat? Sed juxta Apostolum, Numquid [Rom. 3. 5.] iniquus est Deus? absit. Inter homines a recti discordat affectu, qui a subjectis exigit quod in potestate non tribuit. hoc de Deo qua conscientia sentiatur advertite. Ubi est illud Apostoli clamantis, & pro arbitrii libertate testantis, [Rom. 7. 18.] Velle adjacet mihi, perficere autem non invenio? Quid est aliud nisi dicere, Novi dextrum iter eligere: sed nisi ingredientem juverit gratia superna, lassabor. Nemo dubitat, nemo condemnat, quod auctore gratia præstante, & ipse æquitatis divinitas callis aperitur. Dux enim bonorum & præcessor est gratia, quando multiplici ad requiem invitamur hortatu, quando nobis dicitur, Venite filii audite me. Venite be- [Psal. 33. 12.] nedicti patris mei, possidete paratum vobis re- [Matth. 24. 34.] gnum. Ubi ego sum, ibi erit & minister meus. [Joan. 12. 26.] Sed nisi talibus monitis, & voluntas nostra quæ libera est, & labor præstet obsequium, ad periculum & gehennam, non imperio aliquo, sed sponte devolvimur. Itaque aut præmium devotio, aut pœnam contemptus operatur. Alioqui non erit justa retributio, quæ aut per supplicia refertur necessitate peccantibus, aut bonam mercedem offert operi ad quod trahuntur inviti. Ergo debemus gratiæ, quod occultis itineribus, nisi resistamus, sapor nobis vitalis infunditur: nostræ tamen electionis est, quod beneficia monstrata sectamur. Via enim scelerum non imperatrix nostra legitur esse, sed famula, cum de [Gen. 4. 7.] peccatis dicitur, Sub te erit appetitus eorum. Quid enim sibi vult universa Propheta quasi sertis redimita elocutio? Noli æmulari inter ma- [Psal. 36. 15.] lignantes, Nolite confidere in principibus, No- [Psal. 108. 2.] lite fieri sicut equus & mulus! & Apostolus, [Psal. 31. 9.] Nolite fieri servi hominum. Toties Noli in [1. Cor. 7. 23.] superna admonitione quid respicit, si aliud velle non licuit? Deinde quamvis in persona Christi, tamen pro arbitrii adstipulatur ejusdem propheta nobis libertate testimonium, Ut facerem [Psal. 39. 9.] voluntatem tuam Deus meus volui. & alibi, [Psal. 53. 8.] Voluntarie sacrificabo tibi, & Vota mea Do- [Psal. 115. 5.] mino reddam. & iterum, Vovete & reddite. [Psal. 75. 12.] Illud autem beati Apostoli quo se muniri credit exemplum nobiscum facit, si quæ sequuntur [1. Cor. 15. 10.] advertit, cum inimicus arrogantia dixit, Gratia Dei sum quod sum. Mox enim, ne sic fugax gloriæ noderetur, ut longo intervallo a veritate desisceret, sapiens architectus adjunxit. Abundantius omnibus laboravi, & gratia Dei in me egena non fuit. quod dixisse est, Christus in me quem digne aut abundanter remunararetur invenit. Non enim pauper est divina gratia; sed meritorum nostrorum putatur quadam macie aut exilitate tenuari. Quæ tunc non suis æstimatur meatibus fluere, quando de ejus cursibus ari-

ditatis nostra vena nihil recipit. O si epistolaris pateretur angustia sacrorum voluminum arcana reserari! Sed timeo ne qui nullam poterit Deo inspirante in fide nostra invenire calumniam, de paginæ prolixitate causetur. Quid illud qua men- Eccli. 15. 17. *te suscipit,* Ecce aquam & ignem, ad quod vis porrige manum? *Quid alia, quæ copiosus assertor ipse replicasti? Credo more aspidis clausam aiunt aure transivit. Video quo se toxica Libyca pestis extendant. Arenosus colaber non hæc sola habet perniciosa quæ referat, ad æstimationem occultorum facinorum ferenda sunt quæ fatetur. Vult enim ad illud pertingere, neminem suo vitio aut negligentia perire, si homo utriusque boni & mali potestate concessa privatur. Hos tantum jactat potuisse salvari, sine labore ullo, sine mandatorum amicitia, quos peregrinantes a merito favor tantum cælestis eripuit. Proinde, quod in ipsum referatur, illos perisse intelligit, quos gratia noluit divina liberare.*

CAPUT XI.

Prædestinatiana hæresis in Gallia per Gothescalcum renovata, & a Rabano atque Hincmaro in duabus Synodis iterum oppressa.

TRecentis amplius annis conticuerat in Gallia Prædestinatorum hæresis, cum iterum Caroli Calvi sæculo excitata est a Gothescalco presbytero. Monachus hic fuit Orbacensis in Suessionica diœcesi. Qui relicto monasterio in Italiam transgressus, cum perversæ doctrinæ semina in agro Veronensi spargeret, binis a Rabano epistolis, quæ nuper editæ sunt, est confutatus, una ad Notingum Veronensem Episcopum, altera ad Eberardum ejusdem oræ Comitem, in qua de Gothescalco inter cetera hæc leguntur: *Divulgatum,* inquit, *in istis partibus constat, quendam sciolum, nomine Gothescalcum, apud vos manere, qui dogmatizat, quod prædestinatio Dei omnem hominem ita constringit, ut etiamsi quis velit salvus fieri, & pro hoc fide recta atque bonis operibus certet ut ad vitam æternam per Dei gratiam veniat, frustra & in cassum laboret, si non est prædestinatus ad vitam. Quasi Deus prædestinatione sua cogat homines interire, qui auctor est salutis nostræ, non perditionis. Et jam hinc multos in desperationem sui met hac secta perduxit, ita ut dicant, Quid mihi necesse est pro salute mea & vita æterna laborare? quia si bonum fecero, & prædestinatus ad vitam non sum, nihil mihi prodest: si autem ego malum egero, nihil mihi obest, quia prædestinatio Dei me facit ad vitam æternam pervenire.* Ex Italia in Germaniam profectus, Rabano eidem libellum erroris sui obtulit, ab eoque & ab Episcopis Germaniæ damnatus est, & ad Metropolim Remensem remissus, in Concilio Moguntino anni DCCCXLVIII. Synodicæ vero, quæ damnationis sententiam continet, hoc est exemplum.

Reverentissimo fratri consacerdoti Hincmaro Archiepiscopo Rabanus servus Christi & servorum ejus in Domino salutem.

Notum sit dilectioni vestræ, quod quidam gyrovagus monachus, nomine Gothescalc, qui se asserit sacerdotem in vestra parochia ordinatum, de Italia venit ad nos Moguntiam, novas superstitiones, & noxiam doctrinam de prædestinatione Dei introducens, & populos in errorem mittens: dicens quod prædestinatio Dei sicut in bono sit, ita & in malo, & tales sint in mundo quidam, qui propter prædestinationem Dei, quæ eos cogat in mortem ire, non possint ab errore & peccato se corrigere, quasi Deus eos fecisset ab initio incorrigibiles esse, & pœnæ obnoxios in interitum ire. Hanc opinionem nuper in Synodo apud Moguntiam habita ab eo audientes, & incorrigibilem eum reperientes, annuente atque jubente piissimo rege nostro Hludovico, decrevimus eum cum perniciosa sua doctrina damnatum mittere ad vos, quatenus eum retineatis in vestra parochia, unde primum inordinate recessit, & non sinatis eum amplius errorem docere, & seducere populum, quia jam multos seductos ut audivi habet, & minus devotos erga suam salutem, qui dicunt, Quid mihi proderit laborare in servitio Dei? quia si prædestinatus sum ad mortem, numquam illam evadam, si autem male egero, & prædestinatus sum ad vitam, sine ulla dubitatione ad æternam requiem vado. Hæc ergo paucis vobis scripsimus, intimantes qualem eius doctrinam reperimus. Vos etiam valebitis de ore eius quid sentit plenius audire, & quid inde agendum sit juste decernere. Dominus omnipotens sanctitatem vestram bene valentem, & pro nobis orantem in æternum conservare dignetur.

Inde subsecuta est Synodus altera contra Gothescalcum in Carisiaco palatio habita, in qua iterum auditus, damnatusque iterum est ab Episcopis, & prolata in eum sententia hujusmodi.

Ecclesiastica sententia in pertinacissimum Gothescalcum, propter incorrigibilem obstinationem illius, in Synodo apud Carisiacum habita a duodecim Episcopis Ecclesiastico rigore prolata.

Frater Gothescalc, sacrosanctum sacerdotalis mysterii officium, quod irregulariter usurpasti, & in cunctis moribus ac pravis actibus, atque perversis doctrinis, eo hactenus abuti non pertimuisti, judicio Spiritus sancti, cujus gratiæ munus est sacerdotale officium, per virtutem sanguinis domini nostri Jesu Christi, noveris tibi esse, si quomodo suscepisti, sublatum, & ne ulterius eo fungi præsumas penitus interdictum. Insuper, quia & Ecclesiastica & civilia negotia, contra propositum & nomen monachi, conturbare contemnens, jura Ecclesiastica præsumpsisti, durissimis verberibus te castigari, & secundum Ecclesiasticas regulas ergastulo retrudi auctoritate Episcopali decernimus, & ut de cetero doctrinale tibi officium usurpare non præsumas, perpetuum silentium ori tuo virtute æterni Verbi imponimus.

In eadem quoque Synodo, aut in eodem certe loco, constituta sunt quatuor Capitula, totidem Gothescalci Capitulis, quæ ad stabiliendam hæresim suam condiderat, opposita. Quod vero silentium illi est a Synodo impositum, eum eo convenit, quod Rabanus privatim de eodem Gothescalco suadebat scribens ad Hincmarum. *Ego autem quantum præsumo,* inquit, *admoneo, ut has contentiones in populo Christiano fieri prohibeatis, & ipsum Gothescalcum, hujus erroris auctorem, nec scribendo nec loquendo ultra multis nocere permittatis. Miror enim prudentiam vestram, quod istum noxium virum, hoc est Gothescalcum, qui in omnibus vituperabilis inventus est, qui nec monachi votum, nec sacri ordinis vitam, sed neque prædicandi officium legitime observavit, scribere aliquid permisistis. In quo officio magis nocere potuit, quam viva voce loquendo. Unde etiam in plurimis locis, ut audivi,*

sui veneni pocula non paucos inebriavit, & in erroris insaniam vertit.

CAPUT XII.

Lugdunensem Ecclesiam, Synodumque Valentinam, in causa Gothescalci Prædestinatorum erroribus minime suffragari.

MOvet quosdam, cum Gothescalci causam a Lugdunensi Ecclesia susceptam, duabusque Synodis, quæ illum Moguntiæ & Carisiaci damnarant, duas ex adverso, Valentinam & Lingonensem, oppositas eique faventes vident. Ac merito sane moverentur, si favor hic ad Prædestinatorum usque patrocinium hæresisque defensionem pertineret. Sed aliter res habet. Utcumque enim in aliis fortasse dissideant, in eo tamen conspirant, quod utrique hostes sunt Prædestinatorum. Et quamquam quatuor Hincmari Capitulis, quibus quatuor Gothescalci Capitula eliserat, contraria quatuor Synodus Valentina opposuerit, atque hæc ipsa Synodi Valentinæ Capitula, in Synodo Lingonica posthæc confirmata, & in Tullensi apud Saponarias oblata & relecta, cum ad Hincmarum pervenissent, accurate ab eodem confutata fuerint, suaque ipsius, quæ illi oppugnabant, constabilita: nusquam tamen in tam varia & ancipiti contentione dissimulatum a Lugdunensibus, veterum Prædestinatorum errores, quos Hincmarus in Gothescalco reprehendebat, sibi pariter probari aut placere non posse. Errores hi duo erant præcipue: quorum alter prædestinationem ipsam spectabat, alter arbitrii libertatem. Prædestinatos quippe a Deo reprobos ad interitum docebat Gothescalcus: falso id dici contendebat Hincmarus. & cur ita sentiret, causam exponens in Operis sui* capite XV. *Veteres*, aiebat, *Prædestinatiani reproborum prædestinationem ad interitum confitentur, quos sicut dicunt a Deo prædestinatos ad interitum, ita etiam ad peccatum. Hoc moderni Prædestinatiani colore mutant, sed odoris & saporis intelligentia redolent. Dicunt enim, Prædestinavit Deus reprobos ad interitum, non ad peccatum, cum non nisi per peccatum perveniri valeat ad interitum.* Ideo ergo prædestinatos ad interitum dici non probabat, quia hoc posito consequens arbitrabatur, ut etiam ad peccatum prædestinati crederentur, qui error fuerat veterum Prædestinatorum. Valentinæ porro Synodi auctores, etsi, quia id consequi non censebant, prædestinari ad mortem impios cum Gothescalco dicere non refugerent, prædestinationem tamen ad peccatum, quam inducebant Prædestinatiani, sic exhorrebant, ut Arausicanam Synodum secuti, anathema in eos pronuntient, qui ad malum prædestinari a Deo quemquam credunt.

* de Prædestinatione.

Can. 3. Synodi Valentinianæ III.

Quin & eadem rursus Ecclesia Lugdunensis, ejusque Antistes Remigius, in libro de tribus epistolis, Hincmari contra Gothescalcum epistolæ respondens, etsi quod ille de prædestinatis ad interitum dixerat, molliorem in partem interpretari studet, necessitatem tamen male agendi, prædestinationemque ad peccatum, quam Prædestinatiani docebant, & quam non abs re Gothescalco imputabat Hincmarus, respuit pariter, penitusque aversatur. *Si qui sunt*, inquit, *qui ex hoc scandalizari videantur, tamquam per istud prædestinationis verbum necessitas male agendi cuiquam imposita esse significetur, instruendi potius fuerunt, quod Deus neminem prædestinet ad peccatum, sed ad luendum supplicium pro peccato, nec ista prædestinatione aliquem cogat ad male agendum.* Ex quibus liquet Lugdunenses, quod ad hoc caput attinet, Prædestinatorum erroribus haud quaquam suffragari. De altero, quod liberum arbitrium labefactat, an fatebimur suffragatos? At illi usque adeo huic etiam errori non favent, ut illum detestentur, & in Gothescalcum cadere potuisse non credant. Sic enim ratiocinantur. *Addunt*, inquiunt, *in illa epistola, dixisse illum miserabilem monachum, quod postquam primus homo libero arbitrio cecidit, nemo nostrum ad bene agendum, sed tantum ad male agendum libero potest uti arbitrio. quod est utique non solum mirabile & inauditum, sed quantum nobis videtur etiam incredibile, ut homo inter fideles & a fidelibus nutritus & eruditus, & in Ecclesiasticorum patrum scriptis non parum exercitatus, hoc dicere vel sentire potuerit, quod post primi hominis lapsum, nemo fidelium ad bene agendum libero possit uti arbitrio, sed tantum ad male agendum. Tamquam in nobis non sit liberum arbitrium nisi ad malum, ad bonum autem sola in nobis Dei gratia absque libero arbitrio operetur. Si enim dixisset generaliter*, Nemo hominum, *& addidisset*, sine Dei gratia, *& ita subjungeret*, libero bene uti potest arbitrio, *esset catholicus sensus, & catholica omnino assertio. Cum autem dixisse arguitur, quod nemo nostrum, id est fidelium, nisi tantummodo ad male agendum uti possit arbitrio, quid aliud tali dicto & tali novitatis præsumptione asseritur, nisi quod humanæ mentis arbitrium, quod ante peccatum ad verum bonum amandum, & desiderandum, & fruendum erat liberum, ita primo homine peccante vitiatum sit & perierit, ut deinceps tantummodo ad malum remanserit in homine liberum arbitrium: ad bonum vero agendum, sive habendum, nullum sit hominis liberum arbitrium, sed tantum divinæ gratiæ donum. Quod genus erroris, nec apud hæreticos, nec apud quemquam catholicum nos cognovisse vel audisse meminimus. ita ut etiam de isto hoc nobis, ut jam diximus, incredibile videatur.* Qui tanta verborum copia, per tot ambages & circuitus, errorem hunc exaggerant, & tam studiose hunc refellunt, eosne credat quisquam patronos illius aut defensores videri voluisse? Cumque in explicanda de libero arbitrio catholica doctrina idipsum illi tradant quod Hincmarus, quis non intelligit in hac illos altercatione, seu Ebonis Gratianopolitani privato in Hincmarum odio incitatos, seu alia re quapiam adductos, redarguendi Hincmari, tuendique Gothescalci, causas quæsisse potius & captasse, quam reipsa nactos esse? In cassum ut proinde operam nunc ponant, qui collatis, & oppositis inter se, Lugdunensium, & Rabani, vel Hincmari assertionibus, id enituntur, ut Prædestinatorum errores, quos Hincmarus in Gothescalco notat, male ab eo reprehensos, & a Lugdunensibus pro catholicis dogmatibus habitos, ac defensos fuisse, nobis persuadeant?

Cap. XIII.

Cap. XII.

TRIPLEX NUMMUS ANTIQUUS.

CHRISTI DOMINI,
PERPERENÆ CIVITATIS,
HANNIBALLIANI REGIS.

Anno MDCL.

I.

CHRISTI VULTUS IN VETERE NUMMO.

Anastasis proprium Templi nomen Hierosolymis.

QUi veterum nummorum notitiam nullam habent, eorum qui studii aliquid in his ponunt otiosam atque inanem operam putant ac derident. Quos ego ab hoc errore falsaque opinione abducam, si possum, & quanta in nummorum cognitione utilitas, quanta in explicatione sit voluptas ut intelligant, triplici, ut spero, dissertatione conficiam. Unde autem potius ducam initium, quam a nummo Christiano, cujus una in parte Christi Domini plena facies expressa, vivida & gravis, in altera templum rotundum, cum armato utrimque milite, supraque inscriptam, ΑΝΑCΤΑCΙC? Praeclarum hoc minimeque vulgare Christianae rei monumentum, recens e terra tunc effossum, Romae mihi ante annos quinquaginta cum obtulisset opifex quidam, domo Sequanus, arte textor, rogaretque quanti pretii crederem, ego, qui de pretio compertum nihil habebam, obtestatus sum vicissim, ut si quos licitatores nancisceretur, eorum ne cuiquam me inscio addiceret. Facturusque videbatur, nisi consilium intercepisset necessitas. Nam quia Dominicus is dies erat, & postridie ad opus vocabatur, ne operi deesset, egit eum institore antiquario ut nummum divenderet. Detulit is confestim ad Laelium Pasqualinum, S. Mariae majoris Canonicum, quo nullus in Urbe tunc erat nummorum vel aliarum rerum antiquarum copia locupletior, nullus in his aestimandis comparandisque magnificentior. Solebat enim, si quid venale adferebatur, pretium ipse non poscere, sed ponere. Itaque insuetam mercem ut vidit ac probavit, quatuor solidos aureos continuo protulit & numeravit antiquario. Qua ille pecunia tanta quantam non sperabat attonitus, etsi animo gestiebat intus, dissimulavit tamen, ut venditorum mos est, amplius aliquid accessurum non diffidens. Quod ut sensit Pasqualinus, quintum praeterea solidum adjecit, hominemque qui cum aereo uno venerat, aureis quinque onustum dimisit. Expectabam porro in dies, dum rediret textor noster. Ac rediit sane, sed non ante clausam hebdomadem, altero die Dominico. A quo ego, ante omnia videlicet, cum de nummo percontarer, (nondum enim superiora cognoram) ille se prae laetitia vix capiens, pro nummo penulam mihi, qua humeros tegebat, ex nummi pretio emptam ostendit, & de venditione singula percensuit, affirmans, si cum primum ad me venit solidi trientem obtulissem, meum futurum. At ego te, inquam, vir bone, fraudassem, tuque teipsum. Nunc vero gratulor tibi bonum eventum, teque ditiorem factum gaudeo. Haec rei non fictae vera narratio. Sequitur nunc quod supra dicebamus, ut quid nummus nos doceat, quid ad ejus illustrationem adferri queat ostendamus, sed paucis. Jam enim id quod praecipue observandum erat, perspicuum est opinor, Anastasim hoc loco dici, non resurrectionem ipsam, quam Graeca vox sonat, sed Templum ac Basilicam in resurrectionis loco superstructam. eodemque significatu vocem eandem a sancto Hieronymo, quod ejus latinissa interpretes videtur, usurpatam: semel in Apologia ad Rufinum, cum de eo respondens, quod fidem violasse diceretur, *Ergo*, inquit, *ideo in Anastasi immolato agno dextras junximus, ut tuas Romae schedulas furaremur?* Iterum in Epistola LXI. ad Pammachium, de Joanne Hierosolymitano, qui Epiphanio in Anastasi contra Origenem concionanti silentium ausus est imperare, *Nonne*, inquit, *ante sepulcrum Domini misso Archidiacono praecepisti ut talia disputans conticesceret? Quis hoc usquam presbytero suo coram plebe imperavit Episcopus? Nonne cum de Anastasi pergeretis ad Crucem, & ad eum omnis aetatis & sexus turba conflueret*, & quae sequuntur. Templi quoque hujus, sed tacito Anastasi nomine, honorifica fit mentio in itinerario Hierosolymitano. *A sinistra*, inquit, *parte monticulus Golgotha, ubi Dominus crucifixus est. Hinc quasi ad lapidem missum crypta, ubi corpus ejus positum fuit, & tertia die resurrexit. Ibidem nunc jussu Constantini Imperatoris Basilica facta est, id est Dominicum mirae pulchritudinis.* At nomen etiam expressit Eucherius Lugdunensis in libello de Hierosolymitanae urbis situ, quem in Vaticana vidimus, ad Faustinum, seu Faustum potius, insulanum presbyterum, hoc est, Reiensem. Sic enim in eo post alia scribit: *Primum de locis sanctis, pro conditione platearum, divertendum est ad Basilicam quae Martyrium appellatur, a Constantino magno cultu exculta. Dehinc ab occasu inhaerent Golgotha & Anastasis. Sed Anastasis in loco est resurrectionis, Golgotha vero medius inter Anastasim. At Martyrium locus est dominicae passionis, in quo etiam rupes apparet, quae quondam affixa Domini corpore crucem pertulit.* Ex quibus omnibus liquet, Constantinum diversis in locis Basilicas duas erexisse, unam in loco passionis, quae Martyrium & Crux appellata sit: alteram in loco resurrectionis, cui proprium nomen Anastasis & Dominicum. Ab hac ergo ad illam qui pergerent, ab Anastasi ad Crucem pergere dictos a Hieronymo. Anastasim denique pro Basilica positam interpretamur in subscriptione Sabini Diaconi Anastasis, sub finem Synodi sub Menna, his verbis: Σαβῖνος διάκονος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, ἀποκρισιάριος Πέτρου ἁγιωτάτου πατριάρχου Ἱεροσολύμων, ἀκολουθῶν Μάγνῳ καὶ Ἡρακλείῳ ὑπέγραψα. *Sabinus Diaconus sanctae Christi Anastasis, Apocrisiarius Petri sanctissimi Patriarchae Hierosolymorum, sequens Magnum & Heraclium subscripsi.* Latinus interpres pro Anastasi Resurrectionem dicere maluit: sed Diaconus Resurrectionis, nisi de Templo intelligatur, dici commode vix potest.

II.

Perperenorum nummus. Insignis Plinii locus ex eo emendatus.

JUvat nos reminisci, juvabit & alios qui nesciunt, quo pacto ad Plinianam emendationem perventum sit cognoscere. Venerat in manus meas Græcus nummus æreus, mole quidem perexiguus, sed forma & arte non inelegans, signatus utraque ex parte, hinc Genii popularis capite, hinc uva prægrandi, cum inscriptione ΠΕΡΠΕΡΙΝΩΝ *Perperenorum*. Aliud tunc mihi suspicari non licuit, quam designari locum vini copia & fama nobilem cujusmodi ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ, ΚΝΙΔΙΩΝ, ΘΑΣΙΩΝ, Byzantiorum, Cnidiorum, Thasiorum nummos alios videmus, racemis pariter eandem ob causam, & Bacchi capite vel tota figura insignes. Est autem Perperena Straboni & Plinio Æolidis seu Mysiæ civitas in Asia minore. Posthæc cum animum aliquando ad evolvendum Plinium adjecissem, incidi fortuito in eum locum libri xiv. cap. vii. ubi narrat Appollodorum medicum, in volumine quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet, cunctis prætulisse Præparentium. Quibus in verbis mendum inesse omnes consentiunt. de Præparentio enim vino cui unquam mortalium auditum est usquam? mendum autem qui tolleret, ad hunc diem repertus est nemo. Mihi vero nummi nostri Perperenam meditanti spes suborta est, posse hinc aliquid opis derivari. Quare Manuscriptos consulere institui, ab eoque sum exorsus, qui ad manum erat inter Codices domesticos. Verum is expectationem fefellit, nihil discrepans a vulgatis. Veni ergo ad regiam Bibliothecam, in qua mihi quatuor primum ostensa sunt volumina, in speciem prorsus non spernenda, sed hoc minus faventia, quod Præparentium & ipsa præferebant, & cum vulgatis itidem conspirabant. Pene jam animo despondebam, spesque omnes abjeceram, cum quintus Codex affertur, ex Mediolanensium olim Ducum Bibliotheca in Regiam translatus, prima quidem fronte cum superioribus non conferendus, sed hoc certe loco castigatior & emendatior. quippe qui non *Præparentium*, ut ceteri, sed *Perperentium* exhibuit, unde nos, exempta literula, Perperenium certam & legitimam Plinii lectionem eliciumus. Quid enim amplius ad hanc sanciendam firmandamque desiderabatur, quam ut auctor suppeteret, qui Perpereni vini faceret mentionem? At luculentam fecit Galenus, & quidem multis in locis, sed duo nobis testes sufficient. Unus ex libro περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, *de cibis boni malive succi*. Τοιοῦτος δέ ἐστιν οἶνος παρ' ἡμῖν ὁ ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερίνη, τῇ μὲν ὁμόρῳ Μυρίνῃ τῇ δὲ Περγάμῳ. *Tale*, inquit, *apud nos est vinum, quod apud Ægas, & Perperinam, quæ quidem finitima est Myrinæ, hæc vero Pergamo*. Alter e libro v. περὶ ὑγιεινῶν, *de salubribus*: Μέλανες δὲ ἄλλοι καὶ παχεῖς· ὥσπερ ὁ ἐν Κιλικίᾳ μὲν Συβάτης, ἐν Ἀσίᾳ δὲ Αἰγαιάτης τε καὶ Περπερίνιος. *Alii*, inquit, *nigra & crassa. quemadmodum in Cilicia quidem Sybates, in Asia vero Ægeaſe & Perperinium*. Perperinam enim pro Perperena isterine ætas usurpavit, superior per secundam vocalem, ut Strabo libro vii. Περπερήναν, & Plinius lib. v. capite xxx. *Perperene civitas*. & capite eodem in populis, qui ad Pergamenam jurisdictionem conveniunt, Perpereni numerantur. & lib. xxxi. capite vii. *In Perperenis fons est, qui quamcumque rigat lapidem terram facit*. & quod vetustatis est argumentum, in nummo nostro, ΗΓΕΜΟΝΙΑ ΠΕΡΠΕΡΗΝΩΝ. *Præfectura Perperenorum*. Adeo hujusce duplex laus est, quod Perperenium Plinio restituit, & scribi quid debeat ostendit.

Ceterum quæ Perperena primum, eadem postea Theodosiopolis est nuncupata. Unde inter Episcopos Epheso metropoli adscriptos recte in vetere Notitia exponitur ὁ Θεοδοσιουπόλεως ὁ τῆς Περπερίνης. & qui ab aliis inter Asiæ Episcopos nominatur ὁ τῆς Περπερίνης, idem ab Hierocle in Synecdemo Θεοδοσιούπολις appellatur: aliaque id genus passim, & in Notitiis, & in Synodorum subscriptionibus, & apud alios observare est.

III.

Hanniballiani Regis nummus. Securitas, non stans, aut sedens, sed jacens interdum efficta.

MAgno in numero veterum nummorum; qui Romæ olim cum essem, tum primum ex tenebris eruti, ad me delati mihique dono dati sunt, plerique omnes Constantinianorum temporum, vel eorum quæ proxime secuta sunt usque ad Honorium, reperti sunt inter ceteros non alii plurimi non vulgares, tum carissimus omnium Hanniballiani Regis, illius caput una ex parte referens, cum inscriptione Cl. Hanniballiano Regi, ab altera feminæ jacentis simulacrum, cui titulus Securitati publicæ. Hunc ego nummum in æs incisum Henrico Valesio amico singulari cum dedissem, atque is ejus opera exiisset in lucem, despicatui ab altero amico habitus est atque contemptui, ut qui umbram ipsi potius prisci operis referre videretur, quam certas ejus reliquias, senioque ac vetustate deformatus, ad ceteros defectus, pro viro feminam reddat. Fluvii quippe typum vult fuisse, urnamque de more cum profluente habuisse, quæ postea exoleverint, restituique ex altero simili ejus nummo nunc debeant. Mihi vero, ut quod res est dicam, & urna hæc, & reliquus fluvialis apparatus, in amici nummo suspectus est. quem quidem os in nostro nunquam fuisse non dubito, ita cur in eo desiderandus sit non video. Qui enim convenias tam alieno in loco, ubi nec argumentum titulo respondeas, nec titulus argumento? Quid enim quæso commune habeant vel Securitas cum fluvio, vel fluvius cum Securitate? Ac velim sane nos doceat, qui tot veterum nomismatum acervos eventilavit, amplissimisque commentariis illustravit, ecquam in his omnibus fluvii ullius imaginem deprehenderit, cujus proprium fere nomen non tota fuerit inscriptio, ut Tiberis in Antonini Pii nummo, Nilus in Hadriani, Danubius in Trajani. De Securitatis autem titulo, quem in aversa hujus partæ cernimus, & in aliorum

plurimis videre eſt, deque ſimilibus Spei, Pacis, Victoriæ inſcriptionibus, quæ paſſim occurrunt, quis neſcit nuſquam apponi, quin res ipſæ continuo, quas indicant, ſuis notis expreſſæ ſubjiciantur. Spes cum floſculo, Pax cum oleæ ramo, Victoria cum ſuis inſignibus, eodemque modo Securitas nunc ſtans & columellæ innixa, nunc in cathedra reſidens manu ad caput diverſe admota? Quæ cum ita ſint, quis hinc effici non videt, feminam hic ſemijacentem, & ſeipioni brachiis manibuſque incumbentem, longe aliter quam in fluviis, qui toti ferme reſupini jacent, & quorum brachia diviſa ſemper, & alio atque alio diſtenta, non fluvii typum aliquem, ſed ipſam Securitatis ſpeciem atque formam eſſe, quam ſuperior titulus promittebat? Novam illam qui-

A dem & paucis cognitam, ſed de cujus auctoritate ambigi ſit nefas. Cur enim de hac potius quam de ceteris? Nam cum ex ejuſdem Monetæ officina omnes prodeant, & hinc fidem famamque omnes hauriant, ſi alias admittimus, cur hanc ſolam repudiemus? Ex quo uno, ut ad te redeam, tecumque concludam, mi Triſtane, agnoſcis profecto, nec in nummo noſtro temerandum quicquam aut in-

B terpolandum, & quanti a nobis fieri merito debeat, qui tantillo in ſpatio, cum quinarii argentei menſuram vix æquet, duo iſta conjungat, ut & Hanniballiani formam hactenus ignotam oculis noſtris exponat, & Securitatem, quam ſtantem dumtaxat aut ſedentem noveramus, jacentem etiam pingi fingique aliquando ſolitam nos admoneat.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

ANTITRISTANUS,

SIVE

AD JOANNIS TRISTANI SANCTAMANTII

de triplici nummo antiquo Epiſtolam,

RESPONSIO.

Anno MDCL.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

ANTITRISTANUS,

SIVE

AD JOANNIS TRISTANI SANCTAMANTII

De triplici nummo antiquo Epistolam,

RESPONSIO.

NUuquam existimavi futurum, mi Trista-
ne, ut vetus illa necessitudo, quæ in-
ter nos pari ut sperabam fide coaluerat, ullo
uoquam eventu posset, uon dicam dirimi, sed
quoquo modo labefactari. De me enim fidei-
que & constaotiæ meæ proposito conscius eram
mibi: de te vero, etsi non deerant, qui autem
subinde vellereot, teque αὐθάδη & iræ aliquan-
do impotentiorem affirmarent, mibi tamen il-
li, seu quia expertus nou eram, seu quia ne
crederem prohibebat amor, minime persuade-
bant. Nunc incertus ut hæream, & quo in me sis
fuerisve animo statuere uou possim, facit ra-
Pag. 5. biosula Epistola tua, in qua scribis & expostu-
las, te, cum sæpius hortatus esses, ut de num-
mis antiqnis aliquid exemplo tuo in lucem da-
rem quod publico prodesset, impetrare ab igna-
via & veterno meo nibil potuisse. In quo qui-
dem quamvis frequentium istarum adbortatio-
num obliviosus senea parum memini, tua ta-
men causa uon recuso quin pro veris habean-
tur. Sed uuum quæso te, idque bona fide ut
enuuties oro. Quando ita nos ad scribendum
impellebas, perspecta tibi erat, de qua nunc
triumphas, inscientia & inertia mea, an non-
dum cognita? Ignotam post tot annos si dixeris,
reclamabunt qui te in observandis aliorum erra-
tis occulatum vident, nec semper sane luscitio-
sum. Quod si perceptam habebas, quid consilii
tibi fuit, ut asinum ad lyram, quod aiunt,
hoc est hominem tuo judicio rudem io his re-
bus & imperitum, sed amicum, tui peramantem,
& de te nuuquam male meritum eo adigeres,
ut suo se libro tuis doctorumque omnium lu-
dibriis deridendum exponeret? Quid enim est
concordiæ & amicitiæ jura violare, si hoc nou
est? Pupugerat te, ut audio, quod de Hauni-
balliani nummo nostro contra quem scripseras
sentiebam. At quanto justior mea de te que-
rela foret, qui provocasti, atque ea nunc le-
ge, ut apparet, vis mecum agi, ut tibi oppu-
gnare mea liceat, mibi non liceat defendere! Ve-
rebare præterea, ut fama est, ne quoniam Romæ
in aliquo oumero fuur. Commentarii tui, pa-
rum his cousuleres, nisi de me, qui uno iu ca-
pita reluctari ausus essem, Romanis quis sim ope-
ra tua innotesceret. Et boc itidem apad amicos,

A cut durior in me fuisses, causari te non aram
nescius. Sed operam profecto, mi Tristane, lusi-
sti. Quis enim ego sim, quam exigui ingenii,
& quam exilis doctrinæ, jam olim compere-
rant, coramque didicerant Romani: & si quid
egisti, uude illi deterius de me sentiant in po-
sterum, damuo tuo egisti. ut & suspecta esse
incipiant, quæ ibi de laudibus tuis commemo-
rabam, & vana defensio, qua libros tuos, cum
reprebeudebantur, protegere vel excusare co-
natus sum. Quare tua quoque, ut vides, iu-
tererat, integram & illæsam Romæ Sirmondi
famam esse. Ceterum ut missa hæc faciamus,
B quoniam ut Epistolæ tuæ respondeam, publicæ
utilitati me debere intelligis, na indiscussa &
in obscuro maneant quæ objecisti, age, redi
ad pristinam serenitatem, pacatoque ac tranquil-
lo animo accipe quæ reponam. Ego te, cum
meliora suggeres, audiam non illibeuter: tu
da operam, ut ubi ego te male doctum con-
vincam, dediscere ac emeudare uon erubes-
cas.

Ordiamur autem unde tu quoque auspica-
tus es, ab infelicis libri Titulo, quem ne in-
tactum præterires, primo loco aggrediendum
putasti. Displicet tibi bæc inscriptio, Tri-« Pag. 6.
C PLEX NUMMUS ANTIQUUS. Quid ita? quia«
tres nummos diversos triplicem nummum La-«
tine, ut ais, appellare uon licet. Nempe tri-
plicem eum audis, aliud animo, quam trici-
pitem Cerberum, aut tricorporem Geryonem,
aut triformem Scyllam vel Chimeram, aut
horum simile quippiam fingere uou potes: ac
proinde Ausonium laudabis, cum in ternarii
Gripho scribit,

Geryones triplex, triplex compago Chimera,
Scylla triplex commissa tribus, cane, virgi-
D *ne, pisce.*

eundem ut immemorem sui redargues, quod
io eodem Idyllio de iis dixit quæ uuum in
corpus compacta nou eraut,

—— triplex Helena cum fratribus, ovum,

&,

Martia Roma triplex, equitatu, plebe, senatu.

Ovidium etiam ac Virgilium haud dubie repre-
hendes, quorum alter *Deas triplices Parcas* dice-
re uon dubitavit, alter de Mantua sua loquens,

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.

De Cicerone quid statues, cujus illa sunt in Academicis. *Fuit ergo jam accepta a Platone philosophandi ratio triplex. una de vita & moribus, altera de natura rebus occultis, tertia de disserendo?* An hunc quoque reprebendes, aut ejus potius aliorumque exemplo disces, quod dudum scire debueras, TRIPLEX ab optimis quibusque scriptoribus pro tribus quibuslibet poni consuesse: nec referre, quo minus triplex nummus tres nummi dicantur, similesne illi sint, an diversi, forma, ævo, fabrica discrepent, an consentiant? Quasi non perinde tres sint nummi denarius, quinarius, & sestertius, atque horum quilibet ter repetitus: aut quia ex tribus his nostris duo sunt Græci, reliquus Latinus, alia eorum sit ratio, quam si Græci omnes forent, vel omnes Latini. Quod cum absurdum sit cogitare, ubi sunt isti amicorum tuorum cordatissimi, qui hæc ignorant, & Titulum nostrum tecum vituperant? Aut Ciceronis eloquentia contentos cum eo loqui nos sinant, aut si plus exigunt, facessant, quia *Nobis non licet esse tam disertis*. Tu vero, mi Tristane, quoniam pueriles sunt ista scholæ ac tyrocinii, cave ne si his tam sero hac senili ætate imbuendus es, merito elementarius senex, & quod Græci dicunt, ὀψιμαθής videare. Pag. 6.

De Titulo, ut opinor, satisfeci: sequitur ut de nummis singulis quid objectes audiamus. Parum enim ad triumphi tui gloriam visum est in uno vincere, nisi de omnibus triumphares. Quanquam in primo certe modestior fuisti. Nam cum in aversa ejus parte Anastasim docuissem rotundi illius templi nomen fuisse, quod in resurrectionis Christi loco fuerat superstructum, atque hoc sensu ab Hieronymo usurpatam vocem, & ab aliis quos commemorabam, nihil horum reprehendisti. At tamen pulcherrimum desiderari ornamentum quæstus es, quod Anastasis alterius Constantinopolitanæ, quam a Cedreno didiceras, non fecerim mentionem. Quasi vero, etsi Cedrenum ita scripsisse constaret, parerga me tua excessusque imitari oportuerit, ut cum de Hierosolymis sermo esset, ad exteras oras evagarer. Sed erras, mi homo, & parum vides, si apud Cedrenum, quod ex Theodoro Lectore, Theophane, Nicephoro, & aliis, qui idipsum incendium narrant, deprehendere poteras, pro Anastasieo loco Anastasiam legendum non vides. Audi omnium vice testantem Theophanem ad annum v. Leonis. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐμπρησμὸς μέγας γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, τῇ β΄ τοῦ Σεπτεμβρίου Ἰνδ. ιε΄. ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ νεωρίου, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ναοῦ τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τῶν Ἀμαντίου. Μαρκιανὸς δὲ Οἰκονόμος, ἀνελθὼν εἰς τοὺς κεράμους τῆς ἁγίας Ἀναστασίας κατέχων τὸ εὐαγγέλιον, εὐχαῖς καὶ δακρύοις ἀβλαβῆ τὸν οἶκον ἐφύλαξεν. *Hoc anno incendium Constantinopoli fuit, die II. Septembris, Indict. xv. a navali ortum, & progressum usque ad ædem S. Thomæ in Amantianis. Martianus autem Oeconomus, cum ad S. Anastasiæ tegulas ascendisset cum Evangelio, precibus & lacrymis illæsum templum servavit.* Ac ne dubium sit Martyrem Anastasiam designari, Cedrenus ipse tibi est auctor, qui primo Leonis ejusdem anno sic scribit. Τούτῳ τῷ ἔτει ἐκομίσθη τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Μάρτυρος Ἀναστασίας ἀπὸ τοῦ Σιρμίου, καὶ κατετέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς, ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις. *Hoc anno allatæ sunt* Pag. 7. 8.

A *Sirmio reliquiæ sanctæ Martyris Anastasiæ, inque ejus templo depositæ, quod est ad rostra Domnini.* Repete animo singula, sic reperies: Anastasiæ martyris ædem a Marciano Oeconomo, ut Cedrenus docet, conditam, in hanc postea illatas martyris Anastasiæ reliquias, ab eodemque Marciano, qui condiderat, eamdem sanctæ Anastasiæ basilicam ab incendio liberatam. Ubique, amice, Anastasia, nusquam illa, quam obtrudis, Anastasis: Quare habe tibi, & abde, si sapis, pulcherrimum hoc munus tuum, mihi nec usui, nec ornamento, tibi, si ostentare pergis, pudori futurum ac dedecori.

Jam sentis, opinor, pro voto tibi non evenisse primam impressionem tuam. De proxima
B nunc, qua Plinianam lectionem lacessis, videndum an lætiorem exitum habitura sit. Primum ergo ipsa Plinii verba, unde orta est contentio, ex lib. XIV. cap. VII. integra, quando ita jubes, recitentur. Sic autem habent: *Apollodorus medicus in volumine quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet; Italicis etiam tum ignotis, laudavit in Ponto Naspercenitem, mox Oreticum, Oeneatem, Leucadium, Ambraciotem, & quod cunctis prætulit, Præparentium. sed minoris famæ esset dixit, quoniam ante sex annos non placeret.* Hic tu pro *Præparentium*, quod corruptum esse omnibus est in confesso, *Peparethium* legi oportere, idque a me, cum ab aliis observatum non ignorarem, dissimulatum crimi- Pag. 9.
C naris. Ego vero, mi Tristane, cur dissimulassem! An verendum erat, si meminissem, ne qui Peparethium a quibusdam ex antiquo exemplari, vel ex conjectura substitutum audirent, ægre me de Perperenio aut Perperentio ferrent, tametsi hujus lectionis vindex esset codex Cæsalpinus, & de vino Perperenio testes haberem veterem nummum & Galenum? In re haud dubie pari par erat expectandum judicium. At tu disparem arbitraris, quia consentaneum, ut ais, non fuit vinum Regi a medico suaderi, quod vitiosum esset, cujusmodi erat Perperenium, sed quod optimum, quale Pepare- Pag. 10. Pag. 11.
D thium. Nempe hoc scamma, hæc arena est, in qua nobis dimicandum, ubi aut me causa cadere liqueat, aut te frustra in deprimendo Perperenio, vel in extollendo Peparethio desudare. Ecquos igitur clientis hujus tui numeras suffragatores? Heraclidem, Aristophanem, & Athæneum. Julium enim Pollucem prætermitto, qui de vino Peparethio præter nudum nomen nihil habet, causamque tuam nihil adjuvat. Tres itaque sunt reliqui. Quid si autem horum ego te abuti ostendero testimonii? Prodeat namque, ne longa sit mora, in medium Heraclides, in eo quem laudas libel-
E lo περὶ πολιτειῶν, de Peparetho quid ait? Αὕτη ἡ νῆσος εὔοινός ἐστι, καὶ εὔδενδρος, καὶ σῖτον φέρει. *Hæc insula vini admodum ferax, nec non arboribus consita, & frumenti fertilis.* Dic amabo, cur spreta I. Vulteii justa & recepta versione, tuum illud magnificum intrudis, *Hæc insula optimorum vinorum est feracissima*? Ut causæ nimirum servias, & optima Peparethiorum vina conficias. Alioqui cur εὔδενδρον similiter, non arboribus bene consitam, ut par fuit, sed præstantissimis & optimis arboribus refertissimam non es interpretatus, nisi quia hinc ad causam tuam quod raperes non affulgebat? Jam & ex Aristophanis versibus quod assecutus tibi videris vinum Peparethium inter calidioris naturæ Pag. 13. 14. Pag. 14.

vina censeri, quid hoc ad propriam ejus laudem facit, quod omnibus fera viois commune est, quodque titulo quodam præcipui Perperenin debetur, cujus teste Galeno summa vel summæ proxima fuit caliditas? Athenæi porro in libro XIII. qua fiducia ausus es facere mentionem? Nam illic quidem præter aurei vasis nomen, quod Delphos misisse dicuntur Peparethii, nec cur missum sit explicat Athenæus, nec istorum quicquam habet, quæ tu de optimi vini copia publicaque ob illum gratulatione fabularis. Quis ergo tantam industriam tuam, vel confidentiam non miretur? Prorsus enim, si tibi quæ placent pro arbitrio fingere atque interpretari fas est, antiquis jam Sardis nibil debes, qui olim quæ volebant somniare dicebantur. Ceterum quoniam de Peparethii vini causa, ut video, perorasti, & auditi sunt testes tui, quorum unum subornatum, alterum ἀδιάφορον, tertium alinguem, mutumque probavimus, nec alium habes quem proferas, ego tibi unum a te prætermissum, tanquam epistolæ tuæ pulcherrimum emblema suggeram, qui te cunctosque de vino Peparethio quid sentiendum sit edoceat. Nec verendum, ne testimonii hujus aut magisterii parva sit auctoritas. Est enim Bacchi ipsius symposiorum principis, cujus judicium de vino non potest esse non acerrimum. Denique ne te suspensum diu teneam, Bacchum Hermippus in primo Athenæi sic loquentem inducit.

Μενδαῖον μὲν ἐνουροῦσι καὶ οἱ Θεοὶ αὐτοὶ,
Στρώμασιν ἐν μαλακοῖς. Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον,
Καὶ Θάσιον, τῷ δὲ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή.
Τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
Τῶν ἄλλων οἴνων μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
Ἔστι δέ τις οἶνος, ὃν δὴ Σαπρίαν καλέουσιν.
Οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομενάων,
Ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου,
Ὀσμὴ θεσπεσία κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ.
Ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ,
Τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ.
Τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.

Mendaum ipsa etiam cælestia numina potant,
Mollibus in stratis, & quæ Magnesia gignit
Lenia, tam Thasium mali quod spirat odorem.
Hoc ego præ cunctis excellere censeo vinis,
Inculpatum si demas, & nobile Chium.
Est & vinum aliud, Sapriam quod nomine dicunt,
Cujus aperta cadi summi dum labra patescunt,
Et violas olet, atque rosas, suavemque hyacinthum,
Et celsas divinus odor circummeat ædes.
Ambrosia simul est & nectaris hoc vice nectar.
Hoc epulas inter potandum fundere amicis
Usque meis opus est, inimicis de Peparetho.

Triste profecto & acerbum aliquid Peparethio vino inesse oportuit, ut inimicos suos Bacchus hoc potu damnaret. Tu vero post hæc, Tristane, quid censes? Rectumne judicas & consentaneum, ut quod vinum amicis suis dari Bacchus vetat, id bibendum Ptolemæo Regi suadeat Apollodorus? Cogita etiam atque etiam. Ego interim Perperenium nostrum a calumniæ tuæ nota vindicabo. Gravem enim, ut videris, ac severum hujus vini censorem nactus es Cl. Galenum, qui in libro V. ὑγιεινῶν, de tuenda sanitate, hæc scribat, Μέλανες δὲ οἶνοι καὶ παχεῖς, ὅσοι στύφουσιν, ἐν γαστρὶ μένουσι χρόνῳ πολλῷ, καὶ κλύδωνας ἐργάζονται κατὰ αὐτὴν, ὥσπερ ὁ ἐν Κιλικίᾳ μὲν Σιβάτης, ἐν Ἀσίᾳ δὲ Αἰγεάτης τε καὶ Περπερίνιος. *Nigra vero vina quæcumque adstringunt, ea longo tempore in ventre manent, & fluctuationes in eo excitant. sicut quod in Cilicia nascitur Sybates, & in Asia Ægaasim & Perperenium.* Quid hoc loco apertius? quid acrius? Sed quid responsurus sim rogas, Tristane? Quod minime reris. Parum æquis in Perperenos oculis Galenum te legisse, qui quæ adversa illis putabas collegeris, ea omiseris quæ favebant. Ἐν στύφουσι, id, est in adstringentium & austerorum numero recensitum narras a Galeno Perperenium. quod peræque observandum erat cur omittis, στύψιν seu austeritatem istam ejusdem Galeni judicio levem ac nullius momenti fuisse? An Galeni hæc quoque non legeras in libro περὶ εὐχυμίας καὶ κακοχυμίας, *de cibis boni malive succi?* Τελέως μὲν οὖν εἰσὶ γλυκεῖς, ὅ, τε Σκυβελίτης καὶ ὁ Θηραῖος. αὐστηρὸς δὲ ἅμα καὶ γλυκὺς, ὁ Κιλίκιος ὁ Ἀβάτης, ὁ ἀπὸ κώμης τὴν προσηγορίαν ἔχων. οἱ δὲ ἐν Αἰγαῖς καὶ Περπερίνῃ μέσοι τούτων εἰσὶν, οὔτε γλυκεῖς ἀκριβῶς ὄντες, οὔτε στύψιν ἔχοντες ἀξιόλογον, ὁμοίως τῷ Κιλικίῳ. *Perfecte itaque dulcia sunt Scybelites & Theræum: austerum vero simul & dulce quod in Cilicia est Abates a vico nomen habens: quod vero apud Ægas nascitur & Perperinum, iis horum sunt media: quod nec plane sunt dulcia, nec austeritatem habent mentione dignam, similem Cilicensi.*

Rursum diu in ventre morari Perperenium, fluctusque in eo excitare, arguis iterum ex Galeni libro V. ὑγιεινῶν. Audio. Sed cur quod in eodem libro significat non addis, novellorum tantum noxam hanc fuisse, quæ vetustate deleretur? Repete paulo altius superiora, & quæ de Mysio vino inter cetera dici audies, de Perperenio potissimum dicta interpretare. Ὥσπερ δὲ τοῖς παισὶν ὁ οἶνος ἐναντιώτατον, οὕτω τοῖς γέρουσι χρησιμώτατον. ἔστω δὲ τὴν φύσιν θερμότερον. ἐστὶ δὲ τῶν Ἑλληνικῶν Ἀρουσίαις τε, καὶ ὁ Λέσβιος, καὶ ὁ καλούμενος Μυσιος. οὐκ ἐκ τῆς περὶ τὸν Ἴστρον Μυσίας, ἀλλ' ἐκ τῆς Ἑλλησποντίας ὀνομαζομένης. ὅπερ ἐστὶ κατὰ τὴν ἡμετέραν Ἀσίαν ὁμοροῦσα Περγάμῳ. τῶν δὲ ἐκ τῆς Ἰταλίας, ὅ, τε Φαλερῖνος καὶ ὁ Συρρεντῖνος. ἐφεξῆς δὲ αὐτῶν εἰσι, κατὰ μὲν τὴν Ἰταλίαν, ὅ, τε Τιβουρτῖνος καὶ ὁ Σιγνῖνος, ἀμφότεροι παλαιωθέντες, ὡς νέοι γε ὄντες, οὐδ' εἰς ἀνάδοσιν ὁρμῶσιν, οὔτε οὖρα κινοῦσιν, ἀλλ' ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴν γαστέρα μένουσι κλύδωνας ἐργαζόμενοι. *Sane vinum, sicuti pueris est alienissimum, ita senibus est aptissimum. Esto autem id ex his quæ calidioris naturæ sunt. qualia sunt in Græcia quidem Arvisium & Lesbium, & quod Mysium vocant, non ex ea Mysia, quæ ad Istrum est, sed ex ea, quæ Hellespantia dicitur, quæ nimirum in nostra est Asia Pergamo vicina. Ex Italicis vero, Falernum & Surrentinum. Proxima his sunt, in Italia quidem Tiburtinum & Signinum, ambo vetera, quando novella nec deductionem nutrimenti in corpus adjuvant, nec urinas promovent, sed diu in ventre fluctuantia permanent.* Satisne aperte postrema hæc verba quod dicebamus declarant, cessare hanc noxam & aboleri vetustate? Nam de Tiburtino tantum & de Signino accipienda ne potes, de omnibus universa concludit. Τούτων οὖν μηδεὶς παλαιωθέντων πίνειν χρὴ τοῖς πρεσβυτέροις, ὅσοι μὴ πάνυ γε κεφαλὴν ἰσχυρὰν ἔχουσιν. οἷς δὲ ἰσχυρὰ, τούτοις Φαλερῖνός τε καὶ Συρρεντῖνος, Ἀρουσίαις τε,

Pag. 14.

Pag. 12.

καὶ Λέσβιος, καὶ Μύσιος, καὶ Τμωλίτης ἐπιτήδειοι. *Ergo de his modica antiquitatis bibendum senibus est, utique quibus valentius caput non est: quibus autem est, his & Falernum, & Surrentinum, & Arvisium, & Lesbium, & Mysium, & Tmolites idonea sunt.* Quæ tu singula, Tristane, si pari studio adnotasses ac perpendisses, scires utique, in vinis generosis, quæ ferociora plerumque nascuntur, commune quoddam remedium esse vetustatem, tenuiora & suaviora ævo reddi, annisque edomari quicquid in his acerbi est & ingrati. Nigra quoque ista & crassa, in quibus & nostrum censetur, quæ promptioris potiorisque sunt alimenti, colorem cum annis mutare, & post subram atque fulvum, ad flavum, qui omnium est optimus, pervenire. Nec ansa, ut Strabo lib. v. testatur, certare cum optimis Surrentinum cœpisse, quam παλαιωθεῖσα, & ætatem ferre compertum est. Denique hoc ipsum in Plinii verbis spectasse Apollodorum, quando minoris famæ Perperenium esse dixit, quoniam ante sex annos non placeret: ut hic etiam verum sit, quod sequenti capite existimatum docet, *Omnia transmarina septem aut sex annis ad vetustatem mediam pervenire.* Quapropter cum repulsa, ni fallor, ac dissoluta sint omnia, quibus Plinianam lectionem nostram impetebas, pridemque explosa quæ pro suscepta tua ingerebas, videris deinceps, an invito Baccho in Peparethii tui defensione obdurandum putes. mihi certum est Perperenii causam, nisi me fortior quispiam ab ea Tristanus alter dejiciat, non deserere. Neque mihi hujus defendæ auctores mea sententia essent, vel Petrus Danesius, qui ceteris viam muniit, vel Ferdinandus Pintianus, vel Hadrianus Turnebus, si viverent, ac Perperentium in codice Mediolanensi mecum nacti essent: quippe qui facile animadverterent, affinitatem vocis, qua una ducti Peparethium Præperentio substituendum conjiciebant, in Perperentio disparem non esse, in ceteris omnibus prærogativam, cur anteponi debeat, longe superiorem.

Restat ergo tertius numero ac serie nummus Hannibaliani, scopulus ille naufragii mei, tuarum in me, si dici fas est, follis & coryceus declamationum. Pag. 15. 16. Sic enim nummuli hujus gratia excandescis, sic stomacharis, ut aliam in te Tristanum intueri videar quam solebam. Quid hoc autem rei est, quod stomachum movit? Quod in aversa ejus parte feminam expresserim, quam tu feminam negas fuisse. Scias, inquis, Securitatis aut feminæ alicujus, quæ Pag. 17. eam exprimat, hanc effigiem non esse, sed hominis seminudi. Quid ais, mi Tristane? quod tibi verbum excidit? An hominem credis dici non posse quæ sit femina? Ergo, ut antea Ciceronem, sic Servium nunc Sulpitium Latine putas non locutum, cum ad Ciceronem ipsum scribens de Tullia ejus filia diceret, *quoniam homo nata fuerat?* Sed virum, opinor, ex maternæ linguæ usu intelligi voluisti, & viri, hoc est fluvii, non feminæ cujusquam effigiem hanc esse, idque ut agnoscam a me cupis extorquere. At serum est, Tristane, quod optas, & ut serum nunc sit, tute studio nimio & contentione tua perfecisti. Etenim si postquam ad ea quæ in Commentariis tuis objeceras in Triplicis nummi libello respondi, tua sponte conticuisses, liberum cuique tunc erat de utriusque nostrum sententia nobis quiescentibus ac silentibus judicare. Nunc vero postquam novo Epistolæ tuæ classico cunctos excivisti ad nummi nostri spectaculum, tanquam Thespias ad Cupidinem, accurrerunt tam multi, deque muliebri hac effigie, quam oculis suis hauriebant, ita constantissime assensi sunt, ut mihi deinceps dissimulare integrum non sit. Venit inter alios PETRUS SEGUINUS Sancti Germani Antistes, vir, ut ceteras ejus laudes taceam, veterum numismatum intelligentia, & selecta horum copia quam possidet, notissimus. Qui ut controversam imaginem conspexit, quasi a nobis consultus, ultro tamen, & præter audientium expectationem exclamans, Femina est, inquit, femina est, & feminam esse coma capitis Sabinianæ similis demonstrat, femina est. Huic tu tam aperto, tam diserto tanti viri oraculo, Tristane, non cedes? Masurioque nostro eris obstinatior, qui ea ipsa convictus, (aderat enim, & una contuebatur) Hannibalianum nostrum suo fassus est expressiorem esse, atque illustriorem? Quod si de suo ingenue hoc fassus est Masurius, tuque de tuo in Commentariis tuis negare non es ausus, adeo evanida in illo & obscura quædam esse, ut discerni nequeant, quid concludi potest convenientius, quid vero propius, quam cum dubium esse nummum vestrum ac suspiciosum ipsimet annuatis, de nostro præter vos ambigat nemo, si quid interpolandum est, non ad tui specimen, quod volebas, redigi meum oportere, sed tuum potius ad mei? Quo semel constituto, quid inter nos reliquum est controversiæ? Poteram itaque scribendi finem hoc loco facere, atque illa omnia quæ de Fluviorum Securitatisque titulis disputas, mirisque modis nos exagitas, tanquam otiosa & parerga silentio præterire. Sed non patitur amoris nostri magnitudo, ut in his etiam hærere te sinam, vel errare, in quibus aut nullide, ut ostendam, dissimulas, aut innocenter allucinaris. Quid enim habes, quo falsum id esse doceas, quod de fluviorum imaginibus, quæ in Pag. 24. nummis expressæ sint, dixi in his fere ipsum cujusque nomen pro titulo esse? Multas sane profers, in quibus, ut ais, fluvii nomen non legitur: sed qui ad rem nostram nihil faciunt. An nescis de iis fluviorum imaginibus nos agere, quæ aversam nummi paginam totam implent, vel præcipuum ejus sunt argumentum. cujusmodi est illa, quæ disputationi nostræ causam dedit, jacens effigies, quam tu Fluvii vis esse, & cujusmodi sunt illæ, quas dicti mei testes advocavi, Tiberis, Nili, Danubii, in Antonini, Hadriani, Trajani nummis, cum singulorum nominibus imagines? Tu vero nummos colligis, in quibus fluviorum si qua est effigies, ea non operis princeps, sed adventitium quoddam est additamentum: & miraris fluviorum in his expressum nomen non fuisse, quod exprimi non debuit. Cur enim Trajani nummus iste quem laudas, Mesopotamia in aversa facie nominatim commemorat? quia præcipuum erat ejus argumentum. Cur Tigrin & Euphratem ibidem incisos non nominat? quia fortuito, Pag. 25. Mesopotamiæ quam designant causa sunt additi. Et quia Græcorum quoque exempla sunt in promptu, cur tuo judicio in M. Aurelii nummo, quem Romæ apud Illustrissimum virum Franciscum Gottifredum vidimus, ΠΥΝ-

ΔΑΚΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ *Rhyndacus Apolloniatarum* directo nominatur? quia totam aream fluvii genius occupat. Cur apud eundem in altero L. Veri nummo dispar est titulus,
Apolloniatarum ad Rhyndacum? quia praecipuum in eo fluvius non est argumentum, sed Apollonia ad Rhyndacum posita. Quare aut de istiusmodi nummis me non locutum sciebas, Tristane, & dissimulas, aut de his etiam loqui putas debuisse, & allucinaris.

Pag. 19. 20. 21. 22. 23. Nec vero minor est altera, tametsi occultior de Securitatis nomine tergiversatio, qua uteris, ut a me falso dictum ostendas, sub Securitatis titulo ipsius mox Securitatis effigiem in antiquis nummis solitam repraesentari. Vis autem erroris tui fontem ut compendio patefaciam? Nos veram & genuinam Securitatis appellationem a ficta & tralatitia Securitate distinguimus, tu confundis: nos Securitatis imaginem illam dicimus, de qua omnes consentiunt, quae vel columellae innixam, vel residentem in cathedra Deam exhibet, qualem nobis veteres libri, picturae, monumenta omnia describunt, & qualem in Neronis, Galbae, Vespasiani, Antonini utriusque, Getae, Macrini, Gordiani, Philippi, Treboniani, Valeriani, & aliorum nummis cernimus. Tu nullo discrimine, pro vera & sincera Securitatis imagine fictitias & frivolas consectaris. Quid mirum si tam diversis itineribus ingressi, eandem ad metam non tendimus? Et cum figurandae Securitatis exempla ab iis essent petenda Principibus quos dixi, alios mavis, qui sub ementitae Securitatis titulo alienas a Securitate figuras, sed ipsorum sensu congruentes proposuerunt, Otho cum corolla, Antoninus cum palma, Valens cum labaro, Julianus Apostata cum tauro. Nec intelligis, non vera isthaec Securitatis simulacra fuisse, sed commentitia, quae sibi quisque pro arbitrio ex iis rebus fingebat, quas ad consequendam securitatem, vel adjumento fuisse senserat, vel futuras sperabat, Otho & Antoninus victoriam, Valens Christianam religionem, impius Julianus Deorum cultum, ad quem defecerat, & taurorum sacrificia. Quae cum ita sint, iterum dicam, aut veram Securitatem a me sciebas a ficta distingui, & dissimulas: aut distingui putas non debuisse, & allucinaris. Quod si has discerni prorsus ac distingui necesse est, cur me, quia confundi eas non patior, supinae oscitationis accusas? cur deliramenta loqui dicis? cur fascinum mihi, & gloriolam exprobras, & pertinaciam? Sed quo feror? Pax, mi Tristane, convitia nolo recordari; & tam prolixae tecum altercationis jam taedet. Quare tua potius bona contemplemur. Exegisti opus bonorum omnium approbatione dignum, multiplici doctrina refertum, Graecis Latinisque ornamentis distinctum, & veterum utriusque gentis nummorum, quos in lucem primus extulisti, numero, varietate, praestantia, & subtili eorum explicatione suspiciendum. Gaude praecellenti conscientiae tuae testimonio, Deoque immortali, cui debes, acceptum refer. Ceterum cave putes in opere tam longo somnum tibi nullum obrepsisse, atque in lucro tuo potius deputa, quod in errores tuos severus censor nullus inquirit. Cave & in Hanniballiano nostro, ut in hoc concludam, ne ubi feminam vident & feminam clamant omnes, fluvium tu deinceps, & barbatum fluvii genium pergas ariolari. Pag. 15. 19. 20. 28.

JACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
ANTITRISTANUS II.
SIVE
AD JOANNIS TRISTANI SANCTAMANTII
Antidotum,
RESPONSIO.

ANNO M. D. CL.

REdeo ad te, iterumque te alloquor, mi Tristane, spe quidem non integra, sed nonnulla tamen assensus & approbationis tuæ. Etsi enim postquam Epistolæ tuæ respondi, statueram apud me, si quid amplius scriberes, non respondere, atque in hac me sententia magnopere confirmarat virulenta & pestilens Antidotus tua, eo quod cassa mihi apud te, atque irrita deinceps futura omnia viderentur, quem nec orationis meæ lenitas, nec rationum momenta permovissent; duo me tamen ut consilium mutarem, teque affarer iterum, inflexerunt. Unum, ut quia sollicitum & anxium esse te audiebam, quodnam Romæ de illa tua Epistola fuisset judicium, desiderio ego tuo, cui satisfacere poteram, non deessem. Alterum, ut quia rumor increbuerat, posterioris hujus libri auctorem te revera non fuisse, sed alterum quempiam quem mercede conduxeris; experirer pro jure amicitiæ nostræ, si quid possem, quo ea quæ imperite in illo, vel impotenter scripta sunt, isti potius Subadjuvæ tuo imputanda docerem, quam tibi, culpamque in te, si qua fuit, hanc fuisse, quod causæ non bonæ patronum adsciveris non optimum. Quod igitur has partes ita suscepi, amoris fuit, ut vides, in te mei, constantisque benevolentiæ: prudentiæ tuæ nunc erit, providere, ne si quid erit noxæ, quod amoliri a te non possim, id tute nimis adamando aut adprobando ne facias tuum. De Epistola ergo tua, quid ad nos Roma perlatum sit, ex Lucæ Holstenii V. C. literis Idibus Maii datis cognosce. Sic ad nos enim post alia scribit. *Comparuit deinde Tristani inclemens sane & inhumana Epistola, quæ omnes humanitatem cum literis hic profitentes, & nomini laudique ejus ceteroquin faventissimos*, non *leviter offendit. Quæ enim, bone Deus, animi impotentia est, tantillam ob rem tam graviter & acerbe stomachari, & causam non rationibus, sed conviciis evincere conari? Quo magis miranda est tua illa prudens in respondendo modestia, digna ætate, atque ordine illo, digna fama ac nomine tot meritis in rem literariam parto*. Possem alteras quoque literas proferre, viri illustris, Romanique Exconservatoris, de quo tecum sæpe mihi cum laude sermo fuit. Sed cum ore omnium Holstenius loquatur, nihil est opus, neque tu opinor vehementer desideras. Quod si de Epistola tua Romæ hoc fuit judicium, quanto severius de Antidoto, quæ multo tetrior est, putas futurum? Non exaggerabo pudorem tuum. De conviciis enim & maledictis tuis nihil dicam, quæ probari illic non posse jam intelligis. Quo tandem risu excipi par fuit inconsultam ac ridiculam plane τῆς αὐθαδείας excusationem, quam in primo limine posuisti? Dixeram ego, te αὐθάδη a quibusdam dictum, sed mihi non persuasum. In hoc uno vocis meæ testimonio liquida & aperta erat objecti criminis depulsio. Tu vero non solum hac defensione non es usus, sed toto contra libro sic agis, sic loqueris, quasi αὐθάδη hominem exprimere velis, nobisque de te ipsum persuadere quod credere nolebamus. Quid enim aliud sibi vult illa, quam in operis fronte tibi arrogas, *hominis vere Christiani, nobilis, antiquæ ac notissimæ stirpis, nullius in quemquam injuriæ sibi conscii* magnifica ostentatio? Quid altera huic similis in operis calce, ut primis ultima respondeant, tot inter propinquos & adfines tuos, utriusque ordinis Antistitum, Heroum, Martisque, ut appellas, commilitonum splendida commemoratio? Mitto triumphantem de Cochlea Echinum, hoc est, de Sirmondo Tristanum, eximium illum ducem, qui *non arte duntaxat & dolo pugnat, sed genio & Marte decertat*. qui *non scorpionis more cauda ferit, sed ut fortem virum decet, erecta fronte atque animo caput audacter petit*. Mitto cetera generis ejusdem. unam hanc venustulam & elegantiarum plenam orationem tuam recognosce. *Equidem*, ais, *Sirmonde, existimationi tuæ injuriam facis, qui dulce crepitantibus Urania mea crepidulis obstrepas, tibi quidem importunis, verum reliquis Deorum gratissimis*. Hic ego te, Tristane, interrogo, non unde tam lepida verba furatus sis, sed utrum tibi congruere illa existimes, an homini, qui sibi placeat, sibi plaudat, sibi sit pulcher, & quæcumque sunt alia, quibus describi αὐθάδης, & coloribus suis depingi solet. Quod si gloriosi sunt ista, seseque ostentantis, nimis profecto credulus es, si delicatis Romanorum

Pag. 5. Pag. 80. Pag. 44. Pag. 70. Pag. 27. Pag. 50.

auribus crepidularum istarum strepitum placere posse confidis. Vide ne judicium tuum potius reprehendant, cum αὐθάδειαν a te, quam deprecaris, non purgari sed probari animadvertent. Sentio te, Tristane, nonnihil isto congressus nostri præludio commoveri, longamque tibi ac molestam luctam ominari, si Antidoti tuæ singula pariter excutiam. Nec difficile sane foret ostendere te, cum multa garrias, multaque effundas & inaniter effutias, nusquam non aut βατταρίζειν, aut βαρβαρίζειν, id est, aut nugari ubique, aut sincere non loqui. Ceterum noli conturbari. Cum vetere amico agam mitius, compendiumque operæ faciam, ut nec singula persequar, & in iis quæ attingam, indulgentiam meam lenitatemque non desideres.

Vis igitur, quoniam a primo capite, hoc est, a Triplicis nummi titulo rursus ordiendum est, in hoc uno non unum, sed multiplicem tuum, vel illius qui operam tibi locavit, battarismum agnoscere? Quæstio erat, si meministi, rectene a me contra quam sentiebas, ac Latine dictus sit triplex nummus. non qua notione triplicia illa dici mos est, in quibus tria quædam sunt, quæ ad unum idemque quidpiam referantur, ut in Chimæra, Scylla, Geryone, ac Cerbero videre est: sed quo pacto Triplex Grammatici de ternario quolibet ab optimis scriptoribus usurpari docent. Quod cum plurimis a me clarissimisque exemplis sic esset confirmatum, ut quid contra hisceres non haberes: invenisti tamen abundans doctrinæ magister quod nos doceres, totumque nobis Palæphatum effudisti, ut sciremus unde nomen Chimæræ, Scyllam quæ monstra componant, Castrorum ova quid denotent, quid in Geryone, aut in Cerbero, corpus caputve tergeminum: quæ omnia diceres, an taceres, ad rem nostram nihil intererat. Atqui hoc est, Tristane, quod βατταρίζειν dicebamus, extra chorum, quod aiunt, saltare, & ἄκαιρα παίζειν. Quare desine tandem nugari, & præcipitem de Triplici nummo censuram revoca si sapis. Atque ut aliquam in posterum spem ostendas, posse te, ubi de Latinitate lis erit, inter judices
Pag. 55. audiri, σόλοικα istæc primum, quæ tibi nuper exciderunt, cum partes *domi* pro domus, diversæ nummos *chronologiæ* pro eo quod est diversæ ætatis aut temporis, & Castores quos ex ovis editos dicere debebas, ex *ovibus* dixisti, & quod quæ nummorum ectypa dicenda
Pag. 32. 34. sunt, *ectypas* passim vocas, atque alia ejusdem
40. 41. 49. notæ innumera, quibus libri tui scatent, da operam ne emendes. Alioqui, si usque adeo te amas, ut hæc quoque defendas, & nusquam errare te putes, crede mihi, Tristane, nimis innocens es, ut innocens videare.

De Titulo, quem in multas paginas diduxeras, paucis ut vides absolvimus. In Anastasi quoque, quam pari garrulitate exporrigis, longiores, nisi tu cogas, non erimus. Dixeram, in Christi nummo, cujus aversæ partis titulus est ANACTACIC, nomen id proprium fuisse Templi rotundi, quod titulo subditum cernebatur. Quod hic in Epistola tua reprehenderes nihil habuisti, ne in Antidoto quidem nunc habes. Attamen ut aliquid vellices, Hieronymi testimonia, quibus conjecturam meam firmaram, Vavassori nostro me debere cavillaris. Ille vero, Tristane, mihi accepta refert, & mihi debere se prædicat. utri
potius credendum est? Deinde verba Hieronymi ad Pammachium, *cum de Anastasi pergeretis ad Crucem*, quæ de Joanne Hierosolymitano & de Epiphanio perspicue scripta sunt, non de illis, sed de Hieronymo ipso vis accipi. At quis tibi credet, Hieronymum, si de se cum aliis loqueretur, *cum pergeremus* non dicturum? Erras ergo ipse, dum errores nostros insequeris. atque in hoc etiam erras haud dubie, quod Anastasim a me dictam arguis, quæ Anastasis non erat. Ubinam enim, & quando? Anastasim ego id Templum dixi, quod rotunda forma in resurrectionis loco substructum fuit, an hoc verum negas? At credidi, ut ais, Anastasim templum, quod a Constantino conditum non inficiaris, magnificum illud Templum fuisse, quod princeps idem alteri proximum erexit, quodque Constantini basilica est appellatum. Quid tu igitur, Tristane, adeone in historia es hospes, ut nescias non duo ad Christi sepulcrum a Constantino exstructa fuisse templa, sed unicum, cujus duæ fuerint partes? At hoc aperte docet Eusebius libro III. de vita Constantini. ubi templum ab eo conditum describens, exorsum narrat a Dominico monumento, tanquam a capite & præcipua parte totius ædificii. cum deinde longissimas hinc inde porticus adjecisse, ac portas demum tres in frontem Solem versus orientem imposuisse. totamque narrationem his verbis concludit, τόδε μὲν ἦν τὸν νεὼν τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως ἐναργὲς ἀνέγειρε μαρτύριον βασιλεύς, *Hoc itaque templum velut salutaris resurrectionis illustre testimonium excitavit Imperator*. Quibus ex verbis intelligere est, & templum unicum fuisse, & toti
templo sicut hodie a sepulcro nomen est Hierosolymis, ita olim fuisse ab Anastasi. Anastasis proinde quos dicebant Diaconos, ut Sabinum in Synodo Mennæ, & Athanasium de quo Theophanes anno III. Marciani, non a Templi parte, ut putas, sed a toto nomen esse sortitos. Justinianum denique, ut hoc te quoque non lateat, cum in Novella XL. τὴν πασῶν ἐκκλησιῶν ἁγιωτάτην Ἀνάστασιν, *omnium Ecclesiarum sanctissimam Anastasim* vocat, & Theophanem eundem anno Leonis XV. cum Eudociam narrat, Hunerici regis conjugem, ex Africa profugam, Hierosolymis obiisse, πάντας τοὺς αὐτῆς καταλείψασα ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἀναστάσει. *suis omnibus sanctæ Anastasi relictis*, de tota item Constantini Basilica interpretandos. Quare universa, quæ de hoc capite in speciem, ut videbantur, non aliena objeceras, repulsa sunt penitus & explosa. Cetera enim, quæ de Blachernarum templo apud Constantinopolim, aut de Dominico aureo Antiochensium, deque aliis id genus prosequeris, cum ad rem nostram nihil attineant, cur in cassum nos morentur? Una est tamen typis a te mandata Christi Domini effigies, de qua silere an loqui debeam nescio. Vereor enim, ne insigne hic facinus tuum doleas deprehensum. Sed quo minus doleat, in aurem dicam, & remotis arbitris, ne quis exaudiat. Num meministi, Tristane, cum quarto abhinc anno Roma revertissem, tuque ad me tuo tunc more venisses, me inter cetera duo tibi sacrorum nummorum ectyps, quæ a Cardinali Barberino acceperam ostendisse, tibique, quoniam utriusque generis paria erant duo, alterum dono dedisse Ectyporum istorum,

quæ tua nunc sunt, & penes me aurea fuerunt, nnum, ut scis, Christi faciem hinc refert, inde templum Anastasim, quemadmodum in nummo Pasqualini. Sed hoc tamen interest, quod in illo viventis facies expressa est, in hoc vita functi, & quod hic illo plane deterior est atque recentior. Alterum id ipsum est prorsus quod in Antidoro exhibuisti, Emmanuelis Christi, & Magorum trium. De quo quidem cum sedulo multa narres, quales & quantum sit, a quo acceperis, & unde ad illum a quo habes pervenerit, mirari subit, quamobrem in tam rati nummi editione, nullam consimilis ectypi tui, quod gloriosum erat tibi, nullam mei, quod grati fuisset animi, visus sis facere mentionem. Nisi forte verum est quod suspicamur, & belle dissimulas, ectypi istius, quod repræsentas, & binorum nostrorum, quæ tecum partitus sum, tametsi paulo majus illud tibi visum est, unum ravera idemque archetypum fuisse, quod Cardinali Barberino cesserit post Boncompagnum. Quocirca, ut paucis & in aurem iterum dicam, Tristane, aut fallere hic voluisti, aut falsus es.

Transeamus nunc ergo redeamusque ad Peparethium tuum, nostrumque ad Perpetenum. Ac ne qua sit mora, quoniam nos breves eui causa esse convenit, & lectorum, quibus tædio foret, præsertim reperita iisdem de rebus prolixitas: quid est quod restituendi apud Plinium pro Præparentio Peparethii, auctorem primum ais fuisse, non Petrum Danesium, ut dixeram, sed Ferdinandum Pincianum, cum Pincianus ipse te refellat, qui observationes suas se direxisse testatur ad Frobenianam Plinii editionem anni M. D. XXXIX. quæ totis sex annis posterior est Danesiana? Quid est rursum, quod inter Peparethii approbatores Bartolomæum quoque numeras Honoratum? *Cede*, inquis, *juxta Honoratum, qui sex alios perlegerat, emendatissimis Plinii manuscriptis, quorum alter ad Cujacium, alter ad Chiffletium pertinebat.* Quid ais, o Tristane, vigilansne an dormiens hæc scribebas? tantumque in te potuit tuus ille administer, ut Plinianæ editionis auctorem ipsi crederas fuisse Honoratum typographum, non medicum Dalechampium, qui ex sex Manuscriptis quos legerat, non in duobus, ut scribis, Peparethium a se repertum narrat, sed in unico Chiffletiano? Quam multa in unum errata! Verum hæc præ iisquæ sequuntur ludicra & levia. Capitale est quod in Julium Pollucem admisisti. Dixeram ego, Pollucem de vino Peparethio, ubi ejus meminit, præter nudum nomen nihil habere. Et vero quid aliud est Onomasticum quam nomenclatio? At tu contra, & optimum ab illo vinum dici affirmas, & ut nos convincas, locum Pollucis integrum proferri jubes. Proferatur sane. jube recitari. Καὶ ὁ τούτου, ais, ἄριστος Ἀρουσῖος, &c. *Et hujus optimum Aristæum*, & cetera deinceps. O insidum & stupidum Tristane, anagnostem tuum! qui non senserit hæc pendere de superioribus, nec periodi esse principium quod quærebatur. Reddi ea jube quæ omisit. mox & Pollucis mentem & hallucinationem tuam intelliges. Hinc enim ordiendum erat. Καὶ ὁ μὲν οἶνος, Θάσιος, Χῖος, καὶ ὁ τούτου ἄριστος Ἀρουσῖος, Μενδαῖος, Μενδήσιος, Ἰσμαρικός, Λέσβιος, Πεπαρήθιος, Χαλυβώνιος, Πελλαῖος, Πράμνιος, Μαρωνίτης. *Et vinorum quidem nomina, Thasium, Chium, & hujus optimum Arvisium, Mendæum, Mendesium, Ismaricum, Lesbium, Peparethium, Chalybonium, Pellæum, Pramnium, Maronium.* Jam perspicis, me tacente, in verbis Pollucis ἄριστον illud quo triumphabas, neque ad Peparethium, neque ad cetera vina referri, sed ad Chium duntaxat, cujus cum diversa essent genera, quod optimum erat Arvisium dicebatur. Athenæum audi libro primo extremo, Χαρίεστατος δ' ἐστὶν ὁ Χῖος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀρούσιος· διαφοραὶ δὲ αὐτοῦ εἰσὶ τρεῖς. *Gratius autem est Chium, & quod e Chio Arvisium vocant: cujus tres sunt differentiæ.* Quæ cum ita sint, quid jam tibi apud Pollucem de vino Peparethio restat præter nomen? Jam vero Hermippi versus, in quibus vinum hoc a Baccho damnatur, quam negligenter, & quam inconsiderate tractasti? Primum enim, quod duodenos a me frustra citatos quereris, cum duo tua sententia sufficerent, ostendam necessarios omnes fuisse. ac potuisse te, si attente omnes legisses, culpas vitare in quas incurristi, & ideo incurrisse, quod eos non intellexeris. Parere igitur omnes iterum ex Athenæo tua causa recenseri. Pag. 52. 53.

> Μενδαίῳ μὲν ἐνουροῦσι καὶ θεοὶ αὐτοί,
> Στρώμασιν ἐν μαλακοῖς· Μάγνητα δὲ μειλιχόδωρον,
> Καὶ Θάσιον, τῷ δὴ μήλων ἐπιδέδρομεν ὀδμή.
> Τοῦτον ἐγὼ κρίνω πολὺ πάντων εἶναι ἄριστον
> Τῶν ἄλλων οἴνων, μετ' ἀμύμονα Χῖον ἄλυπον.
> Ἔστι δέ τις οἶνος, ὃν δὴ Σαπρίαν καλέουσι,
> Οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ὑπανοιγομενάων,
> Ὄζει ἴων, ὄζει δὲ ῥόδων, ὄζει δ' ὑακίνθου,
> Ὀσμὴ θεσπεσία κατὰ πᾶν δ' ἔχει ὑψερεφὲς δῶ.
> Ἀμβροσία καὶ νέκταρ ὁμοῦ· τοῦτ' ἐστὶ τὸ νέκταρ,
> Τούτου χρὴ παρέχειν πίνειν ἐν δαιτὶ θαλείῃ
> Τοῖσιν ἐμοῖσι φίλοις, τοῖς δ' ἐχθροῖς ἐκ Πεπαρήθου.
>
> *Mendæum ipsa etiam cælestia numina potant,*
> *Mollibus in stratis, & quæ Magnesia gignit*
> *Lenia, tum Thasium mali quod spirat odorem.*
> *Hoc ego præ cunctis excellere censeo vinis,*
> *Inculpatum si demas, & nobile Chium.*
> *Est & vinum aliud, Saprium quod nomine dicunt,*
> *Cujus apertacadi summi dum labra patescunt,*
> *Et violas olet, atque rosas, suavemque hyacinthum,*
> *Et celsas divinus odor circummeat ædes.*
> *Ambrosiæ simul est & nectaris hoc vice nectur.*
> *Hoc epulas inter potandum fundere amicis*
> *Usque meis opus est, inimicis de Peparetho.*

Quam ridiculus, Tristane, hic fuissem, si quod in Julii Pollucis testimonio a te factum reprehendi, hoc ipsum imitarer in Hermippo, ejusque citandi quod suades facerem hoc initium, τούτου χρὴ παρέχειν, &c. *Hoc præbendum est?* Quis enim quo de vino Bacchus loquatur ex duobus his versibus conjiceret, si nunc etiam, postquam alios qui declarant adjunxi, nondum intelligis de Sapria tantum vino loqui, cum amicis hoc dari jubet, non de aliis quibusquam, ut falso augurаris, quia de uno sermonem esse τούτου pronomen ostendit? Itaque non abs re, ut vides, Hermippi versus integros descripsi, sed tu vitiosa & aliena hos interpretatione depravasti. Quid enim fingi potuit incredibilius, quam dissimilem adeo sui Bacchum induci, qui amore scilicet castitatis, & odio libidinis, Peparethium vinum, quod ad hanc exci-

Pag. 46.

excitet, amicis suis interdicat? Itane porro, Tristane, clientem tuum defendis? Nam quid opus est a nobis illum accusari, cujus tu ipse probra & dedecora confireris? Cujus vim & ferociam, lethalesque ictus prædicas, hunc tu a nobis credi vis innocentem? & qui exitio futurus aliquando esset potus Heraclio, hunc Ptolemæo regi laudatum suasumque ab Apollodoro? Quanto autem consultius ac plausibilius, quam hactenus operam nequicquam impendis Peparethio, hanc modo transferres ad Perperenium? ad cujus laudes explicandas, præter illa quæ a nobis audisti, novus en tibi campus aperitur ex M. Aurelii & L. Commodi nummis tribus pulcherrimis, in quibus Perperæ urbis, Perperenorumque gentis nomina collucent? quorum ectypa, ex Pyrrhi Ligorii de nummis Græcorum opere manuscripto, quod Romæ in Museo Farnesiano asservatur, deprompta, fideliterque ad autographum delineata, opportune ad nos singulari beneficio misit idem Holstenius. Sunt autem hujusmodi.

M. Aurelii Antonini.



L. Aurelii Commodi.



Commodi Ejusdem.



Aude nunc igitur, Tristane, tuam hic nobis industriam exere, & qua in hoc genere polles ἀγχίνοιαν ac solertiam explica. Nec enim dubitamus, quin ubi animum adjeceris, multa nobis recondita vulgoque ignota patefacias, atque ex his Bacchi ejusque symbolorum simulacris, quæ in nummis pariter emicant, aliquid elicias, unde Perperenam doceas, non vini modo feracissimam fuisse, sed vini prorsus optimi & innoxii, dignique quod regis Ægyptii mensa honestaretur. Quæ dum paras, suggeram interim, quod audies, ut spero, non repugnanter, Περπέρη nomen, quod in primo vides nummo, restituendum esse Ptolemæo, apud quem inter Asiæ minoris urbes Pergamo proxima dicitur Τερμέρη, pro quo in codice Palatino Περμέρη, ut audio, in nostro & in Farnesiano Πιπέρη legitur pro Περπέρη. quam lectionem vetus quoque Ptolemæi Latina versio confirmat Perperam nominans. Quæ autem Περπερήνη χώρα est Stephano, quam & ab aliis Perperinam vocari monet, eam esse haud dubie, quæ in vetere nummo ἡγεμονία Περπερηνῶν appellatur, cujus universæ regionis & præfecturæ caput fuerit Περπέρη. Atque hæc satis. Jam enim ad postremum cursus nostri spatium Hanniballlianus noster nos vocat.

Quod ego priusquam ingrediar, facere non possum quin tecum expostulem, Tristane, quod injustæ aggressionis dicam impingas mihi, meque priorem provocasse, me rixam excitasse, a me litem intentatam crimineris. O te immemorem tui! Egone tibi litem intendi, an tu revera mihi? Qua enim de re contendimus? De Hannibalhani, opinor, nummo meo, quem Henricus Valesius edidit, rectene in illo femina jacens efficta sit, an pro hac barbatus fluvii genius incidi debuerit, quemadmodum in Commentariis tuis ante annos quatuordecim persuadere conatus es. Ante annos ergo quatuordecim, Tristane, cum hæc scriberes, litem intendisti, & sero tandem post tot annos causæ meæ patrocinium me suscepisse in Antidoto confiteris, & audes nunc dicam a me scriptam affirmare? At offendit te quod urnam cum profluente, reliquumque fluvialem apparatum in nummo tuo mihi suspectum esse dixi, & hoc calumniam vocas. Si hæc calumnia est, quatuordecim annis antiquior calumnia tua fuit, quam mea. Sed quod genus est calumniæ, si suspectum id habeas, quod an verum sit incertum est? Quæro enim ex te, si quis olim, quando aprum in Getæ Cæs. nummo de principis illius venationibus exponebas, suspectam sibi hanc interpretationem diceret, an jure huic homini succenseres, cum falsam ipsemet postea deprehenderis, didicerisque ex Athenæo, aprum hunc, non ad Getam, sed ad Ephesios, qui in nummo inscripti sunt, referendum, urbem illic, ubi aprum offenderent, condere jussos ab oraculo? Quod namque in Getæ nummo tunc contigit, cur evenire posse neges in Hannibalhani? Nimium enim, ut jam dixi, te amas, si falli te nusquam posse arbitraris. Errare ac labi etiam iis qui pauca scribunt proclive est; & præclare tecum agitur, si cum plurima scribas non in multis reprehendare. Sed hoc tamen concedamus, non errasse te in nummo tuo: an quod per Bigotios fratres renuntiavi, propterea quod in tuo non es lapsus, ego lapsus sum in meo? Barbatum te fluvium in tuo vidisti, per me liceat. Si feminam in meo vident & dicunt omnes, cur pergis obluctari, atque ut gravissimi & ornatissimi viri suffragium mihi eripias, nullum ab eo datum ipso, ut ais, abnuente contestari? Equidem, si negat se dixisse, male me dicam audivisse. Hoc enim credi malo, quam de integræ fidei viro aliud suspicari. At ego id negasse illum tum credam tibi, cum fidem feceris te in aliis quæ narras nunquam βερμαίζειν, sed vera & sincera semper loqui. Nunc vero quid causæ sit, cur ipsum, vel quem-

Pag. 8. 22. 24. 64.

quam alium, de Securitate Hanniballiani nostri vera pronuntiasse pœniteat, & feminam re ipsa videri, & ea vultus capitisque forma, qua effingi Securitatem designarique mos fuit? Omissum nescio quid, aut negligentius a sculptore incisum questus es in tabella qua usus est Valesius. en tibi nunc accuratius ad archetypum suum expressam effigiem eandem, & cum hac binas alias, quæ Securitatem eandem in aliis, Gordiani & Philippi, nummis diverse repræsentant.



Adjice oculos, Tristane, inspice, dioptram & specular admove, & observa si potes, in his tribus quid obest quo minus feminæ omnes censeantur. Nisi forte ad sexus discrimen facere putas, quod harum una sedet, altera stat, tertia mixto est situ: vel quod vittarum capitis tæniolas in nodum pone collectas una gerit, reliquæ solutas & pendentes. Quod si feminæ sunt omnes, & omnium par est ratio, cur genuinam ac germanam Securitatis imaginem, quam in duabus agnoscis, in tertia negas esse? præsertim cum symbola Securitatis, quæ in aliis singula sunt, in Hanniballiani nummo gemina conspicias, semijacentis femi-

A næ, cui solum sit pro cathedra, scipio pro columna. Quæ utique suis abs te momentis perpensa si fuissent, & verum hic Deæ hujus simulacrum agnosceres, & labori pepercisses, quem pro fluvii tui genio in cassum suscepisti. In cassum profecto. Quid enim aliud sunt, quæ de munito per Hanniballianum Euphrate, deque aliis similibus, argute ut visus es in Commentario tuo, & in Epistola conjecisti, quam scita, sed frivola, ingenii tui commenta, quæ merito possint, inter ægrorum somnia, vel si
B mavis inter Antiphanis Bergæi ἄπιστα incredibilia numerari? Sed quo tandem iterum, mi Tristane, provehimur? quousque hanc serram reciprocamus? nullusne finis erit controversiæ? Pacem optare te dicis: ego vel intermissam dolui. Quin ergo jam nunc redimus in gratiam? cur sermones vulgo de nobis altercatione nostra damus? Tu vide quodnam mihi redintegratæ benevolentiæ tuæ pignus esse jubeas: meæ tibi fidejussor liber hic erit, qui postremum se in hoc genere futurum pollicetur.
C Possumus nos sane, ac debemus, quoniam ita Christi lex jubet, etiam inimicos diligere. Sed quanto jucundius, quantoque est gloriosius, homines eadem fide præditos, eandemque ad spem adspirantes, concordes inter se mutuoque amantes vivere, quam aversos & inimicos? Amemus itaque, oro te atque obtestor, & quod caput est, quodque optimus diligendi magister præcipit, *Diligamus non verbo neque lingua, sed opere & veritate.* 1 Joan. 3.18.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

HISTORIA POENITENTIÆ PUBLICÆ.

EJUSDEM

DISQUISITIO DE AZYMO,

ſemperne in uſu altaris fuerit apud Latinos.

Anno MDCLI.

L E C T O R I.

ADministrandæ pœnitentiæ disciplinam qui pro vetere novam inducunt, rei novæ suspicionem a se ut amoveant, antiqui moris studium ubique spirant & affectant, sacramque scripturam in ore habent, & Concilia, & Patres, nihil ut illos sapere aut cupere credas præter vetustatem. Idque cum in scholæ suæ placitis omnibus eniti soleant, tum in eo maxime, cujus potissimum gratia notari se, atque in odium merito vocari sentiunt, cum pœnitentiam publicam, quam gravioribus tantum ac manifestis criminibus deberi omnis ætas censuit, levioribus quoque delictis, etiam occultis, decernendam statuunt, atque ut perversæ & exitiosæ sententiæ auctoritatem adstruant, Ecclesiæ olim hanc fuisse consuetudinem dicere non dubitant, & hoc Patrum, quos nominant, adstipulatione confirmari. Quorum utrumque falso ac temere ab illis dici, ut nec mos Ecclesiæ is unquam fuerit quem fingunt, nec Patrum is sensus quem imputant, Libellus hic inter cetera ex vera certaque superiorum temporum Historia demonstrabit, reque ipsa ostendet, si non dissimulant, atque hoc Patres sensu locutos putant, quo accipi a nobis volunt, nec Cyprianum ab eis, nec Ambrosium, nec ipsum, cujus magisterio gloriantur, Augustinum intelligi. Quare prudentiæ ac nostræ vigilantiæ, Lector, erit, pravi erroris tendiculas, seu casu nobis seu studio comparatas prospicere, omnique ope ne incautos irretiant providere.

DE PŒNITENTIA DEUS PRÆSTET UT NULLIS FIDELIBUS NECESSARIA SIT.

Pacianus Epist. 1. *ad Sympronianum.*

INDEX CAPITUM.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

HISTORIA POENITENTIÆ PUBLICÆ

CAPUT PRIMUM.

Trium criminum veniam pœnitentibus olim negatam, postea concessam.

A Pœnitentiæ publicæ leges, quæ apud majores nostros severiores habitæ sunt, cum reis veniam non nisi longo & aspero luctu perfunctis indulgerent, haud paulo duriores gravioresque primis Ecclesiæ temporibus fuerunt. Quippe quæ summis criminibus idololatriæ, mœchiæ, & homicidii veniam non seram sed nullam prorsus darent, & horum convictis pœnitentiam quidem volentibus non negarent, pacem autem gratiamque ab uno Deo sperare & expetere juberent. Ab his tantum tribus ut abstinerent Gentes ad Christum conversæ Synodica sua e Concilio Hierosolymitano

Act. 15. 28. B præceperant Apostoli, *Necesse est ut abstinentis vos ab idolothytis, & sanguine, & fornicatione.* Hæc nimirum, ut Pacianus ait, no-

Epist. 2. vi Testamenti tota conclusio. Ideo hæc tamquam capitalia & mortifera sic omni cura vitabant, ut in his offenderet nemo, aut qui offenderet, indignum illum Ecclesiæ societate judicarent. Stetitque primis sæculis hic vigor disciplinæ, donec Romæ, re ita poscente, inflecti placuit, veniam mœchis, quorum proclivior lapsus erat, indulgente Papa Zephyrino, Montani contra discipulis, qui pœnitentiam omnem ab Ecclesia tollebant, vehementer ob-

C nitentibus, pœnitentiæque fructum, si adulteris concederetur, idololatris pariter & homicidis deberi contendentibus. Qua de causa Tertullianus, Montani & ipse lue jam infectus, utrosque in libro de Pudicitia sic loquentes inducit. *Etiam apud Christianos non est mœchia sine nobis: ibidem sunt idololatria ubi immun-*

Cap. 5. *di spiritus res est. ibidem est & homicidium ubi homo cum inquinatur occiditur: Igitur aut nec illis, aut etiam nobis pœnitentiæ subsidia convenient. Aut detinemus eum, aut sequimur. Hæc ipsa res loquuntur. Si res voce deficiant, adsistit idololatres, adsistit homicida, in medio*

D *eorum adsistit & mœchus. Pariter de pœnitentia officio sedent in sacco, & cinere inhorrescunt, eodem fletu gemiscunt, eisdem precibus ambiunt, eisdem genibus exorant, eandem invocant matrem. Quid agis mollissima & humanissima disciplina? Aut omnibus eis hoc esse debebis,* Beati enim pacifici: *aut si non omnibus, nostra esse. Idololatram quidem & homi-*

* al. excipis. *cidam semel damnas, mœchum vero de medio eximis*, idololatræ successorem, homicidæ antecessorem, utriusque collegam? Personæ acceptatio est, miserabiliores pœnitentias reliquisti.* De

A hac autem mœchorum venia, etiam inter Catholicos, cum usurpari cœpisset, salva & integra inter illos pace, aliquid fuisse dissidii, nonnullis in Africa ac forsan alibi, pristinam in eo severitatem retinentibus, ostendit Cyprianus in epistola LII. Ad Antonianum. *Et quidem,* inquit, *apud antecessores nostros quidam de Episcopis istic in Provincia nostra dandam pacem mœchis non putaverunt, & in totum pœnitentiæ locum contra adulteria clauserunt. non tamen a coepiscoporum suorum collegio recesserunt, aut catholicæ Ecclesiæ unitatem, vel duritiæ vel censuræ suæ obstinatione*

B *ruperunt, ut quod apud alios adulteris pax dabatur, qui non dabat de Ecclesia separaretur. Manente concordiæ vinculo, & perseverante Catholicæ Ecclesiæ individuo sacramento, actum suum disponit & dirigit unusquisque Episcopus rationem propositi sui Domino redditurus.* Proximo ab his loco pax quoque dari cœpta idololatris, primum in Africa decernente Cypriano, tum mox Romæ, Clero Romano, dum sedes vacaret, & Cornelio exinde Papa, idem statuentibus. Nam cum in Deciana persecutione lapsi essent quamplurimi, atque ex lapsis

C nonnulli communionem a Cypriano immoderatius urgerent, rem ille novam & insuetam, atque in communi Episcoporum conventu aliquando definiendam, sic interim temperavit, ut qui infirmitate aliqua & periculo premerentur, communionem ii acciperent, ceteri ad publicam Ecclesiæ pacem differrentur; & hanc ejus constitutionem ad se delatam approbans Clerus Romanus, in eandem illi sententiam rescripsit, ut lapsis infirmis & in exitu constitutis, pax daretur. quorum alterum in Epistola XIV. Cypriani, alterum in XXXI. videre est. Sedata autem posthæc persecutione, creandique in urbe Pontificis, & habendorum Con-

D ciliorum facta potestate, Cyprianus in Africa, & Romæ Cornelius, de lapsorum reconciliatione in Synodis suis quid statuerint, in eadem ad Antonianum epistola exponitur. *Persecutione,* inquit, *sopita, cum data esset facultas in unum conveniendi, copiosus Episcoporum numerus, quos integros & incolumes fides sua & Domini tutela protexit, in unum convenimus, & scripturis diu ex utraque parte prolatis, temperamentum salubri moderatione libravimus, ut nec in totum spes communicationis & pacis lapsis denegaretur, ne plus despe-*

ratione deficerent, & eo quod Ecclesia sibi clauderetur, secuti saeculum gentiliter viverent: nec tamen rursus censura Evangelica solveretur, ne ad communicationem temere prosilirent, sed traheretur diu pœnitentia, & examinarentur causæ & voluntates, & necessitates singulorum secundum quod libello continetur, quem ad te pervenisse confido, ubi singula placitorum capita conscripta sunt. At si minus sufficiens Episcoporum in Africa numerus videbatur, etiam Romam super hac re scripsimus ad Cornelium Collegam nostrum. qui & ipse cum plurimis Coepiscopis habito Concilio, in eandem nobiscum sententiam pari gravitate, & salubri moderatione consensit. Ex quibus liquet quod innuebamus, veniam lapsis ante Cypriani & Cornelii tempora concessam non fuisse. Porro ut de mœchis, cum primum ad pacem admissi sunt, obstitere Montanistæ, sic de lapsis Novatiani, hostes & ipsi pœnitentiæ, qui pœnitentiæ fructum, id est veniam, dari ab Ecclesia non posse contendebant. De homicidis autem, quod reliquum erat, quandonam & per quos recipi ad pacem cœperint, incertum est. Haud multo post cœpisse, fidem opinor faciunt Synodi Ancyranæ, quæ Nicænam præcessit, Canones XXI. & XXII. qui homicidis inter ceteros statæ pœnitentiæ pacisque intervalla definiunt. At Concilium Elibertanum, ut multi ejus Canones docent, præter hæc tria, de quibus consensisse Catholicas Ecclesias ex Tertulliano didicimus, aliis etiam criminibus non paucis communionem nec in fine dandam censuit, & Concilio primo Arelatensi communionem similiter apostatis, qui hanc antea non petierint, Canone XXXII. dari non placuit. Ceterum postrema severitatis antiquæ tempora hæc fuerunt. Quæ enim postmodum secuta est Synodus Nicæna, tum alia de lapsis mollius sanxit, tum hoc generatim Canone XIII. ne cuiquam in exitu vitæ petenti viaticum denegetur.

CAPUT II.

Pœnitentiam publicam gravioribus tantum criminibus & publicis impositam.

Epist. 2. Postquam interveniente misericordia, ut ad Exuperium scribit Innocentius, inclinatior facta est prior illa durior observatio, & quorumlibet criminum reis consequendæ per pœnitentiam veniæ spes ostensa, tum ne veniæ facilitas peccandi licentiam induceret, pœnitentiæ publicæ ab Ecclesiæ præpositis perscriptæ sunt leges ejusmodi, quæ ad promerendam remissionem illorum judicio satis essent, & pœnitentium animos intra metum deinceps labore ac difficultate sua continerent. Quibusnam ergo hæ leges impositæ; hoc enim ante omnia quærendum est; aut quæ olim crimina publicæ pœnitentiæ obnoxia fuisse arbitramur? Si nostri temporis censores audimus, quælibet crimina dicent, etiam occulta: si antiquos patres consulimus, graviora tantum, eaque publica & manifesta. Quid enim aliud voluit S. Augustinus, cujus in Enchiridii capite LXV. verba sunt: *In actione pœnitentiæ, ubi tale crimen commissum est, ut is qui commisit a Christi corpore separetur, non tam consideranda mensura temporis, quam doloris?* Qui enim crimen aliquod tale ait esse, ut ei excommunicatio & publica pœnitentia debeatur, an tale aliquod diceret, si talia esse omnia existimaret? Quid aliud idem Augustinus, quando Macedonium Judicem in epistola LIV. sic affatur: *Nam quosdam, quorum crimina manifesta sunt, a vestra severitate liberatos, a societate tamen removemus altaris; ut pœnitendo placare possint, quem peccando contempserant:* quid aliud, inquam, significat, quam crimina per publicam pœnitentiam in Ecclesia non plecti, nisi quæ publica sunt, & cum scandalo conjuncta? Eligii præterea Episcopi diserta vox est in Homilia XVI. *Vos fratres alloquor, quos publica actio criminalis publicam cogit agere pœnitentiam.* & Concilii Cabilonensis II. Canon XXV. *Si quis publice peccat, publica multetur pœnitentia.* Sed ab Augustino ne discedamus. Cujus cum multa sint de pœnitentia & de pœnitentibus scripta præclare, tam luculenta in Homilia L. de triplici actione pœnitentiæ dissertatio, quam e re nostra est hoc loco non prætermitti. tum quod eos aperte refellit, qui publicæ pœnitentiæ quælibet peccata subjiciunt, tum quod alia continet, quæ lucem iis etiam quæ postea dicentur allatura sunt. Augustinum ergo in hac Homilia, sive, ut cum Possidio loquamur, in libro de utilitate agendæ pœnitentiæ, suis verbis, sed compendio disserentem audiamus. TRES *sunt*, inquit, *actiones pœnitentiæ, quas mecum vestra eruditia recognoscit. Sunt enim usitatæ in Ecclesia Dei, & diligenter attendentibus notæ.* UNA *est, quæ novum hominem parturit, donec per baptismum salutare omnium præteritorum fiat abolitio peccatorum. Omnis enim qui jam arbitrio voluntatis suæ constitutus est, cum accedit ad Sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, novam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur soli parvuli sunt immunes. nondum enim uti possunt libero arbitrio, ceterorum hominum nullus transit ad Christum, ut incipiat esse quod non erat, nisi eum pœniteat fuisse quod erat. Hæc prima pœnitentia præcipitur Judæis dicente Apostolo Petro,* Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum in nomine Domini nostri JESU CHRISTI. Act.2. 38. ALTERA *vero pœnitentia est, cujus actio per totum istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Unde etiam orantes dicimus, quod in tota ista vita oportet dicamus,* Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth.6.12. *Non enim ea dimitti precamur, quæ jam in baptismo dimissa sunt, & nisi dimissa credimus, de ipsa fide dubitamus. Sed utique de quotidianis non lethalibus scilicet peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia eleemosynarum, jejuniorum, & ipsarum orationum & supplicationum quisque pro suis viribus offerre non cessat.* TERTIA *actio est pœnitentiæ, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus continet, & de quibus Apostolus ait,* quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt. Gal. 6. 21. *In hac ergo pœnitentia majorem in se quisque severitatem debet exercere, ut a seipso judicatus non judicetur a Domino. Ascendat itaque homo adversum se tribunal mentis suæ, atque ita constituta in corde judicio, adsit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor: Inde quidam sanguis animi confitentis per lacrymas profluat. Postremo*

ma ab ipsa mente talis sententia proferatur, ut se indignum homo judicet participatione corporis & sanguinis Domini. ut qui separari a regno cælorum timet per ultimam sententiam summi judicis, per Ecclesiasticam disciplinam a Sacramento cælestis panis interim separetur. & cum in se protulerit severissimæ medicinæ, sed tamen medicinæ, sententiam, veniat ad Antistites, per quos illi in Ecclesia claves ministrantur, & a præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, ut in offerendo sacrificio cordis contribulati devotus & simplex id tamen agat, quod non solum ipsi prosit ad recipiendam salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. Ut si peccatum ejus non solum in gravi ejus malo, sed etiam in tanto scandalo est aliorum, atque hoc expedire utilitati Ecclesiæ videatur Antistitis, *Lor. 7. 47.* *in notitia multorum, vel etiam totius plebis, agere pœnitentiam non recuset, non resistat, ne lethali & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. Nemo arbitretur, fratres, propterea se consilium salutiferæ hujus debere pœnitentiæ contemnere, quia multos forte advertit & novit ad sacra altaria accedere, quorum talia crimina non ignorat. Quamvis enim vera sint quædam, non tamen judici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione prohibere quemquam non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut* SPONTE *confessum, aut aliquo sive sæculari sive Ecclesiastico judicio nominatum atque convictum.* Audiunt qui obluctantur. Negat Augustinus ad publicam pœnitentiam adigi quemquam posse, nisi qui aut sponte confessus, aut judicio aliquo sit convictus. Qua de re autem convictus? De crimine non solum gravi, sed cum aliorum scandalo & offensione conjuncto, id est noto & cognito. Unum enim hoc genus huic pœnitentiæ obnoxium censuisse superiora ejus verba demonstrant. Quod cum ita sit, undenam disertis hominibus aliquando venit in mentem, ut SPONTE CONFESSUM hoc loco de occultis contra Augustini mentem exponerent, suffragiumque ab illo errori suo sperarent? Nam perversius certe ac iniquius esse nihil potest, quam ut ejus sibi quisquam auctoritatem arroget, quem assentientem sibi habere nequeat, nisi ipsum cogat a seipso dissentire.

CAPUT III.

Cypriani & Ambrosii, quorum verbis abuti solent, liquida explanatio.

Sed alios habere se dicunt sententiæ suæ adsertores exploratos & graves. Quosnam vero? Cyprianum & Ambrosium. Graves profecto, & exceptione majores. neque nos, si de testimonio constabit, de auctoritate pugnabimus. Sed quid tandem Cypriani habent, quod ipsorum faveat errori? Quod de minoribus videlicet delictis publicam agi pœnitentiam in Epistola decima docet, iterumque in duodecima, & per eandem expiari occulta in libro de lapsis. Hæc enim sunt quæ obtendunt. Quis autem hic statim eos falli non videat, qui non intelligant minora a Cypriano delicta dici, quæ licet magna sint, eo tamen quod in Deum præcipue non incurrant, cum iis collata quæ incurrunt, minora judicentur? De his enim eum loqui Epistolæ duodecimæ verba declarant. *Nam cum in minoribus*, inquit, *delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur justo tempore, & exomologesis fiat inspecta vita ejus qui agit pœnitentiam, nec ad communicationem venire quis possit, nisi primo illi ab Episcopo & a clero manus fuerit imposita; quanto magis in his gravissimis & extremis delictis caute & moderate secundum disciplinam Domini observari oportet?* Quid apertius? Delicta enim hæc, de quibus agebatur pœnitentia, magna & gravia fuisse non negat, sed minora tamen & leviora gravissimis. Ergo quemadmodum apud Augustinum in libro de fide & operibus cap. XIX. cum tria quædam esse mortifera legimus, quæ excommunicatione punienda sint, impudicitiam, idololatriam, homicidium, horum trium & si aliud alio minus est, de nullo tamen dubitamus quin sit mortiferum: sic apud Cyprianum statuendum est, quæ minora vocat, eadem magna esse tamen & gravia, atque ita gravia ut pœnitentia publica plectenda sint. Quare causam illi suam ex hoc capite nihil adjuvant: videamus an ex altero. Affirmat, inquiunt, Cyprianus in libro de lapsis, vel solam voluntatem, (cogitationem opinor dicere voluerunt) hoc genere pœnitentiæ, id est publica, expiari oportere. Sed quæso vos, expiari ne oportere dixit, an ultro ac sponte quibusdam expiare libuisse? Ipsum audiamus. simul autem meminerimus, eorum causa ista commemoret. Illorum nempe, qui gravissimis criminibus obstricti, cum publicam pœnitentiam legibus deberent, agere detrectabant. Quos ut commoveat, & pudore suffundat, istorum profert exemplum, qui quod ab eis leges non poscerent, ultro præstabant. *Quanto & fide majores*, ait, *& timore meliores sunt, qui quamvis nullo sacrificii, vel libelli facinore constricti, quoniam tamen de hoc vel cogitaverunt, hoc ipsum apud sacerdotes Dei dolenter & simpliciter confitentur, exomologesim conscientiæ faciunt, animi sui pondus exponunt, salutarem medelam parvis licet & modicis vulneribus exquirunt?* Exquirebant ipsi sua sponte, ut dixi, ut nolentes subirent lex nulla imperabat: quia occultis peccatis privatam deberi pœnitentiam omnium sensus fuit, non publicam. Quamobrem delusit hic etiam spes illorum Cyprianus, restat ut de Ambrosio respondeamus. Nam hunc etiam sibi sed injuria vindicant. tantumque sibi in uno Ambrosii loco præsidii habere visus est doctor frequentis communionis, ut hunc unum suo, ut ceteri desint, sanciendo firmandoque dogmati sufficere arbitretur. Vult etenim, præcipitque, ipsius judicio, Ambrosius pro peccatis etiam occultis publicam agi pœnitentiam, eamque acerrimam. Quo tandem in libro? In priore de Pœnitentia. quibus verbis? *Si quis*, inquit, *Lib. 1. de Pœnitent. cap. 16.*
occulta crimina habens propter Christum tamen studiose pœnitentiam egerit, quomodo ista recipit, si ei communio non refunditur? Et ex his vir acutus confici putat in ipsius hæresi Ambrosium fuisse, ut occultis criminibus perinde ac manifestis, publicam deberi pœnitentiam censeret? Jam nimirum intelligere est, cur TAMEN illud, quod Ambrosius in oratione sua posuerat, in Gallica ipse versione sit prætergressus. Restituatur enim vocula quam

suppressit, mox elucebit, aurum, qui publicam agunt pœnitentiam, alios, quorum publica sunt crimina, noxam Canonicis legibus debere: alios, qui occultis tantum tenentur, noxam nondebere, sponte tam interdum Christi causa suscipere. quod vero hos quoque Ambrosii sententia debere dicunt, ipsorum error est, non Ambrosii. At hoc voluisse & sensisse Ambrosium sequentia, ut interpretantur, ejus verba testantur. *Volo*, inquit, *veniam reus speret, petat eum lacrymis, petat gemitibus, petat populi totius fletibus, ut ignoscatur obsecret. & cum secundo & tertio fuerit dilata ejus communio, credat remissius se supplicasse. Fletus augeat, miserabilior postea revertatur. Teneat pedes brachiis, osculetur osculis, lavet fletibus, nec dimittat, ut de ipsa dicat Dominus Jesus*, Luc. 7. 47. Dimissa sunt peccata ejus multa, quoniam dilexit multum. *Cognovi quosdam in pœnitentia sulcasse vultum lacrymis, exarasse continuis fletibus genas, stravisse corpus suum calcandum omnibus. jejuno ore semper & pallido mortis speciem spiranti in corpore prætulisse. Quid expectamus ut mortui mereantur veniam, qui mortem sibi intulerunt cum viverent?* An obscure, inquiunt, quemadmodum expiari occulta velit his verbis expressit Ambrosius? Quinimmo in his ipsis verbis quibus nituntur, duplex ipsorum est allucinatio. Una quod hæc ad eosdem, ad quos superiora, pertinere putant, quod falsum est. altera, quod Ambrosianum istud VOLO, in quo vim statuunt, nec præceptum ullum revera continet, quale suspicantur, nec ad latentium, sed ad publicorum criminum reos referendum est, Novatianorum in utrisque duritiam & asperitatem insectante Ambrosio, qui nec propter occulta ultro pœnitentibus communionem tribuerent, nec aliorum misesia tangerentur, qui publica, quæ commiserant, lacrymis & fletu, omniumque generum cruciatibus expiare conabantur. Quod si publicæ ob privatos lapsus luendæ noxæ in verbis Ambrosii nullum est argumentum, quo recidet vesten illa sibiplaudens & gratulans exultatio. Hoc uno ex Ambrosii loco exploratam per vos comprobatamque rem esse, obstinatæque mentis habendos qui contradicant?

CAPUT IV.

Occulta ob delicta publicam imponi pœnitentiam Canones vetant.

QUanto exploratius quantoque certius dicturi erant, si de occultis facinoribus contraria dicerent, Præpositis Ecclesiæ nefas fuisse publicam cuiquam illorum causa pœnitentiam infligere? Hoc enim est quod S. Augustinum jam supra testantem audivimus, *Nos a communione prohibere quemquam non possumus, nisi aut sponte confessum, aut aliquo sive seculari, sive Ecclesiastico judicio nominatum atque convictum.* Quod si causam cur non liceat interroges, illico adjunxit, *Quis enim sibi utrumque audeat assumere, ut cuiquam ipse sit accusator & judex?* Judex pœnitentiæ publicæ, ut suo loco dicetur, solus est Episcopus. accusator ergo idem esse non potest. Quid igitur consilii capiendum Episcopo, si occultum cujusquam crimen, propter quod repelli a communione debeat, solus ipse norit? Id nimirum, quod Canones suggerunt, ut in publicum nihil proferat, & non putet ad injuriam suam pertinere, si ei soli non credatur. Africani quippe Concilii hac de re perspicua est sententia Canone CXXX. *Si quando Episcopus dicit aliquem sibi publicum crimen esse confessum, atque ille neget, & pœnitere noluerit, non putet ad injuriam suam Episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicat neganti nolle communicare, secrete tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet.* Perspicuus & inter Gallicanos Canon VIII. Vasensis Synodi prioris. *Quod si se tantum Episcopus alicui sceleris conscium novit, quamdiu probare non potest, nihil proferat: sed cum ipso ad compunctionem ejus secretis correptionibus elaboret. Quod si correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiamsi Episcopus in redarguendo illo, quem reum judicat, probationibus deficiat, indemnatus licet ab his qui nihil sciunt secedere ad tempus jubeatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam ejus qui eum reum judicat, permanente.* Hujus disciplinæ jurisque non ignarus nec immemor S. Ambrosius, *Quotiescumque illi aliquis*, ut in ejus vita narrat Paulinus, *ad percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & illum flere compelleret. Videbatur enim sibi cum jacente jacere. Causas criminum, quas illi confitebantur, nulli nisi Domino, apud quem intercedebat, loquebatur. bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum sint magis, quam accusatores apud homines.* Nec minor ejus observandæ cura fuit ac studium Augustini, qui hoc in genere præstare quid soleret, narrat ipse in Homilia XVI. de verbis Domini cap. VIII. *Novit*, inquit, *ar scio quem homicidam Episcopus, & alius illum nemo novit. Ego volo illum publice corripere, & tu quæris inscribere. Prorsus non prodo, nec negligo. Corripio in secreto, pono ante oculos Dei judicium, terreo cruentam conscientiam, persuadeo pœnitentiam.* Quantum autem ab iis abesset, qui non compertis criminibus publicam indicunt pœnitentiam, in Bonifacii presbyteri causa declaravit: quæ, ut in ejus est Epist. CXXXVII. anceps cum esset & ambigua, quod duorum alter alteri crimen inferret, neuter agnosceret: cumque reum alterum culpa teneri constaret, vel objecti falso criminis, vel admissi, de neutro tamen uter potius non liqueret, ne in re obscura & incerta, vel innocentem plectere cogeretur, vel obnoxium absolvere divinum expectans judicium, utrique persuasit, ut ad S. Felicis Nolani memoriam pergerent, ut ubi explorandæ veritati humana præsidia deerant, cælesti si forte, quod sæpe factum meminerat, indicio aliquo patefieret. Sed & Leonis magni ad Episcopos quosdam Italiæ extat Epistola, graviter illos hoc nomine redarguens quod occulta pœnitentium delicta publice juberent recitari, cum reatus, ut ait, conscientiæ sufficiat soli sacerdoti indicati confessione secreta. (Epistola LXXXVI.) Quam ob rem improbam consuetudinem præcipit removeri, quia *sufficit*, inquit, *illa confessio, quæ primum Deo affertur, tunc etiam sacerdoti, qui pro delictis peccatorum precator accedit.* Scio cavillari hoc loco nonnullos, occultorum lapsuum confessionem tantum prohiberi, non publicam pœnitentiam. Quasi vero

de pœnitentia publica hic sermo sit Leoni, non de privata, quæ solum habeat conscium sacerdotem: aut si de publica sermo esset, sine confessione publica imponi hæc cuiquam posse, vel a reo sponte oblata, vel ab eodem quoquo modo expressa. Ceterum quod sæpe iterandum est, sicut publicam de occultis criminibus confessionem Canones reprehendunt, ita publicam pœnitentiam, nisi de publicis ac manifestis imperant nunquam. Ecquos enim, & quo nomine ad hanc adigendos in Capitulis suis docet Hincmarus? *Si publicum*, inquit, *homicidium, aut adulterium, sive perjurium, vel quodcunque criminale peccatum publice perpetratum fuerit*. Ecquos Concilium VI. Arelatense? *qui publico crimine convicti sunt*. Ecquos Cabilonense II? *qui publice peccarint*. Qui de publico nominatim statuunt, de privato scilicet excipiunt, &, quod in Remensi II. cautum est, discrimen haberi volunt inter eos quibus publice, & quibus absconse pœnitendum est.

Lib.6. Cap. 96. Voluit itidem, reque ipsa præstitit Ludovicus Pius, rapinam facientium pœnam distinguens in hunc modum. *Nam si publice actum fuerit, publicam inde agat pœnitentiam, juxta sanctarum Canonum sanctionem. Si vero occulte, sacerdotum consilio ex hoc agat pœnitentiam*. Post tot igitur Synodorum decreta, Synodisque adstipulantia veterum tot exempla, quid sibi hodie volunt, qui occulta an publice quis peccet nullo habent discrimine, pari pœna utrosque

Part.1.c.3. damnant, publicæ omnes pœnitentiæ subjiciunt? Sed habent tamen quo errorem prætexant: quia Canonem ullum esse negant, qui de adulterorum pœnitentia cum agitur, non generatim omnes tum publicos tum occultos comprehendat. Quo quidem absurdius fingi nihil potuit. Nam Hincmarum, quem de solis publicis affirmantem audivimus, si opponamus, qua evadent? Neque enim Ecclesiastici juris parum scientem Hincmarum, aut in Canonibus parum versatum nobis persuadebunt. An ad morem nunc Episcoporum provocare pergent, ut ex eo quod inter reatus tribunali suo reservandos, adulterium duntaxat publicum hodie numerant Episcopi, deque occulto excipiunt, etiam occultum antea pœnitentiæ publicæ legibus obnoxium fuisse arbitrentur? Atqui aliam in partem ratiocinari contra debuerant, ut concluderent, solum nunc propterea publicum ab Episcopis reservari, quia solum hoc olim pœnitentiæ publicæ submittebant. Maneat itaque, quod docere instituimus, publicam occultis criminibus pœnitentiam infligi per leges Ecclesiasticas non licuisse.

CAPUT V.

Publicam de occultis pœnitentiam ultro susceptam interdum a nonnullis, etiam clericis.

SEd erit fortasse de quo inter nos conveniat, si æquis legibus pacisci non recusemus. De publica enim pœnitentia contendimus, quam isti occultis facinoribus non secus ac manifestis competere volunt. Nos occultorum sæpe causa expetitam a multis, actamque non inficiamur. dent ipsi pariter imperatam nunquam fuisse, nullum erit dissidium. Duplex namque, ut Augustinus docet, pœnitentium fuit genus. *Abundant hic pœnitentes*, Sermone inquit CXLIV. de Tempore, *quando illis imponitur manus, fit ordo longissimus. Aliqui ipsi pœnitentiæ locum sibi petierunt: alii excommunicati a nobis in pœnitentiæ locum redacti sunt*. Hic sibi a priori genere ostendi quempiam si requirant, ostendet Ambrosius, illum ipsum quem supra designavit, qui occulta crimina habens, pro Christo tamen studiose pœnitentiam agat. Agebant enim hi quoque cum aliis pœnitentiam, sed volentes, non coacti, concessam sibi, permissamque ab Episcopo, non imperatam. quo imperio qui ad pœnitentiam adigebantur, soli proprie pœnitentes Augustino teste appellati sunt. *Agunt*, inquit in epistola CVIII. ad Seleucianam, *homines pœnitentiam, si post baptismum ita peccaverint, ut excommunicari & postea reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus Ecclesiis illi, qui proprie pœnitentes appellantur*. & alio iterum loco, in Homilia XXVII. *Est pœnitentia gravior atque luctuosior, in qua proprie vocantur in Ecclesia pœnitentes, etiam remoti a sacramento altaris participando, ne accipiendo indigne, judicium sibi manducent & bibant*. Proprium, inquam, Ecclesiastica consuetudine pœnitentium nomen illorum fuit, ac peculiare, qui publici criminis causa excommunicati ab Episcopo fuerant, publicamque pœnitentiam agere jussi. Alterum vero genus hoc pœnitentiæ, quod sponte a nonnullis, quorum occulta erant delicta, suscipiebatur, nec proprie hoc nomine censebatur, & procul a probro vel infamia erat usque adeo, ut Clericis quoque, quibus publicam subire pœnitentiam non licuit, salvo illorum gradu & honore concederetur. Quam sane in partem, quando hujus rei se dat occasio, accipiendus mihi semper visus est Canon quartus Concilii primi Arausicani, *Pœnitentiam desiderantibus etiam Clericis non negandam*. Alioqui quo pacto verba hæc cum Siricii Papæ ad Himerium verbis illis non pugnarent, *Pœnitentiam agere cuiquam non conceditur clericorum*? Cap. 14.

Cumque ut ad Bonifacium Comitem scribit Augustinus in epistola L. *constitutum sit in Ecclesia, ne quisquam post alicujus criminis pœnitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu remaneat*, si de manifesti criminis pœnitentia sermo hic esset, quodnam hujus agendæ posset esse desiderium clerico, cui hac defungi sine gradus sui jactura non liceat? De occultorum igitur quamvis publica pœnitentia interpretandum est, in qua nullius criminis aperta sit professio. quæ proinde sicut laicum, ne clericus fiat, ex Toletani IV. decreto non impedit, ita clerico non officit, quo minus in clericatu permaneat. Quod ipsum plane confirmans Toletana Synodus XIII. de Episcopo, qui morti, ut rebatur, proximus, pœnitentiam acceperat, & receptu post valetudine, an Episcopatum retinere, aut eo fungi posset, ambigebat, Canone X. respondit, fraudi hoc illi esse non posse, si nullum crimen sit confessus. ac ne ambigua in posterum res foret, his verbis ita constituit: *Sancta Synodus definivit, ut quicumque Pontificum, vel sacerdotum, deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notaverint, honorem retinendi regiminis non amittant, sed per metropolitanum reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita compleant ordinis*

sui officia, vel cetera mysteriorum sibi credita sacramenta. Quod si professi alicujus criminis pœnitentiam egisset hic Episcopus, quid aliud de illo judicare licuit patribus Toletanis, quam quod in re pari de Theodosio Arelatensi Episcopo paucis ante annis statuerant Cabilonenses, Episcopalem illum cathedram nec tenere nec regere posse? aut quid aliud expectare ab illis potuit; quam ut quod de Contumelioso Reiensi Joannes Papa decreverat, in Monasterium, privata Deum pœnitentia placaturus mitteretur? quoniam alienum est a consuetudine Ecclesiastica, sicut Leo Magnus ad Rusticum rescripsit Narbonensem, ut qui presbyteri vel diaconi, (nedum qui Episcopi) fuerint consecrati, hi pro crimine aliquo suo publicam pœnitentiam accipiant. *Unde hujusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei privata,* inquit, *est expetenda secessio.* Jam igitur, ut ad rem nostram redeamus, ostensum est, inter hæc duo pœnitentium genera quantum sit discrimen, & cum pœnitentes proprie ii dicantur, quos Episcopus excommunicavit, redegitque ad pœnitentiam, propterea hoc illis nomen, qui occulta tantum tenentur, non competere, quod excommunicari horum causa, cogique ad publicam pœnitentiam non debeant.

Cap. 2.

C A P U T VI.

Pœnitentiæ publicæ jus omne penes Episcopum, nullum nisi ejus vice aut jussu penes presbyterum.

DE pœnitentia publica, quibusnam imponi aut permitti soleret, satis opinor ex superioribus perspectum est. Sequitur ut hujus imponendæ administrandæque auctoritatem penes solos Episcopos resedisse ostendamus: presbyteris vero, nisi cum illi juberent, aut concederent, nullam fuisse. Res, si attendamus, nec obscura prorsus, nec ambigua: sed adserenda nobis hoc loco, & confirmanda propter illos, qui novo exemplo, cum amplius nihil sint quam presbyteri, Episcoporum prærogativam sibi arrogant hac in parte. In quo quidem Canonum antiquorum, si dici patiuntur, ignaros se probant, aut immemores. Nam ut de plurimis, qui hoc vetant paucos seligamus, quid notius est Canone III. Synodi II. Carthaginensis, *ut chrismatis confectio, & puellarum consecratio, a presbyteris non fiant, vel reconciliare quemquam in publica Missa presbytero non liceat?* aut Synodi III. Canone XXXII. *Ut presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem, nisi absente, & necessitate cogente?* & Synodi ejusdem Canone XXXI. *Ut pœnitentibus, secundum peccatorum differentiam, Episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur?* In tribus autem his Canonibus, quis tria illa quæ innuebamus constituta non videt? pœnitentiæ scilicet publicæ arbitrium penes Episcopos stetisse, arbitrium hoc usurpare presbyteris interdictum, indultum his interdum aliquid, vel consulto Episcopo, vel absente? Cum Africæ Canonibus consensisse Gallicanos, ne alias gentes persequamur, fidem facit duodecimus Andegavensis, *Pœnitentiæ locus omnibus pateat, qui conversi errorem suum voluerint confiteri. quibus perspecta qualitate peccati, secundum Episcopi æstimationem, erit venia largienda.* Fidem facit & Agathensis XLIV. *Benedictionem super plebem in Ecclesia fundere, aut pœnitentem in Ecclesia benedicere presbytero penitus non licebit.* Quorum canonum in altero, sua Episcopo erga pœnitentes auctoritas adseritur, in altero, presbyteris ne hanc sibi vendicent inhibetur. Vigebat tunc ergo, religioseque colebatur idem mos in Gallia. Quin & Caroli magni temporibus, quando ad instaurandam Ecclesiasticam disciplinam, quina uno eodemque anno, qui ejus vitæ postremus fuit, diversis in locis celebrata ipsius jussu & imperio sunt Concilia, peculiarem inter cetera curam illis fuisse restituendæ & observandæ pœnitentiæ publicæ docet Canon XXV. Synodi II. Cabillonensis. *Pœnitentiam,* inquit, *agere juxta antiquam Canonum constitutionem, in plerisque locis ab usu recessit, & neque excommunicandi, neque reconciliandi antiqui moris ordo servatur. Ut a domino Imperatore impetretur adjutorium, qualiter si quis publice peccat, publica mulctetur pœnitentia, ut secundum ordinem Canonum pro merito suo excommunicetur & reconcilietur.* Restitutam autem reipsa, revocatamque in usum tunc fuisse publicam pœnitentiam, temporum illorum historiæ loquuntur. Quas vero in hac partes Episcopi ducerent, & quas presbyterorum, quantumque inter utrosque discrimen, uberrime planissimeque exponit Hincmarus Archiepiscopus in eo capitulo, quod inter anni ejus XII. capitula primum locum tenet. quod ipsum ad totam hanc quæstionem illustrandam integrum hoc loco proferemus. Sic ergo se habet.

Hincmari Remensis ad Presbyteros Diœcesis suæ

CAPITULUM.

UT unusquisque sacerdos maximam providentiam habeat, quatenus si forte in parochia sua publicum homicidium, aut adulterium, sive perjurium, vel quodcumque criminale peccatum, publice perpetratum fuerit, statim si auctorem facti vel consentientem adire potuerit, hortetur eum quatenus ad pœnitentiam veniat coram Decano & compresbyteris suis, & quicquid ipsi inde invenerint vel egerint, hoc comministris nostris, magistris suis, qui in civitate consistunt, innotescat: ut infra quindecim dies ad nostram præsentiam, si intra parochiam nostram fuerimus, veniat, & juxta traditionem Canonicam publicam pœnitentiam cum manus impositione accipiat. Et si longius a parochia nostra fuerimus, annus & dies Kalendarum subtiliter describatur, quando peccatum publicum quisque admisit, & quando ad pœnitentiam coram ministris venit, vel quando ad impositionem manus nostræ pervenit. Et semper de Kalendis in Kalendas mensium, quando presbyteri de decaniis simul conveniunt, collationem de pœnitentibus suis habeant, qualiter unusquisque suam pœnitentiam faciat, & nobis per comministrum nostrum renuntietur, ut in actione pœnitentiæ pensare valeamus, quando quisque pœnitentium reconciliari habeat. Et si forte quis ad pœnitentiam venire noluerit, infra quindecim dies post perpetrationem peccati, & cohortationem presbyteri, in cujus parochia actum fuerit, & sedulitatem Decani, aut compresbyterorum suorum, at-

quæ instantium comministrorum nostrorum, decernatur qualiter qui peccatum perpetravit, & ad pœnitentiam redire contemnit, a corp. Ecclesiæ, donec ad pœnitentiam redeat, segregetur. Et sciat quisque presbyter, quia si per alium nobis cognitum fuerit quod in sua parochia admittitur, & tardius ad nostram notitiam perlatum fuerit, tantos dies a ministeris suspensus in pane & aqua excommunicatus morabitur, quantos dies nostram vel comministrorum notitiam ipsa ultio sine illius suggestione & debita ac jussu commonitione supertransierit: & in cujus negligentia peccator publicus non commonitus, post tantos dies sicut præfiximus obierit, sciat se quisque presbyter gradum amissurum. Hoc tamen omnimodis ab omnibus caveatur, ut nemo pœnitens, & cum devotione petens, ultima pœnitentia, vel ultimo viatico defraudetur: ea convenientia, ut si convaluerit, secundum Ecclesiasticas regulas pœnitentiam agat, & reconciliationem, quantum Deus sibi concesserit, in ordine pœnitentium expetat & expectet. Hæc ille. Viderint ab Hincmari sensu quantum absint, qui presbyteros in pœnitentiæ publicæ administratione pares faciunt Episcopis, quantumque pariter dissideant a Ratherio Veronensi, cujus illa post Hincmarum ad diœcesanos presbyteros sunt monita, *De occultis peccatis pœnitentiam vos dare posse scitote: de publicis ad nos deferendum agnoscite.*

A

B

C

C A P U T VII.

In pœnitentia publica triplex impositio manuum, & quorsum singulæ.

INter omnes Ecclesiæ ritus, qui in sacris mysteriis adhiberi solent, clara in primis & frequenti usu notissima est manuum impositio. Nam & gentilibus manus imponitur ut Christiani fiant, & fidelibus baptizatis ut Spiritum sanctum accipiant, & clericis, cum ad sacros ordines initiantur, & ab hæresi conversis, ut Catholicæ copulentur, & aliis non paucis. At in publicis pœnitentibus non una sed triplex fuit impositio manuum. una in operis aditu, altera in decursu, tertia denique in exitu. PRIMA, inquam, ut de singulis dicamus, illa fuit, per quam publicorum criminum rei ad pœnitentiam agendam admittebantur ab Episcopo; qui pro cujusque delictorum modo, stata singulis pœnitendi tempora decernebat, quibus exactis, communionem, a qua interim prohibebantur, acciperent. Quod illi cum Episcopo dum transigebant, actionem, & copiam, locumque pœnitentiæ ipsi petere, Episcopus dare & concedere dicebatur. Hæc enim publicæ pœnitentiæ erat veluti janua. De qua loqui apparet Augustinum in epistola cxxc. ad Honoratum, cum alios ad Ecclesiam venire ait baptismum flagitantes, alios reconciliationem, alios etiam pœnitentiæ ipsius actionem. & in epistola LIV. ad Macedonium, quando locum & copiam humillimæ pœnitentiæ semel in Ecclesia concedi scribit. & Leonem Papam, cum ad Rustici Narbonensis Inquisitionem II. respondens, *alienum ab Ecclesiæ consuetudine*, ait esse, *ut presbyteri vel diaconi pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant pœnitendi*. Quamquam alii quoque verbis rem eandem significabant: ut quia publicæ pœni-

D

E

A tentiæ actioni adnexa erat excommunicatio, ut dictum est, qui illam susciperet, hunc excommunicari removerique dicerent ab altari. Unde Augustinus idem in Epistola CVIII. ad Seleucianam, cujus antea testimonio usi sumus: *Agunt*, inquit, *homines pœnitentiam, si post baptismum ita peccaverint, ut excommunicari, & postea reconciliari mereantur.* & in epistola CXVIII. ad Januarium: *Si tanta est plaga peccati, auctoritate Antistitis debet quisque ab altari removeri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.* Quibus porro legibus, & quo ritu, ad hanc primam actionem accederent pœnitentes, Synodi Agathensis Canon XV. patefacit his verbis. *Pœnitentes, tempore quo pœnitentiam petunt, impositionem manuum, & cilicium super caput a sacerdote, sicut ubique constitutum, consequantur. Si autem comam non deposuerint, aut vestimenta non mutaverint, abjiciantur, & nisi digne pœnituerint, non recipiantur.* De quibus singulis quoniam agere non

B est hujus instituti, hoc satis sit observare, impositionem manuum a Synodo eam dici, quæ prima omnium pœnitentiam petentibus tribuebatur. ALTERA vero non simplex, nec una fuit, sed multiplex ac diuturna, tamdiu quippe durans, quamdiu pœnitentes a communi fidelium Missa excludebantur: toties iteranda ac repetenda, quoties ab Ecclesia post catechumenos ejiciendi, manibus prius Episcopi capita submittebant, juxta Synodi Laodicenæ Canonem XIX. Περὶ τοῦ δεῖν ἰδίᾳ πρῶτον μετὰ τὰς ὁμιλίας τῶν ἐπισκόπων, καὶ τῶν κατηχουμένων εὐχὴν ἐπιτελεῖσθαι, καὶ μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τοὺς κατηχουμένους, τῶν ἐν μετανοίᾳ τὴν εὐχὴν γίνεσθαι. καὶ τούτων προσελθόντων ὑπὸ χεῖρα καὶ ὑποχωρησάντων, οὕτως τῶν πιστῶν τὰς εὐχὰς γίνεσθαι τρεῖς. *Quod oporteat seorsum primum post allocutiones seu sermones Episcoporum, orationem super catechumenos celebrari. & postquam catechumeni egressi fuerint, super eos qui sunt in pœnitentia precem fieri. his etiam accedentibus ad manum sacerdotis, & discedentibus, tres orationes consummari fidelium.* De hac secunda impositione

C

D manuum accipiendus haud dubie S. Augustinus, in eo quem supra laudavimus Sermone CXLIV. de Tempore, cum ait, *Abundant hic pœnitentes: quando illis manus imponitur, fit ordo longissimus.* De eodem & patres Synodi Toletanæ III. Canone XI. dum præcipiunt *ut secundum formam Canonum antiquorum detur pœnitentia: hoc est, ut prius eum, quem sui pœnitet facti, a communione suspensum faciant inter reliquos pœnitentes ad manus impositionem crebro recurrere: expleta autem satisfactionis tempore, communioni restituant.* quod ad tertiam spectat impositionem manuum. Ad secundam autem & hoc referendum est, quod habet Synodus IV.

E Carthaginensis Canone XXC. *Omni tempore jejunii manus pœnitentibus a sacerdote imponatur.* TERTIA igitur & postrema hæc fuit, in qua pœnitentes omnibus rite peractis, pœnitentiæ fructum, hoc est, reconciliationem consequebantur, unde reconciliatoria impositio manuum dicebatur, ut in Concilii Arausicani I. Canone III. *Qui recedunt*, inquit, *de corpore pœnitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicari: quod morientis sufficit consolationi, secundum definitiones Patrum, qui hujusmodi communionem viaticum nominarunt. Quod si supervixerint, stent in ordine pœnitentium, ut ostensis necessariis pœnitentiæ fru-*

ctibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione percipiant. De hac ipsa quoque accipiendum, quod in Concilio Carthaginensi IV. legitur Can. LXXVIII. *Pœnitentes, qui in infirmitate viaticum Eucharistiæ acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione, si supervixerint.* reconciliatoriam namque intelligit. Ita ergo tres omnino, ut ostendimus, in pœnitentia publica impositiones manuum, diversos ad effectus, quas easdem scite ac distincte paucis verbis expressit Leo magnus in Epistola ad Theodorum Episcopum. *Christus*, inquit, *hanc Præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem, ut & confitentibus actionem pœnitentiæ darent, & eosdem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per januam reconciliationis admitterent.* PORRO ex tribus istis quæ duæ sunt extremæ, prima & tertia, nunc etiam apud nos in privata sacramenti hujus administratione locum habent. Nam & manum principio imponens pœnitenti sacerdos bene illi precatur ad confessionem recte obeundam, & expleta confessione, manum iterum ut absolvat imponit. Media tantum illa, quæ tunc scilicet usurpabatur, cum aspera & luctuosa illa fiebant a pœnitentibus, quæ describuntur a Tertulliano de Pœnitentia, & a Cypriano de lapsis, quorumque specimen quoddam supra vidimus in verbis Ambrosii contra Novatianos, ea, postquam pœnitentia publica vel penitus exolevit, vel in hac parte sublata est, in usu pariter & ipsa esse desiit.

C A P U T VIII.

Pœnitentiam tantum publicam Constantinopoli sublatam a Nectario, non privatam.

NEctarii Episcopi ad se nunc historia nos vocat. Neque enim dubitant qui recte sentiunt, quicquid illud est, quod innovasse Nectarius dicitur circa pœnitentes, id totum ad pœnitentiam tantum publicam pertinuisse. Hæreticorum sane nostra pene aut patrum memoria commentum fuit, privatam quoque ab illo sublatam una fuisse confessionem. Sed hoc quam absurdum sit, & a Nectarii mente quam alienum, ipsa rei gestæ narratio docet, quam a Socrate & Sozomeno fusius expositam Theophanes in Chronico paucis verbis sic commemorat. Νεκτάριος δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπαύσε τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον, διὰ τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ὑπό τινος διακόνου εἰς τὴν γυναῖκα τὴν ἐπὶ τῇ μετανοίᾳ σχολάζουσαν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ καὶ πάσῃ τῇ δύσει ἐπιμελῶς φυλάττεται ἕως τοῦ νῦν ἡ τάξις ἀφώρισται τοῖς μετανοοῦσι. *Nectarius vero Constantinopolitanus presbyterum sustulit, qui præpositus erat pœnitentiæ, ob flagitium a Diacono quodam in Ecclesia perpetratum cum femina quæ in pœnitentia versabatur. At Romæ, totoque in Occidente studiose is hucusque retinetur, & pœnitentium locus est designatus.* Quærendum hic enim ex iis qui a Nectario privatam quoque abrogatam confessionem volunt, quibusnam usquam pœnitentibus seorsim designatum in Ecclesia locum meminerint, præterquam publicis: quibusve aliis imperatum, quod Sozomenus refert, ὡς ἐν θεάτρῳ ὑπὸ μάρτυρι τῷ πλήθει τῆς ἐκκλησίας τὰς ἁμαρτίας ἐξαγγέλλειν, *velut in theatro peccata sua sub plebis in Ec-*

A *clesia testimonio confiteri.* Quod si publica pœnitentia fungentium propria hæc fuerunt, de his solis generali sub pœnitentium nomine hic agi fateamur necesse est, quos solos in Ecclesia pœnitentes proprie nuncupatos ab Augustino didicimus. Atque hinc est nimirum, quod Chrysostomum, dum ad Nectarii, cui in Episcopatu successerat, factum alludit, theatri nomen frequenter usurpantem cernimus, tum alias sæpenumero, tum in Homilia v. de Incomprehensibili. οὐδὲ γάρ εἰς θέατρόν σε ἄγω τῶν συνδούλων σου, οὐδὲ ἀνακαλύψαι τοῖς ἀνθρώποις ἀναγκάζω τὰ ἁμαρτήματα. τὸ συνειδὸς ἀνάπτυξον ἔμπροσθεν τοῦ Θεοῦ. *Non te in theatrum conservorum*
B *tuorum duco: non hominibus peccata tua detegere cogo: coram Deo conscientiam tuam explica.* At vero insurgunt hoc loco, & argutantur, cum publica confessione rejectam pariter a Chrysostomo illam videri, quæ sacerdoti fiat, cum hujus non meminerit, solamque eam suadeat quæ fit Deo. Suadet istam prorsus, eoque forsan impensius, quod omnem tunc recentis periculi suspicionem amoveri par erat. Quid tum autem? an quia illius non meminit, propterea eum publica proscriptam suspicabimur, ac simul recisam a Nectario credidisse Chrysostomum, quod nusquam apparet, nec unquam
C ostenditur? aut sui adeo immemorem factum, ut de hac sacerdotum potestate, quam miris laudibus passim effert, ulla hic posset ambiguitate dimoveri? Quid enim gravius ac significantius admiranda illa sacerdotii cum rege comparatione, qua usus est in Homilia IV. de verbis Esaiæ? ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς τὰ ἐπὶ τῆς γῆς ἐγκεχείρισται, ὁ δὲ τῆς ἱερωσύνης θεσμὸς ἄνω κάθηται, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. ὁ βασιλεὺς σώματα ἐμπιστεύεται, ὁ δὲ ἱερεὺς ψυχάς. ὁ βασιλεὺς λοιπάδας χρημάτων ἀφίησι, ὁ δὲ ἱερεὺς λοιπάδας ἁμαρτημάτων. *Rex quidem ea quæ sunt in terra sortitus est administranda, sacerdotii autem jus su-*
D *perius est positum.* Quæcumque ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo. *Regi corpora commissa sunt, sacerdoti animæ. rex pecuniarum reliqua dimittit, sacerdos reliqua peccatorum.* Quapropter cessasse Constantinopoli post Nectarium privatam confessionem nihil habent quo defendant. perseverasse contra, sæculisque sequentibus stetisse, Synodus VI. comprobat. cujus Canon ultimus sacerdotum erga pœnitentes quæ sint partes & officia describit. Nec dubitandi locum relinquunt innumera sanctorum virorum exempla, qui hujus laudis studio & gloria claruerunt. Quos inter Platonem
E suum jure Theodorus Studita in ejus epitaphio celebrat his verbis. Καὶ γὰρ ἦν ἀναγνώσεσι προσέχων ἀντὶ παιγνίων, ἔν τε ἐκκλησίαις συχνάζων ἀντὶ θεάτρων, ἔν τε συνόδοις ἀναστρεφόμενος ἀντὶ ἀσέμνων καταγωγίων· καὶ τὸ δὴ ἀξιεπαινετώτερον, ἐξαγορεύσεις ποιούμενος τῶν κρυφίων τοῦ νοῦ κινημάτων καὶ δραμάτων τινὶ τῶν καθηγουμένων. ὃ τῆς μεγίστης φιλοθεΐας ὑπῆρχε σύμβολον. τῷ δὲ τὴν ἐξαγόρευσιν δεχομένῳ κατέπληττε τὴν διάνοιαν τελεωτάτως γινόμενον. *Etenim pro ludo divinas lectiones, quibus attentus erat, pro theatris & spectaculis Ecclesias frequentabat, pro inhonestis diversoriis honesta collegia. Quodque laudabilius est, occultas mentis cogitationes & actus cuidam eorum qui præerant sæpius confitebatur. Quæ res magnum religionis illius erat indicium, idque cum perfecte facere solitus esset, ei qui confessionem ipsius audiebat admirationem & stuporem afferebat.* Ceterum privata hæc confessio, quæ sa-

cerdotum autibus committitur, quamquam ab illa differe, de qua dictum est, qua uni Deu, fine voce, lutimis sensibus confitemur, Deo tamen & ipsa fieri, cujus vices sacerdos in ea gerat, meritu dietbatus. Sic enim loqaitur Leo Epistola xxcvi. ad Episcupos per Campaniam. *Sufficit illa confessio, quæ primum Deo affertur, tum etiam sacerdoti, qui pro delictis pænitentium precator accedit.* & Sidonius Episcopus libro iv. Epistula xiv. ad Pulemium. *Noveris vola, non ut est apud præsulem fori, sic esse apud judicem mundi. Namque ne is qui propria vobis non tacuerit flagitia damnatur: ita nobiscum qui eadem Deo fuerit confessus absolvitur.* Quibus verbis nihil ud sacræ confessionis dignitatem explicandam adferri potesat accummodatius.

C A P U T IX.

Publicos pænitentes in Cœna Domini reconciliari Romæ olim mos fuit, & in Gallia.

IN pœnitentia publica, ceterisque in partibus Ecclesiasticæ disciplinæ, non idem semper mos fuit umnium Ecciesiarum: errantque vehementer, qui ex eo quod de pœnitentibus aliquid in Syoodu quapiam sancitum vident, id continuo ed umues pertinuisse, legemque umuibus positam putaut. Sui enim Syaodu cuique fines fueruos, extra quos imperium illis nullum, quu minus liberas haberent suas aliæ consuetudines. Erga pœnitentes autem quæ Rumæ observari sulebaus, eadem obtinuisse videnrur & in Gallia. Sed de Gallorum mure postea. Nunc de Romano, quod ad illorum reconciliationem atsiuet, illustria est locus iu epistuia Innocentii ud Decentium. *De pænitentibus*, luquit, *qui sive ex gruvioribut commissis, sive ex levioribus pænitentiam gerunt, si nulla interveniat ægritudo, quintu feria unte Pascha eis dimittendum Ecelesia Romanæ consuetuda demonstrat. Ceterum in pondere æstimanda delictorum, sucerdutis est jodicare, ut udtendut ad confessionem pæutentis, & ad fletus utque laerymas corrigentis, ac tum jubeut dimitti cum viderit congruam sutisfactiauem.* Quam enim Ecclesiæ Romanæ consuetodioem vocat, uun umnium videlicet haoc fuisse significar. Eodemque upinor spectas ubservatiu illa, incertum cujus, iu veteri Codice Fiscanensis monasterii: *Ramani reconciliane hominem intra absidem, Graei nolunt. Recuncilintio peccutorum iu cænu Domiui tantum est ab Episropa, consummata pænisentia. Si vero Episcopo difficile sit, presbytero potest necessitutis cuusu prabere pocestatem ut impleat.* Quod veru de Episcopi judiciu subjungit Innocenrius, argumentu est uun umaes prorsus absolutos tunc fuisse, sed illos duntaxot, qui satisfecisse videbautus, ceteris dilatis. Quid ergu? an illos etiam iu cœua Domiui reconciliatos credimus, qui susceepta in capite jejunii pœuitencia, tam brevi sempore in ea iunt versatie Omnino, si cousentaneum judicabatur, si aut leviura fuerant delicta, quibus expiandis levior pœua sufficeret, aut tantus dulor, ue prolixiorem luctum compeosares, aut ea conditio persone, cujus hæc satisfactio esset idonea. Nec mihi certe longior Romæ hoc spatiu aut diuturoior videtur fuisse pœuitencia Fabiolæ, quam Hieruuymus describit in Epistola xxx. ad Oceanum. Peccaverat illa haud sane levites, nou quia dissidium u viro fecerat, licebat euim ab adulteso: sed quia illo superstite alteri uupserat, quod adulterium censebatur. Post hujus ergu secundi viri excessum ad se suversa, pœuiteutiam expetiis. Quaodonam iniesit, Hieruuymus non explicat. Sed ex tempore, quo ioter pœnitentes comparuis, satis liqnet unius Quadragesimæ curriculo rem couclusam. *Quis hoc crederet*, inquit, *ut post martem secundi viri in semetipsam reversa, saccum indueret, & errorem publice fateretur, & tota urbe spectaute Romanu, ante diem Pascha, in Basilica quondam Luterani, staret in ordine pænitentium, Episcapo, presbyteris, & omni populo collacrymantibus, spursum crinem, oru luridu, squalidas manus, sordidu colla submitteret? Qua peccutu fletus iste non purget? quas inveteratas macalas hæc lumenta non abluant? Non est ingressu Ecclesiam Domini, sed extru castra cum Maria sarore Moysi separutu consedit, ut quam sacerdos ejecerat, ipse revocaret. Dolebat quasi adulterium commisisset. Recepta sub oculis omnis Ecclesiæ communione, quid fecit?* &c. Triu hæc igitur, quæ in more apud Rumanos circa pœuiteosiam publicam posita coguovimus, diem videlicet pœnitentium recunciliationi præstitutum, absulvendorum habitum delectum, & contractam in uuunullis, brevemque in gyrum redactam pœnitentiam, eadem apud Gallos quoque parites observata restat ut paucis ostendamus. Nec enim magni est negotii. In promptu suut de horum unoquoque aperta documenta. De solenni quidem seconciliationis die, Concilii II. Cabilonensis Canon xlvii. *In cænu*, ioquit, *Domini u quibusdam perceptio Eucharistiæ negligitur. Qua quaniam eodem die ab omnibus fidelibus, exceptis his, quibus pro gravibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, Ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam pœnitentes eodem die ad percipiendu corporis & sanguinis Dominici sacramenta recanciliat.* De absolveudurum vero delectu, quansus is fuerit ex Herardi Archiepiscopi Turonensis, Capitulu xiv. intelligere est. Sic enim præcipit. *Ut tempore apportuna publica crimiuu ad notitiam Episcapi deducuntur, maximeque in die magna Cœna reconciliandi, vel udhuc suspendendi, per praprium presbyterum, vel per legatum ipsius, eundemque presbyterum, cui causu ipsius criminis bene habeutur cognita, ud præsentiam Episcopi deseruntur, ne anima fratris, negligentia vel atia sacerdatis, absque reconciliatione permanens, ejus periculo pereat.* Cumpendiariam denique illam Quadragesimæ noius pœnitentiam, cujus uobis specimen Romæ iu Fabiola editum videbatur, apud majores quoque nustros frequentatum, usteudunt antiqua Pontificalia, quæ ritus & formulos continent, quibus ii qui pœnitentiam iueunte Quadragesima susceperant, iu die cœnæ absulvebautur. Omnium sit instar Mimatense, cujus hæc sunt iu urdine Feria v. cœnæ Domini. *Secunda loca, lotis pauperum pedibus, recanciliantur pænitentes, quibus ab Ecclesia solennem agere pænitentiam injunctum est, qui in capite jejuniorum de Ecclesia ejecti fuerunt.* Quin etiam manet hodieque multis locis iu Gallia prisci hujus moris exemplum in illis,

qui oppressis per incuriam parvulis suis publicæ pœnitentiæ addicuntur, ejectique ex Ecclesia die cinerum, eidem in cœna Domini restituuntur. Quos quidem, ut pœnitentia publica seipsa fungentes, in hoc ordine habendos ambigat nemo. Alia vero nostrum omnium est ratio, cum recepto tota Ecclesia nunc more, sacris cineribus primo jejuniorum die capita submittimus, Episcopique absolutionem adveniente cœna Domini suscipimus. Quamquam enim publice fit utrumque, & ex publicæ pœnitentiæ ritibus profluxisse utrumque, & imaginem ejus aliquam referre perspicuum sit, certum est tamen ad pœnitentiam publicam, de qua hic sermo est, neutrum pertinere.

CAPUT X.

Duplex fructus pœnitentiæ publicæ, venia delicti, & exemplum.

Omnis pœnitentiæ propositum sibi habet veniam, publica vero pœnitentia veniam simul & exemplum. Sapienter hoc enim ab Ecclesia institutum est, ut qui publice deliquit, publicam luat pœnitentiam, quæ non solum ipsi prosit ad salutem, sed etiam ceteris ad exemplum. Qua de re præclare, ut omnia, in Enchiridii capite LXI. S. Augustinus, *Quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri, neque in aliorum notitiam per verba vel quæcumque alia signa procedit, cum sit coram Deo, cui dicitur,* Gemitus meus a te non est absconditus, *recte constituuntur ab iis qui Ecclesiæ præsunt tempora pœnitentiæ, ut fiat etiam satis Ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata.* Eandemque in sententiam Cæsarius Arelatensis Homilia VIII. *In luctu & tristitia multo tempore permanentes, & pœnitentiam etiam publice agentes. quia justum est, ut qui tam multorum destructione se perdidit, tam multorum ædificatione se redimat.* Proprium hæc ac peculiare amplius hoc habuit, quam privata: alterum ei commune cum illa fuit, expiatio nempe abolitioque peccatorum. Nec enim dubium est, quin ut secreta, sic etiam publica per pœnitentiam deleantur. Dubitare nos non patitur locuples auctor Hincmarus, de utraque affirmans in libro de Teutbergæ repudio, ad Interrogationem V. *Habet*, inquit, *modum & ordinem suum publica confessio vel convictio secularium hominum, qui publice debeant judicari: non quo crimina gravia non solvantur etiam secreta confessione ac pœnitentia. sed ne infirmi in Ecclesia scandalizentur, videntes eorum pœnas, quorum penitus ignorant causas, & ut quod plurimorum constat perpetratum notitia, fiat sanatum scientia, & qui in Ecclesiæ peccaverunt sinceritatem, illi debitam exhibere studeant satisfactionem, & qui plures, quantum ex se fuit, destruxit exemplo, plures sanet suæ humilitatis antidoto.* Cur hi publice absolvantur causas explicent, qui vere solvantur & expientur non dubitat. Obvia sunt rursus apud Hincmarum eaudem Rotberti Cenomanensis, & Hildeboldi Suessionensis Episcoporum, & Pippini, aliorumque apud alios exempla, qui per publicam, ex eodem Christi domini instituto, iisdemque, ac in secreta solebant, conceptis verbis, pœnitentes aut peccatis exuti, aut exui sunt jussi. Quis denique post dilucida reconci-

A liatia illos Episcopi hæc verba, OMNIPOTENS *sempiternus Deus vos absolvat ab omni vinculo peccatorum, ut habeatis vitam æternam, & vivatis per Dominum, Amen*, post hæc inquam quis ambigendi cuiquam sit locus? At tamen non defuturi sunt, qui obstrepant. Nam si in pœnitentiæ publicæ reconciliatione vera fuit peccatorum remissio, quid attinebat, inquiunt, presbyteros adhiberi, qui reconciliandorum, priusquam Episcopo se sisterent, secretas confessiones audirent? Hoc enim moris fuisse testes sunt veteres iidem libri Pontificales, atque in his Mimatensis ille, cujus antea testimonio usi sumus. cujus sunt quæ proxime retulimus, atque hæc nunc etiam quæ sequun-
B tur. *Missa*, inquit, *si dicatur expleta, mox sacerdotes, quibus impositum est pœnitentium confessiones audire, audiant illos, vel in Ecclesia, vel in alio loco ad hoc deputato.* Et post alia. *Auditis confessionibus, Episcopus ante horam sextam examinet cum sacerdotibus diligenter, qui digni sunt reconciliari, qui non. Deinde paratus*, & cetera deinceps, quæ reconciliationis solennia ritusque omnes ordine describunt. Anteibat ergo publicam reconciliationem secreta confessio. Qua de causa censemus? Nempe, ut pœnitentes, quorum & occulta simul & publi-
C ca erant crimina, quia de publicis manifestisque tantummodo publice fuerant confessi, de occultis pariter secretam ederent confessionem, omnique ex parte purgatiores, paratioresque ad Domini mensam accederent. Quod si publicis duntaxat obstricti fuissent criminibus, publica illis una sat futura erat confessio. Quid autem, quod secreta istiusmodi confessione non solum in occultis, verum etiam in publicis, quæ palam confiteri pudor vetaret, pœnitentibus consultum interdum voluisse ostendit itidem Hincmarus in Consilio, quod in Pippini gratiam scripsit, cum publica illi a Synodo indicta es-
D set pœnitentia? Sed Consilii hujus verba audire, non hoc uno, sed aliis quoque nominibus est operæ pretium. *Exhortandus est*, inquit, *Pippinus, ut puram confessionem de omnibus peccatis suis, quæ ab ineunte ætate perpetravit, secrete faciat: quia forte talia peccata fecit, quæ turpe est etiam in publicum dicere. Et de hoc quod suum habitum dimisit, & se perjuravit, & quia cum paganis se junxit, de qua sua conjunctione multa mala sunt perpetrata, coram Ecclesia inter publice pœnitentes se lacrymabiliter accuset, & pœnitentiam & reconciliationem humiliter petat, & de omnibus quæ vel
E secrete confessus fuerit, vel publice accusaverit, per manus impositionem Episcopalis auctoritatis publice reconcilietur, & reconciliatus tonsuram clericalem accipiat, & habitum monasticum recipiat, & profiteatur se de cetero servare quæ expetit & expedit, & sic communionem sacri altaris recipiat.* Huc usque Hincmarus. Ex his autem quæ hactenus in medium prolata sunt, manifeste apparet, pœnitentibus publicis, quoad consummata pœnitentiæ satisfactionem integram exhiberent, nullam nisi interveniente ægritudine concessam vel indultam fuisse absolutionem, nec satis firma ratione illos niti, qui contra sentiunt. Nam cum solam ægritudinem Canones excipiant, frustra exciperent, si extra hanc integrum fuisset. Status ergo usque fixus mos fuit, ut ad expletam usque pœnitentiam differrentur. Præter morem vero indultum iis videtur,

tur, qui bello Suessionico interfuerant anno DCCCCXXIII. de quorum pœnitentia in hunc modum statutum est in Synodo quadam Provinciæ Remensis. *Decretum est, ut tribus Quadragesimis per tres annos agant pœnitentiam, ita ut prima Quadragesima sint extra Ecclesiam, & Cœna Domini reconcilientur. Omnibus vero his tribus Quadragesimis, secunda, quarta, & sexta feria in pane, sale & aqua abstineant, aut redimant*. Insolens enim ac inusitatum fuit, ante plenam satisfactionem reconciliari, & quod isti deerat, post reconciliationem explere.

CAPUT XI.

Adversus eos, qui pœnitentes dicunt a sacerdote non solvi, sed solutos declarari.

EXplodendi nunc ergo, proculque ablegandi sunt, qui de venia peccatorum Ecclesiæ litem movent, negantes aut concedi ob ea cuiquam posse, aut revera concedi. Quis hos enim post luculenta divinæ vocis oracula quibus refellantur, & sanctorum patrum Ecclesiæque universæ contrariam intelligentiam, audiendos existimet? *Ad terrorem*, inquit Hilarius, *metus maximi, quo in præsens omnes continerentur, immobile severitatis Apostolicæ judicium præmisit, ut quos in terris ligaverint, id est peccatorum nodis innexos reliquerint, & quos solverint, confessione videlicet veniæ receperint in salutem, hi Apostolicæ conditione sententiæ in cœlis quoque soluti sint, aut ligati*. Et post Hilarium Augustinus in fine Homiliæ ultimæ. *Quis certus est*, inquit, *quod Imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta sulcantur, & pene ut mors evitetur mors ipsa suscipitur. Supplicatur deinde per hominem homini. Sine dubitatione fiant ista, cum sit dubium quo fine proveniant. Et tamen certiores sunt claves Ecclesiæ, quam corda regum, quibus clavibus quodcumque in terra solvitur, etiam in cœlo solutum promittitur, & multo est honestior humilitas qua se quisque humiliat Ecclesiæ Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors æterna vitatur*. Quantum uctimque discrimen? Hilarius & Augustinus hominem per claves Ecclesiæ in salutem recipi, æternæque morti eripi docent; hi sacerdotis erga pœnitentem jus potestatemque definiunt, non ut peccata ipse remittat, sed a Deo remissa pronuntiet, ubi Deo illum satis fecisse perspexerit. At Dei solius est, inquiunt, peccatorum nodos solvere. Hoc ipsum tempore causabantur & Novatiani. Quod si Novatianos se negent, quantulo ab his spatio distant, qui si condonandi peccati potestatem verbo non adimunt, ut Novatiani, eam solam reipsa concedunt, quæ nulla est? Porro quæ in ore habent, & quæ scriptis suis adserunt, eadem habebant & adserebant Novatiani. Quare quæ in illos olim disputata sunt, in hos pariter cuncta conveniunt. Audiant itaque, & quibus illi armis a Paciano & ab Ambrosio debellati oppressique aliquando fuerunt, iisdem se peti evertique posse cognoscant. Quid enim aptius ad hos confutandos excogitari queat, quam quod contra Novatianos scriptum est a Paciano in epistola ad Sympronianum? *Nunquam Deus*, inquit, *non pœnitenti comminaretur, nisi ignosceret pœnitenti. Solus hoc, inquies, poterit Deus. Verum est. Sed & quod per sacerdotes suos facit, ipsius potestas est. Nam quid est illud quod Apostolis dicit*, Quæ ligaveritis in terris, ligata erunt & in cœlis, & quæcumque solveritis in terris, soluta erunt & in cœlis? *Cur hoc, si ligare hominibus non licebat? an tantum hoc solis Apostolis licet? Ergo & baptizare solis licet, & Spiritum sanctum dare solis, & solis gentium peccata purgare, quia totum hoc non aliis, quam Apostolis imperatum est. Quod si uno in loco & resolutio vinculorum, & sacramenti potestas datur, vel totum ad nos ex Apostolorum forma & potestate deductum est, aut nec illud ex decreto relaxatum est*. Et iterum in epist. III. *Sed pœnitenti*, inquis, *peccata dimittis, cum tantum in baptismate tibi liceat relaxare peccatum. Non mihi plane, sed Deo soli, qui & in baptismate donat admissum, & pœnitentium lacrymas non repellit. Ceterum quod ego facio, id non meo jure, sed Domini Dei sumus adjutores, inquit, Dei ædificatio est*. Et post alia. *Quare sive baptizamus, sive ad pœnitentiam cogimus, seu veniam pœnitentibus relaxamus, Christo id auctore tractamus*. Et hominem igitur, ut audivimus, pœnitenti peccata relaxare docet Pacianus, & auctore Deo relaxare. Quid Ambrosius lib. I. de Pœnitentia cap. 7. *Cur baptizatis* (Novatianos alloquitur) *si per hominem peccata dimitti non licet? In baptismo utique remissio omnium peccatorum est. Quid interest utrum per pœnitentiam, an per lavacrum hoc jus sibi datum sacerdotes vendicent? Unum in utroque ministerium est. Sed dicis quia in lavacro operatur mysteriorum gratia. Quid in pœnitentia, nonne nomen Domini operatur? Quid ergo? ubi vultis, vendicatis vobis Dei gratiam; ubi vultis, repudiatis?* Et libro II. cap. VII. *Lazarum Judæi interficere volebant. Nonne merito eorum successores vos esse cognoscitis, quorum duritiæ heredes estis? Nam & vos indignamini, & contra Ecclesiam congregatis concilium, quia videtis mortuos in Ecclesia reviviscere, & peccatorum indulta venia resuscitari*. Hic vero Ambrosius, non solum jus idem sacerdotibus vindicat, sed illo ipso Lazari exemplo, quo abuti contra solent, confirmat homines peccatis mortuos indulta per illos venia reviviscere. Quæ cum ita sint, quis hæresim, & Synodorum & Patrum calculis damnatam non exhorrescat? Nec vero difficile fuerat, ne Græcos obliti videamur, cum Chrysostomo, quem antea commemoravimus, alios etiam ad erroris hujus confutationem adjungere. Sed quid opus? cum supra omnem auctoritatem nobis esse debeat auctoritas Christi, quem apud Joannem, cum potestatem hanc Apostolis suis *Joan. 20.*
traderet, sacri oris sui afflatu, quem præmisit, & Spiritus sancti infusione, quam adjecit, majus quiddam prorsus, quam quod isti fabulantur, sanctiusque & augustius aliquod mysterium designasse, nemo sibi, opinor, non merito persuaserit, nemo sine injuriæ & temeritatis nota negaverit.

CAPUT XII.

Communio peregrina, in aliis honor fuit, in aliis pœna & supplicium.

NOn est aliena prorsus a pœnitentiæ publicæ nomine communio peregrina, & ut alienior videatur, liceat hic tamen, qua de re multi hactenus diversa senserunt, nostram quoque sententiam paucis vel extra lineam expromere. Ante omnia vero, quorumdam nobis cavendus est error, qui communionem laicam vel peregrinam cum audiunt, continuo pœnam in utraque sibi fingunt, delicti alicujus gratia culpam impositam. Non enim est ita. Nam & laica communio homini laico non pœna, sed honor est, & peregrina peregrino similiter. Tum vero pœnæ ac dedecori utraque deputatur, cum aut inter laicos, laicorum more communicare clericus jubetur, qui laicus non est, aut inter peregrinos non peregrinus. Quo constituto, Agathensis & Ilerdensis Concilii Canonum, qui soli peregrinæ communionis, quatenus pœna est, meminisse videntur, facilis & aperta est expositio. Reiensem enim, quoniam is ad rem, ut ostendam, non facit, prætermitto. Quid est ergo, quod de clericis quibusdam in Synodo Agathensi Canone II. præcipitur? *Contumaces*, inquit, *clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur. Et si qui, prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint, peregrina eis communio tribuatur. ita ut cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum dignitatemque recipiant.* De clericis agi liquet, qui unum in corpus allecti sunt, unaque in matricula conscripti, divino cultui una deserviunt. Quorum si qui ab officio per contumaciam discesserint, Synodi decreto ex matricula expuncti, graduque summoti, peregrinorum in ordinem redigantur, ut peregrina cum eis communione contenti sint. Sic tamen, ut quando resipiscent, locum suum recipiant, matriculæque, & corpori a quo segregati sunt restituantur. Hæc nostra est de Synodi mente communionisque peregrinæ notione conjectura. Quæ si vera est, & hoc quoque manifestum erit leviorem, contra quam nonnullis visum est, molliorenque communionis hujus pœnam fuisse, quam laicæ quia damnati ad laicam clerici gradu suo carebant in perpetuum. Agathensis ejusdem Synodi Canon V. parem

A quoque pœnam decernit in clericum, qui Ecclesiam damno affecerit. *Si quis*, ait, *clericus furtum Ecclesiæ fecerit, peregrina ei communio tribuatur.* hoc est, ut dixi, a fratrum corpore segregatus cum peregrinis communicet. Quod exemplum, ut apparet, secuta Synodus Ilerdensis Canone XVI. *Clericus*, inquit, *qui sede Episcopi sui vacante quidpiam abstulit; reus sacrilegii prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communio concedatur.* Nec alibi, ut reor, quam his tribus in locis, communionem peregrinam pro multa & supplicio positam reperire est. Nam quod ex Concilio Reiensi adferri vulgo solet, id ad B rem non facere perspicuum est. De Armentario siquidem sermo illic est, qui Ebreduni Alpium maritimarum in Metropoli Episcopus a duobus tantum Episcopis fuerat ordinatus. Cujus irritam proinde cassamque ordinationem Synodus cum pronuntiasset, eumque intra provinciæ fines consistere vetuisset, extra hanc illi ut habitare liceret permisit, vel ut allecto, si quis ei Ecclesiam aliquam concederet, vel ut hospiti & peregrino. Synodi enim verba sunt Can. III. *Hoc præsens statuit conventus debere servari, ut cuicumque de fratribus tale aliquid caritatis consilia dictaverint, liceat ei C unam parochiarum suarum Ecclesiam cedere, in qua aut Chorepiscopi nomine, ut Nicænus Canon loquitur, aut peregrina, ut aiunt, communione foveatur. Et hoc in qualibet provincia, præter quam in Alpium maritima liceat.* Ex his autem verbis quis non intelligit communionem Armentario permissam, non qualem contumacium clericorum audivimus, cum ignominia conjunctam & dedecore, sed illam ipsam, quæ inculpatis peregrinis tribui solet ad solatium & ornamentum. Nec vero aliter, mea quidem sententia, ratiocinandum est in monachis illis, qui Constantinopolim ab Ægypto venerant, de quorum communione inter D Theophilum Alexandrinum & Joannem Chrysostomum fuit controversia. Neque enim id agebat Theophilus, ut istis Chrysostomus communionem ullam qua notarentur irrogaret, sed ut tanquam ab ipso damnatis & excommunicatis nullam tribueret: & Chrysostomus ipse, quamquam illis ad communia vitæ subsidia ut peregrinis non defuit, κοινωνίαν tamen & communionem suam non impertiit. Quare videant qui aliud sibi persuaserunt, qua ratione id confirment. nobis quod initio posuimus fixum erit ratumque, peregrinam communionem unam eandemque honori peregrinis fuisse; clericis, qui ad eam devolvebantur, supplicio.

J A C O B I
S I R M O N D I
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
DISQUISITIO DE AZYMO.
Semperne in altaris usu fuerit apud Latinos.

LECTORI.

SÆpe mirari, Lector, subiit qui factum sit, ut in Eucharistiæ sacramento, quod ex pane vinoque constat, cum de vino dubitet nemo quin verum & ex uvis expressum esse debeat, quia id antiqui Canones docent; de altera parte, quam panem simpliciter Canones vocant, aliud potuerint quam germanum atque usitatum panem interpretari. Sed hominibus nimirum, qui sola in altari azyma contueri, sola in scholis & exedris audire azyma solerent, difficile fuit de superioribus temporibus aliud suspicari, quam de suis. Mihi vero, etsi consultissimo ad azyma transiisse Latinam Ecclesiam non ambigo, serius tamen hoc egisse, multisque antea sæculis fermentato usam esse, perspicue adeo demonstrasse hic Libellus videtur, ut de tua, Lector, æquiorumque omnium approbatione non diffidam. Quod si erunt, quicunctandum & amplius quærendum arbitrentur, hoc ipsos tamen ad præclaram, ipsorumque studiis non indignam investigationem excitasse non pœnitebit.

INDEX CAPITUM.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

DISQUISITIO DE AZYMO.

CAPUT PRIMUM.

Quod panis fermentatus in Missa consecratus olim a Latinis fuerit ex promiscuis populi oblationibus.

VEtus in Ecclesia Christianorum mos fuit, ut qui ad Missas celebrandas conveniebant, suam unusquisque sacrificii partem adferret. Itaque quod in præcipuis quibusdam celebritatibus, cum in cælitum numerum cooptatur quispiam, vel cum inaugurantur Principes, aut consecrantur Episcopi, atque in privatis etiam nuptiarum & exequiarum solemnibus fieri nunc cernimus, ut panem vinumque offerant ii quorum interest, id fere olim non ab uno aliquo, sed ab omnibus præstabatur. Cujus quidem consuetudinis apud priscos Ecclesiæ Antistites tanta fuit religio, ut hanc & Synodicis decretis, ne obsolesceret, sanciendam putarint, & dissimulanter non ferendum si quis violaret. Matisconensis sane Concilii II. Canone IV. aperta exstat constitutio, *Decernimus ut omnibus Dominicis diebus altaris oblatio ab omnibus afferatur, tam panis quam vini, ut per has immolationes, & peccatorum suorum fascibus careant, & cum Abel vel ceteris juste afferentibus promereantur esse consortes*. Cyprianus vero divitem feminam, quæ hoc more neglecto nihil afferebat, graviter increpans, in libro de Opere & Eleemosynis, *Locuples*, inquit, *& dives es, & Dominicum celebrare te credis, qua in Dominicum sine sacrificio venis, qua partem de sacrificio quod pauper obtulit sumis!* Et Auctor incertus, sed antiquus, in Sermone qui ccxv. numeratur inter Augustinianos, *Oblationes*, ait, *quæ in altaria consecrentur afferte. Erubescere debet homo idoneus, si de aliena oblatione communicaverit.* Ex quibus omnibus liquet profecto, non solum obtulisse in Missa singulos qui poterant, ita ut sola excusaret inopia, verum has ipsas oblationes consecrari in altari atque immolari consuesse, unde & sacrificium dictæ sunt a Cypriano. Quod ipsum ex Ordine quoque Romano intelligere est, tametsi non omnes consecrari solitas docet, sed quantum communicaturis sat esset. *Archidiaconus*, inquit, *accipiens oblatas, ponit tantas super altare, quanta possunt populo sufficere*. Hoc idem denique confirmant, atque hinc lucem pariter accipiunt, verba illa sacris operantis sacerdotis, in quibus subinde populi sacrificium vel hostias commemorat. Quale est, quod populum ipsum appellans, *Orate*, inquit, A *fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile sit apud Deum*. & quod Deum alloquens, *Memento*, ait, *Domine omnium circumstantium, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc sacrificium*. &, *Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus ut placatus accipias*. & illa rursum, quæ in feriis Paschalibus frequentantur, *Suscipe quæsumus, Domine, preces populi tui cum oblationibus hostiarum*. aliaque id genus plurima, quæ priscum illud tempus respiciunt, ex eoque interpretanda sunt, quando populi oblationes consecrabantur. Quo B igitur argumento doceri clarius poterat, Latinos tunc azymis in altari usos non esse, quam unde constet oblatum a populo panem consecrasse, quem minime dubium erat usitatum sibi ac fermento de more temperatum obtulisse? Nunc enim si quando, ut dictum est, in Missa panis offertur, ideo non consecratur, quia azymus non est, & sola hodie apud nos azyma consecrantur. Quod si azymus offerretur, consecrari fas esset. Vidimus aliquando ipsi, non injucundo spectaculo, in Armoricis apud Leonices, antiqui moris imaginem referentes matronas aliquot: quæ die festo com- C municaturæ cum in Dominicum venissent, adstantique ad altare Missam celebraturo sacerdoti suam singulæ oblatam, sed puram & azymam, vel domo allatam, vel e sacrario petitam obtulissent, ubi peracta consecratione ad communionem ventum est, ita omnes communicarunt, ut mutuas inter se hostias participarent, nec culpari ulla posset, si de alterius, ut Cyprianus loquitur, sacrificio sumeret, cum suam ipsa vicissim alteri concederet.

D

CAPUT II.

Quod fermentati panis usus in Ecclesia Latina multis sæculis perstiterit.

DE fermentati panis usu apud Latinos investigandum est, non quando cœperit, sed quoad usque perseverarit. Ab ipso enim susceptæ religionis exordio cœpisse manifestum est. Alioquin, undenam illis de azymo

venisset in mentem, qui ab Oriente, unde illis sacrorum origo, non didicerant? aut quo pacto notati ab Orientalibus fuissent Ebionæi, quod *δι' ἀζύμων*, panibus azymis, ut Epiphanius in Hæresi xv. refert, mysteria celebrarent, si mos idem jam tum in Occidentalibus Ecclesiis insedisset? Nondum ergo azyma receperant, quæ nec multis post sæculis recepta sunt. Usitati panis apud has & quotidiani multis sæculis factæ sunt hostiæ, suoque sæculo factas ostendit Ambrosius lib. iv. de Sacramentis cap. iv. *Tu forte dicis, Meus panis est usitatus. Sed panis iste, panis est ante verba Sacramentorum: ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hoc igitur adstruamus, quomodo potest qui panis est, corpus esse Christi? Consecratione. Consecratio igitur cujus verbis fit, & quibus sermonibus? Domini Jesu.* Nempe qui usitatum mensisque quotidianis usurpatum panem dicit, azymum haud dubie non significat. De Africa auctores erunt post Cyprianum, quem supra laudavimus, Concilii III. Carthaginensis patres, atque in his Augustinus, qui tria populi oblationum genera Canone xxiv. cum distinguerent, de sacramento corporis Domini sic locuti sunt, ut eo panem ostendant, non azymum, sed fermentatum, qualis offerri solebat, consecrari. Si de Gallia, aut de Roma ipsa percontemur, proferet illa S. Radegundis suæ oblationes, quas suis manibus faciebat, & venerabilibus locis incessanter, Fortunato teste, dispensabat. Romæ vero vesana illa matrona occurret, quam in S. Gregorii Vita narrat Joannes Diaconus, interrogatam cur risisset Gregorio respondisse, *Quia panem, quem propriis manibus me fecisse cognoveram, tu corpus Dominicum perhibebas.* Utraque videlicet usitati panis oblationes parabat, atque hanc Romæ & in Gallia fuisse consuetudinem utraque confirmabat. Sed panis ille post consecrationem quid esset, pia Regina non ignorabat: rudis matrona non credebat, quod miraculo edocta mox didicit. Longum foret ac supervacaneum reliquarum omnium suffragia colligere. Pro ceteris una loquetur Hispania, cujus in Toletano Concilio xvi. Canone vi. tam certum hac de re, tam illustre est testimonium, ut omnium instar esse queat. *Ad conventus*, inquiunt, *nostri agnitionem delatum est, quod in quibusdam Hispaniarum partibus quidam sacerdotum non panes mundos & studio præparatos, supra mensam Domini in sacrificio afferant, sed de panibus suis usibus præparatis crustulam in rotunditatem auferant, eamque super altare cum vino & aqua pro sacro libamine afferant. Quod factum nequaquam in sacræ auctoritatis historia gestum perpenditur. Unde id unanimitatis nostræ delegit conventus, ut non aliter panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer & nitidus, qui ex studio fuerit præparatus. neque grande aliquid, sed modica tantum oblata, secundum quod Ecclesiastica consuetudo retentat.* Quid hoc tandem est, quod Concilii hujus Antistites in his sacerdotibus reprehendunt? An quod azymum panem non consecrarent? Minime gentium. Atqui hoc ante omnia redargui oportuit, si azyma requirebantur, quia panes ipsorum usibus præparati, quos immolabant, azymi non erant, sed fermentati. Quo ergo nomine reprehendunt? Quia panes hi, quibus utebantur, nitidi non erant, nec studio in eam rem parati, quod consuetudo poscebat. Porro cum æra dccxxxi. hoc est anno Christi dcxciii. celebratum hoc Concilium Titulus doceat, quis hinc confici non videt Latinam Ecclesiam ad id saltem usque tempus azymis abstinuisse? At ducentis quoque post annis non usurpasse sequentia demonstrabunt.

CAPUT III.

Azyma Photiani schismatis tempore nondum recepta: eadem Leone IX Pontifice, cum in usu essent, a Græcis impugnari cœpta.

Exortum est Nicolao I. Pontifice schisma Græcorum Photio duce, qui sedem Constantinopolitanam adversus Ignatium Patriarcham invaserat. In hoc schismate, ne sine consilio divortium fecisse viderentur, objecta sunt a Græcis, & crimini Latinis data, quæcumque ab illorum moribus & disciplina discrepabant. Quod jejunent videlicet Sabbatis, quod Spiritum sanctum a Patre & Filio dicant procedere, quod presbyteros sortiri uxores prohibeant, quod presbyteris baptizatos chrismate linire non permittant, quod octo hebdomadas ante Pascha, illorum more, non observent, quod clerici barbas radant, quod Diaconi non suscepto presbyteratu Episcopi ordinentur, quod agnum denique, quamquam hoc falso aiebant, Judæorum ritu in altari cum corpore Domini benedicant & offerant. Hæc enim illa sunt objecta Græcorum, quæ Michael & Basilius Imperatores ad Nicolaum Papam, Nicolaus ad Hincmarum ceterosque Antistites Galliæ discutienda & refellenda misit. In quibus cum singulatim recensita sint omnia, & nulla usquam azymorum fiat mentio, quis ex hoc Græcorum silentio non intelligit, nondum illa in usu apud Latinos tum fuisse? Quis enim credat azyma neglecturos, si fuissent, qui de multo levioribus litem moverunt? At si nondum recepta tunc erant, ecquando tandem recepta augaramur? Si quo tempore objici Latinis cœperint interroges, atque hinc conjecturam duci posse arbitreris, in promptu est, de quo ambigi nequeat, objectari ante annos cœpisse non plane sexcentos, cum Ecclesiæ Romanæ præesset Leo IX. sedem Constantinopolitanam occuparet Michael Cerularius, vir schismatis studio & audacia Photio non dispar, ingenio autem & doctrina longe inferior. Hic enim est, qui primus Ecclesiæ Latinæ azymorum nomine bellum indixit, primusque una cum Leone Acridano, & Niceta pectorato, azymorum usum scriptis suis impugnavit, pro azymis contra Humberto Cardinali, Friderico Cancellario, ac Leone ipso Papa, quorum omnium opera exstant, adversus illorum calumnias decertantibus. Hæc prima scilicet perpetui deinceps inter Græcos Latinosque de azymis dissidii exordia fuere. Tum primum azymitas illi per ludibrium Latinos dicere ausi, atque inter Latinorum, quæ appellant σφάλματα & errata numerare, τὸ προσφέρειν κατὰ τὴν ἱερουργίαν ἄζυμα *quod azyma afferant in mystica sacrificio.* Hæc denique illa est, quam Wibertus Archidiaconus in Leonis IX. Vita hoc tempore natam scribit hæresim Fermentaceorum, Græcorum vide-

videlicet, qui fermento suo affixi, Latinos azymorum causâ impetebant. Quod si Photianis temporibus nulla, ut dictum est, de azymis fuit quæstio, & hanc a Cerulario primum Patriarcha excitatam res docet, quid vero proplus, quam ut azymorum initium apud Latinos ad intervallum illud referamus, quod Photium inter & Cerularium, hoc est ab anno æræ Christianæ DCCCLXVII. ad MLIV. intercessit? Quamobrem assentiri hoc loco non possumus vel Hugoni Tusco, qui Ecclesiam Latinam azyma perpetuo immolasse, vel Ruperto Tuitiensi, qui Ecclesiam Romanam censet fermentum in sacrificio nunquam admisisse, cum aperte reclament, quæ manifestis hactenus argumentis, exemplisque probata sunt: nec Leo unquam, vel Humbertus, cum azymorum causam agerent, ista se perpetui moris præscriptione defenderint; Græcumque adeo scriptorem hic potius audiendum putamus, Demetrium Chomatenum Bulgariæ Archiepiscopum, qui cum animadverteret, azymorum, quæ in Christianorum sacris adhiberentur, nullos usquam meminisse Canones Conciliorum, recte conjecit, Latinos qui his nunc utantur, olim usos non esse, mutationemque istam canonibus antiquis, id est Photiano ut diximus, schismate posteriorem videri. Sic enim scribit in Responsis ad Episcopum Dyrrachii. *Λατινῶν ἀζύμων οὐδεὶς οὐδαμοῦ κανὼν μέμνηται, οἷα ὕστερον, ὡς ἔοικε, τὸ τῶν ἀζύμων ἔθος ἐν τῇ τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐπεισκωμάσαντος.* *Latinorum*, inquit, *azymorum nullus usquam meminit canon, quippe quod posterius, ut probabile est, eorum mos in Romanam Ecclesiam se insinuarit.* Sero igitur, Græci quoque hominis judicio, Romani azyma susceperunt. Ita porro amplexi sunt, ut Græcos fermentati usum retinentes nunquam damnarint: Græcis contra sic azyma detestantibus, ut consecrari posse negarent, nec Latinos nisi his ejuratis communione sua impertirent. Qua in re laudandus nobis iterum Chomatenus, qui eodem in Opere quæsitum cum esset, *Πῶς λογίζονται τὰ παρὰ τῶν Λατίνων ἱερουργούμενα ἄζυμα. κοινὰ ἢ ἅγια*. *Sanctane, an profana censenda sint azyma, quæ a Latinis consecrantur*, sancta esse pronuntiavit, nec Latinos Græcis azymorum nomine aversandos, cum moris sit discrepantia, non dogmatis. Hoc enim ipsum est discrimen, quod eleganter more suo explicat Hildebertus Cenomanensis, ad Episcopum Andegavensem scribens epistola XLIV. cujus hoc est exemplum.

Sacerdos præsentium lator, dum ministraturus sacris adstaret altaribus, nec in hostiam præparatum panem inveniret, de communi pane sacrificium se confitetur obtulisse. Qua in re, licet potius consuetudo quam fides impugnatur, nos tamen nonnullam in eo culpam attendimus, arbitrantes gravius puniendum esse Ecclesiæ scandalum, quam delictum; & sacerdotis incuriam, quam reatus qualitatem. Quod quia in vestra diœcesi factum est, personam quæ peccatum peccavit sub vestro statuimus judicio, quatenus ab eo pastore transgressio puniatur, cujus gregem sacrificii novitas conturbavit. Erit igitur vestræ deliberationis, in sacerdotem qui male Græcatus est eam proferre sententiam, quæ plus patris habeat quam judicis, plus misericordiæ quam censuræ. Scriptum est enim, *Cum iratus fueris misericordiæ recordaberis*. Habac. 3, 2.

CAPUT IV.

Oblatæ studio paratæ, forma rotunda, crucisque titulo insignes.

De oblatarum materia dictum hactenus, res postulat; ut harum quoque formam & figuram contemplemur. Et quidem, si de primis Ecclesiæ sæculis agitur, quando ipsæ populi oblationes immolabantur, perspicuum est aliam formam non fuisse, quam quæ panum erat oblatorum. Integri enim ac solidi; ut oblati fuerant, consecrabantur, consecratique in partes ad distribuendum comminuebantur. *Norunt fideles* (verba sunt Augustini) *quemadmodum manducent carnem Christi. Unusquisque accipit suam partem, unde & ipsa gratia partes dicuntur.* Oblatarum itaque forma in altari ante confractionem simplex erat & unica: post confractionem, tot numero formæ quot partes. Verum hic primorum, ut dixi, temporum mos fuit. Posthæc ad corporis Dominici sacramentum, panes non vulgares & oblatitios, sed peculiares studioque ad id paratos adhiberi placuit. Quod quidem quandonam, & apud quos observari primum cœperit, difficile sit adsequi. Cautum sane meminimus in Concilio Toletano XVI. cujus a nobis supra commemoratum est decretum, *ut non aliter panis in altari benedictione sacerdotali sanctificandus proponatur, nisi qui studio fuerit præparatus*. Sed hoc Concilio antiquior, ut de aliis sileam, regina fuit Radegundis, quæ oblatas, ut audivimus, manibus suis factas sacris locis dispensabat. Quare jam tum inoleverat, ut studio pararentur. Quam religiose autem, ut hoc quoque non omittamus, decenterque parari solerent, ex iis intelligimus, quæ de azymis contra Græcos disputans narrat Humbertus Cardinalis. *Quod autem calumniamini*, inquit, *azyma deorsum terræ conjuncta, non negamus vulgo hæc eadem sic parari, lapidibus aut argilla superposita, non sicut dicitis terræ conjuncta. Verum hæc ad communes usus hominum & ceterorum animalium transeunt. Nam ad magnam Christi mensam non accedunt; sed illud solum, quod Diaconi cum Subdiaconis, seu ipsi Sacerdotes, sacris amicti vestibus, cum melodia Psalmorum, consperfum, & in ferris paratum, ex secretario proferunt.* Prima hæc igitur de oblatis lex fuit, ut dedita opera fierent, altaris sacrificio destinatæ. Alterius mox legis vim obtinuit consuetudo, qua factum est, ut rotundâ & orbiculari figura formarentur. Rotunditatem hanc in oblatis nominatim designat Concilium idem Toletanum, confirmatque Iso presbyter in vita S. Othmari, rotulas panis appellans oblatas, quæ in ejus sepulcro repertæ sunt. Tacito denique testimonio eamdem adserunt veteres apud nos picturæ, quæ oblatas circulari, nec alia usquam figura repræsentant. Quin & Græcis quoque ipsis panes rotundos parare mos est. Et quamvis integros, sicut Latini, non offerant, ex his tamen coronulas, ut idem Humbertus observat, hoc est rotundas partes tollunt, quas consecrant. & στρογγυλοειδὲς jam olim, id est rotundum id fuisse quod in altari consecratur, agnoscit in Ancorato Epiphanius. Tertius demum ac præcipuus oblatarum character, titulus crucis, quem imprimi, & quo uno signari has voluerunt patres Sy-


nodi II. Taronensis, canone III. statuentes, ut *corpus Domini in altari, non imaginario ordine, sed sub crucis titulo componatur*, hoc est, mea quidem sententia, ut panis in corpus Domini consecrandus, non aliter pro cujusque arbitrio, quàm impressa cruce formetur. Viderint qui aliter interpretantur. mihi vero non aberraturus etiam videtur, qui oblatas Arelatenses, quas toti Provinciæ imitandas paucis ante annis proponebat Synodus v. Arelatensis, ad hanc ipsam formam effictas intelliget. *Ut oblata, inquit, quæ in sancto offerantur altari, a comprovincialibus Episcopis non aliter quam ad formam Arelatensis offerantur Ecclesiæ.* Cujusmodi hæc forma fuerit, specimen insigne, dignumque quod hoc loco proferatur, exhibet vetus codex Bibliothecæ S. Germani Parisiensis: in quo delineatus inter altaria duo stat sacerdos, quorum in altero Judaici ritus sunt victimæ aries & hircus, in altero salutare Christianorum sacrificium denotant calix & oblatæ crucis titulo insignes. tum pensiles utrimque hostiarum supra capsulæ. Nec vero Latinis tantum solenne hoc fuit. Crucem nunc etiam oblatis suis, ut ostendam, apponunt Orientales, Græci quidem unicam, Syri vero & Ægyptii complures, juxta numerum laterculorum, quibus panes suos distinguunt, crucesque singulas singulis imprimunt. Singulorum exempla subjicientur, sed ante omnia Latinorum quod ex S. Germani Bibliotheca promisimus. est autem ejusmodi.

Can. 1.


LATINORUM.




SYRORUM.



ALEXANDRINORUM.



GRÆCORUM.



Quæ porro præter crucis figuram in Græcanica leguntur Ἰησῦς Χριστὸς νικᾷ, & in Alexandrina, Θεὸς ἰσχυρὸς, cum ceteris, quæ in archetypo satis expressa non erant, parerga sunt operis, quæ progressu temporum accesserunt. Quomodo & apud nos, pro meræ crucis titulo, variæ postea effigies, primum, ut par erat, Crucifixi, tum deinceps aliæ atque aliæ a prima origine longius abeuntes inductæ sunt. Sed & ad sacram populi communionem, cum partes olim, ut dictum est, confractas sumerent, atque hic mos, teste Humberto, post suscepta quoque azyma perseverasset, minores tandem oblatæ institutæ sunt. quæ licet integræ una consecrentur, & integræ singulis erogentur, particularum tamen nomen ex antiqua consuetudine sortitæ sunt.

CAPUT V.

Quam ob rem Eucharistia fermentum olim aliquando appellata sit.

De fermento in vita Melchiadis ac Siricii, & in epistola Innocentii ad Decentium quæ leguntur, quonam referenda sint, an ad Eulogias, quas Eucharistiæ vice dari mos fuit, quod Cardinali Baronio visum est, an ad Eucharistiam ipsam, quod ille fateri vehementer refugiebat, anceps quorumdam judicio & ambigua est disputatio. In qua ego si quid sententiam exposuero, non vereor ne contra Baronii mentem votumque facere videar, cum omnes ad hoc ipsum ut sua libere promant invitarit: nec me ab ejus sententia discedere indignabitur quisquam, qui meminerit illum pro singulari sua modestia, solitum aliena haud gravate audire, &, si meliora fuis cognosceret, libenter amplecti. Unde autem commodius ordiemur, quam unde suam ipse dissertationem auspicatus est? ab eorum scilicet verborum commemoratione quæ controversiam pepererunt. De Melchiade igitur ejus vitæ auctor sic scribit: *Hic fecit ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecratu Episcopi dirigerentur, quod declaratur fermentum.* De Siricio autem in hunc modum. *Hic constituit ut nullus presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadem, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum quod nominatur fermentum.* Innocentii vero ad Decentium cap. v. verba sunt: *De fermento vero, quod die Dominico per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ. Quarum presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco fermentum a nobis confectum per acolytos accipiunt, ut se a nostra communione maxime illa die non judicent separatos. Quod per parochias fieri debere non puto. quia non longe portanda sunt sacramenta, nec nos per cœmeteria diversa constitutis presbyteris destinamus, & presbyteri eorum conficiendorum jus habent atque licentiam.* In his omnibus locis negat Baronius adduci se posse, ut Eucharistiam credat fermentum appellatum. Quid ita? Quia *notissimum est*, inquit, *Romanam ac simul Occidentalem omnem Ecclesiam, non nisi in azymo pane consuevisse Eucharistiam conficere.* Quid tum vero? Etsi enim falsum id esse, quod compertum putat, dudum probavimus, pro vero tamen exploratoque nunc habeatur: quid hoc tandem ad nos, si Eucharistiam hic constat fermentum ex eo dictam, non quod ea pane esset fermentato, sed quod ipsa, quocumque ex pane fieret, Ecclesiis ad quas mittebatur, fermenti vicem præstaret, eisque unionis inter se vinculum esset, sicut fermentum massæ cui commiscetur. *O sacramentum pietatis! o signum unitatis! o vinculum charitatis.* ait Augustinus, in Joannem tract. XXVI. Quod ergo illi nomen congruentius potuit imponi, quam ut fermentum diceretur, cum Evangelicæ quoque parabolæ fermentum optimi quique interpretes, diversis verbis, sed uno sensu pronuntiarint esse, τὴν τῆς ἀληθείας διδασκαλίαν, *veritatis doctrinam* Origenes, τὸν θεῖον λόγον, *sermonem divinum* Basilius, τὸ κήρυγμα, *prædicationem* Chrysostomus. propterea quod, ut ait Origenes, καθάπερ ἡ ζύμη μιγνῦσα τῷ ἀλεύρῳ ὅλην μετέβαλλε τὴν ἄλλην πρὸς τὴν οἰκείαν ποιότητα, οὕτω καὶ ὁ λόγος Θεοῦ ἐν ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς ἐμπεσὼν, πάσας μεταμορφοῖ πρὸς ἑαυτόν. *Quemadmodum fermentum farinæ commistum massam universam in propriam transmutat qualitatem: sic & Dei sermo in rationales animas incidens, totas ipsas transfigurat in seipsum.* Maneat igitur quod principio institueramus, oblationes consecratas in decreto Melchiadis, sacram Eucharistiam intelligi, non Eulogias. De hoc fermento; sic enim nominabant, ut ad Ecclesias ab Episcopis mitterentur primo loco sanxisse Melchiadem. Presbyteris Ecclesiarum, ne Missas nisi hoc suscepto celebrarent, interdictum a Siricio. Quo autem die, & quas ad Ecclesias destinari oporteret, traditum ab Innocentio. Die scilicet Dominico, & ad solas Ecclesias seu titulos civitatum, non ad parochias totis sparsas per diœcesin. Quamquam enim usus inolevit, ut parochiæ nunc aliæ sint urbanæ, aliæ rusticæ, aliter olim res habuit. nam rusticarum proprium id nomen erat, ideoque parochias civitatibus opponebant, ut in Concilio Agathensi Canone XXI. cum jubentur ii, quibus Oratoria per agros extra parochias habere, atque in his Missas tenere permissum est, in præcipuis tamen festivitatibus, *non nisi in civitatibus, aut in parochiis* eas tenere. Et in Concilio v. Aurelianensi Canone VIII. *aut in civitatibus, aut per parochias ordinare clericos.* Quod discrimen non ignorans Dionysius Abbas, quia fermentum sciebat ad civitatenses tantum Ecclesias dirigi, titulum Innocentii decreto congruentem adfixit DE FERMENTO CIVITATIS PRESBYTERIS DIRIGENDO. Parochiarum porro & cœmeteriorum Urbis presbyteris, quibus expectandi fermenti lex imposita non erat, conficiendorum sacramentorum integrum jus fuit atque licentia. Quare his ad hunc modum explanatis, & scrupulus opinor exemptus est Baronianus, & ad intelligentiam reliqua patefacta & aperta sunt omnia.

CAPUT VI.

De Eulogiis, & triplici apud Christianos hujus notione vocabuli.

Post Eucharistiam proximum est ut de Eulogiis dicatur, hoc est de pane benedicto, qui post Missam dari iis solet, qui in Missa non communicarint. Unde & ἀντίδωρον Græci vocant, quod sacri doni sive Eucharistiæ sit loco. De hoc igitur prisco ritu presbyteros parochiæ suæ instituens Hincmarus hæc præcipit cap. VII. *Ut de oblatis quæ offeruntur a populo, & consecrationi supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certe de suis, presbyter convenienter partes incisas habeat in vase nitido & convenienti. & post Missarum solemnia, qui communicare non fuerint parati, Eulogias omni die Dominico & in diebus festis exinde accipiant.* Cujus præcepti, quod legitur etiam in Concilio Nannetensi, qui auctorem faciunt Pium Papam martyrem, ab eoque primum institutas Eulogias volunt, parum considerant quam incertæ sit auctoritatis Pii epistola qua nituntur: & cum moris hujus nec apud Tertullianum, nec apud S. Cyprianum, vel alios æquales ulla sit mentio, posteriorem ejus

originem videri. Ceterum ex verbis Hincmari constat Eulogias, & vicarias Eucharistiæ fuisse, & materia cum illa conjunctas. Ac tunc quidem, quoniam ex populi oblationibus fiebant, ex quibus & Eucharistia, fermentatæ fuerunt, quales sunt Græcorum. Apud nos vero, ex quo azyma consecramus, azymæ sunt; sive eodem ex azymi genere fiant, ut moris est in Regis palatio, sive ut apud alios vulgo solet, ex diverso. Quod has autem iis dari solitas ait, qui ad participandam Eucharistiam non fuerint parati, argumento est iis tantum datas, quibus ad Eucharistiam ceteroqui jus erat. non datas proinde cathecumenis, nec pœnitentibus, nec aliis quibusvis excommunicatis, & graviorum criminum reis, quibus aut aditus ad Eucharistiam nondum patebat, aut cum pateret aliquo fuerat obice interclusus. Quocirca falluntur qui de catechumenis aliter sentiunt, & quod de his loquens in libro de peccatorum meritis & remissione ait Augustinus, *Et quod accipiunt, quamvis non sit corpus Christi, sanctum est tamen, & sanctius quam cibi quibus alimur*, de Eulogiis interpretantur, cum de sale dictum sit, quod unum & perpetuum erat cathecumenorum sacramentum. Quid enim convenit, ut ad Eucharistiam parati aut non parati catechumeni dicerentur, quibus ad illam, nisi post baptismum, adspirare non licuit? Idemque est judicium de Pœnitentibus, quos certum est, nec ad communionem sacram, priusquam tempus explerent, nec ad vicarias ejus Eulogias admitti potuisse. Negandas demum criminis quoque causa Eulogias exemplo suo docuit Gregorius Turonensis libro v. Historiæ cap. xiv. de Meroveo agens apostata. *Operto*, inquit, *capite, indutusque veste sæculari, beati Martini templum expetiit. Nobis autem Missas celebrantibus, in sanctam Basilicam aperta reperiens ostia ingressus est. Post Missas autem, expetiit ut ei Eulogias dare deberemus. Erat autem tunc nobiscum Ragnemodus Parisiaca sedis Episcopus, qui sancto Germano successerat. Quod cum refusaremus, ipse clamare cœpit, & dicere quod non recte eum a communione sine fratrum conniventia suspenderemus. Illo autem hæc dicente, cum consensu fratris qui præsens erat, contestata causa canonica, Eulogias a nobis accepit. Veritus autem sum, ne dum unum a communione suspendimus, in multos existerem homicida. Minabatur enim aliquos de populo nostro interficere, si communionem nostram non meruisset.* Quod igitur Eulogias apostatæ

Cap. 26.

A negarat, justæ fuit & canonicæ severitatis; quod rursus concessit, non debitæ indulgentiæ. Ab hoc publico & solenni alterum inter privatos Eulogiarum genus exortum, qui benedictos panes invicem religiosæ observantiæ studio mittitabant: ut Paulinus Nolanus Severo epistola 1. *Panem Campanum*, inquit, *de cellula nostra tibi pro Eulogia misimus, tantum meritis in Domino tuis freti, ut plena ad te perferendum sui gratia crederemus. Tu licet uberioribus micis a Domini mensa jam saturatus sis, dignare & a peccatoribus acceptum in nomine Domini panem in Eulogiam vertere.* Et B Paulino eidem Augustinus epistola xxxiv. *Panis quem misimus uberior benedictio fiet dilectione recipientis vestra benignitatis.* Quo in genere, quia fiebat interdum, ut nonnulli Eulogiæ nomine ipsum Christi corpus mitterent, alii Eulogias ab hæreticis acciperent; horum alterum Synodus Laodicena vetuit Canone xiv. Περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας διαπέμπεσθαι. *Quod sancta nulla modo instar eulogiarum pro Paschale festum ad alias parochias sint destinanda.* de altero cautum est in Braccarensi 11. Canone lxx. *Non licere clericis vel laicis catholicis, ab* C *hæreticis Eulogias accipere, quæ maledictiones sunt magis quam benedictiones.* Tertium quodammodo Eulogiarum genus peperit consuetudo loquendi, quæ apud Ecclesiasticos scriptores nomen hoc transtulit ad cujuscumque generis munuscula quælibet, sive gratuita, sive jure aliquo promerita. Ut in Concilio Meldensi capite xiv. *Decet presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare & venerari suos Episcopos.* Et in Leonis iv. epistola ad Episcopos Britanniæ cap. 111. *De Eulogiis ad sacra Concilia deferendis nihil invenimus a majoribus terminatum: sed* D *sicut unicuique presbytero placuerit.* Valentinus Abbas epistola 256. ad Augustinum, *Florus frater noster Eulogias monasterii de Opusculis nobis tuæ attulit sanctitatis.* Hoc sensu & Hincmarus Archidiaconis suis vetat, ne eulogias exigant a presbyteris: & Concilium Duziacense 11. monachas sibi invicem eulogias vel quælibet munuscula accipere aut dare sine præcepto Abbatissæ: & Fortunatus Libro xi. eulogias dixit epulas ad se transmissas. & unde ni fallor exemplum ad ceteros manavit, & in quo libenter desinimus, Paulus Apostolus ad Corinthios scribens, in Epistola 11. cap. ix. illorum eleemosynas Hierosolymam destinandas, Eulogias appellare non dubitavit.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

DIATRIBÆ SIRMITANÆ II.

DE ANNO SYNODI SIRMIENSIS.

Cum viri docti animadversionibus ad Epiphanium & nupera ejusdem Dissertatione compositæ.

L E C T O R I.

Biennium est, ni fallor, cum de Sirmiensi contra Photinum Synodo Baronii sententiam asserere, contrariisque argumentis quibus illam Epiphanianæ animadversiones oppugnarant, brevi Diatriba respondere conatus sum. Hujus copiam, nec abnuente me, animadversionum auctor nactus cum esset, atque in quæstionem hanc universam attentius & accuratius incubuisset, prolixam nuper Dissertationem Rationario suo adjecit, in qua non solum pristina illa quæ adversus Baronium scripserat, præclare sibi visus est confirmare: sed alia etiam haud paulo, ut ipse ait, abstrusiora, & digniora scitu, & nullius hactenus vel tenuissima suspicione perstricta, in medium proferre. Quo de utroque ne temere videar a docto viro dissentire, quam explorata sint quæ pro certis ratisque vendicat, mearum opinor est partium investigare. Quare sicut prior Diatriba nostra cum ejus animadversionibus congressa est, ita nunc posterior ista cum Dissertatione confliget, atque indidem unde auspicatus est, ab arcanis scilicet nullique cognitis observationibus ordietur. Sed ante omnia priorem illam Diatribam, ex qua Dissertatio nata est, latentem hactenus & paucorum notitiæ creditam, ut totius causæ fontem & cursum recognoscas, oculis tuis, Lector, & arbitrio subjiciam.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

DIATRIBA PRIMA

SIRMITANA.

De anno Synodi Sirmiensis & fidei formulis in ea editis.

Pro Baronio adversus viri docti Animadversiones ad Epiphanium.

A QUo anno æræ Christianæ, quibusve Consulibus congregatum sit Concilium Sirmiense, quot præterea numero, & quænam in eo conditæ sint fidei formulæ, non una est inter antiquos & ævi nostri scriptores controversia. Etenim ut de anno prius disseramus, Socrates & Sozomenus convocatum tradunt
Lib. 2. c. 24. Lib. 4. c. 5. post Sergii & Nigriniani consulatum, qui fuit annus Christi CCCLI. At Baronius toto senennio ab his dissers, celebratum docens anno CCCLVII. consulatu Constantii Augusti nono & Juliani Cæsaris secundo. Socrati & Sozomeno adstipulatur vir magni nominis & amicus noster in
Petavius, pag. 306. Animadversionibus suis ad Epiphanium.

B Mihi cur potior Baronii sententia videatur ratio est non obscura, ejusmodi certe, cui Socrates & Sozomenus refragari nequeant. Testatur enim uterque illorum Concilio Sirmiensi adfuisse inter ceteros Episcopos Hosium Cordubensem. At certum est, si Concilium referas ad annum CCCLI. Hosium illi adesse omnino non potuisse. Enimvero si Hosii lapsus, quo ad Arrianæ perfidiæ subscriptionem impulsus est, in synodo Sirmiensi contigit, ut Socrates & Sozomenus affirmant, synodum post Hosii exilium coactam fateri necesse est. Quorsum
C enim, si præcesserat synodus, in eaque ad Arrianos jam transierat Hosius, Hosio exilium instigantibus Arrianis a Constantio fuisset imperatum? Hosii vero exilium qui accuratius ratiocinantur in annum Christi CCCLVI. incidisse
Pag. 603. statuunt, argumento epistolæ S. Athanasii ad Solitarios, quæ catholicorum antistitum exilia ordine percensens, post mentionem Paulini Trevirensis & Luciferi Sardiniæ, Eusebii Vercellensis, Dionysii Mediolanensis, quorum ille a Concilio Arelatensi anno CCCLIII. reliqui a
D Mediolanensi anno CCCLV. sedibus suis sunt ejecti, & post Liberii Papæ relegationem, quæ aliquanto post secuta est, Hosium extremo loco adnumerat, eamque narrat a Constantio primum in aulam accitum, atque in Hispaniam remissum: tum deinde rursus post datas ultro citroque literas iterum accersitum, & pro exilio Sirmii anno integro detentum. Quare si Hosii exilio posterior ejus lapsus fuit, ut ostensum est, exilii autem initium anno congruit CCCLVI. non potest synodus in qua lapsus dicitur, ad annum referri CCCLI.

Sed de anno synodi Sirmiensis, in qua Photinus damnatus est, cur conjecturas quærimus, cum de illo nobis post S. Hilarii professionem,

A quam in ejus fragmentis testatam videmus, ambigere non liceat? *Ad tollendum*, inquit, *ex* Pag. 23 lib. 1.
episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes. ET POST ALIA. *Inter hæc Sirmium convenitur. Photinus hæreticus deprehensus, & a communione jam pridem unitatis abscissus, ne tum quidem per factionem populi potuit amoveri.* Ergo cum Mediolanensem synodum Arbetione & Lolliano Consulibus anno CCCV. celebratam fuisse constet, & Sirmiensem biennio post convocatam testetur Hilarius, cui dubium esse
B queat, quin vera & certa sit Baronii sententia, qui anno CCCLVII. adscribendam censuit? Quid quod anno CCCLI. in quem synodum istam alii conjiciunt, cum Occidentis provincias obtineret Magnentius, & bellicis motibus arderet Pannonia, vix ac ne vix quidem synodum in ea convocare Constantio licebat. quem propterea Socrates idem & Sozomenus secum Lib. 2. c. 27. Lib. 4. c. 7.
ipsi pugnantes narrant non nisi extincto Magnentio, hoc est non ante annum CCCLIII. animum ad tractandas res Ecclesiasticas revocasse.

De hoc igitur priori capite, hoc est de sy-
C nodi nostræ anno jam satis: nunc alteram de formulis in ea conditis expendamus. Socrates Lib. 3. c. 25.
enim tres in hac synodo editas commemorat. Primam contra Photinum, quam a Marco Arethusio dictatam refert: alteram Latine scriptam, quæ Hosii blasphemia dicitur ab Hilario: tertiam quæ Consules habuit, & a Socrate postea recitatur, cum agit de Concilio Ariminensi. Ibid. c. 32.
Ceterum duplex in his verbis, ut Nicolaus Faber in præfatione sua observat, Socratis fuit hallucinatio. una quod primæ
D formulæ auctorem Marcum facit, cum tertiæ auctorem non primæ dicere debuerit: altera quod hanc tertiam in synodo Sirmiensi editam putat, cum ex Hypatii & Eusebii consulatu, quem adscriptum habuit, ad annum CCCLIX. pertinere liqueat, & Sirmii quidem, non tamen in synodo, quæ ibi nulla tunc fuit, sed in fortuito paucorum Episcoporum congressu præsente Constantio compositam fuisse docet epistola Germinii, quæ legitur in fragmentis Hilarianis. Lib. 2. c. 12.

Seclusa porro rejectaque a synodo Sirmiensi hac tertia formula, reliquæ sunt duæ priores, quas in ea synodo scriptas agnoscunt Hilarius in libro de synodis, & Athanasius de synodo

A Seleuciæ & Arimini; quarum alteram quæ adversus Photinum promulgata est, ut orthodoxam, vel ab orthodoxis non abhorrentem, interpretatur & commendat Hilarius; alteram quam Hosii blasphemiam nominat, ut impiam & Arrianam, tum a Gallis merito repudiatam ostendit, tum ab Orientalibus postmodum in synodo Ancyrana duodecim oppositis capitibus accurate confutatam. Qua in re mirum nec injuria videri poterat, tam discrepantes fidei regulas ab una & eadem synodo prodiisse, nisi exploratum esset, non ab iisdem, sed a diversis diversæque sententiæ Episcopis conditas fuisse. Quod enim jam ante acciderat in synodo Sardicensi, ut divisi inter se orientales atque B occidentales Episcopi suas utrique synodicas prorsus dissimiles conscriberent, hi pro Marcello & Athanasio, illi contra Marcellum & Athanasium, id ipsum contigisse liquet in Sirmiensi. Ad quam enim diversi, ut Socrates & Sozomenus tradunt, orientis & occidentis Episcopi convenissent, utrisque post damnatum communi calculo Photinum, suas seorsim fidei formulas edere placuit, quas pro germanis synodi placitis in varias oras transmiserunt: orientales Græcam, qua Photini dogmata confutantur, occidentales Latinam edidere, quæ Hosii blasphemia nuncupata est, in qua rejecto homoousio atque homœousio, τὸ ἀνόμοιον dis-C simile, hoc est liquidus merusque Arrianismus sanciebatur.

Verum reclamat hoc loco vehementerque obsistit auctor Animadversionum, & contendit in synodo Sirmiensi unicam duntaxat, id est primam illam contra Photinum conditam formulam fuisse: Hosianam vero alteram Sirmii quidem, & anno CCCLVII. non tamen in synodo, quam in eum annum cadere posse negat, sed a paucis Episcopis, qui apud Constantinopolim tum forte convenerant compositam arbitratur, & sententiam suam conjecturis adstruere conatur. Sed conjecturis quis locus esse possit contra certam & apertam Phœbadii Episcopi auctoritatem, qui adversus hanc ipsam Hosii D formulam scribens ex instituto, eam in synodo natam sub libri sui finem diserte significat. *Non sum nescius*, inquit, *antiquissimi sacerdotis & prompta semper fidei Hosii nomen quasi quendam in nos arietem temperari. Sed non potest ejus auctoritate præscribi, qui aut nunc errat, aut semper erravit. Nam si nonaginta fere annis male credidit, post nonaginta illum recte scribere non credam. Aut si nunc recte, quid de his opinandum est, qui ab eodem signati fide in qua ipse tunc erat de sæculo transierunt? Quid & de ipso pronuntiaretur, si ante hanc synodum dormisset?* Si hæc longo post tem-E pore scripta essent a Phœbadio, tamen spernenda tanti viri auctoritas non esset. Nunc vero cum ea scribat, quæ oculis ipse cernebat, & missam ad Gallos Hosii perfidiam ex synodo missam profiteatur, de ea re quænam potest esse justa dubitatio? Quanquam ergo instar omnium hic unus esse debeat, accedat tamen testis alter Athanasius, sive Athanasii nomine Vigilius Episcopus Africanus, qui Hosium in synodo Sirmiensi lapsum docet his verbis: *Sicut tu, Hosie, jam in ætate prolixa in synodo Sirmiensi fidem tuam, quam in Nicæa conscripseras irritam fecisti, dum regia potestati famularis, ut diceres, Quis ignorat pa-*

Pag. 310.

Lib. contra Arrianos. p. 113.

Lib. 1. de unit. Dei. Edit. Basil.

trem majorem esse honore, dignitate, claritate & majestate?

Restat nunc ut viri docti conjecturas discutiamus & has testatæ veritati officere non posse ostendamus. Sirmiensem ait formulam a synodo Ancyrana laudari, Hosianam contra blasphemiam, ut quæ Arrianæ τῶν ἀνομοίων hæresi consentiret, rejici penitus & explodi. Proinde consentaneum non videri, ut a synodo Sirmiensi utraque prodierit. Hæc prima illius argumentatio, cui nos aliud agentes jam supra occurrimus, cum formularum istarum unam ab orientalibus, alteram ab occidentalibus in synodo Sirmiensi conditam fuisse docuimus. Itaque absurdum non est, in synodo Ancyrana, cui Basilius Episcopus præerat, idem qui præcipuas in Sirmiensi contra Photinum partes egerat, ut patet ex Epiphanio; approbari ab Episcopis orientalibus Sirmiensem formulam priorem, quam ipsimet condiderant, respui autem damnarique Hosianam ab occidentalibus Arrianis conditam, a quibus in anomœi quæstione dissidebant. Atque hunc in modum satis, opinor, factum est primæ objectioni.

Pag. 312.

Hær. 73.

Proxima quæ ex Synodica Ancyrani Concilii demonstrare nititur, longo post Sirmiensem synodum intervallo Hosianam formulam extitisse, nullius item est momenti. Neque enim scribunt in illa synodica Basilius Ancyranus & ceteri Episcopi, se post synodum Sirmiensem diuturnam quietem egisse, ut videri vult, sed diuturnam optasse. Quod vero addit de Georgii Laodiceni literis, quas recitat Sozomenus, ex quibus confici putat inter synodos Sirmiensem & Ancyranam longius temporis spatium intercessisse, nullas etiam vires habet aut contra ipsum habet, qui Hosii lapsum, de quo uno Georgii literæ loquuntur, anno CCCLVII. contigisse non inficiatur. Revera autem, cum synodum Ancyranam sub Paschales sequentis anni ferias celebratam sit in confesso, nihil est incommodi, ut anni spatio quod inter synodum utramque interceptum est, ea omnia gesta sint, quæ in Laodiceni literis commemorantur.

Pag. 322.

Apud Epiphanium Hær. 73.

Lib. 4. c. 12.

Pag. 318.

Nec virium plus habet tertia ejus ratiocinatio, quam duxit ab Hilario, ut Hosii formulam in synodo editam non fuisse concludat. Hilarius, inquit, in libro de synodis, post Hosianæ blasphemiæ discussionem, subjicit deinceps Gallorum rogatu orientalium fides omnes diversis & locis & temporibus conscriptas, in quibus & priorem synodi Sirmiensis formulam recenset. Alio ergo extra synodum tempore Hosianam extitisse censuit. At quis non videt in his verbis Hilarii, non Hosianam cum formulis orientalibus, ad quas nihil attinebat, sed ipsas inter se orientales solas comparari, quas diversis locis & temporibus conditas in unum conferebat & digerebat Hilarius?

Pag. 323.

Reliqua est ergo postrema auctoris judicio validissima ratio ex Sulpicii Severi verbis petita, qui libro II. Historiæ synodum Sirmiensem antiquiorem facere videtur Arelatensi & Mediolanensi, quarum altera cum anno CCCLIII. habita sit, altera CCCLV. necesse est Sirmiensem dicamus post illas anno CCCLVII. collocari non posse. Gravisque omnino & exceptione major Severi auctoritas foret, si

Pag. 324.

hæc

hæc ab illo sic asserta esse constaret. Sed Severo tribui non debent, quæ Severi tacet non sunt. Quis enim si mentem propius adjiciat, non statim animadvertat, Sirmiensis synodi, aut rerum in ea gestarum nullam apud Severum exstare mentionem, ac titulum istum qui in editione Sigoniana legitur, cum in superioribus non extet, adscititium atque adulterinum videri? maxime cum ea quæ titulo mox subjiciuntur de Athanasio & Marcello ad Sirmiense Concilium nullatenus pertineant, sed tempora illa spectent, in quibus Arriani vetere in Athanasium odio flagrantes, pristinam de illo judicii sui, quod in Concilio Sardicensi solutum fuerat, quæstionem revolvere, Athanasiique damnationem cum Marcello & Photino

A miscere sunt aggressi. Quod quidem ante Concilium Arelatense & Mediolanense facere illos cœpisse dubium non est, eamque ob rem priore loco apud Severum commemorari. cum Sirmiensi autem Concilio, ut dixi, conjunctum ista nihil habent.

Quare confutatis rejectisque omnibus, quæ contra obtendebantur, manet integra Baronii sententia, Concilium Sirmiense biennio post Mediolanense, Hilario teste, celebratum in B annum Christi CCCLVII. incidisse; Hosii vero Sirmiensem blasphemiam, quam refellens Phœbadius in synodo editam significat, non in fortuito quopiam alio Episcoporum congressu, sed in eodem ipso, ut Vigilius testatur, Sirmiensi Concilio conflatam esse.

DE

PHOTINO HÆRETICO,

EJUSQUE DAMNATIONE

IN QUINQUE SYNODIS FACTA
ac de duplici Sirmiensi contra illum Synodo, & formulis in
posteriore editis,

DISSERTATIO.

In qua nova quædam, & vulgo haud satis comperta Ecclesiasticæ historiæ capita produntur. *Auctore* DIONYSIO PETAVIO *e Societate Jesu.*

AD LECTOREM.

Scripsi de Photino hæretico, deque Sirmiensi contra eum facta Synodo, tum de variis fidei formulis per illud tempus editis, non pauca, neque vulgo cognita. iis Epiphanianis Animadversionibus. Quæ cum ejusmodi essent, ut propter subtilitatem, & obscuritatem nonnisi longa explicari disputatione possent, ab Rationarii Historici, quod tertio jam edimus, angustiis excludenda putaveram. Nam nulla, quod fateri necesse est, Ecclesiasticæ pars historiæ, vel impeditior est, vel ignota magis, non hac ætate solum, sed duodecim abhinc ferme seculis. idque non falso a me dici sciet, qui illa legere, ac perscrutari voluerit. Sed cum ex eo tempore, quo Epiphanius noster in lucem exiit, quosdam esse compererim, qui se nostra illa non probare dicerent, cœpi omnem hanc historiam, & quæ de ea commentatus illic eram, attentius relegere. Quod cum sæpe, & accurate fecissem, duo sum assecutus: alterum, ut illa mihi, quæ tum scripseram, non minus quam ante placerent: alterum, ut in iis recolendis nova etiam occurrerent alia, quæ haud paullo abstrusiora prioribus essent, & digniora scitu, & nullius hactenus vel levissima suspicione perstricta. Hæc mihi justissima visa ratio est, cur quæstionem illam tam eleganti auctam accessione mandarem huic Opusculo, & universam damnati Photini historiam, ac Sirmienses fidei formulas exponerem. quod hoc, & altero capite quam potero brevissime complectar.

DE PHOTINO HÆRETICO EJUSQUE DAMNATIONE.

CAPUT PRIMUM.

Photini historia, & Synodorum contra eum celebratarum tam a Catholicis, quam ab hæreticis. Ostenditur duas fuisse Sirmienses. quarum prior hactenus ignota in lucem extrahitur.

Sever. lib. 2. Hist. *Hilar. frag.* *Epiph. Hær. 71.*

PHotinus Sirmii, quod Pannoniæ oppidum est, episcopus, Marcelli Ancyræ episcopi in adolescentia discipulus, & sub eo Diaconus aliquandiu vixit. Is de Christo prave sentiens Pauli Samosateni instauravit hæresim: ob eamque sæpe damnatus est tam ab Catholicis, quam ab ipsis Arianis.

Lib. 2. Hist.

Primo damnatus in Synodo Constantinopolitana ab hæreticis.

Severus Sulpicius auctor est ipsum una cum Marcello præceptore suo Synodi judicio condemnatum esse etiam ante Sardicensem. Ac videtur ea Synodus Constantinopolitana fuisse, quæ post famosum illud Tyri conciliabulum anno Christi cccxxxvi, imperante adhuc Constantino, peracta est, de qua Socrates lib. 1. cap. xxxvi. & Tripart. lib. iii. cap. ix. Nam Marcellus in illa depositus. quanquam de Photino nulla apud Socratem fit mentio. Porro cum Athanasius post id tempus eum ambobus istis communicasset, ab iisdem Arianis absens condemnatus est, ut ait Severus. quod ad Synodum Antiochenam pertinet, in qua depositus est Athanasius.

Socrat. lib. 2. cap. 10.

Secundo in Sardicensi a catholicis.

Post Sardicense Concilium anno cccxlvii. celebratum est, in quo Athanasius, & Marcellus pristinum in locum restituti sunt: ut ex Synodica constat, quæ apud Theodoretum legitur. Epiphanius refert in eadem Synodo Photinum damnatum, & gradu esse dejectum: cujus in Synodica nulla extat mentio.

Lib. 2. c. 8. Tripar. 5. cap. 24. Hær. 71. n. 1.

Tertio in Mediolanensi a catholicis.

Exinde Mediolani Catholicorum celebrata Synodus est, biennio antequam Valens & Ursacius in Ecclesiam recipi se postulantes Julio, & Athanasio supplices libellos obtulissent. *Igitur ad tollendum* (ait Hilarius) *ex episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi Synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur Sacerdotes, hoc magis soliciti, atque anxii, turbari rursum, miscerique omnia, quod jampridem plures episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis hæresis Arianæ ab Ecclesia fuerant ejecti. Quam opportunitatem nacti Ursacius & Valens Romanæ plebis episcopum adeunt, recipi se in Ecclesiam deprecantur*, &c. Huic Synodo Romani Pontificis interfuere legati, in eaque hæresis Ariana proscripta est, & Ursacius ac Valens a communione suspensi, rogata venia in gratiam recepti sunt. quatuor alii episcopi Arianæ sectæ cum Arii perfidiam damnare noluissent, irati exierunt. Cujus rei fidem faciunt imprimis epistolæ duæ; altera Concilii Ariminensis ad Constantium; altera Liberii Papæ, quam per Luciferum episcopum ad eundem Constantium Imperat. misit, cum ab eo solicitaretur, uti Athanasii depositioni subscriberet, paullo antequam iret in exilium.

Hilar. in frag.

* *Extat in calce operum Luciferi, & in frag. Hilar.*

Hanc epistolam primo loco commemorabo. In qua Liberius Constantium hortantem, ut cum Arianis Episcopis consentiret, ita compellat. *Quæ est pax, clementissime Imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi, Demofilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, cum apud Mediolanum Arii sententiam hæreticam noluissent damnare, de Concilio iratis animis exierunt.* In altera Synodi Ariminensis epistola Catholici episcopi de Ursacio, & Valente sic apud eundem Constantium queruntur; ut e Græco vertit Epiphanius Scholasticus in Tripartita. *Quapropter Ursacius, & Valens, quoniam participes, & concordes Ariani dogmatis erant, a nostra sunt communione segregati. Quam ut reciperent, cognoscentes delicta, quibus peccaverant, pœnitentiam, atque veniam impetrare poscebant: & rescripta eorum hæc ita se habere testantur, per quæ criminum veniam consecuti sunt. Erat enim tempus, quo hæc gesta noscuntur, quando Mediolani synodus celebrata est præsentibus Romanæ ecclesiæ presbyteris. Cognoscentes vero simul etiam post mortem dignum memoria Constantinum, cum omni integritate, & examinatione conscriptam exposuisse fidem. qui cum ab hac luce baptismate percepto discesserit, & ad præmia debita pacis abierit, incongruum esse judicamus post illum aliquid novitatis admittere.* Hanc epistolam Latine conceptam retulit Hilarius in Fragmentis: sed concisam, & omissis plurimis, quæ in Græco sunt, mutilam. Ita enim verba illa, quæ descripsimus, illic leguntur. *Ideo Ursacius & Valens in suspicionem ejusdem hæreseos Arianæ venerunt aliquando, & suspensi erant a communione, & rogaverunt veniam; sicut eorum continent scripta: quam meruerunt tunc temporis a Concilio Mediolanensi: & assistentibus etiam legatis Romanæ Ecclesiæ, Constantino præsente. In hoc cum magno examine fuisset conscriptum, quod tenens, baptizatus ad quietem Dei commigravit, nefas putamus inde aliquid mutare.*

Extat apud Athan. lib. de Syn. p. 676. Socra. lib. 2. Theodoret. 2. cap. 19. Tripar. 5. cap. 21.

Ex his colliguntur quatuor, quæ ad Mediolanensem istam Synodum illustrandam pertinent. Primum in ea damnatos Arianos, ac proinde celebratam esse ab Episcopis Catholicis. Deinde Romanæ Ecclesiæ presbyteros, vel, ut habet Hilarius, legatos interfuisse. Quod autem Constantino præsente facta esse apud eundem Hilarium legitur, id in Græco non extat: neque de Constantino M. verum est, uti neque de ejus filio juniore Constantino, ut ex illius Synodi tempore paullo post evidens fiet. De Constante itaque loquuntur; cujus jussu, utpote Catholici Principis, coacta videtur illa Synodus. Quod si verum est; tum sane reliqua, quibus ejus mortis & baptismi meminе-

Illustratur Mediolanensis Synodus.

runt, ad Constantem, non ad Constantinum pertinebunt. Sed ea res alterius est disputationis ac loci. Tertio indidem constat, Ursacium, & Valentem in Mediolanensi Concilio Arianæ postulatos hæresis veniam exorasse, & in integrum restitutos esse. Quarto annus quoque, quo illa Synodus est congregata, ex Liberii epistola conficitur. Nam dicit ante octo annos, quam ad Constantium illam epistolam scriberet, Mediolani eam habitam fuisse. Porro scripsit ad Constantium Liberius antequam in exilium mitteretur; adeoque anno Christi CCCLV. Quare octavus annus ante hunc erit annus Christi CCCXLVII. ut Sardicensem Synodum brevi intervallo Mediolanensis consecuta sit, eodemque anno celebrata. Biennio post, cum Athanasius Constantis & Constantii auctoritate, ac decreto ab exilio revocatus esset, Alexandriamque profectus; & Catholica res meliore jam loco esse cœpisset, Valens & Ursacius, qui in ditione Constantis erant, & ad potentiorum nutum, voluntatem ac religionem suam fingere jamdudum instituerant, ut antea cum ecclesia Catholica, ita cum Athanasio redire in gratiam e re sua esse statuerunt. Itaque libellum obtulere primum Julio Papæ; in quo & illa omnia conficta esse fassi sunt, quæ contra Athanasium objecta fuerant; & Arianam perfidiam anathemate damnarunt: *Sicut per priorem libellum* (inquiunt) *nostrum, quem apud Mediolanum porreximus, & nunc, & semper anathematizasse, hac manu nostra, qua scripsimus, profitemur*. Hæc in Latino eorum libello apud Hilarium: cui ista subjicit: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est*, nempe in Mediolanensi Synodo, ut ex iis patet, quæ paullo antea scripsit Hilarius; biennio ante Mediolanensem Synodum, cui Romani interfuere legati, peractam esse, quam Valens, & Ursacius cum Athanasio dato libello reconciliati sunt.

Ursacii & Valentis reconciliatio suo tempori restituta.

Ceterum Ursacii, & Valentis ista reconciliatio perperam in Annalibus confertur in annum Christi CCCL. post mortem Constantis qui XV. Cal. Febr. interemptus est. Etenim certissimum est, superstite Constante ambos illos resipuisse, ac libellos dedisse, quod Athanasius ipse dubium esse non patitur in epistola ad solitarios, ubi istos ait post Constantis obitum ab Arianis adductos esse, ut ad vomitum redirent, & ab Athanasii partibus atque Ecclesiæ Catholicæ communione desciscerent, causantes metu se Constantis, & ingratiis ad simulandam hanc pœnitentiam esse compulsos. Hoc vero falso illos allegasse dicit Athanasius; quod neque tum ullus Palatinus, aut Notarius ad eos missus sit, qui illos cogeret; quemadmodum ipsi deinceps instituerunt facere: sed nec Imperator quidem adesset; verum sponte ipsi Romam advolassent, & in medio Ecclesiæ cœtu pœnitentiæ libellus palam protulissent. Hæc Athanasius: ex quibus perspicuum est, Constante adhuc vivo Valentem, & Ursacium Julio pariter & Athanasio supplicasse. quod anno CCCXLIX. contigit, biennio post Mediolanensem Synodum, quæ ante annos octo, quam Liberius ad Constantium epistolam daret, indicta ponitur ab eodem Liberio. Quocirca tertia Photini damnatio in Mediolanensi Catholicorum Synodo facta est, ut ex his omnibus constet.

Pag. 640.

Quarto

Quarto damnatus idem est in Sirmiensi Synodo, non illa celebri, cui Ariani præfuerunt, Imperatore Constantio, ac Basilio Ancyrano præcipuas partes illius sustinente: sed in altera, cujus ex annalium, historiarumque monumentis hodie memoria omnis excidit. quam nos ex Hilarii Fragmentis, velut e parietinis ac ruderibus, sepultam, ac pene obliteratam eruimus. Synodum ergo Sirmiensem a Catholicis, & Occidentalibus in caussa Photini celebratam esse dico priorem illa, quæ in eadem urbe ab Arianis, & Orientalibus est habita. Quod ex verbis Hilarii colligitur, quæ hujus capitis initio posuimus. Refert enim Hilarius ad tollendum ex episcopatu Photinum congregatos esse Episcopos, post biennium, quam in Mediolanensi Synodo damnatus fuerat: ac per eam occasionem Valentem, & Ursacium, qui in Mediolanensi Synodo cum Catholica Ecclesia in concordiam redierant, cum Athanasio reconciliatos esse. Quod superstite Constante factum esse, & anno Christi CCCXLIX. paullo ante demonstravimus. His ista subjicit Hilarius. *Verum inter hæc Sirmium convenitur. Photinus hæreticus comprehensus, olim reus pronunciatus, & a communione jampridem unitatis abscissus, ne tunc quidem per factionem populi potuit* admoveri*. Hinc de loco Synodi illius constat: nempe Sirmii eam habitam fuisse; neque Photinum de sede pelli potuisse; quod populus seditione facta Episcoporum conatui restitisset.

damnatus est Photinus in Sirmiensi Concilio a Catholicis.

* f. amoveri.

Probatur Sirmiensis prior Synodus.

Nam quod Sirmiensis ista Synodus diversa sit ab ea, quæ postea contra Photinum eundem celebrata est ab Arianis, quæque vel unum fidei decretum, vel etiam duo condidit, de quibus mox agetur pluribus; his argumentis ostenditur. Primum ex tempore, quod ab Hilario significatur, & a nobis illustratum est hactenus. Biennio quippe post Mediolanensem Synodum, & sex annis, antequam Liberius relegaretur, adeoque anno CCCXLIX, Sirmii congregata est illa Synodus. At vero famosum illud Concilium, cui Basilius Ancyranus interfuit, ut minimum biennio post, Christi CCCLI. celebratum est. ut autem aliis placet, nono post anno, Christi CCCLVII. de qua re postea. Deinde quia Photinus in priore illa, propter populi factionem, amoveri non potuit; in posteriore vero ab Arianis & Constantio habita, omnino dejectus est, ut Sozomenus refert libro IV, in fine capitis VI. Tertio quod Concilium Sirmiense, de quo Hilarius scribit; Occidentales soli celebrarunt, decretumque suum ad Orientales miserunt Episcopos, ut idem testis est Hilarius; qui *decretum de Photino ab Occidentalibus factum ad Orientales relatum* asserit: Orientales vero *mente callidos, ingenio subtiles, multa pertimuisse occasionem revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quæsisse judicii, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistri, addidisse: ut mortuum de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem caussæ novitas excitaret; & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveheret*. Hæc Hilarius: quorum ex antecedentibus, atque ex historia Severi, hæc sententia est. Marcellus Photini magister, cum ab Arianis una cum Photino depositus esset, ut supra demonstravi, in Sardicensi Concilio

in integrum restitutus erat. Verum cum pristinum errorem postea resumpsisset, *Athanasius hunc a sua communione suspendit. habuitque ille hanc verecundiam, ut tanti viri judicio damnatus, sponte concederet*, ut Severus narrat. Quod Athanasii judicium Photini damnatione, ac Sirmiensi Synodo anterius fuisse testatur Hilarius: atque *his, quæ in Photinum gerenda erant, auctoritatem præbuisse*. Itaque Orientales, decreto illo contra Photinum ab Occidentalibus misso, rescripserunt, non solum Photini damnationem approbantes; sed Marcelli insuper addentes: ut hoc modo Sardicensis acta Concilii labefactarent, & quæ ibi de Marcello & Athanasio constituta erant, irrita facerent. Quippe ambo, uti diximus, a Sardicensi Synodo sedibus suis restituti sunt. Hujus autem convelli auctoritas, infringique videbatur, damnato Marcello, quem illa sublevarat; & ad Athanasii damnationem, quem perinde complexa Synodus erat, aditus præstrui. Hæc ab Hilario ad eum modum gesta narrantur. Unde illud apparet, Sirmiensem hanc Synodum Occidentalium fuisse; & quidem Catholicorum; primum quia Valens & Ursacius hujus occasione Synodi cum Catholicis, & Athanasio penitus concordiam ineunt; ut ex Hilario supra docuimus. Deinde quod idem Hilarius, paucis interjectis, Occidentales istos, qui Sirmii convenerant, ea re commendat, quod decretum suum ad Orientales miserint bono more, institutoque, non ut eos ad assentiendum cogerent; at *nunc*, inquit, *agitur*: sed ut certiores illos facerent. *De Photino autem, sicuti mos poscebat, ad Orientales epistolæ sunt, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum, sed instruendæ universorum scientiæ consuetudine.* Quamobrem Occidentalium iste consessus Sirmii factus non potest idem esse cum altero, in quo Basilius cum Photino commissus est, cui soli Orientales propemodum interfuere. Ac videtur Constans Imperator Catholicæ fidei studiosissimus princeps, ejus promovendæ, & in Occidente sanciendæ gratia, primum Mediolani episcopos congregasse, ut de Arianis, ac præsertim Valente, & Ursacio cognoscerent; & quæ nuper in Sardicensi Concilio decreta erant, denuo firmarent: deinde Sirmii, ut Photinum e gradu dejicerent, quod ne fieret, populus intercessit: Constans vero, antequam vim adhibere posset, e vita sublatus est. Itaque nova deinde Synodo opus fuit ad deponendum Photinum.

Quinta Photini damnatio in Concilio Sirmiensi ab hæreticis habito.

Quinta igitur & postrema Photini damnatio in eadem urbe Sirmio, biennio post priorem, facta est anno CCCLI, quo depositus est iterum Photinus, & episcopatu pulsus; quod obtineri hactenus non potuerat; atque etiam collatione cum Basilio Ancyrano habita, convictus, ac prostratus est. Cujus Synodi ratio quia perplexa est, & multis obstructa difficultatibus, nec levis de actis illius controversia; seponemus et explicandæ caput alterum, in quo quæ ad illam pertinent brevi complectemur.

CAPUT II.

De tribus fidei formulis Sirmii editis e quibus sola prima in Concilio adversus Photinum illic peracto facta esse monstratur.

Cum jam quarto episcopalibus sententiis notatus, ac depositus Photinus, invitis omnibus, sedem suam retineret, demum adversus eundem Sirmiensis altera Synodus est collecta, in qua Constantii Imperatoris auctoritate rursus ille damnatus episcopatu cedere cogitur. Synodum hanc celebravere Orientales potissimum episcopi. Nam Hilarius libro de Synodis formulam fidei cum anathematismis illic editam sic inscribit: *Exemplum fidei Sirmio ab Orientalibus contra Photinum conscriptæ*: ac proxime ante, tunc eam esse propositam refert, *cum Photinus episcopatu dejectus est*. unde, quod superiori capite diximus, constat, alteram hanc Sirmiensem esse Synodum ab ea, quam Occidentales biennio ante in eadem urbe fecerunt.

Duo sunt hac de Synodo quæstionis capita; alterum de anno, quo peracta est; alterum de fidei formulis, quæ in ea publicatæ feruntur. Quod primum attinet, Socrates libro 2. cap. 29. Græcæ edit. & Sozomenus lib. IV. cap. VI. testantur eum annum fuisse post consulatum Sergii, & Nigriani, quo nulli Consulatum gesserunt ob bellicos tumultus. Hic est annus Christi CCCLI. At Baronius in annum CCCVII. illam conjicit. De fidei formulis non minor est controversia. Nam tres omnino extant ejus urbis inscriptæ nomine, quæ in eadem Sirmiensi contra Photinum collecta Synodo propositæ narrantur a Socrate, Sozomeno, ac Nicephoro. Lib. 2. c. 30. Lib. 4. c. 6. Lib. 9. c. 38.

Prima formula Sirmiensis.

Primæ auctor fuisse perhibetur Marcus Arethusius, ut scribit Socrates, Græceque concepta est cum anathematismis XXV. Ea Græce apud Athanasium legitur in libro de Synodis, & Socratem loco jam citato. Latine autem apud Hilarium libro de Synodis, & in Tripartita, lib. IV. cap. VII. In ea damnantur anathemate, qui dicunt Filium *de non extantibus, aut ex altera hypostasi esse: vel fuisse tempus, aut seculum, quando non erat*. Nulla porro in illa mentio fit *οὐσίας*, nisi quod damnantur, qui dicunt *πλατυσμὸν τῆς οὐσίας*, *collatationem substantiæ* esse Filium. Hujus fidei formulæ, ac Sirmiensis Synodi & Photini depositionis, quod subit mirari, nullam mentionem facit in ejus Hæresi S. Epiphanius. sed solius Sardicensis Occidentalium Synodi meminit, in qua damnatus est, secundum quam Constantium adiisse, ac se injuste depositum querentem, judices impetrasse: ac missos esse Thalassium, Datianum, Cerealem, Taurum, Marcellinum, Evanthium, Olympium, Leontium, quos ex ordine Senatorio fuisse Socrates indicat. Coram his, & Episcopis pluribus descendisse illum in certamen cum Basilio Ancyrano prodit Epiphanius, ac Socrates, & Sozomenus. Qui ambo significant, finita jam Synodo Sirmiensi, & post depositum in eadem Photinum, disputationem illam esse factam. qua convictus Photinus, & exauctoratus est. Verum apud eundem Epiphanium in

Pag. 693. Lib. 2. c. 30.

Anathematismo 6. & 7.

Hær. 71.

Hær. 71. c. 2.

Semiarianorum hæresi, Basilius, aliique Episcopi in Synodica Ancyrani conciliabuli, meminerunt Sirmiensis Synodi, ejusque actorum adversus Photinum.

Secunda formula.

Secunda fidei formula apud Sirmium edita est Latino sermone, ut testantur Athanasius, Socrates, Hilarius, qui eam describunt, Sozomenus, aliique. Hujus inscriptio est apud Hilarium ejusmodi: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium, & Potamium conscriptæ.* In ea prohibitum est fieri mentionem nominum οὐσίας, ὁμοουσίου, & ὁμοιουσίου, quia nusquam in Scripturis leguntur. Eandem postea supprimere conati sunt Ariani, interposita auctoritate Constantii, ut iidem Scriptores referunt.

Tertia formula.

Tertia formula Latina itidem Sirmii concepta est, notatis Coss. Eusebio, & Hypatio, qui annus Christi fuit CCCLIX. eaque a Valente, & Ursacio Ariminum perlata. quæ apud Athanasium, & Socratem extat. Sed eam in Sirmiensi contra Photinum Synodo editam non fuisse perspicuum est, idque Nicolaus Faber in Præfatione ad Hilarii Fragmenta olim animadvertit.

Nos in Animadversionibus ad Epiphanium, ante annos quatuordecim, cum de hoc argumento longam disputationem faceremus, duo quædam exposuimus: alterum, Sirmiensem illam postremam Synodum eo anno peractam fuisse, quem habet Socrates, Christi CCCLI; non, ut plerisque persuasit Annalium Ecclesiasticorum conditor, anno CCCLVII. Alterum, e tribus illis fidei formulis, quas paullo ante enumeravi, solam primam in illo Concilio scriptam fuisse: secundam vero non in Synodo ipsa Sirmiensi; sed aliquot annis postea editam, in consessu paucorum Episcoporum. Horum primum veterum illorum, quos citavi, auctoritate nititur; præsertim Socratis: qui ut sæpius, ita nunquam temere, aut falso notas illas Consulatuum adhibet; sed ex Actis publicis, ac Fastis haud dubie depromptas. quo major illis habenda fides est, maxime ubi nulla in contrarium idonea sunt argumenta: cujusmodi certe hic nulla sunt. Nam quæ in Annalibus opponuntur, satis iis responsum est in Animadversionibus ad Epiphanium; ac paullo post ea prorsus irrita, & inania esse constabit; ubi quod posterius est e duobus a me positis, ostendero, secundam de tribus fidei formulam non in Sirmiensi contra Photinum Synodo, sed alio tempore, ac diverso cœtu præsulum in lucem exiisse. Quod illic disputatum latius, ut in pauca contraham, his maxime de caussis asseritur.

Hær. 73. n. 2. Lib. de Syn.

Probatur secundam formulam non in Sirmiensi magna Synodo editam fuisse.

Lib. 4. c. 13.

Imprimis auctores sunt Epiphanius, & Hilarius, cum secunda ista formula publicata esset, atque e Sirmio in Orientem perlata, vehementer exarsisse Basilium Ancyranum Episcopum, aliosque Semiarianarum partium: cumque ab Georgio Laodiceno sectæ ejusdem patrono literas accepissent, quibus de Eudoxii perditissimi Ariani vesania certiores illos faciebat (quem refert Sozomenus, postquam ecthesim illam ab Osio expressam, ab Valente & Ursacio missam recepisset, gratulationis plenas ad eos scripsisse literas, quod ipsorum opera vera in Occidente fides reviviscerer) his commotum Laodicenum Georgium, ad Basilium, & Episcopos, qui cum eo Ancyram convenerant, Epistolam dedisse, qua eos hortabatur, ut Antiochenæ, immo Orientali Ecclesiæ succurrerent. Porro Ancyram ideo se se contulerant, ut encænia celebrarent novæ basilicæ, quam a se conditam Basilius ibi dedicabat. Igitur Ancyræ Semiarianorum Concilium habitum est, paullo ante Pascha, ut eorum Synodica testatur apud Epiphanium. In quo fidei formulam istam, quæ secunda apud Sirmium edita est, damnarunt, & adversus eam longissimam aliam ecthesim cum anathematismis ediderunt. Post Synodum deinde legati ad Imperatorem Constantium profecti Basilius ipse, Eustathius Sebastenus, Eleusius Cyzicenus, & Leontius presbyter, qui hoc ab eo peterent, ὥστε κρατεῖν τὰ ἐν Σαρδικῇ, καὶ ἐν Σιρμίῳ, καὶ ταῖς ἄλλαις συνόδοις κεκριμένα· ἐν αἷς συνωδὰ ὅμοιον εἶναι κατ' οὐσίαν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱόν. *Ut rata hæc essent, quæ apud Sardicam, & Sirmium, & in aliis Synodis decreta fuerant: in quibus communi consensu definitum erat similem esse secundum substantiam Patri filium.* ut scribit Sozomenus. qui Imperatorem narrat ea legatione commotum revocasse omnia, quæ per Anomœos extorta fuerant: a quibus secunda illa Sirmiensis professio dictata erat.

Ex his omnibus validum argumentum efficitur, quo secunda illa formula Sirmiensis ostenditur nequaquam in Sirmiensi contra Photinum collecta Synodo condita fuisse. Etenim Sirmiensi huic Synodo non solum Basilius interfuit; sed prope etiam præfuit. præcipuæ certe in ea partes illius fuerunt; ut qui in ejus omni actione floruit; eademque finita, datis ab Constantio judicibus cum Photino congressus est, eumque superavit: quod Epiphanius, Socrates, Sozomenus, aliique narrant. Quid igitur fingi absurdius potest, quam in illa ipsa Synodo eam fidei conceptam esse formulam præsente Basilio, quam is paucis post mensibus adeo detestatus est, uti contra eam cœtum coegerit Episcoporum, acerrimoque decreto, & anathemate jugularit, & ad illam evertendam legatus ad Constantium Sirmium usque pervenerit? An talem unquam ecthesim coram se dictari passus esset, a qua tantopere dissidebat? Nam in illa τῆς οὐσίας, ὁμοουσίου, & ὁμοιουσίου vocabula ex æquo rejecta sunt, ex Anomœorum sententia. At Basilius Semiarianarum fautor partium τὸ ὁμοιούσιον propugnabat, & Anomœos, quos apud Epiphanium & Hilarium formulæ illius auctores Ancyrana Synodus facit, pejus, quam Catholicos, oderat. Quod si invitus illi Sirmii subscripsisset, age num Ancyram reversus, Sirmiensem Synodum adeo commendasset, aut ejus decreta, fideique sanctionem confirmari ab Imperatore petiisset? Nonne id egisset potius, ut ea Constantii decreto rejiceretur? Sane in Ancyrani Concilii Synodica optasse plurimum se aiunt Episcopi, ut post Sardicensem Synodum, & Sirmiensem, in qua Photinus damnatus est, quietis esse sibi liceret. Sed quoniam ex Illyricianorum literis, & Georgii Laodiceni, didicerint, consossam tot Synodorum decretis hæresim caput efferre cœpisse; ideo se Ancyræ congregatos ea omnia denuo confirmasse, quæ in Antiochena Synodo, & Sardicensi, ἣν ἀνείληφεν ἡ ἐν Σιρμίῳ σύνοδος, *quam Sirmiensis Synodus est amplexa*, constituta fuerant. Non igitur secunda illa formula Sirmii edita ad eam Synodum pertinere potest, quæ contra Photinum est habita.

Apud Epiph. Hær. 73. n. 2.

Præterea ex hac rei apud Sirmium, Ancyramque

eamque gestæ narratione colligitur, eandem formulam absente Basilio Ancyrano esse conscriptam. quod si verum est; non potuit Sirmiensis Concilii tempore fieri. Nam princeps, ut jam diximus, actionis illius, ac Synodi Basilius Ancyranus fuit: isque finito Concilio cum Photino disputavit. Quod autem Sirmio tum abfuerit, cum ecthesis illa dictata est, e Sozomeno probatur: qui refert Eudoxium, Acacium, & Uranium, cum ab Occidentalibus Episcopis Valente, Ursacio, & Germinio formulam istam, qua de agimus, accepissent Osii subscriptione firmatam, ejus dogma, in quod ipsi cum Aetio consentiebant, audacter, ac palam divulgare cœpisse. quod indigne ferens Georgius Laodicenus certiorem de tota re Basilium ac reliquos Ancyranæ Synodi præsules fecit. ut & ipsi in Synodica sua testantur. Quare non videtur illius formulæ conscius fuisse Basilius. Quippe ab solis Occidentalibus Episcopis dictata, ad Orientales deinde missa pervenit: ut ex Sozomeno colligitur.

Lib. 4. c. 12.

Quinetiam illius inscriptio, quæ apud Hilarium, Athanasium, & Socratem legitur, satis indicat, eam a paucis Episcopis, non a plena Synodo profectam. Hilarius enim hoc ei lemma præscribit: *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium & Potamium conscriptæ*. Tum sic eadem incipit. *Cum nonnulla putaretur esse de fide disceptatio, diligenter omnia apud Sirmium tractata sunt, & discussa, præsentibus sanctissimis fratribus, & coepiscopis nostris Valente, Ursacio, & Germinio*. quod exordium Græce itidem apud ceteros extat. Quare paucis, uti dictum est, ab Episcopis condita est hæc fidei professio: non ab generali Synodo. Longe enim aliter Sirmiensis Concilii Ecthesim proponit, & inscribit Hilarius eodem in libro de Synodis: *Exemplum*, inquit, *fidei Sirmia ab Orientalibus contra Photinum conscripta*. Hic ab Orientalibus, hoc est plena in Synodo scriptam ait Sirmiensem illam formulam: alteram nonnisi ab uno, alterove. Ad hæc Hilarius idem postquam secundam hanc Sirmiensem ecthesim, & Ancyrani contra illam Concilii decreta proposuit, ita loquitur, *Dignum autem est conscientia communi etiam ceteras eorundem Episcoporum Orientalium diversis & locis, & temporibus conscriptas fides noscere*, &c. quæ postquam præfatus est, duas, non amplius, formulas describit; alteram Sardicensis Synodi; alteram Sirmiensis contra Photinum. hanc vero commemoraturus ita scribit: *Consequens est autem ut eam nunc fidem retractemus, quæ non olim, tunc cum Photinus Episcopatu dejectus est, conscripta est*. Itaque Sirmiensis hæc formula diverso vel loco, vel tempore ab ea conscripta esse debet, quæ secunda Sirmiensis dicitur. At loco diversa non est: tempore igitur diversa sit oportet. Huic argumento, quod ex Hilarii testimonio petitur, robur addit S. Vigilius, & opinionem nostram adstruit, dum in libro v. adversus Eutychem duos illos conventus Episcoporum, atque Synodos distinguit, unam Orientalium, qui contra Photinum apud Sirmium collecti sunt, quos Catholicos appellat, eorumque decreta commendat: alteram Episcoporum aliquot, ut Osii, Valentis, Ursacii, Germinii, & aliorum; quibus universos ait Orientales Episcopos contrariis restitisse decretis. Sed Vigilii verba, quibus egregie id, quod volumus, affirmat, melius est adscribere. De Ancyrana

A itaque Orientalium Synodo contra secundam Sirmiensem formulam habita, sic ille scribit. *Deinde adversus sacrilegam impiæ professionis unitatem, quæ per Osium, Valentem, Ursacium, & Germinium, ceterosque similis pravitatis apud Sirmium fuerat conscripta, universi Orientales Episcopi convenientes, alias, id est, duodecim sententiarum definitiones ediderunt, quæ Nicæno Concilio non continentur*. De Sirmiensi porro Concilio, in quo Photinus postremo damnatus antea fuerat, hæc subjicit. *Illius vero Catholici Concilii apud Sirmium contra Photinum ex toto Oriente congregati, quis sufficiat multiplices fidei sanctiones comprehendere, quæ apud Nicænam Synodum, quia talis rei necessitas fuerat nulla, non sunt omnino sancita: quæ nul-*

B *lus fidelium audet respuere, aut cunctatur recipere, qui non vult cum Photino anathematis eorum sententiæ subjacere*. Hæc Vigilius, quæ non aliunde, quam ex Hilarii libro de Synodis, accepit. Hic enim Ancyranæ Synodi ab Semiarianis præside Basilio habitæ decreta prædicat, & commentario illustrat; quæ etiam duodecim numero refert, totidem anathematismis expressa, quæ cum auctoribus suis Orientalibus Episcopis pro Catholicis amplectitur. Cum autem Hilarius decreta ista condidisse *Orientales Episcopos in unum congregatos* absolute scripserit, Vigilius putavit omnium

C Orientalium concursu celebrem fuisse Synodum illam. In quo falsus est. Pauci enim convenerunt, hoc est numero duodecim, quorum nomina Synodicæ Ancyranæ subscripta sunt apud Epiphanium. Non enim plena fuit ista Synodus; sed provincialis duntaxat; & per occasionem dedicandæ apud Ancyram basilicæ collecta; ut ipsimet testantur in Synodica sua. Inter hos Episcopos nominatur Eustathius Sebastenus; quem S. Basilius Cæsareensis Episcopus in Epistola ad Occidentales, illi ipsi Ancyranæ interfuisse Synodo, & cum hæreticis *homousion*

Hær. 73. n. 11

Epist. 74.

D damnasse scribit. qui locus in vii. Synodo citatur. Hæreticos igitur istos fuisse scivit, qui hæc melius e propinquo nosse potuit Basilius. Quanquam nulla litera extat in illorum anathematismis, ac Synodica tota, quæ τὸ ὁμοούσιον condemnet. Sed quia τὸ ὁμοιούσιον præcise receperunt, suppressa mentione alterius; pro hujus damnatione Basilius istud habuit. Nisi forte altera quæpiam apud Ancyram celebrata Synodus est in qua nominatim damnatum sit τὸ ὁμοούσιον, quod ego non puto. Itaque vera est, ut opinor, conjectura nostra.

Pag. 390. edit. Rom. Græcolat.

Sed ut ad Vigilium revertar; perspicuum est, Ancyranam ab eo Synodum, itidem ut ab Hila-

E rio, dici contra Osii & aliorum blasphemam formulam, celebratam fuisse. Est hæc vero, ut sæpe docui, secunda illa Sirmiensis professio, quam in diversa Synodo, ab ea, quæ Photinum damnavit, editam esse mox idem Vigilius indicat, dum hanc Synodum Orientalium contra Photinum, *Catholicum Concilium* appellat; cujus sanctiones collaudat, similiter atque Hilarius, & alii quidam veteres perinde ac recentiores fecerunt. at illum cœtum Episcoporum, qui secundam apud Sirmium professionem condidit, hæresis & impietatis arguit. Hujus conventiculi, & impiæ professionis ab Osio non tam editæ, quam vi ac suppliciis extortæ; meminit Fœbadius Aginnensis, ubi hanc Synodum appellat. Ex quo perperam aliqui concludunt Sirmiensem ab eo contra Photinum intelligi Synodum. Sed errant. Syno-

dos enim qualifcumque conventus Epifcoporum interdum dicitur. cujufmodi tum profecto fuit, quando Conftantii potentia & tyrannide freti Ariani nefariam ab Ofio fidei formulam extorferunt. de qua vide fi lubet, quæ in Epiphanianis Animadverfionibus notavimus.

Diffolvuntur argumenta contra nos opposita.

Satis pro opinione noftra difputatum eft hactenus. Unum illud reftat argumentum, quod ex illorum temporum hiftoria duci invictum putarunt a quibufdam adverfus Socratis, aliorumque veterum fententiam, quæ Sirmienfi poftremæ contra Photinum Synodo præfinit annum Chrifti CCCLI; quam nos ab recentioribus haud merito damnatam, ac veriffimam effe monftravimus. Qui enim potuit, inquiunt, Sirmii juffu Conftantii celebrari tum ulla Synodus, cum Pannonia, cujus opidum illud eft, a tyrannis obtineretur? Nam poft Conftantis obitum, qui ineunte contigit anno CCCL., Magnentius in Galliis, & Italia; Vetranio in Pannonia, cui præerat, dominatum arripuerunt. Sed accurata notatio temporum iftorum, inane hoc effe, irritumque docebit.

Zofim. 2. Victor. in Cæf.

Conftans enim Conftantii frater a Magnentio tyranno cæfus eft, & Magnentius ipfe tyrannidem invafit anno ineunte Chrifti CCCL. decimo-quinto Cal. Febr. Coff. Sergio, & Nigriniano, ut Idatius in faftis, Socrates, Sozomenus, aliique narrant. Magnentius Gallias, Italiam, & Africam obtinuit. eodemque anno Vetranio, qui peditum magifterio perditus Illyricum curabat, imperium & ipfe ufurpavit apud Sirmium Calendis Martii, ut ait Chronicon Alexandrinum. ex quo caftigandus eft Idatii codex, qui Calendas Maii notat, errore librariorum, qui literam, *i* pror, pofuerunt. Hunc enim fcribit in Cæfaribus Victor eis menfem decimum in ordinem redactum effe ab Conftantio; quod VIII. Cal. Jan. accidiffe teftis eft Idatius; apud quem etiam perperam id confertur in annum eum, qui infcribitur *Poft Confulatum Sergii & Nigriniani*, & eft Chrifti CCCLI. Nam iftud evenit antecedente anno, Coff. Sergio, & Nigriniano, decimo menfe nondum expleto ab Martio. Vetranione fumma poteftate ita, uti diximus, exuto, Conftantius Illyricum obtinuit. At fequente anno, qui fuit Chrifti CCCLI, Magnentius IV. Cal. Octob. ut refert Idatius, ad Murfam Illyrici opidum victus eft a Conftantio, & anno deinde tertio Chrifti CCCLIII. apud Lugdunum fibi necem confcivit. Quocirca anni CCCL.. majori parte, hoc eft prioribus menfibus, & ab Octobri deinceps, Illyricum in poteftate fuit Conftantii, potuitque Sirmii Epifcoporum habere conventum.

Cum igitur Vetranione dejecto Conftantius Sirmii moras faceret; ac Photinus in eadem urbe nefariam vulgaret hærefim, Ariani Epifcopi, quos in comitatu femper habebat Conftantius, ut pro catholicis fefe gererent, utque ab hærefi alienos fe effe monftrarent, Imperatori perfuadent, ut Sirmium ex Orientis partibus Epifcopos cogeret. quod ab illo factum effe anno ipfo CCCLI. teftatur Socrates. Neque vero conftat quot illic Epifcopi fuerint. Sed illud certum eft, pauciffimis exceptis, Orientales omnes fuiffe. Socrates Valentem folum Murforum Epifcopum nominat, & Ofium Cordubenfem. Sed de Ofio fallitur, ut in Animadverfionibus ad Epiphanium oftendimus. Cauffa autem erroris hæc illi fuit, quod aliam fidei formulam, quæ in eadem urbe poftea decreta eft, Ofius fubfcriptione fua probare coactus eft. quam quidem in Sirmienfi Concilio, quod adverfus Photinum celebratum eft, publicatam effe falfo arbitratus eft Socrates. Quamobrem Sirmienfis illa Synodus Orientalium fuit Epifcoporum. Unde S. Hilarius libro de Synodis, fidem, quæ tum illic publicata eft, expofiturus, ita præfatur: *Exemplum fidei Sirmio ab Orientalibus contra Photinum confcriptæ.*

Cur autem plerique omnes, qui tum Sirmii convenerunt, Orientales effent, ac præter unum alterumve nullus Occidentalium acceflerit; nulla fingi cauffa poteft alia, nifi quod Occidentem, hoc eft tranfalpinas regiones, & Italiam Magnentius occupabat. Nifi cauffa hæc fuiffet, ac fi Conftantius Occidentem in ditione fua tenuiffet: quis dubitat, quin Sirmii, quæ urbs Occidentalis erat imperii, habitam Synodum frequentiores ex Occidente celebraturi fuerint Epifcopi? quemadmodum Arimini poftea factum, & antea Sardicæ. Atque hoc non leve eft argumentum, quod Magnentianis temporibus indicta illa Synodus oftenditur.

CAPUT III.

Hilarii locus ex Fragmentis illuftratur: in quo de Photino agit, ac Synodis contra eum factis. unde pleraque eorum probantur, quæ iifdem de rebus obfervavimus.

CUm ex Hilarii potiffimum Fragmentis expreffa fint ea, quæ de Photini damnatione, Synodifque contra ipfum habitis capite primo docui; vifum eft ipfius locum integrum hic exfcribere, ut fingulorum probationes in promptu habeantur; quibufdam additis Scholiis, quibus velut radiis illuftratus, planos legentibus, ac facilis occurrat: quem alioqui defperatæ obfcuritatis effe; ac neque verbis, neque fententiis cohærere, docti quidam homines arbitrati funt.

HILARIUS.

Pag. 23. edit. Parif. anni 1598.

Supereft ut quid de Marcello, & Photino geftum fit, pauciffimis dicam. Photinus Sirmienfis Epifcopus fuit a Marcello imbutus. Nam & Diaconus fub eo aliquandiu fuit. Hic corruptis innocentia moribus, ac difciplinis, turbare Evangelicam veritatem perfiftebat novis prædicatibus. Et hac ita fæpe eft, ut cum incrementa vitiorum, detrimenta in amore Dei fecerunt, vefanum depravatæ fcientiæ ftudium increfcat. [a] *Igitur ad tollendum ex Epifco-*

a *Igitur ad tollendum*) Hic Sirmienfem Synodum intelligit priorem a Catholicis obitam: ut pote cujus opportunitatem confectati Valens & Urfacius ad Ecclefiam redierunt, oblatis libellis tam Julio Papæ, quam Athanafio. Id autem fecerunt anno Chrifti CCCXLIX. paullo ante Conftantis obitum, qui ineunte CCCL. accidit. Atque Sirmienfis fecunda non ante annum CCCLI. celebrata eft. Diverfa igitur ab hac illa fuit eodem in oppido peracta.

a *patu Photinum, qui* [a] *ante biennium jam in*
Mediolanensi Synodo erat hæreticus damnatus,
ex plurimis provinciis congregantur Sacerdotes,
b [b] *hoc magis solliciti, atque anxii, turbari rursum,*
miscerique omnia, quod jampridem plures
Episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum,
vel communionis hæresis Arrianæ, ab
c *Ecclesia fuerat necesse resecare.* [c] *Quam opportunitatem*
nacti Ursacius, & Valens Romanæ
plebis Episcopum adeunt, recipi se in Ecclesiam
deprecantur, & in communionem per veniam
admitti rogant. Julius ex consilio veniam,
quam orabant, impertit, ut cum lucro Catholicæ
Ecclesiæ vires quoque detraheret Arrianis,
cum eos, qui unitatem ante turbaverunt, consilii
hujus, & audaciæ pœnitentes in communionem
Catholicam per veniam reconciliatæ pacis
admitteret. Et quia non est nisi de veritate
confessio, nisi de vitio pœnitentia, nisi venia
de admisso, Valens & Ursacius admittendi, ut
orabant, in communionem, de Athanasii innocentia,
de judicii falsitate, de Arrianæ hæresis
piaculo talibus literis ante profitentur.

Sequitur libellus, quem suopte manu Valens perscripserat & Ursacius subscripserat, Julio Papæ oblatus.

Pergit Hilarius.

[d] *Hæc epistula post biennium missa est, quam hæresis Photini a Romanis damnata est.* d

Sequitur libellus alter Valentis & Ursacii post aliquantum temporis a superiore, ad Athanasium, & Episcopos missus.

Hilarius.

Superioribus igitur literis datis venia indulgetur
errantibus, reditus ad Catholicam fidem
cum communione donatur: maxime cum Sardicensis
Synodi veritatem ipsæ orantium veniam
literæ continerent. [e] *Verum inter hæc* e
Sirmium convenitur. Photinus hæreticus comprehensus,
olim reus pronuntiatus, & a communione
jampridem veritatis abscissus, nec tum
quidem per factionem populi potuit admoveri.* * cor. amoveri, vel admoveri.
[f] *Sed idem Athanasius Marcellum, qui post recitationem* f
libri, quem scriptum ediderat (nam
hunc quoque nos habemus) sententia Synodi Sardi-

a *Ante biennium*) Ergo anno cccxlvii. brevi post Sardicensem tempore, & eodem anno. Mediolanensis autem ista perperam cum altera confunditur, quæ anno cccl v. ab Arianis Constantii auctoritate fretis est habita: in qua complures Episcopi Catholici relegati sunt, & inter alios Liberius Papa. Contigit autem, ut & Mediolanensis una Synodus biennio ante Sirmiensem priorem fieret, & post Mediolanensem alteram, biennio itidem Sirmii conventus Episcoporum aliquot haberetur, non contra Photinum, sed ad novam fidei condendam formulam, quam Sirmiensem de tribus secundam esse demonstravimus. quæ res nonnullis imposuit, ut Sirmienses plures Synodos in unam conflarent; Mediolanenses itidem plures in eandem Mediolanensem.

b *Hoc magis solliciti*) Ergo Catholici erant, non Ariani, ut in secunda Mediolanensi.

c *Quam opportunitatem nacti*) Florentibus Catholicorum rebus; & Athanasio Constantis opera restituto, Valens & Ursacius ad Ecclesiam redire conati sunt, primum post Sardicensem Synodum, ubi damnati erant, oblato libello in Mediolanensi Catholicorum Synodo; deinde Romæ, Julio Papæ. quod ex ipsorum Epistola priore ad Julium data, & Athanasii Apologia secunda colligitur.

d *Hæc Epistula*) Falso hæc Hilarii verba referas ad tempus illud, quod postremam Sirmiensem Synodum, in qua depositus est Photinus, excepit, præsertim si ea anno cccl vii. facta est. Nam neque a Romanis in ista damnatus est, sed ab Orientalibus, & hæreticis: neque post eandem Ursacius ac Valens resipuisse, ac libellos istos dedisse leguntur. Adde Julium Papam, cui prior libellus porrectus est, anno cccl ii. decessisse. Biennio ergo post Mediolanensem priorem, uti primo capite interpretati sumus, ad Ecclesiam reditum impetrarent.

e *Verum inter hæc*) Redit ad inchoatam paullo ante narrationem de Sirmiensi Synodo *ad tollendum ex Episcopatu Photinum*; quam interposita Valentis & Ursacii historia nonnihil abruperat. In ea Synodo priore Sirmiensi damnatus est Photinus; sed Episcopatu pelli minime potuit, quod propter eruditionem, & facundiam, qua in utraque lingua pollebat, vulgo esset acceptus. hoc est illud ait, *per factionem populi amoveri* non potuisse.

f *Sed idem Athanasius*) Huic historiæ suffragatur Severus Sulpicius libro ii. Sed mirum videtur, Athanasium nihil in libris suis ejusmodi de Marcello significare. Nam eum potius ubique sublevat, & ab Arianis immerito, ac per calumniam accusatum esse contendit; ut in Apolog. i. & in Epist. ad Solit. Verum in Oratione quadam, cujus inscriptio est, *Quod unus sit Christus*; Marcellum cum Paulo Samosateno conjungens idem reprehendit, quod Christum nudum hominem esse dixerit, ac servum, nec adoratione dignum. Sed oratio ista, meo quidem judicio, Athanasii non est. Nam & stilus ipse ab Athanasiano diversus est, ac multo elegantior. tum aperte hypostases in Trinitate tres agnoscit, quibus quartam a Marcello, & Samosateno adjectam queritur hominis Christi. Atqui sæpius unicam in divinitate hypostasim tuetur Athanasius. Postremo, quod ad rem magnopere facit, Athanasii Epistola ad Solitarios in qua Marcellum luculenter excusat, eique Catholicæ fidei testimonium præbet, multo posterior est eo tempore, quo Marcellum eundem ab Athanasio communione multatum Hilarius, ac Severus indicant, quippe post Liberii relegationem, lapsumque scripta est, hoc est post annum cccl vii. qui undecimus fuit a Sardicensi Synodo. Epiphanius Hæresi lxxii. n. iv. refert percontanti sibi aliquando de Marcello quid sentiret, Athanasium dubie respondisse, ac ne respondisse quidem; sed nutu solo, ac risu levem de eo suspicionem indicasse. quo sane contentus esse non potuit, si eum aliquando propter hæresim communione sua privasset. Quocirca valde mihi perplexa videtur, credo & prudenti cuivis, ista Hilarii, & Sulpicii narratio. Quæ si vera est, tum illa sane Athanasii in Marcellum animadversio medio tempore Sardicensem inter, & Sirmiensem priorem tempore accidit, hoc est inter annum cccxlvii. & cccxlix. In eo vero laborat Hilarius, ut ab Athanasio damnati Marcelli invidiam repellat. Etenim quod una cum ipso in integrum restitutus erat in Sardicensi Synodo; ac subinde tanquam hæreticum ab communione segregasset; Sardicensis auctoritatem visus est minuere. quemadmodum postea ob tria capitula ab Justiniano & Quinta Synodo damnata, Calchedonensis Synodus labefactari visa est, & ejus acta rescindi: quæ res Catholicos plerosque contra Constantinopolitanam illam Synodum armavit. Ejusdem enim generis utraque fuit quæstio. Sed Hilarius negat eadem de caussa damnatum ab Athanasio fuisse Marcellum, ob quam ab Arianis primo depositus, ab Sardicensi deinde restitutus erat. Verum illic de libro quodam ab eo contra Asterium edito controversiam omnem extitisse, quem Ariani deteriorem in partem acceperant; Athanasium vero propter quædam privatim, ac citra librum illum, ab eo sparsa, quæ occultum virus redolerent, eandem ab communione rejecisse. Pag. 518. Tom. 1. Ath. edit. Commel.

censis Episcopatui erat redditus, ubi quadam alia nova miscere sensit, & ambiguis prædicationibus ejus, in quam Photinus erupit, doctrina viam quærere, a sua communione separavit, anteriore tempore quam Photinus arguitur, præventam judicia meditationem corruptæ voluntatis ostendens, & non ex libri editione condemnans. Sed quia promptum est ex bono malum efficere, præbuit non illis in Marcellum, quæ gestu antea fuerant, sed his, quæ in Photinum gerenda erant, auctoritatem. Illud autem esse cognitum cunctis oportet, nullam unquam adversus Marcellum, præter eam, quæ Sardicensibus est dissoluta sententiis, deinceps Synodum fuisse contractam, [a] *neque hac unde Photino decretum ab Occidentalibus est, & ad Orientales est relatum, aliquod in eum expressum fuisse judicium. Sed homines mente callidos, ingenio subtiles, malitia pertinaces occasionem revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione est dissolutum, quæsivisse judicii, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, velut institutionum talium magistri addidisse, ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem causa novi-*

A *tas excitaret, & subrepens per Photini damnationem Marcelli nomen inveheret. Extat autem in superiore epistula corpore, Marcellum ab Arrianis occasione libri, quem de subjectione Domini Christi ediderat, una cum Athanasio fuisse damnatam. Docetur etiam recitatione ejusdem libri innocentem deprehendi: falsitatem quoque judicii Arriani, extantis adhuc libri fides arguit.* [b] *De Photino autem, sicuti mos postea fuit, ad Orientales epistula fuit non injuria exterquendi, ut nunc agitur, adsensum, sed instruenda universorum scientia consuetudine. Sed tur abnegata Marcello communionis Athanasius*
B *reus esse rescribitur? Nunquid propter libri vitium Marcellus abstentus est? Testes ipsi sunt, ex institutis ejus Photinum perversitatis istiue initia sumpsisse. Nam negata sibi ab Athanasio communione, ingressu sese Ecclesiæ Marcellus abstinuit. ita communio cum ea in ista fide de subjectione traditione regni docet: negata rursum pravitate doctrina alterius ostendit. At sic utrumque viri istius judicium caret culpa, cum in data communione, Synodi sit assecutus assensum: in abnegata vero, ipso se Marcello abdicante solo, sine ulla Synodi auctoritate.*

a *Neque hac unde Photino*) Sirmiensis prioris Synodi Patres nihil contra Marcellum decreverant, nulla vel levi suspicione perstrinxerunt. Sed Orientales ipsi acceptis Occidentalium literis, ita quod contra Photinum actum illic erat approbarunt, ut cum Photino etiam Marcellum eadem damnatione conjungerent; quo sibi viam munirent ad opprimendum Athanasium, qui in eadem cum illo causa esse videbatur; utpote damnatus cum eo pariter in Constantinopolitana Synodo, & in Sardicensi restitutus.

b *De Photino autem*) Notetur hic locus. Nam Sirmiensi priorem Synodum aperte & ab Occidentalibus celebratam, & iis Catholicis, ostendit.

Hæc ad Hilarii verba commentari voluimus, ex quibus appareret, consequentem illius esse loci sententiam, neque mutilam hanc, & inextricabilem videri; ut quidam existimant.

JACOBI SIRMONDI
SOCIETATIS JESU PRESBYTERI
DIATRIBA SECUNDA SIRMITANA.

Examen continens Dissertationis, quam de Photino hæretico ejusque damnatione, vir doctus in lucem nuper dedit.

CAPUT PRIMUM.

De multiplici damnatione Photini, & novis Synodis quas nupera Dissertatio introducit.

Diversas quinque synodos in quibus damnatus sit Photinus, repertas a se vel notatas dissertationis auctor enumerat. Non spernenda nec indigna scitu observatio, si vera est. Sed quis errorem in eo non statim deprehendit, (*Dissert. pag. 373. a.*) quod primam Photini damnationem imperante adhuc Constantino factam putat? Enimvero damnari Constantino regnante Photini hæresis qui potuit, si exorta nondum erat? si post Constantini excessum Constantii demum temporibus, ipsius qui loquitur testimonio, (*Hær. 71.*) nata est? Epiphanii verba sunt, ipso interprete, Photinum ἐπὶ Κωνσταντίου *Constantio imperante infelix doctrinæ suæ lolium disseminasse*. Sub Constantio igitur emersisse Photinum censuit Epiphanius. Hoc vero amplius Socrates, quod annum (*Lib. 2. c. 24.*) quoque ipsum, si attendimus, propemodum designavit, dum Photini exordia inter utramque synodum Antiochenam defixit. Nam cum priorem in Encæniis anno Constantii principis quinto, Christi CCCXLI. peractam fuisse constet, exinde post triennium posteriorem, quid verisimilius, quam ut Photini hæresis ex Socratis (*Annal. 342. de Occid. Imp.*) sententia, vel anno Christi CCCXLIII. prodiisse dicatur cum Baronio, vel CCCXLIIII. cum Sigonio?

Ceterum ut de anno fortasse aliqua sit controversia, de auctore nostro nulla esse potest quin errarit ad Constantini tempora referens quod ad Constantiana pertinebat; falsoque de Constantinopolitana synodo anni CCCXXXVI. conjectarit damnatum in ea cum Marcello fuisse Photinum, quia de Marcello quidem & Socrates (*Lib. 1. 24. Lib. 2. 31.*) & Sozomenus, & qui Synodo interesse potuit, ac post illam mox scripsit, Eusebius Cæsariensis, & ceteri consentiunt: de Photino au- (*Lib. 2. cont. Marc. c. 4.*) tem quod in ea damnatus sit, nemo hactenus somniavit præter ipsum. Photinum sane una cum Marcello synodica sententia perstrictum aliquando fuisse nescii non sumus: sed non ante synodum secundam Antiochenam, a qua damnati ambo reperiuntur in formula fidei pluribus verbis expressa, quæ ideo μακρόστιχος appellata est. Audiat & ἀσοχίαν suam miretur, qui primam damnationem Photini falsam & frivolam commentus sit, veram & germanam non observarit. Sic enim in ea synodo Arriani Episcopi loquuntur apud Athanasium. Βδελυσσόμεθα δὲ καὶ ἀναθεματίζομεν τοὺς Χριστὸν μὴ ὄντα πρὸ αἰώνων θέλοντας· ἀλλ' ἐκ τότε Χριστὸν αὐτὸν γεγενῆσθαι καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ἐξ οὗ τὴν ἡμετέραν ἐκ τῆς παρθένου σάρκα ἀνείληφε. τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου καὶ Σκοτεινοῦ τῆς Ἀγκυρογαλατῶν. (*Apol. 2. p. 692.*) *Abominamur præterea & anathematizamus eos qui Christum non ante secula fuisse contendunt, sed ex eo tempore eum Christum & filium Dei factum fuisse, ex quo nostram carnem de virgine assumpsit. Tales sunt discipuli Marcelli & Scotini ab Ancyra Galatiæ.* Scotinumne pro Photino appellarit synodus, ut est (*Lib. 2 c. 15.*) apud Athanasium, an Photinum, ut habet Socrates, nihil moror. Scotinum etiam per ludibrium a Lucifero Caralitano dictum in eo libro constat, cui titulus est *De non parcendo in Deum delinquentibus*. (*Pag. 264.*) Hoc contendo primum omnium de Photino synodicum judicium istud esse numerandum quod dixi. antiquius illud (*Lib. 2. Hist.*) certe synodo Sardicensi. quod ex Sulpicii Severi verbis, quæ citantur, consequi non negarim. Sed in confusa eo loco & distorta Severi oratione quam certum est falso tradi Episcopos apud Sardicam Constantini jussu congregatos, qui ab ejus filiis decimo post mortem patris anno congregati sunt, tam minime dubium falli & errare duplici nomine virum doctum, (*Dissert. pag. 373. b.*) tum quod absentis Athanasii damnationem, cujus meminit Severus, ad synodum Antiochenam pertinere velit, cum ad Tyriam referenda sit. quia licet absens in utraque damnatus sit, in Tyria tamen sola sub Constantino. tum quod objectam Athanasio participatæ cum Marcello & Photino communionis accusationem alieno loco apud Severum commemorari non sentiat. cum exploratum sit, e duobus judiciis, quæ in Athanasium per Arrianos facta sunt, in Concilio Tyrio & in Antiocheno, neutri hunc accusationis titulum competere. In Tyrio enim falsis de Ischyra & Arsenio criminibus damnatus est: in Antiocheno crimini datum, quod pristinam sedem, unde synodali, ut aiebant, judicio pulsus fuerat, sine Episcoporum auctoritate repetiisset. De recepto autem ad communionem Marcello, aliisque Arrianorum sententia damnatis, in Sardicensi demum synodo ab Arrianis insimulatus

est; quod ex ipsa illorum synodica in Hilarii A
Lib. 3. p. 16. fragmentis observare est. Quare ad synodum Sardicensem spectabat hæc accusatio, & alieno ut dixi loco apud Severum prolata est. Falsum igitur in prima sua Photini damnatione, multisque modis hallucinatum auctorem dissertationis hactenus ostendimus. nunc ad reliquas pergamus.

Post hæc in Sardicensi Concilio iterum fuisse
Dissert. pag. 373. b. damnatum auctore asserit Epiphanio, qui Photinum narrat ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Σαρδικῇ δυτικῆς συνόδου καθῃρῆσθαι. *in Sardicensi occidentali synodo depositum*. Ac ne ambiguum foret, quia secedentibus apud Sardicam Arrianis synodus bifariam divisa est, ab utra parte damnatum intelligeremus, a catholicis damnatum affirmat, B & hoc addit ipse de suo. Itane vero ut damnatum a catholicis eo judicio Photinum credamus, in quo an catholicorum quisquam sederit incertum, hæreticus omnium consensu præfuit & primas partes egit Semiarrianorum princeps Basilius Ancyranus? Credet hoc affirmanti qui volet, nobis non persuadebit. Porro cum damnari episcopatuque dejecti Photini nulla in Sardicensibus actis sit mentio, & quæ de Photini exauctoratione, deque Basilii cum Photino disputatione, ab Epiphanio tanquam Sardicæ gesta memorentur, eadem omnia Sirmiensem ad synodum pertinere scriptores alii fidem faciant, parum perspicacem videri oportet C eum, qui Epiphanium, quod alii pridem monuerunt, memoria lapsum hoc loco synodo Sardicensi tribuere, quod Sirmiensi congruebat, cassamque & inanem auctoris observationem jacere non videat.

Dissert pag. 373. c. Tertia, inquit, Photini condemnatio in Concilio facta est Mediolanensi. non in illo pervulgato anni CCC V. de quo nos Hilarii fragmenta interpretabamur: sed in altero quod statim post Sardicense ab Episcopis catholicis eodem ipso anno celebratum vult persuadere. De Hilarii verbis utri faveant postea videbimus. nunc mirificam istam ejus synodum contemplemur. Mediolani ait Episcopos qui Sardicæ nuper fuerant, quos enim alios dicere habeat? D iterum congregatos. quis hoc indulgeat, duas uno anno synodos tam dissitis in locis, & tam diversarum provinciarum Episcopis imperatas? Non omnes, inquit, ad Mediolanensem acciti sunt, sed soli catholici. Quorsum hi præcipue? ut Photinum condemnarent. Atqui Sardicæ a catholicis, si ei credimus, proxime fuerat condemnatus. Quid igitur opus fuit eosdem iterum Mediolani, ut actum agerent, nova synodo fatigari? Tam immemor est sui, ut quid paulo ante scripserit non recordetur? tam securus nostri, ut oblivisci nos posse confidat?

Dissert. pag. 374. a. In hac præterea synodo Arrianæ sectæ quatuor E Episcopos, Demophilum, Macedonium, Eudoxium, & Martyrium interfuisse docet, Arriique perfidiam damnare noluisse. Quis hoc rursus credi ab eo potuisse non miretur? Quæro enim aliumne censeat hunc esse Demophilum, alium Macedonium, & alium Eudoxium, quam quorum subscriptiones in Sardicensi Arrianorum synodica leguntur, Demophi-
Hilar. fragm. lib. 2. 18. li a Beroe, Macedonii a Mopsuestia, Eudoxii a Germanicia? Quod si hos ipsos esse non negabit, edicat si potest, undenam tanta istorum tam repentina mutatio, ut qui proxime apud Sardicam, ne cum catholicis coirent, secessionem fuga fecerant, iidem nunc eosdem, ut eorum Concilio intersint, Mediolanum usque consectentur? Si edicere non potest, incredibilia & falsa hæc esse confiteatur.

Habet tamen unde vera esse confirmet, Liberii Papæ ad Constantium epistolam, in qua narrat octavo ante anno quum scriberet, hoc est, ut ipse ratiocinatur, anno ipso synodi Sardicensis, Episcopos istos cum apud Mediolanum Arrii sententiam hæreticam noluissent damnare, de Concilio iratis animis exiisse. De hac ergo nos epistola quid statuemus? Errare hic etiam illum, & falso niti principio, qui scriptam ponat anno CCCLV. cum anno superio- *Annal. 354.*
re scriptam non vanis argumentis evicerit Baronius. tum cum indicta synodus nondum erat, cujus impetrandæ gratia legati cum epistola mittebantur, & cum in Galliis adhuc ageret Constantius, quem inde postea in Italiam sub exitum anni CCCLIV. ad hiberna descendisse au- *Lib. 14.*
ctor est Ammianus Marcellinus. Proinde hunc verum & legitimum esse annum epistolæ Liberianæ. Ab hoc ergo annis octo quos numerat Liberius si regrediare, conventus occurret Mediolanensis, non quo anno statuebat dissertatio, sed anteriore CCCXLVI. ac tum plana & liquida fluent omnia. Nam & Eudoxium collegasque Episcopos, qui ab orientalibus legati, ut Socrates & Sozomenus scribunt, μακρόστιχον *Lib. 2. 15*
illam fidei formulam in Italiam attulerant, *Lib. 3. 10.*
Mediolani tunc adfuisse nihil erit absurdi. Et enim Athanasium eodem quoque anno Mediolanum Roma Constantis Principis accitu venisse, atque inde in Gallias profectum Sardicam ad synodum una cum Hosio contendisse, Athanasii ipsius ad Constantium apologia de- *Pag. 5?5.*
monstret, liquet profecto Mediolanensem istum quiqui fuit Episcoporum conventum, de quo scribit Liberius, Sardicensi contra quam amico nostro visum est non successisse, sed antecessisse. Quare nihil illi ad suum istud Concilium Liberii epistola suffragata est.

Videamus an opis plus adferet altera synodi Ariminensis, quæ Ursacium & Valentem in Concilio Mediolanensi ad communionem receptos testari videtur. Quanquam enim non in Concilio, sed sub tempus Concilii receptos emendatiora habeant exemplaria, ὅτι ἐν Μεδιο- *Athan. de*
λάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο. atque *syn. p. 676.*
hoc ipsum in eam epistolam irrepsisse per errorem videri possit ex Valentis & Ursacii ad Julium epistola, in qua libelli abs se apud Mediolanum oblati meminerunt, tametsi nec synodum ibi tunc fuisse, nec ad pacem se receptos significent. quia tamen in Concilio receptos ipse, atque suum hoc Concilium Medio- *Dissert. 374.*
lanense id esse, omnibus nervis contendit; hic *375. a.*
enimvero quod de aliis quatuor Episcopis antea quærebamus, percontari denuo libet, quam verisimile arbitretur duos istos Arrianorum principes & antesignanos, qui pro facinoribus suis a synodo Sardicensi dejecti proxime fuerant, & communione privati, ad frugem tam subito conversos advolasse Mediolanum, ibique communionem sine mora recepisse.

Sed receptos prorsus non fuisse, falli que qui aliter sentiant, manifestum est. Etenim si a Mediolanensi, ut volunt, synodo fuerant in integrum restituti, si cum Ecclesia catholica redierant in gratiam, quid est quod biennio post *Fragm. lib. 2.*
Concilium illud narrat Hilarius, Ursacium & *24.*

A Valentem Romanæ plebit Episcopum adiisse, *recipi se in Ecclesiam deprecautes, & in communionem ad zittirogautes?* quid quod recitatis illorum literis subjungit, *venia iadulgetur orantibus, reditus ad catholicam fidem cum communione donatur?* An ignorare potuit Hilarius veniam illos a Concilio impetrasse si revera impetrarant? & qui recipi se in Ecclesiam rogabant, nondum receptos se non satis ostendebant? Quid ergo est quod contra horum confessionem, & contra Hilarii dilucidam relationem arguturi nunc libet, illos in Concilio Mediolanensi eum Ecclesia catholica in gratiam rediisse, postea cum Athanasio, & quod addi debuit, cum Julio Papa reconciliatos? Sed Ju-B lii nomen pudore suppressum est, ne in Ecclesiam eos receptos dicere videretur, quibus cum Ecclesiæ capite communio nondum esset. Et tamen hoc intelligi necesse est, si vera sunt quæ dicit. Ceterum de Valente & Ursacio quo tempore, quove impulsu ad pœnitentiam adducti sint, nemo certius noverat, nemo libentius audiendus est quam Athanasius. qui *Apol. 2. p. 603. ad Solit, p. 699.* nec priorem hac Romana resipiscentiam istorum ullam agnoscit, & hujus ineundæ occasionem non ex ficta synodo Sirmiensi, quæ etiamsi fuisset, ad causam nihil attineret, sed ex frequenti Episcoporum passim, tum maxime Syrorum ac Palæstinorum, ad Athanasii C communionem gregatim redeuntium concursu natam refert, eum de rebus suis jam desperarent, & stimulis acti conscientiæ remedia conquirerent. Quare satis opinor hoc etiam ex capite Mediolanensis hujus Concilii, tertiæque in eo Photini damnationis vanitas patefacta est.

Differt. pag. 376. a. Quatto prætetea damnatum facit in synodo Sirmiensi, non illa celebri & nota sub Constantio, sed altera quam Constante superstite a Catholicis occidentalibus habitam fabulatur. Consequens erat nimirum, ut qui futilem Mediolani synodum procuderat, frivolam quoque nobis daret Sirmitanam. Quid ita vero? Quia D Hilarius in Fragmentis scribit biennio post damnatum in Mediolanensi synodo Photinum Episcopos ad eum tollendum ex episcopatu Sirmium convocatos. Porro Sirmii anno CCCXLIX. convenisse ob adnexam ab Hilario Valentis & Ursacii reconciliationem non dubitat. Ideo Mediolanensem synodum Hilarii suam illam esse putat quam biennio ante collocavit. Nos simpliciores Mediolanensem accipiebamus quam Mediolanensem omnes vocant, & anno CCCLV. celebratam loquuntur historiæ. Itaque de hoc nunc capite inter nos est controversia.

Quo autem argumento ecquam synodum Hilarius intelligat certius cognoscemus, quam ex Photini damnatione, quam in synodo factam E docet? At nusquam ostendet adversarius de Photino in ea quam fingit synodo ullam fuisse mentionem, quia de synodo illa præter ipsum nemini unquam suboluit. Nos in vera & omnibus nota Mediolanensi hæreticum damnatum fuisse Photinum, ex synodi ipsius actis ostendemus. Exstat enim & Ecclesiasticis An-*Ann. 355.* nalibus indita est Concilii hujus epistola ad Eusebium Vercellensem his verbis.

CONCILIUM MEDIOLANENSE Eusebio fratri in Domino salutem.

Non ignorat carissima nobis dilectio tua, quam sit pretiosum vinculum caritatis & pacis. ET POST ALIA, de legatis ad eum missis. *Itaque sincerissima prudentia tua quod specialiter & sinceriter admonemus audiat supradictos, & communicato pariter cum his consilio, definiat quod de nomine hæreticorum Marcelli & Photini, necnon & Athanasii sacrilegi totus prope definivit orbis. ne non tam veritati, quam intentioni parere videaris*, &c. Post tam expressi testimonii auctoritatem dubitationi locus esse quis potest? Ac mirum profecto viri docti oculos fugere hanc epistolam potuisse: aut si vidit, qua de synodo Hilarius ageret, quamve post biennium Sirmii coactam diceret non percepisse. ne in Ursacii & Valentis pœnitentia illudi sibi ab Hilarii fragmentis, quæ alieno hanc loco recitant pateretur, & in eruenda e parietinis, ut ait, ruderibusque novæ Sirmii synodo frustra laboraret.

Quam multa sunt enim, & quam aperta, quæ commenti hujus insanitatem refellunt? Nam ut omittam synodo isti, si Athanasio Alexandriam reverso, & Ursacio ac Valente in gratiam receptis habita est, ut fingitur, punctum temporis in quo habita sit, ante Constantis obitum, qui sub ipsum Athanasii reditum incidit, adsignari nullum posse: fallitur haud dubie, cum id quod ab Hilario dictum est, Athanasii de abstento Marcello judicium damnationi Photini auctoritatem præbuisse, de hac *Differt. pag. 375. d.* Synodo sua dictum interpretatur. Quasi hærere in hac synodo potuerint Episcopi Occidentales, aut aliorum exemplum ad damnandum *Fragm lib. 1. 26.* Photinum desiderare, quem ipsi jam Mediolani, si verum est, ante biennium condemnarunt. Verum hoc tamen amici causa dissimulemus. Quæro igitur ecquando ab Athanasio factum censeat hoc judicium. Num ante reditum Athanasii? at ridiculum est Athanasium a communione sua quemquam, priusquam sedem suam reciperet exclusisse. An vero post reditum? Et quantulum ante Constantis obitum tempus fuit, si tamen fuit, ut de Marcello judicare Athanasio liceret? Posterius ergo, interjecto, ut Severus ait, tempore judicavit, sed *Lib. 2. Hist.* prius tamen quam Photinus argueretur, auctoritatemque quod testatus Hilarius præbuit non subdititiis auctoris nostri synodis, sed veris certisque Conciliis, Mediolanensi atque Sirmiensi, quorum in utroque damnatum re ipsa Photinum fuisse compertum est.

Fallitur rursum vehementerque hallucinatur, *Dion. Pet. Differt. pag. 320. 321.* ubi maxime sibi placere, ac synodum suam egregie stabilire visus est, cum decretum occidentalium de Photino, cujus meminit Hilarius, ad suam istam synodum & annum Chri-*Lib. 1. p. 27.* sti CCCXLIX. transferri posse arbitratur. quo certe absurdius alieniusque fingi nihil potuit. Quid enim? an non testis est Hilarius orientales hoc accepto decreto occasionem revolvendi de Athanasio quæsitisse judicii, *& rescribentes de Photino, Marcelli mentionem, ut institutorum talium magistri addidisse, ut mortuam de Athanasio ipsa jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem causæ novitas excitaret?* Quis hæc autem anno CCCXLIX. convenire non posse, si verum amat, non fateatur? ut quo tempore Athanasii suam in sedem redeuntis læta & tranquilla erant omnia, ejusque communionem certatim universi, & integræ synodi, atque ipsi etiam Arrianorum principes expetebant, eo ip-

ſo agituſſe in Athunaſium conſiliu , & odia exercoiſſe credaotue. Et quo ſenſu mortua ipſo jam tempore quæſtio dici potuit, ſi non interquievarat, ſi oullo tempora ceſſarat?

Alia igieur ud temporu ſpectent Hilarii verba neceſſe eſt. ad illu, inquam, tempora Conſtantii, quibus poſt cædem Magneotii, pacutis bellis civilibus, Arriunorum in Athaoaſium furor renovatus eſt. Tuoc eoim eevera negatæ Marcello communionis , damnutique Photini occaſionem nacti , aſtuto ut ſcribit Severus

Lib. 2. Hiſt. conſilio, innoxium criminoſis miſceores , dumnationemque Photini & Marcelli & Athanaſii eadem ſenrentia comprebendentes, camdem ad Athanaſii condemoationem catholicos Epiſcopos primum in Arelatenſi Concilio uoooccc LII. tum bieonio poſt in Mediolunenſi, & deinceps, quaodiu Conſtuntius vixit, udigere conuti ſuot, & vi ue minis plurimos impulerunt. De Mediolanenſi perſpicuu res eſt. rres uoa ibi dumnatos Concilii ad Euſebium epiſtola nos docuie. ud Arelatenſe referenda eſt , quæ id ipſum confirmat, Paulini Epiſcopi teſponſio , de qua

Lib. 2. Hiſt. Severus Epiſcopos lauduos , qui Arrianis non ceſſerunt. *Inter quas*, ioquit, *Paulinus Epiſcopus Trevirorum oblata ſibi epiſtola ita ſubſeripſiſſe truditur , ſe in Photini atque Marcelli damnationem præbere conſenſum , de Athuunaſio uon probare*. Ceteru prætermitto. Poterant hæc ſola ſollerti viro, ſi aoimum udjeciſſet , ſufficere; tum ut de Hilarii verbis quo ſpectarent non ambigeree , eum ut ſuam iſtam Sirmienſem , io qua fingenda & ornanda tuntum operæ poſuit, in ſuis mallet parietinis & rudeeibus relinquere. Nunc quonium exploſæ ſunt quatuor quas jactabat Photini hæretici damnaeiooer, reſtat ut de Sirmienſi vera ſ,oodo, in qua damnatum fuiſſe Photinum inter nos conveois , quid adverſus priorem Diateibam ooſteam in diſſertutione ſuu proſerat , expendumus.

CAPUT II.

Diſcuſſio eorum quæ ad priorem Diatribam reſponſa ſunt de anno ſynodi Sirmienſis , fideique formulis in ea editis.

DUo inter nos de ſyoodo Sirmienſi conttuverſu eſſe dicebamus. unum de tempore, utrum unno CCCLI. habitu ſit , ut cum Socrata ſeotie auctor unimadverſionum : un CCCLVII. ut Barooius. alterum de Hoſiunæ perfidiæ formula, eudemne in ſynodo edita fuerit, ot cum Socrate tenſuit Baronius , uo Siemii quidem, ſed ulio tempora extra ſynodum, ue cootra Socratem & Baronium auctor idem conceodebat. Nos unnum CCCLI. ſynodo non convenire adverſus Socratem ex Socrate ipſo arguebamus: quia ſynodo ioterſuiſſe Hoſium, io eaqua blaſphemium ſuam condidiſſe Socrates aſſitmut. Hoſium uutem noo aote unnum CCCLVII. lapſum eſſe, ac proinde ſyoodum, ſi in ea lapſus eſt, unte huoc unnum cogi non potuiſſe udſtruebamus.

Diſſert. 379. c. 380. c. 390. a. Quid ad hæc reſpondit nupeeu Diſſertutio? Socrati de aooo Coocilii habeodam fidem eſſe, de Hoſio non habendam , quia fallitur . Cur eoim vero ? Uodenam hoc diſcrimen ? Quia ſyoodi annum, inquit, ex actis publicis buud dubia deprompſit. Quid ſi Hoſii quoque nomen ex iiſdem actis didicit? Num mirum ſit profecto in actis illum ſynodi quo unno celebruta ſit obſervaſſe, & in actis ucta ipſa, hoc eſt quid & per quos unumquodque geſtum ſit neglexiſſe. Socratem falli nonnunquam & arcure non inficior: ſed cut da anno hic potius uudiendus ſit, quum de Hoſio, oondum video. An quia Conſules udſcripſit, & uuuqnum , ſi amico credimus, *temere aut falſa notat Conſulutuum udhibet*? Quaſi vero non hoc ipſo in loco, ne longius exempla repetam , in comparaodis Conſulatibus pueriliter lapſus ſit Socrutes, cum fidei formulam, quæ Euſebii & Hypatii Conſolum nomina, hoc eſt aoni CCCLIX. *Lib. 2. 24.* notam gerebat, ſyoodo Sirmienſi , quam poſt conſulatum Sergii & Nigrinuni nono aotcanno habitum trudit , udſcribera non dobitavit.

Deſinat ergo vir doctur auctoritatem Socratei pro urbitrio ſuo nunc dure, nunc negare . quiu ſi diſcrimen ſtatueodum hic erut, de Hoſio potius veru dixiſſe credendus eſt , in quo udſtipulatores ax aotiquis habet plurimos, ne oſtendam: quam de auno ſyoodi , de quo , Suzomenum ſi axcipias, vetarum nollus aſt qui idem ſeotiat . Diſſidet autem & reclamat io *Fragm. lib. 1. 23.* primis Hilurius u quo diſerta proditum eſt Synodum Sirmienſam, bieonio poſt Mediolaoenſem, quæ Photinum damoarat, conſecutum . Unde quia Mediolunenſem anno CCCLV. celebratum fuiſſe non ambigebutur, cooſequeor erat, ut vinceret Barnnius , rectiuſque Sirmienſem anno CCCLVII. collocaſſe cenſeretur . Quo nos Hilurii teſtimonio uſi cum eſſemus in Diatriba, non deſuit acuto viro iogeoium nec induſtriu, qua ictum eluderet . Aliam namque ab Hilario Mediolaneoſem ſyoodum, aliamque Sirmienſem, oon iſtas quas putamus intelligi cauſatur eſt. Sed nos commeotitias ejus ſynodos unteriori cupita ſic retudimus, ut ſucum deinceps, ut ſpero, facere noo poſſioe.

Non minore, ſed nihilo feliciore argutia ex- *Diſſert. pag. 389. a.* pedire ſe ultetu objectione noſtra conatus eſt , qna docebamus aooo CCCLI. in quem ſynodum Sirmienſem conjiciebat , cum Occideotis provincias obtioeret Magoeotius, & bellicis motibus arderet Panoonia, vix ac ne quidem ſynodum in ea convocare Conſtantio licuiſſe. Et vero ardnum atque incredibile videbatur, cum u bello bellique appaiatu vacuu ejus aoni nulla pars foret, ioter armorum ſtrepitus oppurtuoum ac liberum cogendo habendoque Concilio reperiri tempus putuiſſe . At reperit taman. Sic eoim calculos ſubducit . *Victus eſt*, loquit, *Maguentius u Conſtantio* IV. *Kalendas* *Diſſert. pag. 389. c. d.* *Octobres. Quocircu anni majori parte , hoc eſt prioribus menſibus, & ab Octobri deinceps potuit Conſtantius Sirmii Epiſcoporum habere conventum* . Quaſi temporis momento bellum id comparatum, geſtum, confectumque ſit. nullam ut anni partem, nullam diem præter IV. Kalend. Octobres occuparent hoſtiles illi tot locis impetus & impreſſiones, pontes flumioibus impoſiti , caſtru oppidis admota, & quæcumque ad Siſciam, Sirmiumque ipſum, ud Cibalim & Murſam geſta Zoſimus refert . Sentio tamen quid dic- *Lib. 2. Hiſt.* turus ſit. æſtivos belloque aptos menſes occupaſſe, reliquos ſynodo conceſſiſſe. Quoſnam vero? hiberoos videlicet . Nempe ut ad ceteras difficultates hæc etiam accederet, ut cum plurimis

ex

A ex provinciis congregatos ad synodum Sirmien-
Lib. 1. 23. sem Episcopos testetur Hilarius, ex Oriente &
Lib. 2. 24. Occidente Socrates & Sozomenus, his ut adef-
Lib. 4. 5. sent necesse fuerit aut ningnidos montes saltus-
que aliena tempestate transgredi, aut nondum
aperto mari, si navigandum erat, vel jam clau-
so, cum procellis & fluctibus luctari. Tantisenm
incommodis, tanta cæli inclementia, imperari
vel cogi anno CCCLI. Synodum potuisse supra fi-
dem ducebamus, amico nostro nuvarum synodo-
rum artifici credere libuit, tametsi affine, aut
simile synodi exemplum, nullum, nisi fallor,
proferri possit.

De hoc igitur capite dictum satis. Superest
ut de altero differamus. hoc est de perfidia
B Hosiana, quam cum in synodo ulla editam in
Epiphanianis animadversionibus negaret, nunc
Diatribæ nostræ admonitu, Phœbadium Agin-
nensem Episcopum suggerentis, qui in Synodo,
& Vigilium Africanum, qui in synodo Sirmien-
si conscriptam disertis verbis pronuntiarunt,
sententiam mutavit. In Concilio enim Sirmien-
si, quod negare amplius non poterat, condi-
tam fatetur: sed Concilium hoc diversum ab
eo vult fuisse, in quo Photinus condemnatus
est. Itaque si illum nunc audimus, triplex jam
apud Sirmium numeranda est synodus. Prima
Occidentalium sub Constante, altera Orienta-
lium sub Constantio, tertia ista in qua lapsum
vult Hosium. Et ubi est quod in Animadver-
C Pag. 311. sionibus tam asseveranter prædicabat, *ex anti-
quis patribus odoratam se esse, tres omnino conven-
tus Episcoporum eodem in Sirmiensi oppido non iis-
dem temporibus celebratos fuisse: quorum primus
dumtaxat Synodicus & indictus fuerit, reliqui duo
fortuiti, minimeque Conciliorum loco & nomine
censendi*? Unicam synodum Sirmiensem tunc
noverat, nunc tres affirmat. Errasse illum tunc
temporis dicemus, an modo?

Sed verius certiusque, quod antea senserat,
synodum Sirmiensem unicam fuisse, in qua &
damnatus sit Photinus, & Hosiana blasphe-
mia perscripta. Quis enim veterum scriptorum
D synodos Sirmienses plures una numeravit? quis
Hosianam a Photiniana distinxit, aut quiscum
apud Hilarium, Athanasium, Phœbadium, &
alios, atque in synodo Ancyrana synodi Sir-
miensis & synodi Sardicensis conjuncta nomi-
na legit, non sicut unicam Sardicæ synodum
cogitat, sic unicam Sirmii? & cum in synodo
Sirmiensi lapsum esse Hosium Vigilius testatur,
aliud quam in hac unica lapsum suspicari pos-
sit? Sed repugnat acerrime, & argumenta in-
gerit, ex quibus confici putat Hosii lapsum
synodo in qua damnatus est Photinus tribui
non posse, auctores etiam sibi esse ait, qui
E synodum utramque distinguant. Argumentis
olim quatuor in Animadversionibus suis usum
memini, singulisque a me in Diatriba respon-
sum. Nunc duobus contentus reliquis abstinet,
quia in his deceptum se, ut reor ex refuta-
tione nostra deprehendit. Poterat, nisi causæ
serviret, istorum etiam repetitione supersedere,
quorum vim omnem Diatriba jam eliserat.

Quid enim est quod priore loco tam enixe
& tam multis verbis edisserit, ut probet for-
mulam Hosianam in Sirmiensi contra Photi-
num synodo conditam non fuisse? Quia cum
Differt. ista, inquit, formula publicata esset, atque in
pag. 379. & Orientem perlata, vehementer exarsit Basilius
380. Ancyranus, & alii cum illo Episcopi Semiar-

A riani, eamque mox in synodo Ancyrana decretis
suis confoderunt. At synodo Sirmiensi Basilius
idem non solum interfuit, sed pene etiam præ-
fuit. Quid igitur fingi absurdius potest, quam in
illa synodo præsente Basilio eam fidei conceptam
esse formulam, quam in paucis post mensibus de-
testatus est? Hæc summa ratiocinationis ejus,
quam in Diatriba jam diluimus. Ostendimus e-
nim Episcopos, qui Sirmium ad synodum conve-
nerant, post damnatum communibus suffragiis
Photinum bifariam divisos, diversas exinde, ut
diversarum sententiarum erant, placitis suis con-
gruentes fidei formulas edidisse: Orientales Græ-
cam, quæ similem substantia patri filium statue-
bat; Occidentales Latinam, quæ dissimilem pro-
B fitebatur, & Hosii blasphemia nuncupata est.
Quia porro Sirmii factum miretur, quod & antea
Sardicæ & Arimini postea factum non ignoret?
Nam & in synodo Sardicensi, ut observabamus,
divisis inter se Occidentalibus & Orientalibus E-
piscopis, suas utrique prorsus discrepantes Sy-
nodicas conscripsere, quas in Fragmentis Hi- Lib. 1. 7.
larii videre est: & in Ariminensi aliam fuisse Lib. 2. 6.
Catholicorum definitionem, quæ in iisdem Frag-
mentis legitur, aliam Arrianos suggessisse om- Lib. 2. 41.
nibus notum est. Denique in Conciliis ubi di-
versarum partium erant Episcopi, usitatius ni-
hil fuit, quam ut diversa itidem partium stu-
dia, diversi congressus, & diversæ verbis scriptis-
que definitiones cernerentur. Quæ singula seor-
C sim ita fiebant a singulis, ut talia geri & scri-
bi ab aliis pars adversa non nesciret, geren-
dis tamen scribendisque non adesset. Quare in
Sirmiensi Concilio, cujus pars una Semiarriano-
rum fuit, quorum princeps Basilius Ancyranus,
pars Arrianorum, in quibus Valens, Ursacius,
& ceteri similis pravitatis, absurdum sit, non
duas extitisse formulas, quod in multis sæpe
Conciliis factum est; sed de Basilio sciscitari,
an Hosiana eo conscio vel præsente scripta sit,
quasi hoc necesse fuerit: ultrone an invitus il-
li subscripserit, quasi ab eo quisquam ut sub-
scriberet flagitarit: cur denique illam dictari
D passus sit, quasi vetare aut inhibere potuerit.
Post damnationem namque Photini, quem pars
utraque ut diversa sentientem communi calcu-
lo damnarat, in suas deinceps privatim defi-
nitiones incubuere, quod pars una faceret hoc
alteram facere non nescii, sed quominus libe-
re sua tractarent, minime solliciti. Quid ergo
est quod formulæ istius causa exarsisse fertur
cum Semiarrianis suis Basilius? Male hos ha-
bebat urebatque, non talia scribi ab Arrianis,
quorum ipsi cujusmodi placita essent non igno-
rabant; sed quod perlata in orientem Hosii
formula spiritus inflatos audirent Eudoxii An-
E tiocheni, ceterorumque quibus illa favebat A-
nomœanorum, atque hoc jam licentius hære-
sim suam venditarent, quod hanc occidenta-
les Valentis & Ursacii opera suscepisse jacta-
rentur. Qua re perculsi incensique non ante
conquieverunt, quam & in synodo Ancyrana
suis illam decretis averterent, & a Constan-
tio per legatos, ut eandem edicto suo tolleret
impetrarent.

Nec vero propterea quod formulam istam op- Differt.
pugnantes petierunt a principe Legati, *ut rata* 380. b. 381.
*essent quæ apud Serdicam & Sirmium in synodis de-
creta fuerant*, idcirco conscriptam in Sirmiensi
non fuisse argumentari liceat. Neque enim
omnia quæ apud Sardicam & Sirmium decreta

fuerant confirmari petebant, sed ea duntaxat, quæ Orientales decreverant, ea nimirum, in *quibus definitum erat similem esse secundum substantiam patri filium*. quod utroque in Concilio decretis suis sanxerant Orientales, cum Occidentales contra in Sardicensi consubstantialem, in Sirmiensi dissimilem substantia professi sint. Ceterum ut ridiculus fuerit, qui ea quæ Occidentales apud Sardicam professi sunt idcirco ad synodum illam pertinere negaret, quia Orientales in eadem synodo aliter sentiebant: sic Hosii formulam ad synodum pertinere, atque in ea conceptam & conscriptam fuisse nihil vetat, quamvis hanc Orientales non probarint.

Differt. pag. 553. a. Nec vitium plus habent ea quæ secundo loco de formularum titulis & inscriptionibus ex Hilario depromuntur. Hilarius in libro de Synodis: aliter, inquit, Hosianam formolam inscribit, aliter Photinianam. Hosianæ siquidem hoc lemma præscribit, *Exemplum blasphemiæ apud Sirmium per Osium & Potamium conscriptæ*: alteri vero, *Exemplum fidei Sirmio ab orientalibus contra Photinum conscriptæ*. Quid ex Inscriptionibus istis arguit vir doctus? Ab Orientalibus plena in synodo scriptam fuisse formulam posteriorem, alteram non nisi ab uno alterove. Atqui hoc inter nos, opinor, non quæritur, paucioresne numero fuerint qui Hosianam condiderint, quam qui alteram. Vigilius quidem, cum per Hosium, Valentem, Ursacium, Germinium, ceterosque similis pravitatis conscriptam refert, non exiguo numero fuisse indicat. Sed fuerint sane pauciores, an ideo sequitur in eadem synodo conditam non fuisse? immo vero, si Hilarii mentem & verba introspicimus, in eadem utramque conditam ostendunt. Quid enim opus erat, cum solas Orientalium fides proferret, de hac speciatim monere ab Orientalibus fuisse conscriptam, nisi ut alteram, id est Hosianam secerneret, quam in eadem synodo conditam meminerat, sed ad Orientales minime pertinere!

Differt. pag. 553. b. Contra nos igitur nihil facit hic locus Hilarii. Ne alter quidem in quo Episcoporum Orientalium diversis & locis & temporibus conscriptas fides se commemoraturum significat. Unde colligi volunt Sirmiensem formulam contra Photinum diverso vel loco vel tempore ab ea conscriptam esse quam dicimus Hosianam. *At loca*, inquit, *diversa non est. tempore igitur diversa sit oportet*. Videlicet Hilarius diversis & locis & temporibus conscriptas dixerat. timuit vir doctus ne Hilarii dicto veritas non constaret. itaque diversas vel loco vel tempore interpretatus est, nempe ut Hosianam includeret, quam loco diversam a Photiniana dici non posse sentiebat, tempore ab Hilario distinctam persuadere voluit, sed in cassum. Ecquas enim fidei formulas describit Hilarius? quas a Gallis expeti noverat, Orientalium scilicet Episcoporum. Quis ergo hic locus Hosianæ, quæ Orientalium non erat, nec Gallis ignota, qui hanc nuper ad se missam repudiarant, quamque Hilarius ipse invitum se operi suo inseruisse testatur, tantum ut Orientalium e diverso responsiones noscerentur? Orientales namque solas complecti animus erat, Antiochenam, Sardicensem, Sirmiensem & Ancyranam. quas omnes verissimum est diversis, quod perhibet, & locis & temporibus scriptas fuisse. Itaque nihil hic opus fuit illius glossemate.

Post Hilarium iterum objicitur Vigilius, non sanctus ille martyr Tridentinus, ut multis persuasum videtur, sed alter annis centum & quinquaginta posterior, Episcopus Africanus, qui Justiniano imperante, adversus Nestorium & Eutychen Constantinopoli scripsit. Differt. pag. 553. d. Hujus ergo verbis egregie id quod volebat affirmari, Hosianamque professionem in diversa synodo ab ea quæ Photinum dejecit, editam probari ait, dum synodum Orientalium contra Photinum catholicum Concilium appellat, ejusque sanctiones collaudat; illum vero cœtum Episcoporum qui Hosianam condidit, hæresis & impietatis arguit. Veri speciem aliquam habent ista, nec inficior, sed speciem duntaxat: re autem vera non duas diversas synodos Sirmienses denotant, sed synodi ejusdem duas, ut ante dixi, partes diversas, placitis inter se doctrinaque discrepantes. quarum altera Hosianæ perfidiæ auctor fuit, altera formulæ illius quæ contra Photinum Græce conscripta est. Harum partium alteram, quæ Orientalium Episcoporum fuit, a quibus posterior formula manarat, Concilium Sirmiense Vigilius appellat, & quidem catholicum. At Sirmiense Concilium partem quoque alteram, in qua lapsus est Hosius, idem Vigilius nominat in libro de unitate Dei, cujus verba in priore Diatriba descripsimus. Porro quemadmodum in Fragmentis Hilarii, cum diversas Orientalium & Occidentalium, qui apud Sardicam convenerant, epistolas legimus, & utrisque synodi Sardicensis præscriptum nomen cernimus, haud quaquam diversas synodos Sardicenses auguramur, sed synodi ejusdem diversas partes: ita prorsus de Sirmiensi statuendum est, operamque eos ludere qui contra nitantur.

CAPUT III.

De loco Fragmentorum Hilarii scholiisque ad eum illustrandum a viro docto editis.

ERroris auctori nostro ad novas synodos excogitandas occasio nata est ex Fragmentis Hilarii. In quibus cum Valentis & Ursacii pœnitentiam biennio post synodum Mediolanensem sub synodi Sirmiensis exordia positam videret, pœnitentiamque istam redeunte Alexandriam Athanasio anno CCCXLIX. contigisse non ignoraret, in hanc se fraudem impelli passus est, ut quoniam Hilarii verba quemadmodum de Mediolanensi & Sirmiensi, quæ sub Constantio celebratæ sunt, intelligi possent non capiebat, alias nobis sub Constante nominis ejusdem synodos fingeret de quibus Hilarium accipi juberet. Ut scopulum hunc vitaret, nec in sententiam ab Hilario alienam incurreret, animadvertere potuit Valentis & Ursacii resipiscentiam in Fragmentis illis loco non suo commemorari. Et vero cum propositum sit Hilario, ut ipsa operis præfatio declarat, res sub Constantio gestas complecti, & initium ducere a synodo Arelatensi, quid ab ejus mente fingi possit disjunctius, quam ut locum hic habeant synodi quæ sub Constante habitæ dicantur, & Arelatensi fuerint antiquiores? Pag. 6. Deinde si Athanasii de Marcello judicium Constantis obitum præcedere non potuit, ut

fuperius oftenfum eft, Marcellum autem priufquam Photiuus argueretur, ab Athanafii communioue fummotum auctor eft Hilarius, qui [A] convenit, ut Hilariu notas fuiffe credamus has fynodos, quæ fi veræ fint, Hilario manifeftiffime repugnent?

Placuit tamen hic error auctori, & itaplacuit, ut ejus firmandi ftudio verba Hilarii, in quibus conjecturas fuas commode fibi repræfeotare vifus eft, longius defcribenda, fcholiifque fuis illuftranda judicarit. Quafi vero, uec enim Differt. pag. 557. 558. 559. &c. difpar eft ratio, duas nos apud Sardicam fynodos propterea fiugere fit opus, quia fynodum Sardicenfem, quam a Conftautini filiis coogregatam omnes norunt, a Conftantino patre convocatam Sulpitius Severus falfo tradit: [B] aut quia Vaiuorem & Urfacium, ue a re noftra egrediamur, in Conciliu Mediulanenfi veniam adeptos dicere videtur epiftula fyundi Ariminenfis, eo effici queat reconciliationem iftorum, quam uuicam fuiffe, Romæque a Julio Papa factam omnibus eft in cunfeffo, non unam revera fed geminam extitiffe. Quod fi nec duas Sardicæ fynodos, uec duplicem Urfacii & Valentis reconciliationem dici patitur, fatiufque intelligit errorem in Hiftoria Severi, & in Ariminenfi epiftola confiteri, quam ex falfis falfa concludere, & umuibus adverfari: [C] cur idem judicium in Fragmentis Hilarii nos fequi uuu fiuit, aut fecutus ipfe non eft? præfertim cum feclufa & rejecta Urfacii & Valentis mentione, quam adfcititiam hoc loco & alienam diximus, præclare cetera confentiaut, totaque ifta uovarum fynodurum fufpiciu & color evanefcat? Quæ cum ita fint, fcbulia ifta, quæ in his coufingeudis tota fuut, & fua fponte jam corrunt, fupervacaueum fit confutare. quanquam illa, cum eadem inculcent, novique nihil adferaut, fatis autea fuperque a nobis refutata & labefactata funt. [D]

Fiuem tamen aute non faciam, quam id patefaciam, in quo maxime fumma confiftit, & quod a nubis jam pridem, nifi ftudio dilatum effet, minime diffimulari oportebat, Decretum illud Occidentalium de Phutino ad Orientales miffum, quod a fua Sirmienfi profectum auctor volebat, & quo accepto revolvendi in Athanafium judicii occafiouem quæfiiffe dicuntur Orientales, non falfæ iftius fynodi, quæ nulla fuit, decretum fuiffe, fed Rumanæ: quam a Julio Papa ante mortem anno CCCLII. habitam indicio eft Liberii ad eofdem Orientales epiftula, quæ in Hilarii fragmentis ha- Lib. 1. 36. betur: quamque ab Hilariu ipfo defignari, Lib. 1. 25. cum hærefim Photini a Romanis damnatam fcribit, non dubitem affirmare. Sic autem fe habet.

Dilectiffimis fratribus & coepifcopis noftris univerfis per Orientem conftitutis Liberius urbis Romæ Epifcopus falutem.

Studens paci & concordiæ Ecclefiarum pofteaquam literas caritatis veftræ de nomine Athanafii & ceterorum factas ad nomen Julii bonæ memoriæ Epifcopi accepi, fecutus traditionem majorum, presbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum, & Helianum a Latere meo ad Alexandriam ad Athanafium direxi, ut ad urbem Romam veniret, &c. Ex his verbis apparet quod dixi, Julium fub vitæ finem ad Orientales de Photino literas dediffe: Orientalium vero epiftolam, qua Julio refpondebant, eo mortuo, fucceffori ejus Liberio redditam fuiffe. In hac illos Athanafium ceteris, id eft Marcello & Photino ita mifcuiffe, ut obfcurum nou effet machinas illorum in Athanafium præcipue dirigi, eamque ob rem de illo unu refcribere Liberium. Sed & Hilarius ipfe in prima operis parte argumentum idem tractans adverfus Orientales, ab Athanafii defenfioue orditur, io eaque copiofius verfatur; tametfi hodie mutila eft, & principio caret, quod Sardicenfis Concilii epiftolas, quarum teftimoniu utebatur, & quæ primum locum nunc obtiuent, præcedebat. De Photiuo autem duas tantum quæ de illo judicaraut fyuodos memorat, Mediolaneufem & Sirmienfem. De Marcellu id unum maxime, *neque tunc eum de Photino*, fic enim legendum, *decretum ab Occidentalibus eft, aliquod in eum expreffum fuiffe judicium. de Photino tantum epiftolas effe factas. Sed Orientales refcribentes de Photino Marcelli mentionem addidiffe*. Decretum hoc fynodi Sirmienfis, quæ fub Conftaute fingebatur, fi effe nou potuit, ut fuo loco demouftravimus; fi Rumanæ revera fuit, ut ex Liberii epiftola non iuani conjectura didicimus: quid reftat, nifi ut minus feliciter locatam ab auctore iu fcholiis iftis & io Differtatione totam operam intelligamus.

APPENDIX.

Sunt qui adversus Baronii sententiam de synodo Sirmiensi novam machinam instrui posse putent ex nomine Thalassii, quem Ammianus Marcellinus obiisse tradit Constantio VII. Consule, id est anno Christi CCCLIV. Sic enim ratiocinantur. Judices Photino post synodum ex aula dati, Epiphanio teste, hi fuerunt; Thalassius, Datianus, Cerealis, Taurus, Marcellinus, Evanthius, Olympius & Leontius. Si post synodum, inquiunt, ut cum Epiphanio innuere videntur Socrates & Sozomenus, factum est hoc judicium, atque in hoc judicio sedit Thalassius, non potest synodus coacta dici anno CCCLVII. ante quem Thalassius vivere desiit, fallitur que Baronius qui ad hunc annum refert. Res perspicua, ut apparet, ac minime dubia. Attamen si retorquere libeat, & ex nomine Marcellini, qui in eodem est numero judicum, similiter argumentari, ut doceamus anno CCCLI. synodum adscribi non posse, quod absurdissimum sit Marcellinum Magistrum officiorum, qui Magnentianarum partium Princeps fuit, & eodem illo anno in castris Magnentii pugnabat adversus Constantium, delectum a Constantio judicem existimari: hoc inquam argumenti genere si utamur, quid respondebunt? Negabunt, opinor, eundem esse Marcellinum. Et nos si negemus eundem esse Thalassium, qua ratione convincent? Ex Ammiani Marcellini verbis Thalassium contendunt ad annum CCCLVII. non pervenisse. Nos contra isto ipso anno Thalassium Præfectum prætorio fuisse docemus ex Lege VI. cod. Theod. *De Judæis* &c. cujus inscriptio est *Imp. Constantius & Julianus Cæsar ad Thalassium P. F. P.* subscriptio autem hujusmodi: *Dat. V. Nonas Julias Mediolani Constantio Aug. IX. & Juliano Cæsare Coss.* Non latet nos mendum subscriptioni subesse, quatenus data lex dicitur Mediolani, cum illo anno nec Constantius Mediolani fuerit, nec Julianus, sed ille Sirmii, hic vero in Galliis. Sed quoquomodo emendari placeat, Baronio prorsus lex favet, si salva est nota Consulatus; adversarios refellit, si vera est inscriptio. Nam cum Thalassii mortem Gallo adhuc superstite compertam scribat Marcellinus, Juliani qui Gallo successit, non potuit ad Thalassium lex dari, si Thalassius jam obierat. Quare aut falsa est Marcellini de morte Thalassii assertio, si unus idemque est Thalassius: aut cassa, si duo fuerunt, quæ contra Baronium ex Thalassii judicio ducebatur argumentatio.

DIONYSII PETAVII
ELENCHUS
DIATRIBÆ UTRIUSQUE DE PHOTINO, ET SIRMIENSI SYNODO.
CAPUT I.

Quibus argumentis Mediolanensis nova Synodus astruitur, necnon Sirmiensis; illa anno Christi 347. hæc anno 349. Refelluntur quæ in Diatribæ secundæ capite primo contra ambas exposita sunt.

A Dissertationis nostræ de Photino hæretico nuper editæ duplex institutum fuit: alterum, synodus duas asserere, atque e tenebris vindicare in lucem, Mediolanensem, & Sirmiensem priorem; in quibus ab Catholicis damnatus est Photinus: alterum, posterioris synodi Sirmiensis, quam hæretici celebrarunt, annum ex Socratis auctoritate constituere, Christi 351. non, ut recens opinio fert, 357. Utrumque Diatribæ auctor impugnat. cui nos hoc ordine respondebimus, ut de primario controversiæ capite primum agamus; tum de ceteris, quæ velut incidentia sunt, neque ad præcipuam quæstionem pertinent.

Imprimis ergo Mediolanensem quamdam synodum ab Catholicis habitam esse defendimus, in qua Photini damnata est hæresis: & Ursacius, ac Valens, rogata venia, recepti sunt. quod anno 347. paullo post Sardicensem synodum accidisse videtur. Hanc biennio postea excepisse Sirmiensem alteram dicimus, in qua B Photinus Catholicorum sententia depositus, propter populi factionem amoveri nondum potuit. Quas quidem ambas synodos ignoratas hactenus, ex Ariminensi synodica, & Hilarii fragmentis hunc in modum adstruimus.

In concilii Ariminensis epistola, quam Catholici episcopi, nondum depravata hæreticorum versutia synodo illa, scripserunt ad Constantium Imperatorem; vehemens habetur expostulatio contra Ursacium, & Valentem signiferos Arianæ perfidiæ: quorum levitas & inconstantia notatur, quod cum in Mediolanensi concilio antea actorum criminum veniam libellis oblatis impetrassent, ad eandem illam rediissent postea. Ὅθεν

Theodoret. l. 2. hist. Eccl. cap. 19.

Οὐρσάκιός τε καὶ Οὐάλης, ὁποῖοι πάλαι μέτοχοί τε, καὶ σύμφωνοι τοῦ Ἀρειανοῦ δόγματος ἦσαν καθεστηκότες, καὶ τῆς C ἡμετέρας κοινωνίας χωρισθέντες ἀπεφάνθησαν· ὥστε ἵνα μετάσχωσιν ἐφ' οἷς ἑαυτοῖς συνεγνώκεσαν πλημμελήσαντες, μετανοίας τε, καὶ συγγνώμης ἠξίωσαν τυχεῖν, ὡς καὶ τὰ ἔγγραφα τὰ ὑπ' ἐκείνων γεγενημένα μαρτυρεῖ· δι' ὧν ἁπάντων φειδὼ γεγένηται· ἦν δὲ ὁ καιρὸς καθ' ὃν ταῦτα ἐπράττετο, ὅτε ἐν Μεδιολάνῳ τὸ συνέδριον τῆς συνόδου συνεκροτεῖτο, συμπαρόντων δὲ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκκλησίας. Quæ sic in Tripartita vertit Epiphanius Scholasticus: *Quapropter Ursacius & Valens, quoniam participes & concordes Ariani dogmatis erant, a nostra sunt communione segregati. Quam ut reciperent, cognoscentes delicta, quibus peccaverunt, pænitentiam, atque veniam impetrare poscebant: & rescripta eorum hæc ita se D habere testantur, per quæ criminum veniam consecuti sunt. Erat enim tempus, quo hæc gesta noscuntur, quando Mediolani synodus celebrata est, præsentibus Romanæ ecclesiæ presbyteris.* Hæc epistola ab Athanasio descripta legitur [a] in libro de Synodis; necnon apud [b] Socratem, [c] Theodoretum, [d] Sozomenum, [e] Nicephorum, tum in [f] Tripartita, & [g] Hilarii Fragmentis. ubi, sine ulla varietate scriptum est, Ursacium & Valentem in Mediolanensi synodo libellis oblatis veniam exorasse.ut certissimum sit, hoc omnino Ariminenses patres in epistola sua posuisse. Porro cum Ursacii & Valentis illa reconciliatio ante annum 350. inciderit, necesse est Mediolanensem quoque synodum, ad quam supplices

Lib. 5. c. 21.

a p. 676.
b lib. 2. cap. λζ.
c lib. 2. c. 19.
d lib. 4. c. 18.
e lib. 9. c. 40.
f lib. 5. c. 21.
g pag. 39. editionis Paris. anni 1598.

A adierunt, eumdem annum antecessisse. Quare diversa fuit ista synodus ab alia Mediolanensi, quæ an. 355. celebrata est.

Conferantur modo cum Ariminensi illa synodica, quæ Hilarius in fragmentis de eadem, ut apparet, synodo scribit: *Igitur ad tollendum*, inquit, *ex episcopatu Photinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damnatus, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes, hoc magis soliciti, atque anxii, turbari rursum, misereque omnia, quod jam pridem plures episcopos tunc vel Juliorum in Athanasii judiciorum, vel communionis hæresis Arianæ, ab ecclesia fuerat necesse rejicere. Quam opportunitatem nacti Ursacius & Valens Romanæ plebis episcopum adeunt, recipi se in ecclesiam deprecantur, & in communionem per se veniam admitti rogant.* Subjicit Hilarius amborum libellum oblatum Julio Papæ; tum ita loquitur: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Fotini a Romanis damnata est.* Ex quibus efficitur Mediolanensem synodum B biennio contigisse antequam Ursacius & Valens Julio Papæ libellum offerrent: biennio itidem antequam Sirmii ad deponendum Photinum synodus haberetur a Catholicis, de qua mox. Quare cum anno 349. Ursacius & Valens Julio Papæ libellum obtulerint, ut in Dissertatione probatum est; consequens fit, anno 347. Mediolani synodum esse collectam: indidemque concluditur Sirmiensem illam synodum anno 349. esse factam, nempe biennio post Mediolanensem, & eodem anno, quo Valens & Ursacius Julium adierunt.

Pag. 23.

Pag. 25.

Hoc invictum argumentum est; quod nulla tergiversatio potest eludere. Sed neque Diatriba tota probabile quicquam adfert, quod recte & citra ambages illi respondeat.

C Nam quod in Ariminensem epistolam irrepsisse per errorem putat illud de Mediolanensi synodo, ex Valentis & Ursacii ad Julium libello; divinantis est, & utcumque extricare se cupientis; potius quam bona fide, & ex animo respondentis hæc exceptio. Cui enim persuaderi queat Ariminensem in eo synodicam esse falsam? Id si esset, vel librariorum ea culpa foret, vel Ariminensium ipsorum præsulum. Utrumque autem incredibile est: immo etiam absurdum. Etenim neque librarios in tam diversis auctoribus, qui illam Græce Latineque descripserunt, corrumpendis illo loco, conspirasse verisimile est: neque in tanto Ariminensium numero, qui, quæ viderant, magna ex parte referebant, fuisse neminem, qui errori admoneret. Deinde D quid Hilario faciemus æquali temporum illorum, qui Valentis & Ursacii epistolam interpretatur; & quod apud Mediolanum porrectum a se priorem libellum isti dicunt, ad Mediolanensem synodum refert, in qua Fotinus a Romanis, atque Catholicis, biennio erat ante damnatus? Nam biennio ante Sirmiensem synodum, in qua depositus, nec amotus est a catholicis, Mediolanensem synodum celebratam esse docet. Deinde post Valentis & Ursacii libellos ita subjicit: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Fotini a Romanis damnata est.* Ubi autem, & a quibus damnata, paullo ante docuit: *Igitur ad tollendum ex episcopatu Fotinum, qui ante biennium jam in Mediolanensi synodo erat hæreticus damna-*

Diatrib. II. pag. 358. d.

tas, ex plurimis provinciis congregantur sacerdotes. Profecto, si quis in nobis est candor, atque æquitas, fateri cogimur, in Mediolanensi aliqua synodo catholica Valentem & Ursacium priorem libellum obtulisse; quod Ariminenses præsules disertis verbis asserunt. Neque enim in tam recenti memoria, contra Valentem & Ursacium Constantii Imperatoris intimos ad Imperatorem ipsum publice, & e synodo scribentes, de utroque mentiri tam insigniter potuerunt. *Diatrib. II. pag. 398. c.*

At enim probabile non est, Valentem & Ursacium *pro facinoribus suis a Sardicensi proxime dejectos, ad frugem tam subito conversos advolasse Mediolanum, ibique communionem sine mora recepisse.* Deinde *si recepti fuerunt, quid est quod biennio post concilium illud narrat Hilarius Ursacium & Valentem Romanæ plebis episcopum adiisse, recipi se in ecclesiam deprecantes?* Cum de facto constet, de facti caussa & ordine litigare, & otiosi, & omnis contentiosi hominis est. Quam multa in historiis occurrunt, quæ, ut certo evenisse scimus, sic fieri potuisse miramur? Neque enim rerum omnium gestarum rationes ab scriptoribus memoriæ proditæ sunt: & brevissimo interdum tempore magnæ rerum conversiones incidunt; quas nullius conjectura & suspicio consequi potest.

Postremo, quod in omni nostra defensione validissimum, & *διατείνομαι* est, si erravit in eo dissertatio nostra, non mihi, sed antiquissimis illorum scriptoribus temporum tribuendus hic error est, Ariminensi concilio, & Hilario, quos negari non potest plane hoc, quod scripsimus, aperteque testari. Quibus & Liberius adjungi potest Romanus pontifex, qui in colloquio, quod habuit cum imperatore Constantio, refert Ursacium & Valentem *libellos in synodo dedisse, quibus veniam rogabant ob id nominatim quod in Mareote provincia per calumniam ex una parte contra Athanasium acta confecerint. οἳ ἐν τῇ συνόδῳ βιβλία ἐπιδεδώκασι συγγνώμην αἰτοῦντες, ἐφ᾽ οἷς ἐν τῷ Μαρεώτῃ κατὰ συκοφαντίαν ἐκ μονομερῶς συνέθηκαν κατὰ Ἀθανασίου ὑπομνήμασι.* Baronius in Annalibus existimavit hanc synodum fuisse Sardicensem; cujus opinionis ansam ex Epiphanii Scholastici Latina versione fateor arripi posse. Sed Græca ipsa si quis adhibeat, ad aliam synodum pertinere istud intelliget, cum alioqui in Sardicensi constet prorsus illos esse damnatos. Quod si in Sardicensi ipsa synodo, in qua proscripti, exauctoratique sunt Ursacius & Valens, necusquam in ea recepti leguntur: tamen in ea resipuisse, & libellos obtulisse tantus vir absurdum non judicavit; unius loci Latina interpretatione fretus; quid est quod tam hostiliter Diatriba nos insequitur, quod in altera synodo id paullo post accidisse, synodica tot præsulum epistola, & Hilario teste defendimus? Sane si quis Liberii verba illa diligentius expendat, non dubitabit, quin synodum aliquam fuisse significet, in qua libellum ambo illi dederint, & quidem ab eo diversum, qui apud Hilarium & Athanasium extat, Julio Romano pontifici inscriptus. In hoc enim nulla Mareotæ mentio est, neque actorum ab se contra Athanasium ex una parte per calumniam conscriptorum, quæ in priore libello, quem synodo obtulerunt, expressa fuisse Liberius affirmat. Sed hoc unum confitentur, *falsa esse omnia quæ ad aures suas pervenerunt de nomine Athanasii, atque omnibus viribus carere.* Quare diversos esse libellos oportet; &, quod consequens est, priorem in synodo fuisse datum, cujus ii posteriore meminerunt.

Theodoretus lib. 2. cap. 16.

Ad Annum 347.

Hist. Trip. l. 5. c. 17.

Sed nec illud consectaneum est, quod Diatriba de Mediolanensi synodo, cujus mentionem facit Hilarius, affirmat, hanc illam fuisse Mediolanensem, quæ anno 355. ab Constantio, & Arianis episcopis est habita. Hoc enim ex Hilario ipso perspicue refellitur, qui Mediolanensem, de qua loquitur, a Romanis contra Photinum esse factam ait ante biennium, quam Valens & Ursacius epistulam offerrent, cui consonat & Ariminensis synodica, quæ in Mediolanensi ista synodo adfuisse Romanos presbyteros refert. At Mediolanensis altera, quæ anno 355. celebrata est, neque Catholicorum, aut Romanorum fuit, & longe post Valentis & Ursacii pœnitentiam accidit: immo vero jam ad pristinam perfidiam post Constantis obitum relapsis iis, & Athanasium ac Catholicos toto furore persequentibus. *Diatrib. II. pag. 399. c.*

Nam quod Ursacii ac Valentis mentionem alieno loco ab Hilario positam asserit, nemo illi concedet, qui Hilarii locum accurate legerit. Est enim cohærens illius narrationis pars, quæ est de Ursacio & Valente, cum proxime superiori, in qua de Sirmiensi agit synodo. Postquam enim de Athanasio, & falsis ejus criminationibus sermonem instituit, transit ad Marcelli ac *Diatrib. II. pag. 400. b.*

A Photini historiam: *Superest*, inquit, *ut quid de Marcello, & Fotino gestum sit, paucissimis dicam*, &c. Tum, quomodo depositus sit explicat: *Igitur ad tollendum ex episcopatu Fotinum*, &c. convenisse ait sacerdotes. Quonam? Sirmium utique, quod postea scribit: *Verum inter hæc Sirmium convenitur.* Hos vero sacerdotes *hoc magis solicitos, atque anxios turbari rursum, misceri que omnia* fuisse dicit, *quod jam pridem plures episcopos reos vel falsorum in Athanasio judiciorum, vel communionis hæresis Arianæ, ab ecclesia fuerat necesse resecare.* Ergo Catholici erant illi, quos ecclesiæ status anxios & solicitos habebat. Mox vero Valentem & Ursacium usos ea opportunitate veniam esse deprecatos ait. quod consentaneum est antecedenti narrationi: in qua episcoporum meminit, qui vel falsi convicti, vel hæresis Arianæ, ab ecclesia rejecti fuerant: e quibus erant Ursacius, & Valens. Nihil ergo redundans, aut hiulcum habet hic locus. Imo vero si interjectam illam Ursacii & Valentis historiam detrahas, male cohærens, & manca species erit orationis. Quæro enim, si totum hoc avellas, in quo & de Ursacio & Valente agitur, ab his verbis: *Quam opportunitatem nacti* &c. usque ad illa: *Verum inter hæc Sirmium convenitur*, quorsum ista pertinebunt: *Hæc epistola post biennium missa est, quam hæresis Fotini a Romanis damnata est?* Nonne ad illa priora necessario referenda sunt: *Igitur ad tollendum ex episcopatu Photinum &c.?* Deinde non recte demptis mediis quadrare illa superioribus: *Verum inter hæc Sirmium convenitur*: ubi particulæ istæ, *inter hæc*, abruptum, interposita rei alterius narratione, ac repetitum ex intervallo sermonem indicant. Frustra igitur alieno hæc inculcata loco Diatriba suspicatur. *Fragm. p. 13.*

C Postremo quod Sirmiensem synodum spectat, cujus ibidem mentio est apud Hilarium; apparet diversam eam fuisse ab famosa illa Sirmiensi, quam Socrates anno 351. Diatriba anno 357. celebratam esse vult. Primum quod in hac posteriore depositus omnino, & ab episcopatu depulsus est Photinus; uti Socrates, aliique testantur, & his antiquior Epiphanius: qui post synodum ad Imperatorem confugisse illum referunt, & judices impetrasse: coramque iis convictum ab Ancyrano Basilio, ac penitus exauctoratum fuisse. *μεγίστη δὲ μάχη*, ait Socrates, *μεταξὺ τῶν παρ᾽ ἑκατέρου λεγομένων γέγονεν· εἰς ἃς ὁ Φωτεινὸς ἡττηθεὶς, κατεκρίθη εἰς φυγὴν τὸ δεύτερον τοῦ λοιποῦ*, &c. *Maximus autem conflictus verborum utrimque fuit. quibus victus Photinus condemnatus est: & in exilio deinceps agens*, &c. Itaque episcopatu tunc Photinus ejectus est. At in Sirmiensi illa synodo Hilarii, propter populi seditionem D amoveri non potuit. Ita enim legendum videtur pro eo quod ibi legitur, *admoveri*, nisi *admoveri* sit idem quod in judicio sisti, caussamque dicere. Omnino vero popularem vim intercessisse Hilarius ostendit, ne Photinus sede sua pelleretur. Quare diversæ sint ambæ illæ synodi necesse est. Ad hæc Sirmiensis Hilarii synodus Catholicorum fuit, ut ex antecedentibus constat. Quippe & de ecclesiasticis turbis componendis solicitos fuisse dicit: & hac occasione Valentem, & Ursacium iterum libellos obtulisse. Quoniam quidem continentem hanc esse narrationem; neque assutam de Valente & Ursacio laciniam istam, contra Diatribæ auctorem evicimus. Adde Sirmiensem Hilarii synodum ab Occidentalibus celebratam esse; posteriorem autem fere ab Orientalibus: quod sequenti capite planum faciemus. *Lib. 2. c. 30.*

E

CAPUT II.

Confutantur alia quædam, quæ in eodem capite primo Diatribæ secundæ contra Dissertationem allata sunt, ac nonnulla illius errata discutiuntur.

POstquam caput ipsum opinionis nostræ, caussæque constituimus, nunc reliqua Dissertationis expendenda sunt quæ frustra Diatriba vexare studuit.

Horum primum sit, quod, ut Valentis & Ursacii pœnitentiam alieno loco positam apud Hilarium ostendat, hunc in modum objicit: *Si*, inquit, *Athanasio Alexandriam reverso, & Ursacio ac Valente in gratiam receptis habita est* Sirmiensis ista synodus, *ut fingitur; punctum temporis, in quo habita sit, ante Constantis obitum, qui sub ipsum Athanasii reditum accidit, adsignari nullum potest.* Verum captiosum hoc oppugnandi, & argumentandi genus esse superius admonui; cum adversus expressa de *Diatrib. II. pag. 400. b.*

gesta re scriptorum testimonia, ea incertis, & obscuris circumstantiis conjectura capitur.

Quocirca contra Diatribam paucis ita præscribimus: Sirmiensem synodum eo tempore factam esse constare ex Hilario, quo Ursacius & Valens libellos obtulerunt: quod omnino negari non potest. Ceterum qua anni parte celebrata sit, & ubi tum esset Athanasius, scire posse neminem. Proinde callide id pro concesso Diatribam accipere, quod non damus; Athanasio jam reverso, & Alexandriæ morante, synodum istam esse habitam. Potuit enim haberi antequam Alexandriam venisset, & ante Constantis obitum. Diu enim in itinere fuit Athanasius, & Antiochiæ, atque in Palæstina moras habuit: dum interim & Ursacius ac Valens plenam cum catholica ecclesia reconciliationem urgerent; & Sirmii ad deponendum Photinum cogerentur Catholici.

Frag. pag. 26 Sed instat rursus Diatriba, & quod Hilarius habet de Marcello ab Athanasii communione abstento, unde Photini damnationi auctoritas est quæsita, ad tempus Sirmiensis nostræ synodi revocari non patitur. Sed pro nobis aperta est Hilarii narratio: qui cum Sirmiensis concilii ad deponendum Photinum sub Valentis & Ursacii pœnitentiam habiti meminisset; statim addit, Marcellum ab Athanasio communione sua multarum anteriore tempore quam Photinus arguitur: nempe inter Sardicensem & Sirmiensem synodos, ac biennii interjecti spatio. quod Severus intellexit his verbis: *Interjecto deinde tempore Athanasius, cum Marcellum parum sanæ fidei esse penitus comperisset, a communione suspendit.* Cum igitur in Oriente esset Athanasius, ac Marcellum parum sanæ fidei esse comperisset, ab ejus communione abstinuit: vel, ut Hilarius loquitur, *eum a sua communione separat*. quod ubique etiam extra diœcesim suam quivis episcopus facere potuit. Sic enim Antiochiæ eodem anno cum esset Athanasius, Alexandriam petens, a Leontii Ariani, qui ibi episcopus erat, communione abstinuit, ut refert Sozomenus. At Diatriba *ridiculum* esse clamat, *Athanasium a communione sua quemquam, priusquam sedem suam reciperet, exclusisse*. quod mirum est excidisse homini docto. Lib. 3. c. 20. Diatrib. II. pag. 400, r.

Atenim quid necesse fuit Photini damnationi auctoritatem comparari ex Athanasii judicio; tamquam in eo Occidentales hærere potuerint, qui biennio ante Photinum damnassent? Sed hæc περιεργία nimis angusta est. Photino biennio ante damnato, hoc est notato ejus errore, certa dies præscribi potuit; ante quam nisi resipisceret, in ordinem cogeretur. Potuit & fraude aliqua, dissimulationeque frustrari Catholicos præsules, atque illorum sententiam eludere. qui postmodum tanti viri, quantus fuit Athanasius, auctoritate ac præjudicio freti, demum rem aggressi sunt.

Fragm. pag. 27. De eadem Catholicorum Occidentalium synodo Sirmii habita illud acceperam, quod scribit Hilarius: *De Photino decretum ab Occidentalibus factum ad Orientales relatum esse*; hos vero tamquam *homines mente callidos, rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjecisse*. Displicuit hoc Diatribæ: quod verisimile non sit, anno isto 349. quo Sirmiensis synodus ponitur, dum Athanasii communionem certatim omnes expeterent, Orientales in Athanasium agitasse concilia. Verum cogitandum hoc illi fuit; interim dum ad Orientales Occidentalium litteræ istæ perferuntur, Constantem esse mortuum; & ingenti rerum facta conversione, superiorem fuisse caussam Arianorum. Itaque deinceps eos Athanasium vexare cœpisse.

Porro cum Hilarius affirmet, Occidentales, damnato Photino, decretum suum ad Orientales misisse: hos autem rescribentes de Photino, Marcelli mentionem adjecisse; clarissime demonstrat, Occidentales synodicam aliquam misisse ad Orientales; hos vero, cum Ariani essent, callide cum Photino Marcellum miscuisse. Nam *rescribere*, est *vicissim scribere*. Itaque non alii rescripserunt, quam ii, ad quos decretum Occidentales miserant, nimirum Orientales. Tum vero Catholicos fuisse decreti illius auctores satis indicat, cum eos subinde commendat, quod ad Orientales epistolas istas fecerint, *non injuriæ extorquendi, ut nunc agitur, adsensum, sed instruendæ universorum scientiæ consuetudine*. Quæ verba perspicue declarant, Catholicos, quod dixi, episcopos fuisse Occidentales istos, quos ab hæreticorum violentia, & tyrannide alienos esse dicit. Deinde synodum ab iis aliquam esse factam; cujus acta, decretaque, uti consuetudo fere, ad alias ecclesias miserint. Quamobrem valde consentaneum est ex tota Hilarii disputatione syno- Ibid.

A dum illam Sirmiensem, in qua Photinus damnatus est, sed non dejectus, ab Occidentalibus Catholicis celebratam fuisse. Est enim perpetuus & continens sermo de Photini damnatione in ea facta synodo, quæ sub Valentis & Ursacii pœnitentiam Sirmii est habita; quam ad synodum cetera pertinere, series ipsa orationis arguit. Ut autem Diatribæ sententia se habet; interrupta, fœdeque dissoluta, nec ullo modo cohærens est narratio. Etenim synodos illic ab Hilario commemorari putat Mediolanensem, & Sirmiensem: illam anno 355. celebratam, hanc 357. in quibus Photinus damnatus est; in hac etiam depositus. Sed non convenire synodos illas ad Hilarii institutum, satis hucusque demonstratum est. Nam & temporis ratio repugnat: quia Mediolanense istud, & Sirmiense Hilarii longe annos illos antecedit: & utriusque anni concilia ab hæreticis habita sunt. Mediolanense quidem ad Athanasium damnandum, & epi- Severus Sulp. 2. S. a. l. 2. Sozom. l. 4.

B scopos Catholicos, qui illius communionem ejurare nollent, exilio multandos; quod tum in plerosque decretum est; ut Eusebium Vercellensem, Luciferum Caralitanum, Hilarium Pictaviensem, & Liberium Romanum pontificem. Atqui in Mediolanensi synodo, cum meminit Hilarius, Romani interfuere Legati; immo præfuere, ut ex eodem, & Ariminensi synodica colligitur. Sirmiense quoque iisdem ab hæreticis contra Photinum celebratum est: & quidem Orientalibus plerisque. Quamobrem non congruit huic Sirmiensi quod Hilarius refert, *decretum de Photino ab Occidentalibus factum, & ad Orientales relatum*; uti mos est in synodis. Ex quo itidem Diatriba refellitur, quæ quod Hilarius scribit, Orientales, accepto decreto Occidentalium, occasionem revolvendi de Athanasio quæsisse judicii, & rescribentes de Photino, Marcelli mentionem addidisse; referen-

C dum existimat ad tempora Magnentii cædem secuta, *quando peractis bellis civilibus, Arianorum furor renovatus est. Tunc enim revera negata Marcello communionis, damnatique Photini occasionem nacti, astute*, ut scribit Severus, *consilio, innoxium criminosis miscentes, damnationemque Photini, & Marcelli, & Athanasii eadem sententia comprehendentes, tandem ad Athanasii condemnationem Catholicos episcopos in Arelatensi anno 353. tum biennio post in Mediolanensi, & deinceps quamdiu Constantius vixit, adigere conati sunt*. Hæc Diatriba in quibus non unius modi error est. Diatrib. II. pag. 401.

Nam istud omne ab Hilarii mente, & historia tam alienum est, nihil ut esse magis queat. Scribit Hilarius, Occidentales, & quidem Catholicos, contra Photinum fecisse decretum, & ad Orientales misisse. Rursus Orientales ad eos rescripsisse, & Photino Marcelli nomen

D admiscuisse; ut ad Athanasii damnationem tacite viam munirent, eo ipso, quod cum Marcellus in eadem, in qua & Athanasius, Sardicensi synodo restitutus esset; reo iterum facto Marcello, synodi de eo judicium, atque auctoritas irrita fieret; adeoque & de Athanasio, qui eadem sententia comprehensus esset in Sardicensi illa synodo. Doceat ergo nos, quænam illa synodus vel Sirmiensis, quod Hilarii locus exigit, vel alia quævis Catholicorum Occidentalium fuerit, in qua Photino damnato, decretum ad Orientales missum sit, hi rescribentes Photino Marcellum addiderint. Quæ enim concilia memorat, Arelatense, ac Mediolanense, Catholicorum non erant: tum contra Photinum nequaquam habita sunt: neque in eorum epistolis solius Photini, tamquam hæretici ac damnati, damnandive mentio fit: neque Orientales ad illorum rescripsere decreta, & ad Photini nomen Marcellum adjunxere. Mediolanensis concilii ad Eusebium Ver-

E cellensem epistola, quam ex Baronio citat Diatriba, & ad Hilarium interpretandum adhibet, hortatur ipsum ut *de nomine hæreticorum Marcelli, & Photini, necnon Athanasii sacrilegi* idipsum *definiat, quod totus prope definivit orbis*. Sed nec ad Orientales data est, neque solius Photini damnationem continet; sed Marcelli insuper, & Athanasii. Horum vero duorum nomina ab Occidentalium decretis, & epistolis aberant, quas Hilarius commemorat: siquidem Photini solius meminerant. cui solum itidem Marcellum Orientales addidere. De Athanasio neutri omnino mentionem fecere. Hæc si Diatribæ auctor animadvertisset, nostram de Hilario conjecturam haud adeo contempsisset. Ad annum 355. Diatrib. II. pag. 400. a.

Quocirca annis aliquot anteriora sunt illa, quæ refert Hilarius, Occidentalium decreta, & Orientalium rescripta, Gallicanis, & Mediolanensibus actis, quæ Diatriba memorat.

Quippe Ariani ad Athanasii damnationem, primum

occulte callideque grassati sunt, postquam Sardicensis auctoritate concilii, & utriusque Imperatoris edictis sedi suæ restitutus est: nec aperte nomen illius notare, ac damnare initio sunt ausi. Postea majore sumpta fiducia, palam illum execrati sunt cum Marcello atque Photino: cum post Constantis obitum solus rerum potiretur Constantius; qui se totum illorum voluntati permiserat. Ergo illa omnia, quæ ex Arelatensi, Mediolanensique synodo, & ex Severo Diatriba retulit, ad posteriora ista tempora pertinent; maxime postquam in Sirmiensi postrema synodo funditus eversus, ejectusque Photinus est: quod anno 351. accidisse nonnulla ex eo conjectura ducitur, quod deinceps, tanquam manifestarii hæretici & exauctorati, nomen ejus profertur, & cum Marcello, & Athanasio conjungitur: qui ambo sedibus suis extrusi jam erant: ut idem passum tunc esse Photinum verisimile sit. de quo paullo post dicetur.

Ex his itaque perspicue colligitur, quæ de Occidentalium & Orientalium gestis Hilarius perscribit, superiora iis esse, quæ in Diatriba memorantur.

Cujus rei observatio mirificum quemdam usum habet ad alium Diatribæ convincendum errorem, qui in fine tertii capitis occurrit. Ibi enim novum quiddam ostentat, *in quo maxime*, inquit, *summa consistit*, super Hilarii loco illo, quo de Occidentalium decreto, rescriptoque Orientalium agitur. Sic enim existimat; decretum illud, *qua accepta Orientales revolvendi de Athanasio judicii occasionem acceperunt, ad Romanam pertinere synodum, quam a Julio ante mortem anno 357. habitam, indicio est Liberii ad eosdem Orientales epistola ab Hilario descripta. quam ab Hilario ipso designari, cum hæresin Photini a Romanis damnatam scribit, non dubitem affirmare. Sic autem se habet: Dilectissimis fratribus, &c. Studens paci, & concordiæ ecclesiarum, postea quam literas caritatis vestræ de nomine Athanasii, & ceterorum factas ad nomen Julii bonæ memoriæ episcopi accepi, secutus traditionem majorum, presbyteros urbis Romæ Lucium, Paulum, & Helianum a latere meo ad Alexandriam, ad supradictum Athanasium direxi, ut ad urbem Romam veniret, &c. Ex his verbis apparet, Julium sub vitæ finem ad Orientales de Photino literas dedisse: Orientalium vero epistolam, qua Julio respondebant, eo mortuo, successori ejus Liberio redditam fuisse. In his illos Athanasium ceteris, id est Marcello, & Photino ita miscuisse, ut obscurum non esset, machinas illorum in Athanasium præcipue dirigi, eamque ob rem de uno illo rescribere Liberium*. Hæc Diatriba.

Diatrib. II. pag. 403. d.

Fragm. pag. 32.

Hanc falsam esse conjecturam declarant ea, quæ de Hilarii loco illo supra disputavimus. Nam Orientalium literas Marcelli tantum, non etiam Athanasii nomen expressisse, disertis verbis asseverat Hilarius. Quorsum enim ad Photini nomen, quod Occidentalium epistola continebat, callide eos Marcelli nomen addidisse diceret, ut *occasionem quærerent revolvendi ejus, quod Athanasii absolutione dissolutum erat, judicii*, si Athanasium ipsum nominatim cum Photino, Marcelloque comprehendissent? Cur non Hilarius diceret Marcelli mentionem ab Orientalibus ad Photinum additam, *ut mortuam de Athanasio ipso jam tempore quæstionem, & veritatis judicio consepultam, in publicam recordationem causa novitas excitaret*? Nonne Athanasii potius ipsius nomen intextum ab illis, & cum Photino, ac Marcello conjunctum dicere debuerat? Quinetiam apparet, Orientales in epistola, quam rescripserunt, Marcellum adjungentes Photino, subjecisse, ab Athanasio ipso communionem illi abnegatam fuisse. quod sequentia Hilarii verba demonstrant: *sed cur abnegata Marcello communionis Athanasius reus esse rescribitur?* Ubi *rescribendi* verbum ad Orientalium responsionem refero, de qua paullo ante sic loquitur: *Et rescribentes de Photino, &c.* Porro quod Hilarius ait rescripsisse illos *reum esse Athanasium abnegata Marcello communione*; non sic accipiendum est, tanquam illi eam facto Athanasii notam adscripserint, ut reum ejus esse dicerent, quod ipsi probabant. Sed Hilarius ad mentem illorum, & consilium accommodata voce utitur. Siquidem propterea Marcellum ab Athanasio rejectum esse memorabant, ut Sardicensis concilii labefactatam ab illo auctoritatem tacite significarent. a qua suspicione purgare ipsum Hilarius hoc loco studet; atque reum non esse abnegatæ Marcello communionis: utique ob eam caussam, quam Orientales videri volebant, ut scilicet *propter libri vitium*, hoc est Photinianum dogma in ejus contra Asterium libro deprehensum, quo nomine Sardicensi decreto absolutus erat; ab Hilario putaretur esse damnatus. Hanc nostram de Hilarii loco conje-

Diatrib. II. pag. 403. e.

Fragm. pag. 31.

cturam vel hoc unum commendat, quod ea sola planam, facilem, & cohærentem sibi sententiam illius efficit: quem si, ut Diatriba jubet, interpretemur, incondita & salebrosa narratio erit, & ab una re ad alteram, sine ullo nexu, atque ordine transitum faciens. Nunc ejusdem primi Diatribæ capitis reliqua persequamur.

CAPUT III.

Propugnantur alia quædam, quæ in Dissertatione nostra. Diatriba posterior primo capite oppugnare studuit.

IN aditu ipso ac limine disputationis sciens ac volens aberrat, dum Epiphanium ait dicere, Photinum ἐπὶ Κωνσταντίου, Constantio imperante hæresim vulgasse. falso id quidem. Nam diserte sub Constantino ait prodire cœpisse. Verba Epiphanii: Οὗτος δὲ ὡρμᾶτο ἀπὸ Σιρμίου· ἐξ ὅτε μὲν τοῦτο τὸ ζιζάνιον τῷ κόσμῳ εἰσηγήσατο, τότε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως καιρὸς ἦν. *Hic ex oppido Sirmio extitit. & cum hoc lolium in mundum invexit, per illud tempus, Constantinus imperabat*. Cœpit igitur Constantino rerum potiente, non Constantio; ut quidem scribit Epiphanius. Nos olim, antequam historiam illam penitus exploratam haberemus, communi imbuti opinione, legendum adnotavimus ἐπὶ Κωνσταντίου. Hoc Diatriba scilicet pro Epiphaniano ipso contextu nobis objicit. Hæc quidem via est. Non enim Epiphanius Petavio; sed Petavius sibi opponendus ipse fuit; qui sic emendandum ex conjectura tunc putabat.

Diatrib. II. pag. 395. a.

Hæres. lxxi.

Jam si Constantino Imperatore Photinus hæresim vulgare suam instituit; cui dubium est, quin eodem tempore episcoporum judicio notata, damnataque fuerit?

Nam quod in Antiochena primum synodo secunda perstrictum esse Photinum, velut ex oraculo, pronuntiat; nullo id argumento probat. Immo vero ex illo ipso, testimonio synodicæ illius, quam μακρόστιχον vocarunt, conjectura fit aliquanto ante Antiochenam istam synodum damnatum esse Photinum, ut &, præceptor ejus qui fuit, Ancyranum Marcellum. Etenim in epistola, formulaque illa fidei longiore, condemnasse se dicit synodus eos, qui dicunt Christum in tempore esse cœpisse: quales sunt Marcelli Photinique sectatores: τοιοῦτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ Μαρκέλλου, καὶ Σκοτεινοῦ τοῦ Ἀγκυρογαλάτου. Quo ex loco nemo id prudens suspicabitur; tum primum synodica sententia notatum esse Photinum; nihilo magis, ut dixi, quam Marcellum, quem ante id tempus damnatum esse constat. Magis autem erit, ut de nota jam hæresi, & cum suis auctoribus antea proscripta significasse putet Antiochenam illam epistolam: quæ, si tricari volumus, non tam ad magistros erroris ipsos, quam ad eorum sectatores pertinere videtur.

Diatrib. II. pag. 395. c.

Athan. Apol. II. pag. 691.

Primam Photini damnationem in Constantinopolitana synodo anno 336. videri esse factam, ex Severo docui: qui *Marcellum atque Photinum hæreticos-sacerdotes synodi judicio condemnatos* asserit; ac post eos Athanasium absentem, quod eos recepisset.

Lib. 2.

Quæ verba synodum duplicem designant, quarum in priore Marcellus & Photinus damnati sint; in posteriore Athanasius. Prima omnium Marcelli damnatio notatur in ecclesiastica historia anno Christi 336. Constantino Imperante, Constantinopoli facta, post relegatum Athanasium. Scribit enim Socrates libro 1. cap. 36. Arianos episcopos, postquam Athanasius in exilium abiit, Constantinopoli synodum instituisse; in qua Marcellus ob hæresim redactus est in ordinem: quod & Basilius Ancyranus, aliique Semiariani testantur in synodica apud Epiphanium, Hær. 73. n. 2. Proxima deinde Athanasii condemnatio incurrit in annum 341. quo Antiochiæ per Encænia depositus est. Si, ut Epiphanius auctor est, nequicquam reclamante Diatribæ scriptore, Photinus Constantino Imperante hæresim vulgare est orsus; nonne verisimillimum est, saltem in Constantinopolitana illa synodo, quæ & Marcellum perculit, & qua nulla posterior extat Constantini facta tempore, Photinum esse damnatum? Proferat aliam si potest synodum amicus ille noster, in qua Constantino superstite damnatus sit Marcellus; quam altera sit consecuta, quæ Athanasium dejecerit. Quod enim Tyriam esse dicit, in qua

absentem

Diatrib. II. pag. 396. b. absentem condemnatum Athanasium Severus affirmat; tum utrumque ferri posset, si anteriorem ullam synodum haberent, in qua Marcellus idem passus esset. Nam duo scribit Severus, & Marcellum cum Photino primum esse damnatum; & Athanasium postea in altera synodo. Nos nullam Constantino regnante synodum meminimus, in qua Marcelli extet mentio, præter Constantinopolitanam: nullam in qua proxime post Marcellum depositus sit Athanasius, præter Antiochenam. Quis ergo non videt, ne fingi quidem alias posse, quæ ad Severi narrationem congruant, quam duas istas, quæ in Dissertatione notantur?

Quod enim Antiochena illa Constantino mortuo celebrata est; Severus autem eo superstite factam eam synodum indicat, in qua damnatus est Athanasius; nimirum temporis rationem haud exacte Severus habuit in tota illa narratione; quod & amico nostro nimium videtur. Itaque multa, rerum ordine connexa, tempore distracta, continenti oratione pertexuit. Neque tamen, quia rerum gestarum ordinem, ac tempus interdum negligit, ei fides ideo detrahenda est in omnibus, quamvis nonnulla referat, quæ nusquam alibi legantur. Nam illorum temporum historia perobscura est, præsertim Marcelli, ac Photini: nec pauca Socrates, Sozomenus, Theodoretus, aliique prætermittunt: quæ ab aliis scriptoribus commemorata, perdifficiles habent annorum notas. Ejusmodi est illud quod narrat Severus, Athanasium a communione suspendisse Marcellum, cum eum parum sanæ esse fidei comperisset, quod ex Hilario didicit, qui *Fragm. pag. 36.* id in fragmentis refert. Sed quam difficile, impeditumque sit, in Dissertatione docui. Sic illud obscurum & inexplicabile est, quod iisdem in fragmentis legitur. Ibi enim Liberii extat epistola ad Orientales data, in qua citatum a se ad judicium dicit Athanasium, &, quod venire noluisset, a communione Romanæ ecclesiæ rejectum. Hæc epistola sub initium pontificatus ipsius, hoc est anno 353. missa videtur. Atqui Liberius idem anno post ad Constantium scribens, caussam agit Athanasii, scribitque illius se damnationi consentire noluisse, quod *eodem tempore octoginta episcoporum Ægyptiorum de Athanasio sententia repugnaret.* Quin ipse mox in exilium ire maluit, quam Athanasii damnationi subscribere. *Lib. II. Frag. pag. 40.*

Secunda Photini condemnatio in Sardicensi concilio ab Catholicis facta in Dissertatione ponitur, quod Epiphanius Hæresi LXXI. prodidit. At Diatriba eum illud reprehendit: eum *parum perspicacem videri*, inquit, *oportet eum, qui non animadvertat Epiphanium, quod alii pridem monuerunt, memoria lapsum hoc loco synodo Sardicensi tribuere, quod Sirmiensi congruebat.* Quod convicium in Baronium recidit, qui ad annum 347. hanc de Epiphanii hallucinatione conjecturam reipuit: nec absurdum putat, in Sardicensi synodo damnatum esse Photinum; cum ante triennium in posteriori Antiocheno concilio, cum Marcelli discipulis Photiniani notentur hæretici. Severus certe Sulpicius libro secundo non imprudentem ejus rei conjecturam objicit, dum in Sardicensi concilio ex tribus illis, qui in eamdem caussam callide ab hæreticis inclusi fuerant, Athanasium, & Marcellum absolutos fuisse asserit, Photinum vero uno item. *Nam de Photino, ait, episcopo Sirmiensi non est rescissa sententia, quia etiam nostrorum judicio hæreticus probabatur.* Ex eo, inquam, suspicari quis possit Photini damnationem synodi illius judicio comprobatam. *Diatrib. II. pag. 397. b.*

Neque vero Epiphanii locus collationem istam Basilii cum Photino, quæ haud dubie in Sirmiensi synodo facta est, adeo liquido ac diserte cum Sardicensis mentione concilii nectit, ut in unam eamdemque synodum necessario ambo ista conjicienda sint. Possunt enim in duas distrahi synodos; idque verborum ipse contextus patitur: quæ fuit opinio Baronii. Quem si parum ideo perspicacem fuisse auctor Diatribæ putat: quam sit acutus ipsemet viderit, qui in illo ipso loco in quo de Sardicensi synodo nos arguit, haud paullo gravius impingit.

Cum enim absurdum esse probare vellet, quod cum Baronio scripsi, Photinum in Sardicensi concilio a catholicis damnatum esse; *Itane vero*, exclamat, *ut damnatum a Catholicis eo judicio Photinum credamus, in quo an Catholicorum quisquam sederit, incertum; hæreticus omnium consensu præfuit, & primas partes egit Semiarianorum princeps Basilius Ancyranus? Credet hoc affirmanti qui volet, nobis non persuadebit.* Atqui & falsa ista sunt. Quid enim? An non Catholicorum præsulum fuit Sardicensis vera synodus? non illam adulterinam, & *ibid. a.*

latrocinalem loquor quam eodem tempore Orientales hæretici, cum serio ac sincera fide rem agi cernerent, Sardica fugientes, Philippopoli in Thracia celebrarunt ac pro Sardicensi venditarunt. Sed germanam Sardicensem intelligo, cui præfuit Hosius, & in qua Athanasius ac Marcellus, aliique Catholici antistites absoluti, eorum damnatis accusatoribus. Ista ergo synodus si & Catholicorum fuit, & in ea condemnatus est Photinus, a Catholicis utique damnatus est. Nam Sirmiensis synodi mentio, quam in animo tum Diatribæ scriptor habuit, ab eo loco & disputatione erat aliena, in quo Sardicensis agebatur, & quidem *δυτικὴ*, ut eam Epiphanius vocat; hoc est ab Occidentalibus habita: quorum ab consessu, & consortio sese Orientales abstraxerant.

Nihil ergo caussæ fuit cur, cum de Sardicensi sermo esset, Sirmiensem synodum, & Basilium Ancyranum misceret.

De Mediolanensi synodo, in qua tertio ab Catholicis docui Photinum esse damnatum, perleve quiddam opponit Diatriba: non videri *duas uno anno synodos tam dissitis in locis, & tam diversarum provinciarum episcopis imperatas.* Deinde, *ut soli Catholici convocabantur? An ut Photinum damnarent? Atqui jam in Sardicensi damnatus erat.* *ibid. c.* Verum *πάρεργα* ista jam explosa est a nobis ut inutilia, nec responsione digna. Quis enim caussas, ac rationes, ordinemque præstare possit omnium rerum, quas certissime alioqui gestas esse ex historia constat? Tamen hujus Mediolanensis concilii probabilis excogitari ratio potest. Videntur enim Sardicensis concilii Patres legatos ad Constantem misisse, qui quæ ibi gesta essent, illum docerent. Ὁ δὲ Κώνστας τὰ ἐν Σαρδικῇ γεγενημένα μαθὼν, ἔγραψε τῷ ἀδελφῷ, ait Sozomenus. Ac tum Mediolani conventus episcoporum fieri potuit, in eoque approbata Photini damnatio. *Sozom. lib. 3. cap. 20.* Neque vero necesse est indictivam hanc fuisse synodum; aut, si Constantis jussu est indicta, longinquos ad eam excitos esse præsules; sed vicinos dumtaxat; præsertim Italos. Nam & Romani Pontificis interfuere presbyteri, ut Hilarius, & synodica Ariminensis affirmant.

Quinetiam verisimile est ab Orientalibus quoque, qui Sardicensis synodi nomen ementiti sunt legatos ad Constantem Philippopoli esse missos, qui acta conventiculi sui, pro legitimæ synodi decretis obtruderent, ut mirari Diatriba desinat, Arianos episcopos, qui nuper ab Catholicis secesserant, in Occidentem usque eos esse consecutos. *Diatrib. II. pag. 398. a.* Quamquam de Liberii epistola non nego probabilem esse Baronii sententiam, qui Mediolanense concilium, cujus illic mentio est, aliud quiddam Sardicensi anterius esse putat. Sed ipsidem Diatribæ auctor agnoscet, inique se facere, qui concilii, vel synodi nomine fortuitum conventum episcoporum appellare nos vetet, ac nos reprehendendos existimet, quod concursum ejusmodi præsulum ad condendam Sirmii formulam synodum, vel concilium nominemus: de qua re postea.

CAPUT IV.

De tempore Sirmiensis synodi contra Photinum habitæ; quam in annum cadere 351. contra Diatribam primam, & posterioris caput secundum evincitur.

NUnc de tempore posterioris synodi Sirmiensis, & secunda fidei formula, quæ ibidem edita dicitur, agendum restat; idque paucis. Nam aliis in libris ea res copiose tractata est: neque Diatriba novi quicquam objicit, cui non provisum ante sit a nobis, ut ex iis, quæ ibidem explicata sunt, facile possit occurri.

Synodum Sirmiensem, in qua Photinus e sua dejectus est, veteres historici ante Magnentii cladem esse habitam referunt, anno videlicet Christi 351. post consulatum Sergii & Nigriani, ait Socrates, quo anno propter tumultus bellicos, nemo consulatus ex more dedit. *Socrat. l. 2. 29. Sozom. l. 4. c. 6.* Baronius antiquos illos arguens, eam synodum in annum 357. rejicit. Cujus argumenta in Epiphanianis Animadversionibus explicata sunt: quæ frustra recoquere Diatriba studuit, unico dumtaxat addito, cui in Dissertatione satisfecimus. Mea porro ratio est ejusmodi: cum de tempore agitur gestæ rei alicujus, iis potissimum habendam fidem, qui vel eadem ætate vixerunt; vel ab his qui viderant, scire potuerunt: nisi ad horum labefactandam auctoritatem ea proferantur, quibus obsisti, contradi-

eique nullomodo possit. Atqui talia non sunt, quæ adversus Socratis opinionem auctor Annalium Ecclesiasticorum, & ex eo utraque Diatriba disputavit. Nam ea singillarim exposita sunt, ac discussa. Quare non est quod nos Socratem secutos esse, ac recentioribus antetulisse pigeat: præsertim cum notam illam consulatus ad Sir- *Diatrib. II. pag. 402. a.* miensem synodum haud vane, ac temere videatur adscribere. Nec movere nos debet, quod Diatriba contra hoc objicit: etiam Hosii nomen ex actis ipsis Socratem potuisse discere. Quasi Hosius iis Coss. quibus Sirmiensem synodum actam esse scribit, Sirmii esse potuerit. Quod quia non potuit, restat ut nota consularis in solam congruat synodum; cujus anno vere, & ex actis constituto, cetera adstrui falsa potuerunt de Hosio, ac reliquis, quæ Sirmii sex annis postea gesta sunt eadem in urbe, quæ res Socratem fefellit.

Sic alterius nota consulatus Eusebii & Hypatii, tertiæ subscripta formulæ, hujus germana est: annoque 359. revera convenit, quam in Sirmiensi synodo conceptam esse, leviter indicat Socrates: in eoque falsus est. Sed aliud est suas primariæ cuique rei notas apponere: aliud propriis, ac diversis notis affectas res in unum tempus conferre. In priori haud facile errasse Socratem dixi; in posteriori nonnunquam hallucinatus est.

Quamobrem quod ex Hosio petitur argumentum, leve est, imo nullum. Nec eo firmius est alterum illud ex Hilario qui synodum Sirmiensem biennio post Mediolanensem consecutam ait, quæ in annum cadit 355. Hoc enim abunde confutatum est superioribus in capitibus, ubi ex Hilario ipso demonstravimus Mediolanensem, ac Sirmiensem synodos, quas ibi commemorat, longe alias, ac diversas fuisse ab vulgatis istis.

Majoris in speciem est momenti quod tertio loco nobis opponitur de angustiis temporis; quia anno 351. *Diatrib. II. pag. 402. e.* victus est Magnentius IV. Cal. Octob. ex quo consentaneum sit, totum hunc annum bellico apparatu, ac tumultu sic occupatum fuisse, ut cogendæ synodo vacua nulla pars ejus fuerit. Verum hoc cum dicit, non intelligit, ad historiam quidem gestæ rei aliquid se dicere, quod diligentius scrutandum sit; non tamen expressam ab auctore notam consulatus, ac temporis ideo labefactari. quia etsi res ubi gesta sit, explicare nequeam propter aut inscitiam, aut scriptorum inopiam: non tamen dubitare, quin gesta sit, debeo, aut historiæ in eo, quod continet, elevare fidem.

Ac si quis belli hujus accurate tempus, ordinemque respexerit; sciet anno ipso 351. Sirmiense concilium haberi potuisse. Siquidem ex anno antecedente, Vetranione in ordinem redacto, Constantius Pannoniam *Lib. 2. c. 28.* recepit. Hinc ducibus cum exercitu contra Magnentium missis, diu Sirmii resedit, ut ait Socrates. Erant autem in Constantii comitatu perpetuo fere episcopi, quorum catervas ultro citroque discurrere jubebat, ut *Lib. 21.* queritur Ammianus Marcellinus.

Ecquid ergo mirum est, aut insolens, verno tempore celebratam esse Sirmiensem synodum? Nam & Dia- *Diatrib. I. pag. 368. e.* tribe hoc ipsum tempus assignat illi synodo, dum annum integrum intercessisse vult inter Sirmiensem, & Ancyranam a Semiarianis factam. Cum enim Ancyrana ante pascha habita sit ut in eorum synodica apud Epiphanium legitur; si annuum spatium inter hanc & Sirmiensem intercessit, necesse est Sirmiensem ineunte vere coactam fuisse quare quoscunque nobis ninguidos montes, saltusque, aut procellas, ac fluctos opponet, quo minus episcopi convenire potuerint, iisdem difficultatibus & suorum iter intercludet, ne ad idem tempus accurrerint. Sed hæc ἀκρισολογία jocularis est.

CAPUT V.

De duplici formula fidei, Sirmiensi synodo tributa: quarum posterior extra illam edita monstratur.

VEnio jam ad secundam Sirmiensis concilii formulam. Duplex enim in ea condita, vulgataque dicitur a Socrate, Sozomeno, cæterisque omnibus, quarum prior *Lib. de syn. pag. 693.* est ea, quam Athanasius refert, & Socrates; Latine autem Hilarius in libro de synodis: cui anathe- *Lib. 2. cap. 30.* matismi aliquot adnexi sunt. In ea suppressa mentio est *Lib. 2. Frag.* οὐσίας, & ὁμοουσίου pariter ac similitudinis, quam etiam ex Sardicensi conciliabulo Arianorum, Sirmien- *Hil. pag. 27.* ses assumpserunt. Extat enim in calce longissimæ illius epistolæ, quam in Africam miserunt pro germana synodica Sardicensi. Unde apparet vere Basilium Ancyra- *Apud Epiph. Hær. 73. num. 2.* num ex Ancyrano concilio scripsisse de Sardicensi Ἐκθέσει, ἣν ἀνέλαβον ἐν τῇ Σιρμίῳ συνόδῳ. Altera est Latine scripta, quam Athanasius & Socrates Græce, Latine Hilarius exscripsit. In ea nominatim decretum, ut substantiæ vel οὐσίας perinde atque ὁμοουσίου, & ὁμοιουσίου vocabula in usu ne essent amplius, quod in sacris literis nusquam legantur: Hanc Hilarius vocat *Blasphemiam apud Sirmium per* *Lib. 1. p. 48.* *Osium, & Potamium conscriptam*. In fragmentis vero *perfidiam apud Sirmium descriptam*, cui Osius, & postea Liberius subscripsisse feruntur. Utramque igitur illam fidei formulam in eadem Sirmiensi synodo conscriptam, ac publicatam Socrates, & eum secuti omnes hactenus arbitrati sunt. Ac Nicolaus Faber in præfatione ad Hilarii fragmenta posteriorem hanc censet *velut ultimam concilii Sirmiensis definitionem, ac sententiam habitam fuisse, atque eo nomine ad ecclesias pro more transmissam a synodo*. Quoniam Hilarius in libro de synodis Gallicanis suis gratulatur, *quod missam ex Sirmiensi oppido infidelis fidei impietatem damnaverint*.

Verum in Epiphanianis animadversionibus anno abhinc decimo-quinto docuimus, secundam istam Sirmii editam formulam nequaquam in Sirmiensi contra Photinum habito concilio scriptam esse, sed in fortuito concursu aliquot episcoporum, qui Sirmii convenientes illam ediderunt, cuique Hosius verberibus & cruciatibus coram ab Constantio coactus est subscribere. Quibus autem rationibus inducti ab communi opinione dissentimus, plenius ex illa disputatione licet cognoscere. Hic vero summa probationis capita perstringemus; in quibus oppugnandis Diatribæ auctor inanem operam posuit.

Primum, idque firmissimum argumentum ex Basilii *Apud. Epiphan. Hær. 73* Ancyrani, & Semiarianorum actione omni petitur. qui an. 358. hoc est altero ab celebrata, uti volunt, Sirmiensi synodo, Ancyræ sub pascha convenientes secundam illam fidei formulam decreto suo damnarunt; cum quidem de ea ab Georgio Laodiceno moniti essent, eademque per Illyricum, & Orientem vulgata, magnos animorum motus attulisset. Atqui illi quidem in epistola sua synodica, quam ad Phœnices episcopos scripserunt, optasse se dicunt, ut post tot de fide quæstiones concertationesque habitas, ac tot decreta conciliorum, Constantinopolitani, Antiocheni, Sardicensis, ac Sirmiensis, deinceps pace ac tranquillitate frui sibi liceret, quod per novos illos hæreticos, a quibus formula ista manarat, obtineri non potuerit. Ex quibus aliisque colligitur, longe post Sirmiensem synodum illam Ecthesim editam fuisse. Non enim in Sirmiensi ipsa synodo scripta fuit. quippe in qua Basilius Ancyranus primas partes habuit; qui tum apud Imperatorem Constantium auctoritate pollebat & gratia. Quis autem persuadere sibi possit, aut inscio, aut dissimulante Basilio talem formulam conditam fuisse? præsertim qui toto illo tempore, quo concilium habitum est, Sirmii fuerit. Nam post concilium, novum cum Photino certamen iniit. Eo quippe ad Constantium provocante, ac se inique depositum esse conquerente, dati sunt illi e Senatu cognitores ac judices a Constantio, ac Basilius oppositus ex adverso; quo cum habita collatione victus ac prorsus ejectus est, ut Epiphanius, aliique prodiderunt.

Non potuit igitur Basilium latere concilii Sirmiensis actio illa; ut qui princeps synodi ejus esset: neque porro invito illo aut connivente scribi potuit. Nam nemo eam vehementius execratus est, aut impugnavit acrius, quam Basilius. Tum pro ea, qua apud Imperatorem erat gratia, illius auctores, si scisset, dicto citius compressisset.

Non enim clanculum, sed luce palam, & coram Constantio; immo auctore ipso, & propemodum præeunte ac dictante, formula ista scripta est; quod vel locus ille Vigilii libro de Unitate Dei a Diatriba citatus ostendit. Sed & Hosium coram, ut ei subscriberet, pœnis ac terroribus adegit Constantius. Non igitur obscure concepta sic fuit, ut eam Basilius ignoraret, qui apud Imperatorem, ut dixi, tum omnia poterat.

Nam quod Diatriba fingit, *in Sirmiensi synodo, episcopos* *Diatrib. II. pag. 404. b.* *bifariam divisos fuisse, & separatim formulas suas edidisse: quod & Sardicæ & Arimini contigit; ut de Sardica testantur* *Lib. 1. p. 7.* *Hilarii fragmenta; ac sic in Sirmiensi partem utramque suam* *& lib. 2. p. 6.* *formulam edidisse*. quæ cum emanasset, eaque lectus auda- *& lib. 2. p. 41.*

cior Antiochenus Eudoxius, nefariam hæresim ubique A spargeret; tum in eum commotos fuisse Semiarianorum principes: hoc commentum nihil est.

In primis enim redit illud, quod paullo ante dixi; Basilium Ancyranum partis illius, a qua formula ista profecta est, inimicissimum, apud Constantium magna tum in gratia fuisse, deque ejus consilio gesta illic, & administrata esse omnia: ut qui ad opprimendum, obterendumque penitus Photinum unus sit ex omnium numero in certamen productus: illam ipsam vero formulam multum a priore & synodica discrepantem, & invisam Basilio, auctore Constantio, non conceptam occulte fuisse, sed publice propositam, & ubique vulgatam. Hoccine ergo ut Constantius inconsulto Basilio, aut invito faceret unquam: aut si faceret, non eum refragantem, ac reluctantem ad subscribendum, uti Hosium, aliosque, subinde compelleret?

Deinde quod eidem formulæ præfixum est initium, B satis arguit, non ex condicto, ac professo, ut in legitimis & judiciis synodis assolet, eam esse scriptam: sed fortuito, & alterius occasione rei coactis episcopis expressam fuisse: *Ἐπειδὴ περὶ πίστεως* (inquiunt) *ἔδοξέ τινα διάσκεψιν γενέσθαι, πάντα ἀσφαλῶς ἐξητάσθη, καὶ διηρευνήθη ἐν τῷ Σιρμίῳ ἐπὶ παρουσίᾳ Οὐάλεντος, καὶ Οὐρσακίου, καὶ Γερμινίου, καὶ τῶν λοιπῶν. Quoniam de fide deliberationem aliquam fieri placuit, diligenter omnia tractata sunt, & inquisita Sirmii, præsentibus Valente, & Ursacio, & Germinio, ac ceteris.* Placuisse dicit aliquam de fide disceptationem fieri; idque ita factum coram Valente, &c. Quæ haud obscure demonstrant, non eo consilio venisse illos Sirmium, ut de fide novi aliquid statuerent; sed tum forte data occasione id in animum induxisse. quod quidem revera ita contigit, ut ex Socrate, Sozomeno, aliisque constat.

In epist. ad Solit. Cum enim Hosium annum integrum Sirmii detentum, ut scribit Athanasius, ad assentiendum hæresi C
Lib. 4. c. 12. suæ non posset adducere; demum anno 357. ut scribit Sozomenus, ejusmodi fidei conscripta formula est, quæ pacis & concordiæ caussa contentiosa illa nomina reticeri juberet, *οὐσίας, ὁμοούσιον*, & *ὁμοιούσιον*. Id enim ad conciliationem inter se partium aptissimum visum est, quod neque damnarentur, neque approbarentur ista nomina; sed quietis ac pacis caussa supprimerentur. Hujus conciliationis, ac mediæ cujusdam ad ineundam concordiam viæ auctorem fuisse Hosium indicat Sozomenus. Refert enim Eudoxium Antiochena sede potitum, cum factionis suæ episcopis, tam *ὁμοούσιον*, quam *ὁμοιούσιον* damnasse, *eo pretextu, quod & Occidentales episcopi eadem decrevissent. πρόφασιν ποιούμενοι, ὡς καὶ οἱ ἀμφὶ τὸν Ὅσιον ἑσπέριοι ταῦτα ἐψηφίσαντο.* Quod quemadmodum Occidentales fecerint, ita declarat. *Hosius enim cum his, qui aderant, episcopis ad eluendam Valentis, & Ursacii, ac Germinii pervicaciam, coactus permisit, ut nec ὁμοούσιον, neque ὁμοιούσιον usurparetur. quod neque sacris in litteris extarent ea vocabula, & supra captum humanæ mentis esset in Dei substantiam inquirere.* Hæc Sozomenus. Unde constat hæreticorum importunitate victum Hosium eam concordiæ rationem iniisse. Ideo Hosii & Potamii blasphemia vocatur ab Hilario ista formula. Itaque Eudoxius, Acacius, Uranius, aliique hæretici Aetium foventes, ubi Antiochiam ea perlata est, ad Valentem, Ursacium, & Germinium scripserunt, gratulantes, quod ab Hosio tales literas expressissent, eorumque opera factum esset, ut Occidentales rectam fidem amplecterentur. *ὡς κατορθωθείσης δὲ περὶ τούτου τοῖς Ὁσίου γράμμασι, πρὸς αὐτοὺς ἐπιστολὴν διεπέμψαντο, Οὐάλεντι, καὶ Οὐρσακίῳ, καὶ Γερμινίῳ χάριν ὁμολογοῦντες, ὡς τοῦ ὀρθῶς δοξάζειν τοὺς ἐν τῇ δύσει, τὰς ἀφορμὰς αὐτοῖς ἀναδόντες.* Apparet ex iis B concordiæ, otii, otii gratia in eam fidei formam convenisse omnes, qui tum in comitatu erant, episcopos, instante potissimum imperatore, qui dissidentes inter se consociare magnopere cupiebat; ideoque sui in omnem partem, utcumque spes erat ejus rei obtinendæ, facilem, ac versatilem præbebat.


Quare, quod sæpe cogor repetere, non obscure, neque clanculum, neque inscio, si tum aderat, Basilio, geri ista potuerunt. Qui quidem statim ut eam formulam accepit, totus in id incubuit, non solum ut synodali decreto damnaretur, cui ipse præfuit in Ancyrano concilio; sed etiam ut ab Constantio revocaretur. Etenim ex Ancyrana ista synodo legati ad *Sozom. l. 4. c. 14.*
Imperatorem profecti sunt Basilius ipse, Eustathius Sebastenus, Eleusius Cyzicenus, eique persuaserunt, ut & contra Eudoxium plenas stomachi litteras ad Antiochenos scriberet; & Hosianam illam formulam C proscriberet, pœna mortis proposita, si quis eam occultaret, ut testatur Socrates, & Hilarius indicat. *Lib. 2. c. 30.*

Proinde ex tempore nata est fidei hæc Ecthesis, & *Lib. de syn. initio.*
ab Hosio extorta, in fortuito episcoporum aliquot conventu, quam synodum dixi ab nonnullis appellari. Quod Diatribæ auctor irridet, quasi ipsemet fortuitum ejusmodi concursum præsulum Mediolani factum anno 346. non ad Liberio concilium nominari censeat, in ea epistola, quam scripsit ad Constantinum. Deinde qui tot Arimineuses episcopos Mediolanensem alteram synodum per errorem commemorasse putat, in epistola synodica; quo jure irasci mihi poterit, si Phœbadium singularem utique scriptorem itidem aberrasse dicam? At non est necesse. Nam synodum passim appellari videas qualemcumque conventum præsulum. Quare nihil hic habet Diatriba, quod succenseat.

ANTIQUÆ
INSCRIPTIONIS
QUA
L. SCIPIONIS BARBATI F.
EXPRESSUM EST ELOGIUM.
EXPLANATIO.

Auctore JACOBO SIRMONDO *Societatis Jesu Presbytero*
anno MDCXVI.

PARADIGMA INSCRIPTIONIS.



Incisa est in Lapide longo palmo V. uncias IV. lato palm. II. unc. X. hac fere forma & inæqualitate characterum: nisi quod eos sculptor, ob tabellæ angustias, pene sibi cohærentes pressius finxit, cum in Lapide contra laxioribus spatiis distinguantur.

ANTIQUÆ INSCRIPTIONIS QUA L. SCIPIONIS BARBATI F. EXPRESSUM EST ELOGIUM, EXPLANATIO.

Effossa est altero ab hinc anno Romæ ad portam Capenam hæc inscriptio: quæ quod interpretem fortasse nacta non sit, hactenus neglecta, & sine honore jacuit: a nonnullis etiam, quos merito rideas, barbari sequiorisque sæculi suspicione damnata est. Mihi vero, nisi mea me fallit conjectura, egregium hoc monimentum, nulli omnium quæ Romæ sunt vetustate concedere, atque inter præcipua memorabile videtur. Quod ut tute, lector, mecum sentias, ubi sinceram ejus sententiam expressero, res ipsa ut spero persuadebit. Sic enim legendam censeo.

Hunc unum plurimi consentiunt Romæ
Bonorum optimum fuisse virum
Lucium Scipionem. filius Barbati
Consul, Censor, Ædilis hic fuit.
Hic cepit Corsicam, Aleriamque urbem,
Dedit Tempestatibus ædem merito.

Nunc ergo suam ipsa, ut vides, prodit ætatem: Nam cum L. Scipionem, cujus elogium continet, Barbati filium vocet; Barbatum autem in Scipionum familia unicum sciamus fuisse Cornelium Scipionem Barbatum, qui anno V. C. CDLVII. Comitia Consulum creandorum causa Dictator habuit, & anno insequente Pontifex Maximus ædem Concordiæ, Livio teste, dedicavit: *Lib. 9.* reliquum est, ut ad proxima omnino tempora inscriptionem hanc referamus; atque adeo Duiliana ipsa, quæ vetustatis nomine præ omnibus hodie celebratur (si tamen hæc vere illa est antiqua, & non alia potius interpolata, priorisque loco, ut fama est, a posteris restituta) nihilo recentiorem esse fateamur. cum Duilii victoria navalis, cujus honori columna illa rostrata posita est, in annum inciderit ab urbe condita CDXCII. quem annum qui excepit, is L. Scipionem Consulem vidit, & res ab eo in Corsica gestas, quæ hoc elogio commemorantur.

Jam ævo illi, hoc est prisco, & antiquo sæculo congruere obsoletam vocum literarumque formam, quæ tota cernitur inscriptione, quis neget? Quamquam vox quidem in ea nulla est, si Duonum excipias, quæ latina prorsus, & usitata non sit. *Duonum* autem pro bono ab antiquis dici solitum, auctor est Festus, apud quem etiam in Topper, *Duonu ad navet portare* vetus scriptor ait, pro eo quod est *Bonu portare*; & in Carmine Saliari *Duonus cerus-ses*, ut grammatici exponunt, Bonus est creator. Hac igitur voce dempta, reliquæ omnes vulgo notæ sunt, sed a communi tamen usu remotæ, vel orthographiæ dissimilitudine, vel inepto, ut videtur, discrepantium casuum nexu, & conjunctione, vel denique inusitata durum maxime literarum forma, & charactere.

A Ceterum hæc omnia, ut ostendam, non exoticam barbariem, sed Romanam vetustatem illam redolent, quam dixi.

Atque ut hinc potissimum exordiar, J istud uncinatum, & P ad Π Græcorum instar semiclausum, in aliis etiam ejusdem ævi monimentis, nummis scilicet, tabulisque æreis videre est, & a nobis ipsis utriusque olim exemplum in Privernatis lapidis fragmento, in quo APIOS CONSOL inscriptus legebatur, animadversum meminimus. Rursum quod O, pro V, passim habiter in HONC, COSENTIONT, LUCIOM, & aliis, non opificis errore, vel inscitia, sed ex eo prorsus veterum more factum est, quo hæc invicem, Fabio teste, permutabant; ut *Hecobu*, *Notrix*, & *Dederont*, *probaveront*. *Lib. 1. cap. 4* Eodemque modo quia pro V, longa nunc OI, nunc OE usurpabant; hinc est, quod OINO, pro UNO, scriptum est, & PLOIRUME, pro plurume; sicut in alia inscriptione Alatrina *coiravit*, pro *curavit*, & in Siliorum plebiscitio apud Festum oitier pro utier. At vero V contra I loco scribere, ut PLOIRUME, OPTUMO, usque adeo Romæ ab antiqua consuetudine inoleverat, *V. Publici* ut quod Optimus, Maximus medium I literam, quæ veteribus V fuerat, acceperint, Caii primum Cæsaris inscriptione factum ferant. Ita quod E similiter, I quoque locum occupat in PLOIRUME, FUET, OXORT, TEMPESTATEBUS, & MERETO, priscæ itidem vetustatis est indicium, vel Duilianæ columnæ argumento, in qua *exemet* pro exemit, & *Cepet*, pro Cepit, aliaque id genus visuntur: & inscriptionis ejusdem Alatrinæ, in qua hæc inter alia scripta sunt: OB HAS RES SENATUS FILIO STIPENDIA MERETA ESE JOUSIT. Quibus in verbis aliud præterea extat in ESE, & JOUSIT antiquæ scripturæ vestigium, quod in hac quoque nostra in FUISE, & in Duiliana inscriptione in CLASES impressum est; cum simplici S hæc omnia scribantur, quæ gemina solemus: quia semivocales, ut idem Fabius observat, non geminare, diu fuit *Lib. 1. cap. 7.* vetustissimi moris. Denique ejusdem omnia notæ comperies si cetera persequare. Nam nihil est omnino seu literarum formam spectes, seu variam illarum inter se permutationem, quod temere aut casu positum, & ab illo quem dixi priscæ antiquitatis fonte ductum non sit. Restat ut de verborum nexu & junctura dicamus: in quo vereor ne difficilius sit persuadere.

Quis enim Romæ unquam ita locutos putet, Lucium Scipione, cepit Corsica, dedit ædes aut quis cetera fere omnia, quæ ad eum modum vix cohærent, latinæ linguæ legibus adversari, & solœcismis [illegible] non censeat? Verum hic tu mi-

mihi, Lector, paulisper, ut ait ille, sustine patiensiam, & vide, num quod visio erroriqde imputas, tribendum sit potius vetustati. Quid enim? an contra Grammaticæ leges scriptum dici potest quod ejus artis usum & leges omnes antecessis? Grammatica olim Romæ, ut Suetonius Traoquil- *Lib. de illust. Grammat.* lus testatur, ne in usu quidem erat; rudi scilicet ac bellicosa gente armis potius quam liberalibus disciplinis vacante: primusque, ut idem opinatur, ajus artis studium in urbem intulit Crates Mallotes, Attali regis legatus, inter secundum & tertium bellum Punicum, hoc est annis post Scipionem Barbatum supra centum & viginti. Ante id tempus Grammaticæ regulis nondum constitutis, una Romæ loquendi scribendique lex erat populi consuetudo. Quæ quoniam continuo B in motu varia erat, & subinde mutabatur; ita Romanæ tum linguæ magnas fieri necessa fuis mutationes: mirum ut proinde non sit, vel Saliorum carmina vix sandem sacerdotibus suis satis intallecta fuisse, quod Fabius affirmat; vel Polybii ætate, us ipsemes nartas libro tertio, ægra atiam ab antiqoitatis peritissimis potuisse explicari verba fœderis, quod Romani primum eum Carthaginiensibus post exactos reges pepigerant. Non ergo, si quid est in ista inscriptione, quod aures nostras accuratis Grammaticorum præ- C ceptionibus assuetas offendat, id taaquam a recte loquendi scribendique legibus abhorrens illico damnandum est. Sed illius potius ætatis cognoscenda conditio, quæ nullis adbuc arudita magistria, cum scriptores nondum ullos baberet, quorum exempla sectaretur, in primis quodammodo linguæ suæ cunabulis balbusiebat. Post hæc anim secuta est artis disciplina, elegantissimorumque auctorum imitatio, quæ tudem linguam perpolivit, breviqne ad eam perfectionis dignitatem perduxit, quæ florente Republica vignit, stetitque quamdiu Romana res stetit. Tum eaoda D cum imperio ipso sensim deflexit: & quod in ædificiis, ceterisque rebus accidare solet, per eosdem gradus & incrementa, quibus adoleverat, revocata, pristinam rursus ad infantiam, balbutiemqua redacta est.

Atqua hæc quidem ita disserui, quasi in confesso esset, latinitatis leges, nequa in hac Inscriptione servatas, neque illo sæculo eas fuisse, quæ postea fuerunt. Quid si contra nibil in ea esse contendamus, quod grammaticorum placitis repugnet, totamque istam, quæ admirationem paris, vitiosæ orationis speciem, ab eadem ipsa, quam in ceteris ostendimus, pronuntiandi, scribendiqne antiqua consuetudine E natam esse? Enimvero si rem propius intueare, animadvertes profecto, ea quæ in hoc genere reprebenduntur, omnia ferme unius M literæ defectu in extremis aliqaos vocibus laborare. Hanc autem ut exilis & obscuri cum dictiones claudit soni, nec enuntiari, nec scribi olim solitam, tum maxime, cum insequentium dictionum a vocali erat initium; atqua hoc more, quod Fabius isidem observas, *die* *Lib. 9. cap. 4.* *hanc*, non *diem*, scripsisse Censorium Catonem, quis nescit? Fac igitur quod Catonis ætate tum fiebat, cum proximæ dictiones a vocalibus inchoabantur, id L. Scipionis rudiores adhuc ævo fieri consuesse qualecumque illarum esset initium; atque ubi M litera in ejus elogio expressa non est, expressam puta, ut OINOM, DUONOROM, OPTUMOM, VIROM, legas, & L. SCIPIONEM, itemque CEPIT CORSICAM, ALERIAMQUE URBEM, & DEDET AIDEM:

A jam salva, atque integra erunt omnia, nullæ paraptoses, nulla vocum absona connexio, nihil denique quod Criticorum amussim censuramque reformidet.

Sed de inscriptionis verbis totaque illorum compositione sat multa. Nunc autem paucis quid illa rerum nos doceat (docet autem sane permulta) consideremus. Primum anim acceptum huic ferant necesse est Romanæ historiæ studiosi, quod Scipioni Barbato Filium fuisse docet, cum Barbati Filium ii, qui Romanorum stemmata describunt, nullum prodant. Nos vero hujus admonitu L. Scipionem, non illum sane, qui anno CDLV. Consul factus, in Hetruria, ut Livius narrat, non in Corsica *Lib. 10.* B rem gessit; sed alterum anni CDXCIV. Consulem, Barbato patre natum didicimus. Hic enim est, quem de Corsis, Sardisque, & Pœnis proximo post anno triumphasse notans tabulæ Capitolinæ, cujusque in Corsica victoriæ in Epitome Liviana, & apud Florum, Eutropium, Orosium, & alios crebra est mentio. Ac ne quis ambiguo locus siet, Aleriam quoque claram olim ejus Insulæ urbem, Sullana posthæc, ut Plinius scribit, Colonia nobilitatam, a Scipione captam tum fuisse, Zonaras, vel Dio *Lib. 3. cap. 6.* potius apud Zonaram testatur: etsi Valeriam C pro Aleria vocat; sed mendosi Codicis vitium, us hoc illi etiam inter cetera debeamus, corrigit Inscriptio. Et quamquam dissimulandum non est L. Scipionem hunc, qui de Corsis triumphum egit, Lucii Filium in fastis appellari, Scipionem autem Barbatum a Livio Publium *Lib. 5.* dici non Lucium: nemo tamen est, qui non intelligat facilius fuisse, ut vel in tabulas Capitolinas, vel in Livii Codicem error irreperet, quam ut inscriptionis hujus, quæ L. Scipionem Barbati filium facit, in dubium vocari fides queat.

Quale porro est, quod eadem L. Scipionis D Censuram (ut de ædilitate nibil dicam) commemorans, simul nos quomodo restitui Capitolinæ tabulæ debeant, admonet, docetque C. Duilli anno CDXCV. in censuram collegam Lucium hunc Scipionem fuisse, quem exosæ tabulæ tribus tantum extremis literis designant? Scio aliter doctissimo viro, & Romanæ historiæ peritissimo visum Onufrio Panvinio, qui Cn. Scipionem Asinam suspicatus est. At vero assentiri ne possim facit, partim quod L. Scipionis censuræ, quam ab eo gestam probat inscriptio, locus in fastis nullus erit, nisi hic concedatur, partim quod si Cn. Scipio Censor E cum Duillio fuisset, ut placet Onufrio, prælatus illi baud dubie in Fastis esset, cum prius quoque in Consulatu, quem biennio anta una gessit, nominetur. Lucius autem noster cur Duilio in Censura postponatur, in promptu caussa est, quod Consul quoqua post illum fuisset. Quare supplere sine fuco ex inscriptione nostra licet, quod in tabulis Capitolinis eo loco desideratur.

De Tempestatum autem æde quid dicam? sive illa est ædes Tempestatis, quam P. Victor in prima urbis regione, cui a porta Capena nomen, locat, sive alia uspiam ab hac diversa, quod mihi ægre persuaserim, quis nisi in hoc lapide legeretur, non ejus ædis conditorem ignoraret? Causam quidem cur Tempestati nata sit ædes, exortam in mari Corsico tempestatem fuisse significat Ovidius, nec obscuri ejus sunt versus a VI. Fastorum,

Te

A *Te quoque Tempestas, meritam delubra fatemur,*
Cum pene est Corsis obruta classis aquis.

Sed quam multos hæc ipsa Corsicæ procellæ commemoratio, dum afflictæ classis ductorem, ædisque auctorem quærunt, in errorem induxit? Nam fuere, qui ad Claudium Neronem anni DLI. Consulem, cujus atrox, & naufragio proxima tempestas a Livio describitur, referendum censerent: (Lib. 30.) alii cursus Marcello, alii Metello, frivolis omnes ducti rationibus tribui B maluerunt. Quibus nimirum si elogium hoc legere licuisset, nunquam dubitassent, quin ex illius verbis petenda esset Ovidianorum versuum interpretatio.

Ea tot igitur hisce nominibus in lucem prodire tam illustre monimentum intererat, & ipsius in primis, cujus laudes exequitur, L. Scipionis, quem bonorum ætatis suæ virorum optimum in tenebris perpetuo jacere par pro- C fecto non erat: & tamen apud alios quidem scriptores hoc ejus virtutis præconium frustra quæras; ita de illo silent omnes, cum P. Nasicam ex eadem gente centum fere post annos optimum virum Senatus sententia judicatum, dignumque, qui Magnæ Matris simulacrum exciperet, habitum, plurimi literis prodiderint; & in Atili Calatini sepulcro non dissimile incisum elogium Cicero in Catone non sileat, *Quem plurimæ consentiunt gentes populi primarium fuisse virum*. Cujus ego Atiliani elogii quoties reminiscor, toties in mentem venit ad L. quoque Scipionis sepulcrum pertinuisse Inscriptionem, in qua versamur: ut duorum clarissimorum Civium, ætate, honoribus, rebus gestis prope æqualium conjuncta fuerint, ut loco, sic etiam tituli gloria, & similitudine monimenta. Etenim extra portam Capenam & Calatini, & Scipionum sepulcra fuisse, vel ex eodem M. Tullio notum est: (Tusc. 1.) ad Capenam autem effossum hunc lapidem fuisse, præfati initio sumus. Nec vero laborandum censeo, quoniam intra urbis mœnia est effossus, sepeliri autem intra mœnia mos non erat, cotne aliquando translatus e sepulcro, an sepulcrum ibi olim conditum, & mœnia post id tempus cum Pomœrii finibus translata sint. Quoquo enim modo res habeat, suus nimirum honos, & pretium erit Inscriptioni; tibique, ut confido, lector, jam satis persuasum, non abs re illam a nobis principio laudatam, dignamque quam merito magni omnes faciant visam esse, quæ præter vetustatis commendationem, tanti Viri memoriam prope intermortuam excitarit, & jucundam simul non vulgarium, & hactenus ignotarum rerum notitiam complectatur.

EX
FASTIS CAPITOLINIS.

Fragmentum eorum, qui in explanatione citata sunt.

V. C. CDXLVII. :::::: SCIPIO BARBATUS DICT. com. hab. c.

.:.. P. DECIUS P. F. Q. N. ::: MUS mag. eq.

CDXCIII. CN. CORNELIUS L. F. CN. N. SCIPIO ASINA

C. DUILIUS M. F. M.N.

C. DUILIUS M. F. M. N. COS. PRIMUS NAVALEM DE SICUL.
ET CLASSE PŒNICA EGIT AN. CDXCIII. K. INTERKAL.

XCIV. L. CORNELIUS L. F. CN. N. SCIPIO

C. AQUILIUS M. F. C. N. FLORUS

L. CORNELIUS L. F. CN. N. SCIPIO COS. AN. CDXCIV. V. ID. MART.
DE PŒNIS ET. SARDIN. CORSICA.

A. ATILIUS A. F. C. N. CALATINUS.

CDXCV. C. SULPITIUS Q. F. Q. N. PATERCULUS

CENS. C. DUILIUS M. F. M. N.

L. CORNELIUS L. F. CN. N. SCIPIO. L. F. XXXVI.

ZONARAS

Libro VIII.

1 ΛΟΥΚΙΟΣ δὲ Σκιπίων ὁ συνάρχων αὐτοῦ, ἐπὶ Σαρδὼ καὶ ἐπὶ Κύρνον ἐστράτευσε. κεῖνται δὲ ἐν τῷ Τυρσηνικῷ πελάγει ὀλίγον ἀλλήλων ἀπέχουσαι, ὡς μίαν αὐτὰς πόρρωθεν εἶναι δοκεῖν. καὶ προτέρᾳ τῇ Κύρνῳ προσβαλὼν τὴν μὲν ΟΥΑΛΕΡΙΑΝ τὴν κρατίστην αὐτῆς πόλιν βίᾳ εἷλεν, ἀπόνως δὲ τὰ λοιπὰ ἐχειρώσατο. Ἐς δὲ τὴν Σαρδὼ πλέων.

L. Scipio, Flori collega exercitum in Sardiniam, & Corsicam duxit, Insulas in Thyrreno mari sitas, tam exiguo intervallo separatas, ut ex longinquo pro una habeantur. Ac primum Corsica Principe Urbe Valeria vi capta, reliquis citra laborem est potitus. In Sardiniam navigaturus, &c.

HIERON. ALEANDRI ADDITAMENTUM.

Veriſſimum eſſe arbitror, quod innuit doctiſſimus Sirmondus, omiſſam M literam in fine vocum, quæ in L. Scipionis elogio negotium faceſſere videbantur, potius quam ut caſuum commutationem admittamus. Nam ſi quis exiſtimet, in dictionibus OINO, OPTUMO, VIRO, SCIPIONE, CORSICA, ALERIA, URBE, AIDE ſextum caſum pro quarto poſitum, voce DUONORO quid faciet? hic profecto alius eſſe caſus ſuppoſitus nequit, ſed laborat tantum hoc nomen defectu M literæ. Cauſſam dedit ejuſmodi ſcriptioni uſitata ejus ſæculi enunciatio. Siquidem literam illam & intra os mugire, & obſcurum ſonare, cum veteres grammatici aſſerunt, tum edocet uſus ipſe. at eadem, quum verba clauderet priſco illo ævo, intra labra penitus emoriebatur. Ideo Græci evanidam cognoſcentes nullam dictionem ea terminarunt. Ejus quoque rei argumentum eſt, quod Poetæ terminantem elidere vocalem ſoliti, quum ab inſequente vocali excipitur, etiam ſi M litera intercedat in verbi extremitate poſita, ejus tamen nullam habent rationem; ut nihilominus fiat vocalis eliſio, ac ſi litera M penitus abeſſet. quia nimirum non efferebatur. Cæcilius Vindex apud Caſſiodorum: *M literam, ad vocales prima loca in verbis poſitas ſi acceſſerit, non enuntiabimus*. Sed nec quum ſubſequens vox a conſonanti ordiretur, enuntiatam fuiſſe autumo priſco illo atque adeo rudiore ſæculo. itaque nec ſcribebant. erat enim compluribus religio ſcriptionem aliam facere ab enuntiatione. quin apud conſequentes ætates, quum uſus obtinuiſſet, ut M litera in ſcriptione retenta ſaltem ſono N enuntiaretur conſonantem præcedens (quod innuit Cæcilius Vindex) fuere qui cenſerent haud integram eſſe ſcribendam ante inſequentem vocalem. Velius Longus lib. de Orthographia: *Nonnulli ſynalœphas quoque obſervandas circa talem ſcriptionem exiſtimaverunt, ſicut Verrius Flaccus, ut ubicumque prima vox M litera finiretur, ſequens a vocali inciperet, M non tota, ſed pars illius prior tantum ſcriberetur; ut appareat exprimi non debere*. Aluere ſemper eam controverſiam tam vetera, quam noſtri ſæculi idiomata, ut videretur quibuſdam, ita ſcribendum eſſe, quemadmodum loquimur; aſſererent alii, nequaquam enuntiatu metiendam ſcriptionem. Simplicitatis amatores (quales fuiſſe credo magnos illos Scipiones, ad res, quam ad verba attentiores) pati nequibant, onerari ſcriptionem iis literis, quæ a ſono abeſſent enunciationis ante leges grammaticas. Jure igitur Fluvius Urſinus in veteri Kalendario Ruſtico FABA pro FABAM, OLIVA pro OLIVAM quum reperiſſet, non erratum fabrile, ſed ſcribendi conſuetudinem agnovit. Cur igitur (inquies) in dictione LUCIOM ab ea conſuetudine receſſum? Dicam ingenue, quod ſentio. Neutiquam fuiſſe perpetuum arbitror ejus ſcriptionis uſum. alioqui cur non & in Duiliano elogio conſpicimus? dices interpolatam eam inſcriptionem. non equidem negare auſim, id enim præter cetera arguit & marmor peregrinum a Romana ſrugalitate nondum receptum, & elegantior characterum expreſſio. at quemadmodum antiquam ſcribendi rationem immutarunt aliqua in parte interpolatores, ut ſcite obſervavit Petr. Ciacconius, ita quin veſtigium aliquod ejus rei, qua de agimus, reliquiſſent, mihi quidem non fit veriſimile. Sed quum in antiquo marmore, quod non extat, Senatus & populi juſſu inciſum fuit id elogium, diligentior adhibita cura eſt, ut vitium enunciationis recta ſuppleret ſcriptio, quam docere ipſa ratio poterat, ſi non grammaticorum libri, qui nulli apud latinos eo tempore erant. Inſuper ad vitandam κακόφωνα credendi ſunt eam literam enuntiare quandoque conſuevisse. igitur & ſcribere. atqui ſi LUCIO SCIPIONE exaratum fuiſſet, dubitari poterat, ne quis enuntiaret LUCIOS, antequam animadverteret quartum eſſe caſum; nam litera O tam in primo, quam in quarto caſu efferebatur brevi enuntiatu, hoc eſt unico tantum tempore, & ore (ut arbitror) non admodum laxo, reſpondebat enim brevi ο Græcorum. at quam tertius caſus, & ſextus recipiebant, ea longa erat, ſonabatque quod Ω apud Græcos. neque enim de duplici hoc ſono incertos eſſe nos ſinunt Marius Victorinus aliique veteres grammatici. Itaque voci LUCIO in dandi caſu, aut auferendi enuntiatæ dubitari non poterat ne cohæreret ſequens litera S. ſecus in caſibus, qui eundem prolationis ſonum habebant. Siquidem connectebant voces, dum loquebantur; quod indicat Cicero in epiſtola (ni fallor) ad Pætum, innuens abſtinendum ab ea ſcriptione *cum nos*, ne pulſaret aures obſcœna dictio. quoniam literæ M in fine locatæ, ſonum N dabant poſt antiquiora illa tempora, ut ex Vindice ſupra docuimus; quod etiam ex Velio Longo, aliiſque palam eſt. Verum prolixius hæc, & ſubtilius fortaſſe, quam par erat. verius enim videtur, quod priore loco dixi, perpetuum non fuiſſe ejus ſcriptionis uſum. Ceterum nolim hic omittere antiquam inſcriptionem Senenſem, quam adducit Celſus Cittadinus in libro de origine vulgaris linguæ Italicæ.

VICTORIA
QUESCET
ANNORO XXV.

Exaratum hic ANNORO pro ANNORUM, & QUESCET pro QUIESCIT. verum hæc inſcriptio recentioris forte ſæculi eſt. nam *quieſcere* de mortuis uſurpatum videtur ex Chriſtiana formula, ac profecto (ut ſunt rerum vices) repetitum hic cernimus antiquiſſimum enuntiandi, ſcribendique morem, cujus gratia retulimus hoc epigramma.

Moleſtiam exhibet quibuſdam vox LUCIOM integris literis ſcripta, non ſingulari L. contra morem. at non utique contra primæ illius ætatis morem. quod ſi illorum temporum ſupereſſent monumenta, quin id genus ſuppeterent exempla, nullus dubito. ac tunc præſertim videtur is mos uſurpatus, quum quis de-

fignaodus effet, qnl præcipuam ex ipfo prænomioe ootionem baberet. qeod de Lucionoftro Inficiari nemo poteft. id etiam indicat Ap. Claudii infcriptio a Sirmondo laudata APPIOS CONSOL, & quæ nuper eruta in Colle hortulorum cnbitalibus literis OCTAVIAI. M. F. APPI, aliæqne hujufmodi.

Aiiis eriam prætes morem videtns, quod Lucius nofter Barbati filins dicatur non P. aur L. Verum & hoc aotiqnitatem illam nondum expolitam redolet. oam quum plures Lucii, piurefve Publii in Corneliornm gente effene, maluit qui Epigramma confcripfit, Barbatum nominare, qui fortaffe nnicus in ea familia, eoque cognomine confpicuus. Notum eft, habuiffe Romanos prænomen, nomen, cognomen, aut cognomina plura. nifi quis alterum cognomen appellet agnomen, quod effe quibufdam in ufu viden. Ex tot appellationibus una præcipue ufurpabatur ab ipfis cuoabulis, vel a die luftrico, five a fumpta virili toga (funt enim, quiafferant, eo primum tempore prænomina pueris Indi confueviffe) eaqne adeo inhærebat, ut qui cognomines effent, ejufdemque familiæ, hac potiffimum satione inter fo difcerneientur. Eratque id velut proprium cnique nomen, quod mnnuit me vis undeqnaqne doctiffimus Antoo. Quærengur. Exemplosum loco bæc fint. *T. Flavius Vefpafianas* tam pater dictus eft, qnam filius, Imperatores ambo. at pater coguomento notior, prænomine filins. Clandius vero Imp. nomenclaturam gentis ex ilio nfu adeo fecit propriam, nt pene a quotidiana hominum memoria fugerit, Tiberium prænomine, Drufum, Germanicumque cognomine fuiffe appellatum. Sic Imp. Caligula ex prænomine Caii præcipue nutus. ut Circum etiam ab eo Caiannm dictum, fcribat Dio. Hinc via Appia, Aqna Appia, fnrum Appii ah Ap. Ciaudii prænumine. Id cauffæ fuit, cur nomina quorundam, & cognomina oblivioni traderentnt. ac faue plnrimam a me gratiam inierit, qui Caii Jutifconfulti aut nomen indicaverie, ant cognomen. Igitur Scipio nofter Barbati filius nuncnpatur, quod parer eo cognnmento illuftris effet, ut ipfe Lucii prænomine. Quod fi ad bunc ufum refpexiffet Cafaubonus, haudquaquam fufpecta illi demendo fuiffet proba lectio in Flavio Vopifco, quum ita fcribit inirin vitæ Probi: *P. Scipionem Africanum, ima Scipionar omaas feu Lucior, fiu Nafieat, aoane tenebræ poffiderent, ae regereat, nifi cammendatarer eoram hiftoriei nobiler, atqas igaobilas sxtitiffent?* neque enim Vopifcus vocem *Lucior* tamquam cognomen accepit, fed recte loquutus eft, dum elaros viros in Scipionum familia appellat, qunfdam ex prænomine Lucii notiores, alios ex cognomento Nafīcæ.

Quod Tempeftates boc in Elogio nominentur, parum congtoere cum Ovidiaois verfibus A nonnulli cenfent, in quibus *Tempeftas* fingulari numero pofita eft. nec Poeticæ libertati adfcribendum; quando tam a Sex. Rufn, quam a P. Victore *ades Tampeftatis* oon *Tampeftatum* in prima Urbis regione ftatuitur. Verum etfi nulli effeot pro noftra infcriptione adftipulatores, ejus apud me auctoritas majus haberet pondus, quam Ovidii, quam Rnfi, Victorifque teftimoninm. Nunc vero totidem ftant a nobis teftes. nam & apnd Virgilium legimus V. Æn.

Tres Eryei vitulos, & Tempeftatibur agnam
Cadera deinde jubet.

& apud Horatium lib. Epod.

Lbidinofut immolabitur caper,
B *Et agna Tempeftatibur.*

& qnod magis eft, ne qnis Poeticam dictionem fufpectam habeat, Tull. lib. 3. de Nat. Denr. ita fcribit: *Quod fi auber retuleris in Deos, refarenda eerte erunt Tampeftates, quæ Pop. Romani ritibus confecratæ funt.* ut propemodum videatur fatendum, recentiori fæculo *Tampeftatem* fingulari numero dici cœptam, qnæ *Tempeftater* vetnftiore dicebantur.

Sunt poftremn, quibus mirum videtur, Triumphi, quem L. Scipin egit, nullam hic fieri mentinnem. Vis faoe perfpicaciffimus, ac literatorum non minus quam literarum amans Nicolaus Fabritius Perefchi dominus defideratai meC rito fufpicatur alteram L. Scipionis infcriptionem huic noftræ geminam. grandi enim mole fepulcra apud veteres exædificabantur. neque exiftimare abfurdum eft, ab unn quidem latere hoc Elugium, ab alio marmor itidem fuiffe aliud, in quo Triumphus memoraretur, ætafque, & dies nbitus, aliaque bujufmodi; modo fepulcri, non potius ftatuæ iafctiptio hæc fuerit. Qund fi divinationem qnis ægre admittat, probitati Scipionum (qunrum in familia præ cæteris dotibus illa femper enituit) tribuere id poterit; qui in Lucii Epitaphioea tangere fat habuerunt, quæ ad optimum Civem fpectarent. Triumphus exerinfecus (ut fic dicam) prnveniebat, atque a Senatus arbitrin, quæ vero ab eo gefta funt ipfius virtuD ti adfcribenda. Confulatus, Cenfura, Ædilitas oneris non minus quam honoris afferebant. Porro probitatis L. Scipionis, quem bonorum optimum fuiffe lapis infinuat, non leve eft exemplum apnd Valerium Maximnm lib. v. cap. t. de Hannonis cadavere magnifice elato, ejufque exeqniis celebratis.

Hæc addenda putavi Commentario P. Sismondi, ut quorundam fcrupulofitati facerem fatis, qunm alioqui fciam, affuiffe me, quod aiunt, pannum purpuræ. Ceterum qui marmor hoc tam infigne poffidet, ac non auro contra æftimandus, Francifcus Auguftinus copiam cnilibet facit fpectare cupienti. nec cuiquam fane ejus erit fufpecta antiquitas, dum de rebus hnjufmodi judicium ferre queat.

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

PRÆFATIONES AC EPISTOLÆ ALIQUOT.

INDEX
PRÆFATIONUM.

INDEX EPISTOLARUM.

Jacobi

JACOBI SIRMONDI

SOCIETATIS JESU PRESBYTERI

EPISTOLÆ

CUM

ALIQUOT PRÆFATIONIBUS.

PRÆFATIO

COLLECTIONIS CONCILIORUM GENERALIUM

quæ Pauli V. Auctoritate Romæ ex Vaticana Typographia prodiit quatuor voluminibus, ann. CIↃ. IↃC. VIII. *& sequentibus.*

SAcratum synodorum codices, quo in pretio & honore omnibus esse debeant, facile intelligunt, qui synodorum ipsarum perpetuam in Ecclesia auctoritatem summam, ac prope necessariam utilitatem, originem denique, primamque illarum institutionem considerant. Nam de origine quidem si agitur, haud aliam fuisse constat, quam apostolicam, hoc est, non tam humano, quam divino consilio, ex Christi scilicet disciplina, & Spiritus sancti, qui apostolos regebat, afflatu & magisterio, introductam. Primi siquidem apostoli, in illo Hierosolymitano conventu, quem extera apud Antiochenos de legalibus ceremoniis controversia, ex universa, quæ tunc erat, Ecclesia convocarunt, Ecclesiasticarum synodorum non solum formulam & exemplar, verum etiam causas, & quos maxime ad usus cogendæ essent, ostenderunt. Disceptatio namque illa, ut theologi observarunt, partim fidei, partim morum, rituumque quæstionem continebat. Cumque his duobus fere tota Ecclesiastici juris ratio nitatur, & quidquid adversus intactam Christi sponsam satanæ insidiæ commoverint, ad horum alterum tendat, ut vel rectam fidem pravis opinionibus everrat, vel externum domus Dei ornatum, decoremque labefactet: quandocumque alterutram in partem summo remedio opus fuit, apostolicum secuti exemplum, eorum muneris heredes, atque in Ecclesiæ gubernatione successores Episcopi, nullum aliud præsentius, nullum aptius opportuniusque censuerunt, quam frequentium legitimorumque conciliorum.

Hinc ergo fluxit perpetua & constans in Ecclesia, per omnes ejus ætates, provincialium, nationalium, generalium synodorum consuetudo. Quæ in ipsis etiam persecutionum procellis, per quas in unum Episcopis coire vix licuit, usque adeo intermissa non est; ut præter eas, quarum memoriam sævissimorum temporum labes obliteravit, supra tricenas partim a Pontificibus maximis, partim ab aliis diversarum provinciarum Episcopis, ante partam Ecclesiæ tranquillitatem, vel fidei, vel disciplinæ causa celebratæ numerentur. Et quidem ad Ecclesiasticam disciplinam, vel constituendam & conservandam, vel, ubi collapsa erat, corrigendam ac restituendam, quantum adjumenti semper attulerint concilia, quid attinet commemorare? cum ea, quæ ad totum hoc genus pertinent, & in sacris canonum codicibus de Ecclesiasticis judiciis, de sacrorum ritibus ac ceremoniis, de officiis & vita clericorum, deque aliis sanctioris politiæ partibus præcipiuntur, opus sint maxima ex parte antiquarum synodorum.

Summa certe, &, si alia non esset, numquam satis laudata conciliorum utilitas. Sed quanto illa major atque illustrior, quæ ad stabilienda fidei dogmata, explicandasque ac sedandas religionis controversias derivata est? cum insurgentibus, ut solet, novarum opinionum contentionibus, divisis inter se ac dissidentibus non sine scandalo partium animis, in maximis sæpe rerum perturbationibus, laborantisque Christianæ reipublicæ periculis, salutare synodi alicujus, præsertim œcumenicæ, sidus illuxit: quæ concutientibus undique sub uno capite, Christi vicario, lectissimis plurimarum Ecclesiarum pastoribus, ambigua omnia protinus solveret, vera a falsis, sinceram atque incorruptam fidei doctrinam a pestiferis erroribus distingueret, pacem Ecclesiæ securitatemque, damnatis dissidiorum & schismatum auctoribus, redintegraret.

Hunc enim in modum Arianam hæresim, qua Christianum orbem nulla unquam gravius concussit, synodi unius Nicænæ judicio repressam primum ac debilitatam, tum oppressam tandem ac penitus extinctam fuisse, compertum est. Sic & Macedonium Spiritui sancto divinitatis æqualitatem, quam Arius filio detraxerat, ausum denegare, Constantinopolitani concilii auctoritas profligavit. Sic Nestorium, sic Eutychem, ad oppugnandum Incarnationis dominicæ sacramentum pari scelere, licet dispari erroris via, ingressos; dum alter duplicem in Christo personam temere distinguit, alter duas ejus naturas perperam miscet

ac confundit; illum Ephesinæ, hunc Calchedonensis synodi patres suffragiis decretisque suis confoderunt. Nec dissimilis quintæ synodi ratio fuit: quæ Origenis errores, & renascentes Theodori Mopsuesteni, ejusque similium, tamquam corruptæ & in Nestorio jam truncatæ radicis fibras prorsus excidit. Idemque sextæ adversus Monothelitas; idem septimæ adversus Iconomachos congregatæ judicium: pari semper omnium fructu, & publicæ utilitatis emolumento. Tanta enim erat sacratissimorum cœtuum apud omnes dignitas & momentum, ut quod in commune illis placuisset, id non tam ex confluentium hinc inde antistitum sensu, quam ex sedentis in eorum medio juxta promissionem suam, & per eos loquentis Christi ore, depromptum arbitrarentur, & synodalia decreta ac statuta, tanquam a cælo delapsa, & Spiritu sancto auctore dictata, susciperent. Hunc etenim legitimis Ecclesiæ conciliis præsidere, atque unctione sua in ipsius nomine congregatos docere, & deducere in omnem veritatem: ita ut quod in primo illo suo consessu pronuntiare non dubitarunt Apostoli, cum in synodica sua scriberent, *visum est Spiritui sancto & nobis*, id omnibus rite convocatis conciliis sine controversia liceat usurpare. Hæc nimirum illa est omni major exceptione prærogativa, quæ inviolabilem atque inconcussam vindicat plenariis Ecclesiæ synodis auctoritatem.

Hujus causa magnus Gregorius quatuor prima concilia perinde ac totidem Christi evangelia se venerari profitebatur: non quia discrimen inter utraque nullum sit, sed quod ad dogmatum certitudinem ac stabilitatem non dispar utrobique, tamquam eodem ex fonte ducta firmitas reperiatur. Propterea quæ in illis semel sancita essent, in ea iterum inquiri, aut de his quicquam mutari, nefarium apud majores, & sacrilegio affine semper est habitum. Hinc enim patrum Calchedonensium anathema in eos, qui Nicænæ fidei decreta retractare auderent; hinc Leonis magni præclara de rebus, apud Nicæam eandem, & apud Calchedonem definitis, nulla sibi ratione movendis contestatio: hinc Leonis ejusdem, Gelasii, Symmachi, Hormisdæ, ut de ceteris taceam, Romanorum Pontificum gravissimæ voces & sententiæ: non posse inter Catholicos computari, qui synodorum illarum placitis obsistant; quod in conciliis decretum sit, id inconvulsum, firmumque constare oportere; qui paternarum regularum constituta negligant, eos Christi societatem deserere, eorum fidei robur nullum esse, ab illarum tramite qui declinent, ipsos sibi perpetuæ dubitationis nebulam offundere. Hinc denique beati Athanasii justa in eos expostulatio, qui cum orthodoxi videri vellent, de rebus Nicææ jam stabilitis, post tantæ synodi interdictum, novas quæstiones agitare non formidarent; nulla, ut aiebat, alia utilitate, quam certa pernicie ac ruina simpliciorum.

Quamquam quid multis opus est, ut de conciliorum auctoritate, quis veterum sensus fuerit, ostendamus? cum in promptu sint sanctissimorum & fortissimorum virorum exempla, qui pro eorum defensione non aliter sibi, quam pro Christi confessione, decertandum putarint, proscriptionumque ærumnas & incommoda, & quoscumque sævientium hæreticorum furor intentare metus poterat, mortem denique ipsam, cum res posceret, ut in gloriosa causa subire non detrectarint. Nam ut de infinitis paucos attingam: de Athanasio eodem quis nescit, quam multa, & quam acerba, pro Nicæno Concilio, tot exiliis, tot contumeliis, tot insectationibus agitatus, pertulerit? aut cui audita non sunt clarissimorum Occidentalis Ecclesiæ luminum, Eusebii Vercellarum, Paulini Trevirorum, Dionysii Mediolanensis, Hilarii Pictaviensis, diuturna item exilia, & persecutiones, quas, ne synodi jura violarent, in maximis ærumnis & difficultatibus sustinuerunt? Mitto cum suis similibus Ambrosium: cui ad parem, aut etiam ampliorem constantiæ laudem, non voluntas defuit, sed occasio. Quid enim animi haberet, suis ipse verbis professus est; sequor, inquit, tractatum Nicæni Concilii, a quo me nec mors, nec gladius poterit separare. Alios vero quis enumeret, quos, cum immanior hostis obriguisset, pro ejusdem Nicænæ, aut pro Calchedonensis, ac septimæ synodi decretis, vitam ac sanguinem, furentibus in eos Arianis, Acephalis, Iconomachis, profudisse accepimus? Adeo infixum illorum pectoribus erat, divinam & sacrosanctam synodorum religionem esse: ut martyria, quæ pro Christi nomine apud gentiles obiissent, pro tuenda synodorum auctoritate ab hæreticis illata non refugerent.

Quæ cum ita sint, cum ea, inquam, semper fuerit sacrarum synodorum utilitas & majestas, quam vidimus: liquet profecto, quanti, quod initio proposuimus, earum codices & volumina facere, qua cura & studio prosequi necesse sit, quæ tantum Ecclesiæ thesaurum complectantur, in quo incomparabiles non humanæ sapientiæ, sed cælestis doctrinæ conditæ sunt opes. Quod utinam quales, quantæque erant, integræ ad nos, intactæque pervenissent. Sed ne tanto bono frueremur, haud quaquam passa est tum communis bonarum rerum insidiatrix temporum injuria, tum vero maxime odium, atque improbitas hæreticorum: qui dum hæc catholicis præsidia invident, & erectas quasi arces dolent, in quibus defixa de ipsorum erroribus spolia & trophæa conspicerentur, incredibile est dictu, quos conatus, quas machinas admoverint, ut omnia synodalium gestorum monumenta, vel penitus abolerent, vel falsis, vitiosisque lectionibus depravarent. Itaque ut paucis dicam, non alia re magis factum est, quod Nicænæ, Constantinopolitanæ, Ephesinæ Synodi acta, jam olim intercepta, desideremus. Ereptum est per vim, atque exustum ab Anastasio Imperatore, dum Acephalis favet, insigne illud Calchedonensium actorum volumen, synodi ipsius, ut nonnullis visum est, autographum, quod in Macedonii Patriarchæ secretis tanta religione servabatur, quid omnibus aliis facturus fuerit, si potuisset; quidque in hoc genere moliri solerent hæretici, satis declaravit.

Jam vero adulteratos eorumdem fraude, corruptosque, tum Ephesini, tum Calchedonensis Concilii codices, non uno in loco queritur S. Gregorius. Idem ausos in altera Constantinopolitana Monothelitas, commentitiis Vigilii ac Mennæ epistolis, unde perfidiæ suæ præsidium quærerent, in eam insertis, in sextæ synodi actis testatum est. Ac ne varias Arianorum in synodum Nicænam artes dolosque altius repe-

tam, eraſas ex ea ſubſcriptiones, *ὑμνούντων* vocem unius literæ adjectione vitiatam, pſeudepigraphum hæretici in Thracia conventiculi ſymbolum pro Nicæno ſuppoſitum, & alia id genus per multa: quam impudenter hac licentia paſſim abuti conſueſſent ii, quorum modo meminimus, Monothelitæ, ejuſdem ſextæ ſynodi patres, productis Dionyſii Areopagitæ, Athanaſii Alexandrini, Agathonis Romani Pontificis, aliorumque veterum auctorum lucubrationibus, quas illi partim interpolando, partim augendo, vel minuendo, corruperant, apertiſſime docuerunt. Quo plane fiebat, ut jam tum priſcis illis ſæculis, non mediocriter fuerit catholicis Epiſcopis, vel in conſervandis orthodoxæ doctrinæ monumentis, vel in iiſdem a fidei hoſtium depravatione vindicandis, laborandum.

At vero acceſſit ad hanc bonorum librorum cladem altera, quam ſequentium temporum calamitas invexit: cum, barbararum gentium incurſionibus, quæ provincias omnes pervaſerunt, nihil propius factum eſt, quam ut abſumptis diſſipatiſque optimis quibuſque bibliothecis, his etiam, quæ ſuperſunt, veterum librorum reliquiis penitus orbaremur. Tum ſecuta poſt hæc tanta per aliquot ætates, in reſtituendis propagandiſque codicibus, antiquariorum vel incuria, vel ignoratio: ut miſeranda proavorum ſors fuiſſe videatur, quibus adeo inquinatis uti libris contigerit, & noſtra, patrumque memoria, qui ad colligendas edendaſque in lucem Eccleſiaſticas ſynodos aggreſſi ſunt, nulla in re gravius, quam in caſtigandis expurgandiſque earum exemplaribus deſudarint. Et navaverunt illi ſane operam non indiligentem, nec infructuoſam: ut non exigua laude dignos arbitremur, qui laborioſum, & multis difficultatibus implicitum opus, non modo inchoarint, ſed ſtudio & induſtria eo uſque perduxerint.

Ceterum quanto plenior ſinceriorque hæc noſtra ſit editio, res ipſa pateſaciet. Primum enim Græca omnia cum Latinis conjuncta ſunt: non ſolum ut juſto ea expetentium deſiderio conſuleremus; ſed etiam, quod plerumque ſententia ex Græco, tanquam ex fonte, purius hauriatur. Utraque porro pluribus collatis exemplaribus, meliora facta, & multis locis emendatiora; ſæpe etiam, ubi corrupti Græci codices erant, conjecturæ non ſpernendæ ad oram adſcriptæ, vel ex interpretatione Latina vetere, vel ex ſimilibus locis depromptæ. Ac viciſſim ſi quid in vetere interpretatione ex Græco viſum eſt emendandum, id ad marginem quoque adſcriptum eſt; ut exemplarium fides ſervaretur, neque in contextum quicquam admitteretur, quod non eſſet in codicibus manuſcriptis. Multa poſtremo ſunt ad alias editiones in hac, quam damus, adjecta, tum in ceteris paſſim; tum in iis maxime conciliis, quorum acta non extant: ut illorum jacturam vel hoc ſaltem modo, accurata omnium, quæ ad ea pertinerent, collectione ſublevaremus. In Epheſino autem præter inſignium Epiſcoporum epiſtolas, additi ſunt beati Cyrilli Alexandrini quinque contra Neſtorium libelli in manuſcriptis Græcis ejuſdem ſynodi codicibus inventi, ſed Latinis hominibus ad hanc uſque diem ignoti.

Hanc igitur provinciam ſedes Apoſtolica,

A ſolicitudine providentiaque ſua dignam rata, nihil habuit antiquius, quam ut poſt divinarum Scripturarum abſolutam editionem, in conciliorum curam ſedulo incumberetur. Quod ut priſcorum Pontificum congruere viſum eſt vigilantiæ, quos conſtat ſynodorum omnium probatiſſimos & caſtigatiſſimos in ſcriniis ſuis codices ſemper habuiſſe, ad quorum fidem & aliarum Eccleſiarum codices, ſi quando dubia aut ſuſpecta lectio incideret, ſæpenumero examinatos, & exemplaria remotiſſimis etiam provinciis deſcripta ac diſtributa fuiſſe, literis proditum eſt: ita Pontificiæ auctoritati jure quodam propemodum debebatur, ut concilia, præſertim univerſalia, quæ ſummorum Pontificum decreto eſſent indicta, eorum legatis præſidentibus peracta, eorumque nutu & judicio confirmata, eorumdem quoque juſſu ad communem totius Eccleſiæ utilitatem, quam maxime fieri poſſet emendata proferrentur: & quidem poſt ſacrarum literarum editionem: ut quæ proximo ab his in Eccleſia auctoritatis ſunt loco, proximam Pontificiæ animadverſionis, curæque partem obtinerent.

Ad CARDINALEM PERRONIUM cum ei aliqua Fulgentii Opuſcula dedicaret. Anno 16¿2.

C *Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo Præſuli D. Jacobo Davy Perronio, S. R. E. Cardinali, Archiepiſcopo Senonenſi ſummo Francorum Eleemoſynarcha.*

PAuculos Fulgentii libellos, qui in lucem nunc exeunt, ILLUSTRISSIME CARDINALIS, ne nominis tui purpura ornarem, tibique offerrem, muneris exilitas diſſuaſiſſet; niſi animum ea ſpe confirmaſſem, ut quod rei deeſſe videbatur, religioſi officii reverentia excuſari, purgarique poſſe confiderem. Nam ut D ſacrorum ſtati quidam ſunt ritus & ſolemnia, quæ ab iis qui divinam rem faciunt mutari aut præteriri ſine piaculo non poſſint: ita me, cum editioni huic patronum deſignari ac vindicem oporteret, præter fas moremque facturum exiſtimavi, niſi tibi uni potiſſimum deferrem, quod tibi præ ceteris quaſi quodam præcipui titulo debebatur. Cui enim potius Fulgentii, hoc eſt ejus Epiſcopi, qui ævi ſui Antiſtitum lingua & ingenium fuit, ſcripta conveniunt, quam tibi, quem Galliæ univerſæ inter Epiſcopos ſuos, quamvis ingenio & doctrinæ fama præſtantes, tanquam Fulgentium alterum hac in primis utraque laude merito ſuſpiciunt? E Aut cujus auſpicio Theologica hæc arma, vetuſtis hodiernisque hæreſibus debellandis idonea, conſecrari atque in publicum proferri æquius ſit quam tuo, cujus innumeris palmis victoriiſque ſæpe triumphans Eccleſia nobiliſſimum atque opimis refertum ſpoliis gloriæ tuæ trophæum defixit? Et tela igitur libens neceſſe eſt recognoſcas, quibus dimicans tot tibi laureas comparaſti: & patrocinium Fulgentio, tutelamque non deneges, quam vides ſapientiæ virtutibuſque tuis tanquam neceſſarium hereditatis unus incumbere. Erunt alii fortaſſe, quibus reliquas ſuaviſſimi facundiſſimique ſcriptoris delicias nanciſci, tibique exhibere ſors melior concedas; cum epiſtolas & ho-

milias, quæ plurimæ fuarant, tam maxime dogmatica, quibus aos adversus Pintam & Abragilam aliosve differais, aut Faasto, Fabianoqae, huic decem, illi septem libris respondis. Quorum pleraque in antiquis Galliæ bibliothecis reperisi posse ne diffidam, facit Theodulfi Aurelianensia, & Hincmari Remeusis, aliorumque, a qaibaa ea citari coostat, aactoritas. Mihi interim parte aliqua officii persanctas videbor, qui quod hactenus consequi licuit obtuli, atque exigai munusculi, sed flagrantissimi certe studii conata, qua sa nostræ erga te observantiæ vota porrigant, testarus sum. Ea enim sua in me ordinemque nostrum sunt merita, us enm hia quicquid gratiaram est satis esse non possit, si quid grati animi studio a nobia rependitur, id non ad lancem, neqae ad dimensam tribui, sed ὅλῳ, quod aiunt, θυλάκῳ effundi debeat.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ A. T. deditissimus,
Jacobus Sirmondus Societatis Jesu.

IN EADEM S. FULGENTII OPUSCULA PRÆFATIO.

I. Libros de veritate prædestinationis & gratiæ, qui primum hic obtinent locum, Fulgentio asserunt oon solum ejus vitæ auctor, & Isidorus in viris illustribus; veram etiam synodi Parisiensis & Aquisgranensis quarum testimonia inferius producuntur. Quamvis autem vulgata Isidori exemplaria hujus tituli duos rantum libros præ se ferant, & syoodi tanquam singularem librum commemorent: tres tamen scripsisse libros Fulgentium, & res ipsa nunc ostendit, (nisi quod tertius temporum injuria mutilus est) & fidem cum vitæ auctore faciunt tum Gothescalcus monachus in confessione saa, tum Episcopi Africani in epistola synodica: quam horum librorum initio præfiximus, majoris Carthusiæ codicem secuti, ex cujus membranis descriptum apographum humanissimi doctissimique Nicolai Fabri, Regis Christianissimi magistri, beneficio nacti sumus.

II. Qui proxime sequitur libelius de Trinitate, ad Felicem Notarium, ab Isidoro item inter Fulgentii opera recenserur. Sed parum emendarum, nec satis fortasse aliquot locis integrum, videtur fuisse vetus exemplar Monasterii Trecensis insulæ Germanicæ, quod a D. Nicolao Camuzatio Trecensis Ecclesiæ Canonico, ad se missam idem nobis clarissimus Faber commodavit. Reliquos omnes suppeditavit Bibliotheca vaticana.

III. In his prima est refutatio sermonis Fastidiosi Arriani, cum epistola Victoris, qui eum sermonem Fulgentio refellendum miserat. Cujus opusculi testimonium apud alios etsi nullum nunc occurrit, Fulgentii tamen legitimum fœtum esse nulla est dubitatio. Duæ porro epistulæ ad Stephaniam, quarum in hoc libro fit mentio, ex earum sunt numero, quas a Fulgentio Romanis, præcipue Senatoribus, viduisque ac virginibus, quarum fama laudabilis habebatur, frequenter scriptas proditum est vitæ ipsius cap. XXVI. Fuit enim Stephania, ut Ennodius testatur, splendidissimum lumen Ecclesiæ Catholicæ, soror Fausti Præfecti inter Romanas viduas clarissima.

IV. Libellum seu epistolam ad Ferrandum Diaconum de baptismo Æthiopis, a Beda lectam fuisse hinc apparet, quod sermonem B. Augustini ad infantes, quem collectaneis suis in epistolam I. ad Corinthios intexuit, non aliunde, quam ex hoc opusculo deprompsit. Quod declarant duæ ultimæ periodi, quæ post finem sermonis a Bedæ notario tamquam ex Augustini verbis descriptæ sunt, cum revera sint Fulgentii.

V. De epistola ad Reginum Comitem, luculentam est Ferrandi Diaconi in Parænetico ad Reginum eumdem testimoniam. Scribit enim, cum Reginus Fulgentio per epistolam duo capita proposuisset, egregium doctorem, cum priorem quæstionem, quæ de carne Christi, utrum corruptibilis an incorruptibilis fuerit, diligenter petractasset: partem alteram quæ de officiis pietatis cum arte militari jungendis futura erat, morte præreptam intactam reliquisse. Hæc itaque causa est cur epistolam imperfectam habeamus. Pertinet autem ad revincendam hæresim Aphthardocitarum, Alexandriæ per hæc tempora, ut Liberatus Breviarii cap. XIX. docet, exortam, quæ Christi carnem suapte natura incorruptibilem, & passionum omnium penitus expertem fuisse contendebat.

VI. Sermonis de verbis Micheæ Prophetæ, præter codicem Vaticanum, altero etiam exemplari usi sumus ex bibliotheca insignis Ecclesiæ Parisiensis: cujus ope nonnihil interdum adjuti sumus.

VII. Adjecimus ad extremum, quia vacuum erat spatium, epistolam Ferrandi ejusdem de essentia Trinitatis ac natura Christi, ad Egippium scriptam, illam, opinor, Presbyterum & Abbatem, cujus est inter cetera Thesauros operum S. Augustini. tum deinde fragmenta librorum aliquot Fulgentii qui non extant, partim ut hoc quasi gustu eorum desiderium acuatur: partim ut indicio esse possint, si quis forte in anepigraphos, quod sæpe fit, libros ipsos inciderit. Tu boni omnia, Lector, consule, & vale.

PRÆFATIO
IN S. FULGENTII EPISCOPI
librorum contra Fabianum excerpta.

TRicesimus primus hic annus est, LECTOR, cum inter pluscula S. Fulgentii opera, quæ tum primum exibant in lucem, libri tres de veritate prædestinationis ex primariæ Carthusiæ bibliotheca prodierunt. Eadem nunc iterum sibi Fulgentii ejusdem nova hæc fragmenta suppeditat, ex eodem ipso Flori Diaconi codice, unde & Avitiana proxime nuper edidimus. Sed hoc inter utraque discrimen, quod Aviti sententias Florus ex diversis ejus opusculis, quæcumque Pauli Apostoli locum aliquem tractabant, delibarat, Fulgentianas omnes ex unico Fulgentii opere, hoc est ex libris decem quos contra Fabianum exaravit. Quo in opere, cum adversus Arrianum hominem disputans, multa indidisset, quæ Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere docerent, Theodulfum Aurelianensem Episcopum excitarunt, ut ad ceteras hujusce argumenti veterum scriptorum auctoritates, quas Ludovici Pii jussu congerebat, Fulgentii quoque ex his libris sententias adjungeret. Quas ipsas omnes postmodum Æneas quoque Parisiorum Episcopus in librum

fuum tranftulit, cum ad objecta Græcorum Caroli Calvi regie horeatu refponderet. Hæc illa fuot Fulgentii fragmenta, Lector, quæ ante annoe triginta novis illius operibus fubnexa memioifti: eodem inquam ex fonte petita, quo fuperiora quæ nunc damus, hoc eft ex Fulgentii libris contra Fabianum. Quorum ego tibi auctorem, quod reliquam videbatur, ut approbem fuiffe Fulgentium, non requires opinor; quicumque fuaviffimi & facundiffimi fcriptoris lucubrationibus delectaris. Vindex tum illis, ut alii defint, & adfertor facturus es. Sic enim totum hic ftatim ejus characterem genuinumque deprehendes, ut quod de Apellis linea pictor olim alter nefcio quis, de his libris exclamare cogaris, in alium cadere non poffe.

Vitæ S. Leonis IX.
Rom. Pontif. nuncupatio.
Anno MDCXV.

Reverendiffimo & Clariffimo Domino D. Leoni Lefcot Claniæ, Clarimontis apud Cenomannos Abbati, Parifienfis Ecclefiæ Canonico, atque in fuprema Curia Senatori.

LEonem Magnum, nominis tui auctorem, quanti merito facias, & fæpe alias declarafti, & nuper luculentiffime, cum in Bafilica Parifienfi, peculiari tuo facello, facram ejus effigiem picta elegantis operis tabula dedicafti. Nam cum ibidem fepulturæ, monumentique tui fedem defignares, hoc nimirum fapienti confilio intelligi voluifti, non alium te magis in ipfo exitu vitæ patronum optare, quam eum in cujus tutela & fide prima Chriftiani cultus aufpicia fufceperas. Qui vero primum Leonem ita venerans, Leonem quoque nonum pariter ames necefse eft, tum ob confimilem ejus fanctitatem, & miraculis jam olim confirmatam, & folemni Ecclefiæ ritu confecratam: tum hac etiam ex caufa, quod Leonem & ipfe Magnum ufque eo coluit, ut cum ex Tulleofi Leucorum Cathedra, quam Epifcopus regebat, ad Apoftolicam fedem effet evectus, ex Brunone Leo mox dictus, quanto in illum ftudio ferretur, ejufdem nominis æmulatione teftatus fit. Quo majore fum fiducia, VIR AMPLISSIME, futurum, ut confilium meum non improbes, qui fanctiffimi hujus Pontificis vitæ hiftoriam tuis potiffimum titulis ornandam, tibique afferendam putarim. In quo etfi me muneris exilitas deterrebat, parumque vel meritis tuis, vel defiderio meo congruere videbatur: fic tamen ftatui; nec contemni abs te quicquam poffe, quod Leonis nomen præ fe ferat; nec ut leve rejici, quod tibi ex animo quantulumcumque offeratur. qui pro eximia & fingulari humanitate, qua fenatoriam purpuram cæterofque ingenii, doctrinæ, virtutis tuæ laudes ornas, in clientum & amicorum tuorum officiis etiam minima fæpe collaudes.

Vitæ S. Caroli
Comitis Flandriæ nuncupatio
Anno MDCXV.

Nobiliffimo ac Reverendiffimo Domino, D. Leonoro d'Eftampes de Vallançay, Regis Confiliario & Eleemofynario, Abbati Burgolienfi.

Typographi nomine.

QUod jam pridem optaram, PRÆSUL AMPLISSIME, ut publice aliquid extaret, quod meam erga te obfervantiam teftaretur, maluiffem equidem jufti potius voluminis, quam libelli hujus dedicatione præftari. Sed fecit impatientia defiderii mei, ut cum ferre longiores moras non poffem, oblatam occafionem arriperem, fatiufque arbitrarer hoc qualecumque animi mei teftimonium dare, quam nullum. Et quanquam ejufmodi eft hic libellus, ni fallor, ut, fi non male fua, fed merito æftimatur, hiftoriæ ftudiofis omnibus probari ac placere queat: pretium tamen illi atque gratiam in primis addet clariffimi nominis tui commendatio. Quis enim non libentiffime legat, quem fuffragium ab eo meruiffe cognorit, qui cum ad eximiam generis nobilitatem, fingularem divinæ humanæque doctrinæ laudem adjunxerit, tum ingenii præterea fui, doctrinæque, quod in ifta ætate ac familiæ fplendore rarum eft, tam illuftria tum in publicis fcholarum exhedris, tum in facris concionum pulpitis cathedrifque documenta præbuerit? aut quis auctorem eum non ultro recipiat, cui tu non modo locum in tua, quam inftructiffimam & copiofiffimam habes, bibliotheca dederis, fed tutelæ etiam tuæ patrocinium conceffaris? Quare tuum erit, humaniffime Præful, hunc declarandi erga te obfequii mei conatum benigne interpretari. Nam apud alios non verebor ne inconfulto videar feciffe, qui prodeuntis in lucem opufculi tenuitatem lectiffimi patroni dignitate fublevandam putarim.

S. Pafchafii Radberti
operum dedicatio.
Anno MDCXX.

Illuftriffimo ac Reverendiffimo Antiftiti D. Henrico Gondio, Epifcopo Parifienfi,

COrbeienfe monafterium, PRÆSUL ILLUSTRISSIME, cum multis olim & maximis femper ornamentis floruerit; tum Pafchafii certe Radberti temporibus clariffimum ac florentiffimum fuiffe fatendum eft. Abundabat tum enim viris nobiliffimis, qui fæculi pompam afpernati, purpuram palliolo, Palatinamque militiam monaftica mutarant. quorum ex numero, ut cæteros omittam, Adalardum, & Walam fratres, Caroli magni confanguineos, alterum alteri fuccedentem, Abbates vidit. Abundabat & aliis doctiffimis, fanctiffimifque, quos enumerare longum fit, aut etiam fupervacaneum; cum illorum doctrinam fcripti ab eis libri prodant, vitæ fanctitatem adfcripta cælo, fanctorumque faftis nomina teftentur. Sed Corbeiam Radberti ætate cum plurima illuftrarint; haud fcio tamen, an Radberto ipfo quicquam fuerit illuftrius; viro fcientia, & integritate, atque omnibus reli-

giosissimæ sanctissimæque vitæ insignibus præstantissimo, cujus & sapientia ceteri doctiores, & exemplo sanctiores, & studio ac vigilantia, cum omnibus præesset, excitatiores fuerunt, ut incorruptæ disciplinæ laudem illam excolerent, quæ tum apud Corbeienses, vel synodi Parisiensis testimonio, sic enituit, ut majores auctoresque suos non æquare modo, sed antire atque antecellere viderentur. Quo certiore sum fiducia fore, PRÆSUL AMPLISSIME, ut consilium hoc meum nemo reprehendat, quod te hujus editionis vindicem, assertoremque delegerim. Intelligent enim similem me suscepto patronum quæsisse; atque eas in te virtutes spectasse, quas in Radberto fuisse memineram, eximiam nimirum pietatem, prudentiam in rebus omnibus singularem, morum suavitatem, humanitatemque incomparabilem. Cetera persequerer, nisi me illa, qua Radbertum quoque imitaris, aut superas, animi tui modestia revocaret: quæ tanta est, ut cum honores magnos virtutum tuarum merito adeptus sis, majores propediem expectandus; de te contra ipse sic sentias, ut publicum de te judicium accusare & damnare videaris. Quare prædicandis laudibus tuis immodicus non ero, nec violabo pudorem, quem laudo. Ne multis quidem, ut patrocinium quod posco non defugias, abs te contendam: quia vereri non debeo, ne te unquam Radbertum nostrum commendare pigeat, qui tum etiam cum viveret, bonis omnibus amplectendus dicebatur.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ A. T. deditissimus,
Jacobus Sirmondus Societatis Jesu, P.

VITA S. RADBERTI
Abbatis Corbeiensis.

PAschasio Radberto prima Christianæ institutionis tyrocinia fuerunt apud sacras virgines Suessionenses; quarum cura & studio puerulus educatus est, cum earum cœnobio præesset Theodrada regiæ stirpis antistita, consanguinea Caroli magni. Monasticam inde vitam aggressus in monasterio Corbeiensi, sanctioris disciplinæ magistrum & ducem habuit S. Adalardum Abbatem, Theodradæ ejusdem fratrem, & Walæ Comitis, qui & ipse post monachus & Abbas Adalardo successit. Ibi ergo florentem & idoneam studiis suis palæstram nactus, cum ingenio atque indole esset eximia, mirificos in literis, & in omni virtutum genere progressus fecit. Quorum alterum testantur publicæ dissertationes, quibus in fratrum consessu scripturas sacras exponebat; & libri complures variæ eruditione referti, quos scripsit: alterum declarant suffragia, quibus Abbas eandem a suis post Walam tertius summa cum approbatione renuntiatus est. In hac autem præfectura quam feliciter gubernarit, quam æquabilem se in omnes præbuerit, quam carus vicissim omnibus fuerit, non facile est explicare. Nam cum in eo plurimæ & maximæ virtutes elucerent, tum præcipua quædam morum lenitas & mansuetudo cum singulari prudentia & pietate conjuncta, amabilem illum summis æque ac infimis reddebant, ut non abs re bonis omnibus amplectendus Abbas ab æquali quodam suo dictus videatur. Oris ad hæc dignitas inerat, & venustas, vividi oculi, roseus in vultu color, qui virgineum pudorem & modestiam doceret, canities etiam in cæsarie venerabilis. Nec domi solum, aut apud suos erat in pretio: sed foris apud omnium ordinum homines par gratia & existimatio, tum maxime apud reges & principes; a quibus propter insignem doctrinam & sanctitatem expetebatur, studioque non vulgari & honore colebatur. Sed inter tot Radberti laudes & ornamenta nihil illustrius fuit summa ejus animi modestia & humilitate, qua de se ipse, cum maximi ab omnibus fieret, modice omnino sentiebat. Itaque monachorum se omnium peripsema, levitarumque ultimum appellare solebat: & Diaconi gradu contentus ad presbyterii honorem nunquam adspiravit. Quam sui despicientiam ut post mortem quoque singulari exemplo testaretur, convocatis sub vitæ finem discipulis edixisse fertur, nequis de ipsius vita quicquam literis consignaret. Monasterium Corbeiense multis rebus auxit, & ornavit, decretumque a Synodo Parisiensi amplissimum impetravit, quo illius jura omnia & privilegia jam olim, & tum proxime a diversis principibus concessa, Episcopi comprobarunt, assensuque suo confirmarunt. Synodis quoque aliis, quæ per ea tempora crebrius agebantur, interfuit, eique nominatim, in qua Gothescalci apud Carisiacum causa iterum discussa atque damnata est. Ingenii vero & doctrinæ monimenta libris scriptis, ut dictum est, plurima reliquit: in quibus notissimus est Liber de corpore & sanguine Domini, quem Ludovico Pio regnante, cum temere a nonnullis de sanctissimo sacramento jactata quæstio esset, composuit, in eoque genuinum Ecclesiæ catholicæ sensum ita primus explicuit, ut viam ceteris aperuerit, qui de eodem argumento multi postea scripsere. Matthæi Evangelium duodecim libris exposuit: quorum quatuor primos adhuc monachus inchoarat: reliquos jam Abbas adjecit. ac priores quidem illos Guntlando S. Richarii apud centulam monacho, reliquos universis ejusdem Cœnobii sodalibus nuncupavit. In Psalmum etiam XLIV. insignem tractatum tribus libris contexuit, ad sanctimoniales B. Mariæ Suessionenses, gratiam illis rependens primævæ, quam ab illis hauserat, educationis suæ. Vitam præterea institutoris sui Adalardi, & Walæ item fratris ejus, agonemque SS. Martyrum Rufini & Valerii, cum apud Basilicas corruptum & depravatum offendisset, clericorum ejus loci rogatu compitiore stylo edidit ac perpolivit. Alia item præter epistolas diversas non pauca scripsit. tum denique in Threnos Hieremiæ multiplicis expositionis libros quinque: quod postremum Radberti opus fuisse creditur, usene seni Odilmanno, ut ex epistola constat, oblatum. Senex ergo, cœloque jam maturus, felici exitu vitam clausit die S. Richarii, quem præcipuo semper amore coluerat, memoriæ sacro, VI. Kalendas Maias, anni a Christo nato DCCCLI. conditus primum in Ecclesia S. Joannis Evangelistæ in aditu sacrarii, perdiu ibidem jacuit annis fere ducentis. Postea cum ad ejus tumulum crebra mirandorum operum, curationumque prodigia fierent, translatus inde, Sedis Apostolicæ auctoritate, in majorem S. Petri Basilicam a Widone Episcopo Ambianensi, atque inter Adalardi, Præcordii, aliorumque Sanctorum reliquias, ut congrua deinceps in veneratione omnibus esset, collocatus est IV. Idus

Juliat. Extat de S. Radberti laudibus carmen Engelmodi Episcopi Suessionensis; quod cum superiora pleraque vel doceat, vel illustret, non incommode hoc * loco in lucem proferetur.

* Videsis in Sirmondiana editione S. Radberti.

CONCILIORUM GALLIÆ DEDICATIO. Anno MDCXXIX.

Ludovico XIII. Regi Christianissimo.

SIstunt se Majestati tuæ veteres synodi Galliæ tuæ, REX OPTIME, tam multis antecessorum tuorum benevolentiæ notis insignes, ut de sua quoque gratia non diffidant. Quippe quas & regum jussu ac voluntate convocatas constat, & regum sæpe consessu, præsentiaque honestatas: quarum denique constituta reges ad sanciendam auctoritatem edictis suis firmare ac legibus solerent. Adeo namque synodos amabant, ut cogi juberent: tanti faciebant, ut interesse non abnuerent: earum placita sic probabant, ut pro suis haberi vellent. Quare habent sane ab his præjudiciis de Majestatis tuæ judicio quod præsumant. Ceterum ad illarum auctores Antistites quondam nostros quod attinet, ii opinor in terras si redirent, nulla de re potius Ecclesiis suis gratularentur, quam id ipsum magno a se studio agi præstarique, quod suis ipsi Conciliis moliebantur: nimirum ut in regno tuo cum sincera Christi fide Christiana disciplina reflorescat. Ut mihi propterea nunc etiam, flagrante publicis gaudiis tota Gallia, in cælo lætari, Deoque de recenti victoria tua gratias agere videantur: quas tibi profecto, si coram adessent, maximas non modo de vicina Rupellæ ora Hilarii & Martini, sed omnes undiquaque Irenæi, Saturnini, Dionysii, Remigii, & quotquot usque Gallicanas cathedras sanctitate doctrinaque ornarunt, læto exultantique animo testarentur. Patere igitur, post domitam proxime debellatamque armis tuis arcem perfidiæ, inter virentes laureas, ceterosque triumphi tui apparatus, hos etiam Tomos, tanquam illorum gratulationis interpretes & internuncios, apparere. In quibus qui oculos defixerint, alii præcepta quæ sequantur, tu virtutum tuarum argumenta recognosces. Quæ enim pars in his libris laudibus tuis vacat? aut quid recti, sanctique habent Synodi, quod in moribus factisque tuis non eluceat? Damnant hæreses, sed quas aversaris. Cultum Dei honoremque commendant: tu omnibus rebus anteponis. Justitiam prædicant: tu titulis tuis consecrasti. Pacem & concordiam apud subditos conservandam docent: tu publicas discordias victoriis tuis contudisti; privatarum semina ne serperent, edictis repressisti. Ac regii demum officii partes reliquas omnes a Synodis, regum petitu, designatas aliquando descriptasque audies; & audire juvabit, cum a te jam dudum vita & administratione tua expressas memineris. Sed illud te præcipue in his delectet afficiatque necesse est, cum animadvertes, in tuorum teique publicæ ministrorum delectu, quæ regiæ prudentiæ pars est non ultima, optimorum sapientissimorumque regum exempla a te fieri, quod arcanis tuis vel Ecclesiastici ordinis, vel Ecclesiæ Deique amantes consiliarios admoveas. Haud ignarus videlicet, nusquam certius quam ab iis qui Deum ipsi consiliorum ducem habeant, publicæ salutis consilia peti; nunquam fidelius, quam ab iisdem, cum ad secreta palatina venerint, subministrari. Quæ cum ita sint, quid nobis tandem a bono principe tam bonis consultoribus sperare non liceat? aut quid jam Galliæ tuæ ad felicitatem, quam illi optat, & quam ipsa te rege sibi spondet, amplius queat desiderari? Fuit olim, REGUM CHRISTIANISSIME, quod nosti, atque in hisce libris legere est, cum sub Clodoveo rege, posterisque, quia soli regum omnium in Ecclesia catholici Francorum reges erant, ceteris omnibus aut paganis adhuc, aut hæreticis, Gregorii magni præclara & majoribus nostris gloriosa audita vox est, *Quanto ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna regni francici culmen excellere.* Fecerit ergo aliorum postea regum ad Ecclesiam appulsus, ut nostri nunc in ea soli non sint: at nulla vis eripiet, quin primi æterno tempore censeantur. Quin tu etiam, dum religiosis virtutibus tuis facis, ut inter Christianos reges Christianissimus non tam dici, quam esse merito videare; simul hoc Galliæ tuæ præstas, præstabisque, ut te sibi tua ista pietate ac justitia feliciter imperante, primum jure ac principem inter Christiani orbis regna locum semper teneat.

Devotus sacræ M. T. Jacobus
Sirmondus Societatis Jesu.

PRÆFATIO IN CONCILIA GALLICANA.

SYnodos veteres Gallicanas, partim jam ante cum aliis Ecclesiæ Conciliis editas, partim nunc primum in lucem prolatas, tres in Tomos digessimus. Quorum primo eas complexi sumus, quas sub Romanis principibus a Constantino magno, & post Romanos, sub Burgundionibus, Gothis, Francisque e prima regum stirpe, habitas constabat: reliquis duobus ceteras, quæ sub secunda regum nostrorum familia celebratæ sunt. Hos enim fines & cancellos in utramque partem collectioni nostræ circumdedi, ut neque extra propositam metam excurrat, neque altius quam a Constantini temporibus ordiatur. Non eram nescius antiquiores alias Galliæ Synodos memorari, atque in his Lugdunenses duas S. Irenæi Episcopi; quarum in altera, quam Episcoporum XII. fuisse tradunt, Valentini, Marcionis, & aliorum hæreses damnarit; in altera cum Episcopis XIII. Pascha die Dominico celebrandum adversus Quartadecimanos decreverit. Sed aptissimum visum est, his omissis, quarum obscurior atas memoria, synodos nostras ab eo capite inchoasi, unde originem ducunt etiam œcumenicæ; primamque omnium statui Arelatensem, qua, sive spectentur Episcopi qui ad eam convenere, sive res in ea gestæ, nulla usquam post œcumenicas habita sit illustrior. In ea quippe & Donatistarum pertinax contentio, quæ Africam vexabat, iterum discussa est, ac pro parte composita, & de baptismo hæreticorum Ecclesiæ lex tradita, ejusque iterandi prava consuetudo, quæ in eadem Africa inoleverat, penitus repressa in posterum atque interdicta. Episcopi vero tam multi, tam diversis ex Italiæ, Africæ, Hispaniæ, Britanniæ, Galliæque provinciis confluxere, ut propterea Concilium hoc non dubitarit S. Augustinus, contra Donatistas disputans, plenarium & universale, & univer-

Lib. 2. De bapt. cap. 9. & epist. 162.

sæ Ecclesiæ Concilium appellate. Ab hoc igitur illustri principio seriem exorsi, Galliæ dehinc Synodos singulas prosecuti sumus, tum majores, sic enim appellare liceat, quarum extant Synodicæ, vel canones, vel actorum pars aliqua: tum minores, quarum acta cum exciderint, apud alios tamen aliqua restat notitia. Nec Synodis contenti, epistolas quoque Pontificum Romanorum, aut rescripta in Galliam missa, regum de rebus sacris constitutiones & edicta, Episcoporum inter se de variis capitibus consultationes, atque alia id genus monimenta indidimus, quæ ad rem Ecclesiasticam quoquomodo visa sunt pertinere.

In quibus sane vel conquirendis eruendisque, vel librorum veterum collatione castigandis, eo nobis laboriosior opera fuit, quod in hoc negotio plurimis ac diversissimis exemplaribus necessario utendum fuit: cum in tanta Synodalium voluminum copia, quibus abundat Gallia, vix ullum reperire sit, in quo eædem quæ in ceteris, nullum in quo Synodi Gallicanæ veteres universæ contineantur. ut facilis inde sit conjectura, nullam olim certam & receptam Synodorum nostrarum collectionem, nullum Gallicanorum canonum corpus fuisse: adeoque lentiores in suis quodammodo, quam in externis, recensendis conservandisque visos esse Antistites nostros. Nam Græcos quidem canones, & Africanos omnes, quos Dionysius exiguus in sua postea collectione posuit, atque Epistolas Pontificum, quarum decreta Dionysius excerpsit, & in ordinem redegit, habuisse in codicibus suis Gallos, iisque etiam ante Dionysii ætatem in Conciliis suis uti solitos, docent in primis synodi aliquot Dionysio ipso vel ejus collectione antiquiores, ut Valentina, Regensis, Arelatensis II. Agathensis, & Epaonensis, in quibus citatos videmus Græcos canones, Nicænos, Laodicenses, & Ancyranos, non ex Dionysiana translatione, quæ nondum erat, sed ex altera vetustiore apud Gallos tum recepta: illa ipsa nimirum, quæ apud Isidorum mercatorem legitur, & quam Laur. Surius in editione Conciliorum cum Dionysiana interpretatione conjunxit. Vidimus & ipsi antiquæ hujus versionis exemplaria non pauca: tum in his optimæ præ ceteris notæ quatuor, in codice Aniciensi, Corbeiensi, Remensi, ac Fossatensi.

Quin & Dionysianam quoque canonum translationem ignotam Gallis non fuisse, priusquam ejus exemplar a sede Apostolica sub Carolo magno acciperent, atque hac interdum usos esse, deprehendimus ex antiquissima collatione canonum e bibliotheca S. Benigni Divionensis, atque ex aliis ejusmodi, Caroli ævo longe anterioribus; in quibus canones Græci promiscue nunc ex Dionysiana, nunc ex vetere illa proferuntur. Attamen certum est illos priscam illam libentius semper usurpasse, ejusque usum ad eadem usque Caroli magni tempora frequentasse: idque declarat inter cetera Capitulare Aquisgranense Caroli ejusdem, quod totum Græcis antiquæ versionis auctoritatibus refertum est, præterquam in canonibus Apostolicis, qui necessario ex Dionysiana recitantur, quia alia tunc illorum versio nulla erat. Post hæc vero sensim ab ea deflexere, codicemque canonum Dionysianæ collectionis, per Hadrianum Papam Carolo regi commodatum, amplexi, & pro vetere illa librorum Synodalium forma, quam diximus, ad novam conversi, Dionysii exemplaribus bibliothecas suas instruxerunt; ac Dionysii proinde versione, decretalibusque ad Dionysii formam digestis perpetuo deinceps usi sunt: quod in utroque Concilio Aquisgranensi sub Ludovico Pio, & in Parisiensi sub eodem, atque in Meldensi, Tullensi apud Saponarias, Trosleiano, ceterisque omnibus observare est. Sic denique factum, ut in Ecclesia Latina canonum Ecclesiasticorum non modo sensus idem, sed eadem etiam pene ubique vox fuerit. Nam Dionysianum codicem Ecclesia Romana jam pridem in ipso ejus ortu susceperat, nec multo post Africana. Quorum alterum in libro de divinis lectionibus testatur Cassiodorus, & fidem faciunt, ut alios supersedeam, canones ab Joanne II. Papa missi pro causa Contumeliosi Episcopi: alterum indicat Concordia Cresconii, quæ tota ex Dionysianæ collectionis canonibus & decretalibus expressa est. Pene ubique dixi, quia de Hispanis dubitari potest, utrum ad eos Dionysii collectio pervenerit. Illa certe usi non sunt: quia Isidorus diversam exhibet, ut dictum est, & Concilia Hispaniæ, si quando Græcos & Africanos canones citant, ut Toletanum XII. ad Isidori methodum citant non ad Dionysii.

Nunc ergo ex his, opinor, satis constat, habuisse nostros jam olim unum in corpus redactos canones Græcorum, Afrorumque, & cum his epistolas decretales Pontificum; principio quidem juxta veterem illam codicum formam, de qua monui, deinde juxta Dionysianam. Ceterum quod dicere cœperam, Synodorum illos suarum, canonumve nullum certum corpus, nullam statam collectionem habuisse, docet varietas ipsa exemplarium. Quot enim extant codices antiqui, totidem fere diversæ sunt collectiones. Aliæ in aliis plerumque Synodi, vel plures numero, vel pauciores, tam eædem, aut paucæ in omnibus occurrunt. In Lugdunensi, verbi gratia, Ecclesiæ Metropolitanæ codice, post Dionysianam collectionem, quam primo habet loco, Synodi Gallicanæ subjiciuntur XVIII. Arelatensis I. Valentina, Regensis, Arausicana I. Vasensis I. Arelatensis II. Agathensis, Aurelianensis I. Epaonensis, Arelatensis sub Cæsario, Carpentoratensis, Arausicana II. Arvernensis, Aurelianensis III. Aurelianensis V. Arelatensis sub Ravennio, Vasensis II. Arelatensis sub Sapaudo, & alia manu post adjecta *Matisconensis* I. In Fossatensi vero pauciores continentur, & sine ordine confusæ, numero XIII. Agathensis, Andegavensis, Aurelianensis I. Arelatensis II. Arausicana I. Valentina, Regensis, Vasensis I. Arelatensis I. Arvernica, Aurelianensis V. Epaonensis, & Arausicana II. Huic in ceteris consentiens duas addit codex Engolismensis, Autissiodorensem & Cabilonensem. In Corbeiensi decem tantummodo numerantur, Arelatensis I. II. Aurelianensis I. III. V. Venetica, Agathensis, Epaonensis, Vasensis II. Arvernica. tum extra ordinem & alia manu, Parisiensis IV. de Promoto Dunensi. eodemque modo in ceteris par varietas. Omnium, qui in manus nostras venerunt, in nullo plures intra eadem spatia temporum, nec accuratius digestas meminimus, quam in Remensi codice S. Remigii. Colliguntur enim ante annum Christi DL. Synodi XX. Arelatensis

latensis I. Valentina, Taurinas, Regensis, Arausicana I. Vasensis I. Arelatensis II. Agathensis, Aurelianensis I. Epaonensis, Lugdunensis I. Arelatensis III. Vasensis II. Carpentoratensis, Arausicana II. Aurelianensis III. Aurelianensis IV. Aurelianensis V. Turonica & Venetica. Et tamen hic desiderari vides Andegavensem, Arelatensem nostram in causa Insulæ Lirinensis, Aurelianensem II. atque alias fortasse. Pro quibus addita est ad calcem, quam edidimus, Parisiensis V. sub Clotario II. Quamquam, nisi dissimulare volumus, de hac veterum codicum nostrorum perturbatione, vel inopia, nihil est quod privatim ac præcipue conqueramur. Fuit ea communis noxa omnium gentium: neque feliciores hac in re nostris, aut diligentiores Itali fuere, vel Hispani quod promptum nobis ac facile esset docere, nisi alienum hoc loco videretur.

De Hispanis quod ad rem facit non omittendum, studiosos & amantes semper visos esse canonum nostratium, quorum sæpe verbis ac sententiis etiam ubi eos non nominant, canones suos instituunt: sæpe etiam non dissimulanter & nominatim eorum sibi exemplum & auctoritatem sequendam proponunt. ut cum in concilio Tarraconensi cap. xi. de monachis agentes, canonum Gallicanorum de eis constitutionem servari jubent. & in Ilerdensis cap. III. de iisdem id observari statuunt, quod Synodus Agathensis vel Aurelianensis decreverant. In Concilio rursum Valentino cap. II. Episcopo decedente Regensis Synodi constituta observari placuit: & in Toletano XII. Potamium Episcopum, crimen de se confessum, damnari ex Concilii Valentini Galliæ titulo IV. cujus verba subjiciunt. Usi sunt vicissim aliquando nostri, etsi serius ac parcius, canonibus Hispanicis. Ea quippe olim fuit Ecclesiarum inter se concordia & reverentia, canonumque apud omnes tanta auctoritas & religio, ut quod in Synodo aliqua constitutum uspiam esset, idem aliæ sibi pro re nata, imitandum, statuendumque ducerent, nec facile quicquam aspernandum censerent: quod non eo tamen dictum velim, quasi canonum omnium æterna lex fuerit, aut par eademque omnium vis, nullumque discrimen. Multos enim constat, prout res ac tempora flagitabant, a posterioribus antiquatos: nonnullos ævi sui gentisque labem & ingenium redolentes, ægre receptos brevi etiam apud suos sponte sua concidisse. Neque id, opinor, jure quisquam a nobis exigat, aut sibi hanc legem ullus eorum qui antiqua dant in lucem imponi velit, ut omnium auctoritatem præstandam in se recipiat. Tui nempe judicii fuerit prudentiæque, LECTOR, in his quæ ad publicam utilitatem proferuntur, si quid forte uspiam melioribus adspersum se offerat, quod non perinde probandum videatur, rectis frui, & iis quæ offendant rejectis, meliore te sæculo natum gratulari.

Restat ut paucis de reliqua ratione instituti nostri, navatæque in his libris operæ certior fias. Primum ergo in iis quæ antehac jam edita fuerant, dedimus operam, ut collatis exemplaribus antiquis quam emendatissima redderentur, diversis lectionibus vel neglectis, si inutiles forent, vel in notas rejectis, si ambiguæ viderentur. Synodis titulos & argumenta concinnavimus, adjectis, ubi res poscebat, nominibus principum, qui in ea tum parte Galliæ rerum potiebantur. Quam ob rem & notitiam provinciarum civitatumque Galliæ operis initio proposuimus, & indices principum Romanorum, Burgundionum, Gothorumque, qui ante Francos dominati sunt, & utriusque regum Francorum familiæ, quarum extra Concilia nostra definivimus. Ubi præfari nos aliquid, aut lectorem admonere opus fuit, quod in minoribus semper Conciliis necesse fuit, alio fere characteris genere usi sumus, ac præfixa ubique notula, quæ nostra hæc esse indicaret. Cetera notæ suggerent, & quibus ex locis prodierint codices quibus adjuti sumus. Adjecissem etiam, quorum opera & beneficio ad nos pervenerint, nisi hoc longum foret, verendumque, dum singulos persequor, ne quis prætoritum se inconsulto, vel aliis posthabitum doleret. Tu omnibus mecum gratiam habe, ac præcipue optimæ & clarissimæ memoriæ Nicolai Fabri, cujus præcipue hortatu ad hoc opus animum adjecimus, quique unus omnium plurimos codices subministravit, qui nunc in Thuana bibliotheca servantur, & cupidis omnibus liberaliter patent.

TOMI II. CONCILIORUM GALLIÆ NUNCUPATIO.

ANNO MDCXXIX.

Armando Joanni Illustrissimo S.R.E. Cardinali de Richelieu.

ADitum sibi ad regis aures captantibus Synodis nostris, inconsulto facerem, Illustrissime Cardinalis, si cujusquam illis potius exquirendum suffragium censerem, quam tuum. Nam verendum profecto non erat, ne tu aut clarissimorum Antistitum, collegarum quondam tuorum, aspernari vota velis, aut infra te operam ducere, quam apud regem regis causa implorant. Quod si eas audire non abnuis, quid illis contingere potuit optatius, quam ut regi per eum preces suas offerant, cujus ore præcipua & sanctiora regis oracula funduntur? Rex vero qua de manu oblatum munus libentius excipiat, quam de qua Rupellæ claves nuper accepit? aut cujus in his libris nomen cum suo spectari lætius ferat, quam illius, quem cum subactam armis suis urbem victor intraret, loco atque incessu proximum habuit, quemque tam illustris & tam gloriosæ victoriæ auctorem sibi, præcipuumque adjutorem non dissimulanter professus est? Quæ una laus tua, CARDINALIS, sine dubio tanta est, ut ceterarum nobis, quamvis amplissimarum, quodammodo silentium indicat. Magna enim & præclara fuerant, quæ dudum apud vicinos Lucionenses Episcopus egisti, cum plebem tibi commissam singulari cum cura atque diligentia excoleres; nec privatis modo publicisque sermonibus, sed doctis etiam & facundis lucubrationibus erudires. Sed illa tamen omnia, quantacumque erant, unius Ecclesiæ utilitatibus serviebant: in his magni quidem & absoluti Antistitis personam, sed unicam sustinebas. Quæ apud Rupellam gessisti ejusmodi sunt, ut Galliæ universæ, Christique Ecclesiis omnibus profutura sint: sic autem gesta sunt, ut unum te multorum maximorumque munerum partes agere, atque omnibus numeris explere posse ostenderent. Vidit te dies eadem & sacri consistorii præsidem, quod jam

pridem fueras; & summo cum imperio rei maritimæ præfectum, quod antea quoque jam eras; & castris regiis, copiisque omnibus, quamvis lectissimus & fortissimos duces haberent, novo sed felici exemplo, supra duces omnes summa cum auctoritate ac potestate impositum. Quo in loco qualem te Regi, & quanta cum opportunitate præbueris, exitus comprobavit: quando rem prope incredibilem, sed ad fructum victoriæ necessariam aggressus, oceanum objecto stupendi operis aggere frænari, urbemque situ atque arte inexpugnabilem, consilio, providentia, opera tua compelli ad deditionem posse docuisti. Vix credent posteri tot curis, rebusque sufficere pectus unum potuisse. At nos contra tam expedite, tam prompte ac facile administrantem omnia vidimus, ut liquido appareat, altissimam & capacissimam mentem nec rerum multitudine, nec varietate aut difficultate fatigari. Quare tametsi post receptam Rupellam habere jam Gallia videatur, in quo ipsius de te vota conquiescant, spes tamen suas longius porrigit; nihilque adeo vel salutare sibi, vel gloriosum fingi animo posse intelligit, in quo regi obsequi & obsecundare non possis. Faciet omnino, CARDINALIS ILLUSTRISSIME, faciet tuum istud de republica bene merendi constans studium & voluntas, ut qui inter ceteros hactenus excellis, tecum ipse certes, teque vincas in posterum ut neque habeant externi populi, quod cum felicitate nostra componant, & habeat ætas nostra quod superioribus sæculis anteponat. Nempe ut non modo eximiis tuis virtutibus meritisque cedant Fulradi, Angilramni, Eohardi, & quotquot summorum olim principum quos hic Tomus exhibet, Pippini, Caroli Ludovici, consiliorum assidui comites fuerunt: quos iste nimirum purpuræ tuæ splendor obruit & obscurat: sed inter clarissima etiam ordinis tui lumina, desinant ceteri, cum in te oculos conjecerint, Albornotios, Ximeniosque Cardinales jactare, nostri Ambasius suos, Bellaios, Turnonios, aliosve non desiderent.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ A. T. deditissimus,
Jacobus Sirmondus Societatis Jesu.

NUNCUPATIO THEODORETI OPERUM LUDOVICO XIII. REGI CHRISTIANISS. ANNO MDCXLII.

THEODORETI opera, REX OPTIME, primi fere Galli tui e Græcis Latina fecerunt. Eadem nunc omnia, ut Græce Latineque in lucem prodeant, Galliæ quoque tuæ studio, & industria perfectum est. Displicere Majestati tuæ non potest, per tuos agi quod omnibus profuturum sit. Nos vero delectet in primis hoc nomen necesse est, quod cælestium donorum, quibus abundas, suavissimam nobis ac jucundissimam recordationem injiciat. Quid enim aliud præclaras istas & maximas virtutes, quas miramur, singularem erga Deum pietatem, justitiæ rectique tenax studium, vitæ morumque innocentiam, moderationem animi, clementiam, mansuetudinem, humanitatem, quid aliud hæc, inquam, regiæ sanctæque mentis ornamenta liceat, quam eximia & maxima Dei dona interpretari! Felicem rursus Imperii tui cursum, quæque abs te gesta vidimus & videmus contemplantes, civiles motus brevi lætoque exitu compositos, receptas perdomita rebellione civitates ac provincias, defensos bellis externis socios & fœderatos, partas de hoste terra marique victorias, munitissimas urbes expugnatas, regni fines dilatatos, oppressos denique & afflictos aliarum gentium principes & populos vel in Majestatis tuæ tutela præsidium quærentes, vel eidem se fortunasque suas voluntaria deditione committentes; cum sine summo consilio, prudentia, auctoritate, fortitudine geri vel evenire hæc non posse perspicuum sit, qui possumus cælestem erga te munificentiam non suspicere, quæ & imperatorias tibi virtutes largita sit, & virtutes easdem prosperis gloriosisque eventibus prosequatur? Summa videlicet ista, & jam culmen adepta videbantur. Sed invenit divina dignatio, quo gaudia nostra cumularet. Parum erat beatos nos te regnante vivere, nisi felicitatem nostram in futurum tuo beneficio propagaret. Ergo hæredem dedit & quo acceptior esset gratia, illo tempore dedit, quo tibi nobisque fuerat optandus. Ut quemadmodum tu patri ætate jam provecto mox statim natus es, ne publica vota plus æquo morareris: sic filii tui ortus in id tempus differretur, quod congruum foret, ut disciplinæ tuæ præceptis informatus & instructus, grandævo patri aliquando nec viris nec annis immaturus succederet. Taceo huic ad votorum cumulum, regnique spem alteram additum postea fratrem. Taceo & illum, de quo silere ipse inter divina beneficia non soles consiliorum tuorum moderatorem supremum & ducem, ut dignitate sic judicio sapientiaque eminentissimum. De quo quicquid dixero, infra ejus meritum erit, atque infra publicam vel hostium ipsorum opinionem & famam; non supra æstimationem tuam, REX ÆQUISSIME, qui quanti eum facias, & quantum ejus fidei vigilantiæque tribuas, nec apud alios dissimulas, & apud Deum frequenti gratulatione profiteris. Fretus itaque hac nominis sui fiducia Theodoretus noster, Majestatis tuæ auspiciis in lucem conspectumque tuum venit: non ut divinorum beneficiorum tibi excitet memoriam, quam intermori vel obsolescere nunquam sinis; neque ut referendæ gratiæ te admoneat, quam omnibus Christianæ vitæ officiis perpetuam refers: sed ut nominis hujus admonitu reminiscantur Galli tui, quantum divinæ providentiæ tua caussa debeant, gaudeantque (quod cum venia & pace tua dicere liceat) Dei munere donatum sibi esse regem, cujus in ore omnium dulcissima laus versetur, ut Josiæ, qui rectæ conscientiæ suffragio sustentetur, ut Ezechias, quem fidum sibi carumque Deus ipse, ut Davidem alterum, manifestissimis argumentis demonstret: quamcumque autem in partem se converterint, ac desideria sua quam longissime porrexerint, intelligant nec præstabilius quicquam Galliæ, nec gloriosius optari vel expeti posse, quam ut Majestatis tuæ imperio diutissime fruatur, & cum terras reliqueris, perseverantem in hærede filio tuo felicitatem suam videat: qui regia ista præditus indole, quam præfert, & disciplina tua excultus, quam expectat, parique cælestis auræ afflatu incitatus, paternarum laudum effigiem virtutibus suis victoriisque sæculo suo repræsentet.

Devotus sacræ M. T. Jacobus Sirmondus
Societatis Jesu.

PRÆFATIO

IN THEODORETUM.

Etsi non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoreti editione nostra quid præstitum sit, oculis tuis potius, Lector, & observationi relinquere: de paucis tamen quibusdam in quibus hærere te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio Tomi primi, cum harum exemplar in Bibliotheca regia Joannes Picus Interpres nullum ætate sua fuisse narret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoreti præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur exhibuit, sed & alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatoria subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in Quæstione xx. morabatur. Ubi cum de imagine Dei, quemadmodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opiniones protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbarat, postmodum asserere & confirmare videbatur. errore ut apparet hinc nato, quod cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoreti quæstiones istas constet, qui codicem, quo usus est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori & Theodori sententias illas quas rejecerat, prætermissis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoreti non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subsequebantur sic retinuimus, ut Origenis, Diodori, & Theodori præfixis vocabulis, non Theodoreti, sed aliorum esse ostenderemus. Quin & hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commatia, quæ aliis in locis occurrebant, & proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed & ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus. In secundo deinde Tomo, qui Prophetarum explanationes continet, ut Esaiæ Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus quæ Theodoreti nomen præferebant. quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Esaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quamquam hujus potiundi spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interiit: quippe qui ad jacturæ solatium excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria & Romæ & Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra xv. Esaiæ caput non procedebant. In Tertio lucem nunc primum vident Theodoreti Epistolæ CXLVII. paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicephorus abs se lectas commemorat numero quingentas. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo etiam usus est Cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum allectum nacti varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatiores selegimus, suoque loco edendas curavimus. In Quarto nihil est admodum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in ceteris Græce plurima nunc primum proferantur: in primo nimirum, Quæstiones in libros Regum & Paralipomena, itemque Psalmorum Interpretatio, & Cantici Canticorum: in secundo universa, hoc est Prophetarum omnium, tum majorum præter Esaiam; tum minorum duodecim Explanatio: in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, Religiosa eremitarum Historia, & Theodoreti quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, Lector; quoniam in Græcolatina editione id præcipue spectandum videbatur ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent; brevitati autem Theodoreti laciniosa quorumdam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes: sed in aliis deinceps editionibus prætermissas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoreti quoque ipsius vitam ex ejus potissimum epistolis concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consule, & vale.

VITA THEODORETI.

Theodoretus Episcopus Cyri, quod oppidum est Syriæ in Provincia Euphratensi, sterili matre natus divinitus, Deoque ante conceptum a parentibus consecratus, post primæ institutionis exordia, vitam deinceps in monasterio duxit usque ad Episcopatum. Episcopi honorem invitus suscepit, susceptum impigre pacateque gessit, tanta integritate atque innocentia, ut viginti quinque annorum spatio nec in jus vocatus sit a quoquam, nec ipse quemquam accusarit, nullus clericorum ejus tribunalia frequentarit, nullum ab ullo munus nec ipse nec domestici ejus acceperint. Cumque privatas opes & divitias magnopere contemneret, quippe qui spontaneam paupertatem amplexus, post parentum obitum omnia statim quæ hæreditario jure ad ipsum pervenerant erogarit, nec domum ullam postea vel agrum acquisierit, & præter panniculos quibus amiciebatur possidere nihil solitus sit; urbem tamen quam regebat ex reditibus ecclesiasticis ornare non destitit, pontibus extructis, balneis publicis instauratis, aquæ ductu ad civium commoditatem aquarumque copiam condito. Tributarium etiam onus ne regioni sibi commissæ augeretur, apud Augustam Pulcheriam, & aulæ proceres intercessit. Diœcesim porro quæ longe lateque ad quadraginta passuum millia porrigebatur, & Ecclesias continebat octingentas, variis hæresibus infectam nactus, in his profligandis enixe feliciterque desudavit. Vicos enim octo Marcionis tabe corruptos ab errore liberavit, vicum alium Eunomianis, alium Arrianis refertum in viam reduxit, perfecit denique studio suo & industria, ut nul-

lum pravæ doctrinæ germen in tota Cyresti-ca remaneret. Nec suæ modo, sed aliarum quoque gentium saluti consulens, Phœnicam Ecclesias multorum tentatas insidiis, ne hæresi succumberent, in fide orthodoxa retinuit, Antiochiæ Theodoti, Joannis, Domnique Antiochenorum Antistitum rogatu, crebras conciones habuit; quarum uberes fructus æmulantium hæreticorum dolor, & plaudentium contra catholicorum approbatio testata est. Benignam ejus animum ac beneficum illustri inter alia documento experta est Maria nobilis matrona Carthaginiensis, quam a Vandalis captam & venundatam, Cyrumque perductam, Ecclesiæ sumptibus aluit, & ad patrem liberam remisit: & Celestiacus eadem ex clade profugus & extorris, atque ex summis opibus ad inopiam redactus; quem & pro viribus ipse sublevavit, & commendatitiis ad vicinos Episcopos abeuntem prosecutus est. Monachos etiam eremites Cyro aliisque Syriæ urbibus adjacentes de more cum viseret, Marim, qui annis xxxvii. divina mysteria non viderat, magno illorum spectandorum desiderio teneri animadvertens, ut voti compotem redderet, sacra vasa afferi jussit, Diaconorumque manibus pro altari utens, sacrificium obtulit. Libros ad hæc plurimos composuit, tam in sacram scripturam, tum adversus diversas hæreses, deque aliis argumentis: quorum pleraque extant, multa interierunt. Ex quibus hanc ingenii ac judicii doctrinæque laudem retulit, ut nemo divinas literas fidelius interpretari, nemo historiam Ecclesiasticam aptius illo texere existimetur. Styli vero is lepos & elegantia, quæ & lectorem sine fastidio teneat, & perspicuitati brevitate non officiat. His intentum studiis, virtutibusque florentem, varii subinde, quod magnis viris familiare est, gravesque fluctus exercuerunt, primum in Synodo Ephesina. In qua suborto inter Joannem Antiochenum, & Cyrillum Alexandrinum, hoc est inter Orientales & Ægyptios dissidio, cum Theodoretus Joannis hortatu adversus duodecim Cyrilli anathematismorum capitula librum edidisset,

A multorum in se offensionem, quasi Nestorio faveret, vitare non potuit. etsi revera, quicquid inter illos fuit contentionis, seu quod Nestorii non errori sed nomini favebant Orientales, seu quod se non expectatos in Synodo querebantur, rixæ potius simultatisque, quam dogmatum, fuisse discidium exitus declaravit: quia utrique mox damnato Nestorio reconciliatis animis in gratiam redierunt. Sævior post hanc altera & difficilior tempestas fuit, quam in Theodoretum excitavit Cyrilli successor Dioscorus. Qui cum hæresis Eutychianæ patrocinium suscepisset, acrioremque ejus hostem sciret neminem quam Theodoretum, machinas omnes in eum convertit, per emissos primum in Orientem calumniatores, qui illum ut hæreticum Nestoriique

B fautorem infamarent. Hujus enim nominis invidia catholicos percellere solebant Eutychiani. Deinde cum ad Synodum alteram Ephesum vocarentur Episcopi, egit Dioscorus, quo absentem facilius opprimeret, cum Theodosio Imp. ne Theodoretus eo veniret, sed domi consistere juberetur. Itaque absens & inauditus in Synodo Episcopatu spoliatus & in exilium pulsus est. Damnatum hoc modo exauctoratumque ab hæreticis Leo Pontifex absolvit, sedique suæ restituit, eundemque mox Synodus Chalcedonensis retractato judicio in cœtum suum ut orthodoxum admisit, frustra exigentibus nonnullis ut Nestorium ejuraret, cum a Nestorii placitis aversum semper fuisse constaret. Nec

C multo post hæc vita functum conjectura est, quod illius deinceps ut superstitis mentio non occurrat. Sed & post mortem vexatam rursus ejus memoriam videre est in quinta Synodo, eandem videlicet ob causam Capitulorum. Unum enim hoc perpetuo crimen Theodoreti, Cyrilli anathematismos reprehendisse. Quos quanquam ipse contra, ut Apollinaris hæresi affines, merito reprehensos contendebat, & vero inesse in his aliquid quod explicationem posceret Synodus ipsa Cyrillo indicarat, vitare tamen, ut dixi, Theodoretus non potuit, quin hoc unum ejus opus, apud illos etiam qui cetera probarent, censoriam notam sustineret.

EPISTOLÆ.

DOMNO CONSTANTINO CAETANO Congregat. Casinensis Decano.

Anno MDCXII.

De Duobus Amalariis.

QUod in Notis ad Ennodium observaram, AMALARIUM, cujus libri extant de Officio Ecclesiastico, non illum videri, qui Episcopus fuit Trevirensis, licet ita vulgo nuncupetur, sed alterum ejusdem nominis Amalarium Diaconum, qui paullo post Episcopum floruerit; id tibi D. CONSTANTINE probari minime potuisse, & privatis ad me literis tuis indicasti, & in ipsa, quam nuper edidisti, Amalarii Episcopi vita testatus es. In qua quidem, quod benigne & amice, pro veteri consuetudine nostra me tractas, est sane quod gratias agam humanitati tuæ. Quod vero exposcis, ut sententiæ meæ rationes proferam, ut cum tuis scilicet comparentur, non potui tam justo desiderio hanc operam denegere. Novi enim candorem animi tui, nec diffido, quin ubi hæc nostra perlegeris, veritati manus statim daturus sis, agniturusque te in hoc opere plus egisse, quam putares, qui duorum Amalariorum, dum unius vitam scribis, actus & scripta complexus es. Nec vero ignoras quam frequens proclivisque hic error esse soleat, aut quam facile incautos abripiant tralatitii veterum librorum tituli ac [illegible], quas librariorum vel fraude vel incuria, seu alia qualibet ex causa conflatas, acrioris judicii hominum studio in dies deprehendi castigarique vides.

Nolo in iis quæ jam trita sunt & ab aliis animadversa immorari: sume in manus Auctarium quod ad Sanctorum Patrum Bibliothecam postrema editione adjectum est, & libros septem evolve qui contra Felicem Urgelitanum inibi leguntur. quam multis fucum faciat, quod Paulino Aquileiensi Episcopo hi libri tribuantur? aut quis non recta illum judicasse credat, qui hos libros quia in antiquo Nicolai Fabri V. C. ex quo desumpti sunt auctoris nomen nullum gerunt, propterea Paulino adscribendos censuit, quod in ipso eorum exordio Epistolæ ad Felicem eundem antea scriptæ mentionem fieri videbat, Paulini autem Aquileiensis ad Felicem epistolam in Synodo Forojuliensi extare meminerat? Et tamen non Paulini, sed Alcuini opus esse hos libros, ipse nobis Alcuinus auctor est, qui libro adversus Elipantum Toletanum secundo e quatuor, qui in nobilissima Remensis Ecclesiæ Bibliotheca conservantur, & Epistolæ exhortatoriæ suæ ad Felicem meminit, & Libelli, quo Felix Epistolæ illi respondere nisus est. Tum deinde adversus Libellum Felicis septem hos libros a se scriptos, eosque coram Carolo Rege & Episcopis lectos ac probatos fuisse commemorat.

In libris vero quinque adversus Eutychem, qui Vigilii Tridentini Episcopi & Martyris nomine circumferuntur, quantam crucem literatis plerisque fixit, quod Eutychis tempora cum Vigilii Martyris temporibus congruere non posse animadvertebant? adeo quidem ut de inscriptionis vitio nihil suspicantes, alii Vigilios duos Martyres & Episcopos somniarint; alii alia non minus absurda commenti sint. Frustra profecto. Nam horum librorum auctorem Vigilium, non Tridentinum, sed Africanum Episcopum fuisse, atque illos Constantinopoli in defensionem Leonis contra Eutychianistas Justiniano, ut reor, imperante scripsisse docuit nos Theodulfus Aurelianensis in Collectaneis de Processione Spiritus sancti ad Ludovicum Pium.

Par fuit in Ansegiso, qui Caroli & Ludovici Regum Capitula collegit, quorumdam hallucinatio. Cum enim Ansegisum hunc Lobiensem in Cameracensium diœcesi Abbatem fuisse ex Sigeberto constet, longeque diversum ab Ansegiso Senonum Archiepiscopo; quanquam is etiam Abbas ante Episcopatum fuerat, sed alterius in Belloyacis Monasterii cui a sancto Michaele nomen; non defuerunt tamen qui utrumque Ansegisum confunderent, & digestorum in libros Capitulorum laudem Archiepiscopo perperam tribuerent.

Possent hujus generis plurima commemorari. Sed hæc pauca quæ protuli, satis opinor tibi esse debent D. CONSTANTINE, ut quod his tribus antiquis Scriptoribus accidisse ostensum est, idem Amalario contigisse si contendam, nihil alienum aut incredibile dictum arbitreris, mirarique desinas quod libros qui de Ecclesiasticis Officiis scripti sunt, Amalarii Episcopi Trevirensis, ut vulgo inscribuntur, non esse monuerim.

Quonam autem argumento titulum hunc falsi redarguere certius possim, quam si demonstrem, quo tempore hi libri vel tua sententia conscripti sunt, eo tempore ac multis ante annis mortuo jam Amalario Episcopo Hettium ejus successorem in Trevirensi cathedra consedisse? Sensisti tu ipse quas vires habeat hæc argumentatio, qui cum ex Moguntiaca Historia Serarii nostri animadvertisses Hettium Episcopum Synodo Moguntinæ quæ anno Christi DCCCXXXIV. habita dicitur, interfuisse, recte auguratus es Amalarium Episcopum qui Hettium antecessit, ante illum annum, aut illam certe Synodum diem suum clausisse. Quare si Hettium ostendero totos decem aut etiam quindecim annos ante illam Synodum Trevirensem cathedram obtinuisse, fateare pariter necesse est, Amalarium cui mortuo Hettius successit, ante totum id spatium vivere desiisse, ac proinde nec sedem Trevericam retinere, nec quicquam omnino scribere potuisse.

Et quidem Hettium jam inde ab anno DCCCXIX. Treviris sedisse non inani, nec frivola divinatione conjecerat illustrissimæ memoriæ Baronius Cardinalis, qui nobilem illam Missorum Dominicorum, inter quos Hettius Trevirorum Archiepiscopus numeratur, sub Lodovico Rege Legationem quæ libro II. Capitulorum cap. 25. describitur, ad Synodum Aquisgranensem eo anno celebratam pertinere non obscuris veterum Historiarum testimoniis confirmare conatus est. Tu vero, cum Baronii de hujus Legationis anno sententiam reprehenderes, debebas scilicet, quo potius loco

ac tempore institutam censeres indicare. At satis habuisti ad refellendam tanti viri auctoritatem hoc unum opponere ut diceres non potuisse Aquisgrani anno DCCCXIX. Hettium Synodo interesse, cum Amalarius ejus in Episcopatu decessor anno DCCCXXXI. superstes adhuc fuerit, qui eo anno Romam se a Ludovico Imp. missum narret in Antiphonario. Nec vidisti te, quod in quæstione versabatur, id argumenti loco sumere. Quid enim tua investigatione dignius erat, quam ut quod in Notis Ennodianis attigeram, & quod nunc agimus, id quæreres, unusne, an duo fuerint Amalarii, Episcopus Trevirensis & Ritualium librorum concinnator? Quos sane diversos fuisse vel hoc uno Capitulorum indicio comprobari, quamcunque te in partem vertas, inficiari non potes. Demus enim Legationem istam Hettii Archiepiscopi in annum DCCCXIX. ut Cardinali placuit, non incidisse. At certe ante annum DCCCXXVII. quo anno Capitulorum collectionem edidit Ansegisus, necesse est contigisse. alioqui quomodo in eam collectionem, quod post illam gestum esset, referretur? Cum ergo jam ante annum DCCCXXVII. Treverensem cathedram rexerit Hettius, qua ratione dici queat Amalarium qui quarto post anno Romam a Ludovico Imperatore missus est, illum ipsum Archiepiscopum fuisse, cui Hettius in cathedra successit?

Nimiæ pervicaciæ hominem esse oportet, quem tam certæ ac tam perspicuæ rationis momenta non flectant. Sed ego tam absum ab eo sensu, ut absurdum tecum existimem Hettium anno DCCCXIX. Episcopali cathedræ præfuisse; ut anno etiam præcedenti Episcopum fuisse Hettio ipso auctore probaturus sim. Venerunt in manus meas paucis ab hinc annis Epistolæ aliquot Frotarii Episcopi Tullensis, e veteri codice Monasterii sancti Petri Carnotensis. In his una est Hettii ipsius jam Episcopi ad Frotarium, quam integram, quia controversiæ nodum solvet, hoc loco subjiciam. sic enim habet.

HETTI *misericordia Dei Archiepiscopus Diœceseos Trevirensis necnon & Legatus Hludovici serenissimi Imperatoris venerabili fratri Frotario Tullensi Episcopo æternam salutem. Notum sit tibi quia terribile imperium ad nos pervenit Domni Imperatoris, ut omnibus notum faciamus qui in nostra Legatione manere videntur quatenus universi se præparent, qualiter proficisci valeant ad bellum in Italiam. quoniam insidiante Satana Bernardus Rex disponit rebellare illi. Propterea tibi mandamus atque præcipimus de verbo Domni Imperatoris ut solerti sagacitate provideas cum summa festinatione omnibus Abbatibus, Abbatissis, Comitibus, Vassis Dominicis, vel cuncto populo parochiæ tuæ, quibus convenit militiam Regiæ potestati exhibere, quatenus omnes præparati sint, ut si vespere eis adnuntiatum fuerit mane, et si mane vesperi absque ulla tarditate proficiscantur in partes Italiæ, quia Domnus Imperator suum iter præparat ut quanto citius poterit, in partes illas una cum fidelibus suis pergat.* Hactenus verba sunt Hettii.

Age nunc, DOMNE CONSTANTINE, temporum illorum Annales consule, & docebunt hanc Bernardi Regis Italiæ adversus Ludovicum patruum conjurationem anno DCCCXVII. cœptam, anno sequenti Bernardi ipsius supplicio atque interitu compressam desiisse. Altero igitur horum annorum scriptam fuisse hanc epistolam fatendum est. Faciamus scriptam posteriore. Jam igitur anno, ut minimum DCCCXVIII. & Archiepiscopus erat Hettius & Legatus Ludovici Imperatoris. Quare si quid hac in re lapsus est Baronius, in eo potius lapsus videtur quod Hettii Legationem origine sua posteriorem statuat. Hac nimirum forte conjectura inductus quod Legatos seu Missos Dominicos, de quibus est dictum, in Synodo Aquisgranensi anni DCCCXIX. creatos putaverit, cum Ludovici vitæ Auctor, cujus verbis utitur, non creatos in ea Synodo, sed peracta jam Legatione auditos narret: ex quo liquet multo ante institutos ac designatos videri.

Maneat itaque anno minimum DCCCXVIII. Episcopum Hettium fuisse. Jam tum ergo, ut paullo superius argumentabar, ex vivis excesserat Amalarius Episcopus qui Hettium antecessit. Quare auctor esse idem non potuit, non modo libri de ordine Antiphonarii, quem post annum DCCCXXXI. certum est in lucem exiisse, sed ne aliorum quidem librorum, qui de officio Ecclesiastico nuncupantur, quos constat, licet aliquot annis prius quam Antiphonarius scripti sint, post Judith tamen Augustæ, cujus in illis est mentio, nuptias, hoc est post annum DCCCXIX. compositos fuisse.

Quæ cum ita sint, vides profecto, ac nisi me animus fallit, pro eo qui in te est amore veritatis minime dissimulas, non levi nos nec futili conjectura ductos, sed necessaria prorsus ratione permotos, Amalarium, qui rituales libros condidit alium ab eo qui Archiepiscopus fuit Trevirensis graduque & ætate disparem, hoc est Diaconum tantum ac paulo juniorem pronuntiasse. Sed de diversa ætate, inquis, ut concedam, cum ex iis quæ dicta sunt horum librorum auctor Amalarius Amalario Trevirorum Episcopo superstes aliquot annis fuisse videatur, de Diaconi gradu unde habes quod persuadeas? Hoc a te nimirum jure quodam nunc exposci sentio. Neque enim dubito, quin mirum tibi videri possit, Diaconum tantum appellari, quem Episcopum fuisse tibi persuaseris, cujusque Episcopatus insignia tibi visus es in baculis illis, quorum libro III. cap. XVIII. meminit, deprehendisse.

Ut igitur quod reliquum est pensi exsolvam, evellenda prius est animo tuo hæc falsa de baculis suspicio, ne baculos seu virgas Episcopales intelligi putes, de quibus si loqueretur Amalarius, cum in eorum se numerum collocet, qui baculos dum Evangelium a Diacono recitatur, e manibus ponant, Episcopum sane haud frustra conjiceres. Verum ille non Episcoporum, ut dixi, baculos significat, sed Præcentorum. Horum apud vos nullus est usus, ideo in mentem fortasse non venerunt: sed qui in Gallia versati sunt, & Cantores in Ecclesiis nostris cum baculis incedentes, Chorumque moderantes, ac vetere more etiam nunc, baculos dum audiunt Evangelium e manibus ponentes viderunt, facile quid hi ab Episcopalibus baculis differant, intelligunt, nec ambigunt quin de his sermo sit Amalario. Neque tu ambiges, opinor, si auctores alios inspicis qui eadem in re cum argumentum idem tractent, Cantorum baculos disertis verbis commemorant. Itaque nihil est hac in parte quod Amalarii Episcopi suspicioni suffragetur.

Mihi vero cur Diaconum dixerim, gravissi-

-mus, & cujus tute auctoritatem non defugies, auctor est Ademarus Monachus Ordinis tui in cœnobio Engolismensi, cujus Historica Collectanea, licet publicam lucem nondum viderint, peritorum tamen judicio, qui eorum sæpe testimoniis usi sunt, famam laudemque meruerunt. Hujus, inquam, ubi de Synodo Aquisgranensi agit, quam Ludovicus Imperator anno imperii sui tertio convocari jussit, hæc sunt verba. *Aquisgrani habita Concilio, id est Indictione decima anno Imperii sui tertio ab Incarnatione Domini* DCCCXVI. *jussit fieri Regulam Canonicis excerptam de diversis Patrum scripturis, decernitque eam observandam a Canonicis, ut sicut Monachi respiciunt ad librum Regulæ S. Benedicti, sic perlegant Canonici inter se librum Vitæ Clericorum. Quem librum Amalarius Diaconus ab Imperatore jussus collegit ex diversis Doctorum sententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum de palatio suo, ut & ex ipsis ea quæ viderentur congrua excerperet, & ita cum decretis Episcoporum, qui ibi fuerunt, Vita Clericorum roborata est. Scripsit eidem Imperatori supradictus Amalarius librum de Officiis Divinis & de varietatibus eorum, & de ordine Psalmorum juxta Clericorum usum antiquum.*

Non ibi inficias, DOMNE CONSTANTINE, librum de Divinis Officiis ab Ademaro dici libros quatuor quos de Ecclesiastico, ut inscribi solent, Officio composuit Amalarius. De ordine vero Psalmorum appellari eum, qui de ordine est Antiphonarii. Vides ergo utriusque operis auctorem Amalarium non Episcopum sed Diaconum vocari. & quod nemini adhuc observatum est, dignumque animadversione tua videtur, eundem ipsum Amalarium qui rituales libros scripsit, ejus etiam operis collectorem auctoremque fuisse, quod hodieque in Synodo illa Aquisgranensi legitur, & Regula Clericorum nuncupatur.

Hoc tibi esto responsionis nostræ corolarium & finis. Jam enim abunde videor petitioni ac desiderio tuo satisfecisse. Tuum nunc erit deliberare, utri fidem præstare malis, Trithemio, qui primus patrum fere nostrorum memoria hos libros Amalario Fortunato Trevirorum Archiepiscopo suapte conjectura ductus attribuit, an Ademaro, qui Amalarium horum librorum auctorem ab Archiepiscopo distinguit, & ea, quam protuli, rationum argumentorumque copia & auctoritate defenditur.

* * * *

AD PAULUM V. ROM. PONTIFICEM,

nomine Francisci Cardinalis de Joyeuse.

BEatissime Pater. Non abs re Sanctitatem Vestram pro singulari ejus in Christi gregem vigilantia, suspensam tenuit expectatio, quo tandem illa reciderent, quæ apud nos in publicis regni comitiis Januario mense gerebantur. Revera enim ejusmodi erant motus, conatusque nonnullorum; qui nisi mature fuissent compressi, graves omnino, bonisque omnibus deflendos brevi exitus portenderent. Sed adfuit divinæ clementiæ benignitas, quæ lucem e tenebris jussit splendescere, ac mira rerum conversione, unde certum Ecclesiæ in Gallia periculum impendebat, magnum inde apertæ utilitatis fructum elicuit. Nam cum paucis abhinc annis per occultas hæreticorum insidias, aliorumque Sedis Apostolicæ dignitati non obscure adversantium assiduas machinationes eo perductæ res essent, ut Catholicis animi jam prope conciderent: cum ea quæ res postulabat, eloqui ac palam sentire integrum non esset; nunc contra ex hac totius Ecclesiastici ordinis conspiranti consensione, liberaque & constanti reclamatione, non modo recte sentientibus vox & libertas est restituta: sed fracta improborum audacia, multi etiam, quos illi ad societatem erroris incautos illexerant, occasio data, ut ad nos quod faciunt sensim redeant, & agnita jam fraude resipiscant. Ita ut optandus nobis quodammodo postremus hic turbo fuerit, quem tanta mox est tranquillitas consecuta. Quam ipsam ut firmam deinceps ac stabilem fore confidamus, fecit egregia regiæ voluntatis propensionisque declaratio; qua communibus votis nostris obsecundans, iniqua illa postulata, quæ a plebeii ordinis hominibus parabantur, & sibi in præsens minime probari docuit, & ne quæ in posterum memoria extaret, ex autographis ipsa eradi atque expungi jussit. In quo quidem, si quid habet Sanctitas Vestra, ut habet certe non parum, unde sibi nobisque gratuletur, cum Reverendissimi D. Nuntii summa in omnibus sedulitas & industria enituerit, ac totius ordinis nostri mirificus quidam erga Sedem Apostolicam ardor animorum & studium extiterit, tum vero facere non possum, quin illustrissimo D. Cardinali Perronio meritum impertiam testimonium. Tanta enim contentione, constantia, & qua valet dicendi scribendique facultate causam egit, ut rei feliciter confectæ laus illi præcipua jure debeatur. De me autem, quoniam leve est quod proficisci a me potuit, hoc vere possum confirmare, non solum in hoc valetudinis incommodo grave non fuisse pro viribus adlaborare & adniti; ut nonnullo etiam morbi solatio & allevamento sentiam fuisse, ac futurum judicaturus sim, quicquid inciderit, in quo meam in tuenda ipsius, ut Sedis Apostolicæ auctoritatis fidem atque observantiam testari & approbare mihi liceat SANCTITATI VESTRÆ, cujus ad hoc ipsum mihi atque ad cetera omnia paternam benedictionem etiam atque etiam imploro. Lutetiæ Parisiorum Kalendis Martii M. DC. XV.

COMITI CANDALLÆ.

Nomine Cardinalis Bonzii.

ETsi non immerito dubitabam, darine a me has literas conveniret, qui meum in te animum nullis hactenus privatis officiis declarassem: pervicit tamen ut scriberem, partim publica communis jacturæ ratio, quæ Catholicos omnes perstringere videbatur, partim Sanctissimi D. N. nonnulla, quæ mihi mandati instar erat, voluntatis significatio, cum sibi gratum fore ostenderet, si quam acerbum animi sensum ex tristi rerum tuarum nuntio, cum Urbe universa, ceperit, meis etiam literis testatum cognosceres. Quæ enim illius mens alia esse potuit, cum tam inopinatum ejus casum audiret, cujus contra perpetuam in fide orthodoxa constantiam tam multis sibi argumentis pollicebatur; tum quod patre natum meminerat, non solum Catholico, verum etiam Ecclesiasticorum in primis patrono ac defensore: tum quod ita educatum, ut Christianæ pietatis do-

cumentis, institutisque nihil deesset: tum denique quod Romæ aliquandiu versatum, ubi falsa & commentitia esse quæ de Pontifice, Ecclesiaque Romana jactant Calvinistæ, reipsa deprehendere & observare licuisset? Quo sane fit, ut quanquam hic illum fefellerit expectatio, non diffidat tamen mutari abs te consilium posse, quod satis intelligit, non tam ulla te pravorum dogmatum approbatione, quam aliqua, quæcumque illa fuit, adversariorum fraude, humanæque mentis imbecillitate inductum suscepisse. Quocirca pro salutis atque existimationis tuæ cura quam gerit, hortatur etiam atque etiam, hortorque & ipse illius nomine quoad possum, & obtestor, ut malo huic finem quam celerrimum statuas. Nam cum Catholicæ institutionis exploratam habeas veritatem, hæreticorumque futilia & inania esse omnia non ignores, quibus illi nunc scilicet colorem ac speciem aliquam ex fidei tuæ subversione captant: reliquum est profecto, ut ejurato istius perfidiæ sacramento, quod iojecerunt, illorum te nexibus quamprimum eripias: neque committas ut integro de te triumpho glorientur, qui magno jam familiæ ac nominis tui dedecore, sparsa ubique novæ professionis tuæ exemplaria, eaque, ut hominum candor eluceat, inter se diversa, sed impiis penitus omnia, pudendisque erroribus referta, tanquam opimum victoriæ suæ spolium ostentant. Hoc igitur paternis tanti Pontificis monitis debere te cogita, hoc Regiæ Majestatis, afflictæque patriæ, & honorum omnium communibus votis; hoc tibi primum ipsi, salutique æternæ ad quam immortali Dei beneficio conditus es; quam quidem qui extra Ecclesiam sperat, desipit; Ecclesiam autem qui extra illam quærit, quam Christus Dominus supra petram fundavit, næ ille aut amens, aut cæcus est. Sed ego, ne epistolæ modum excedam, longius non provehar. unum oro ad extremum, ut hasce literas meas æquam in partem interpretere. Ac vellem sane coram agere fas esset. darem prorsus operam ut consilium hoc nostrum, non magis ab ea auctoritate quam dixi, personæque quam sustineo necessitate, quam a privato tibi tuisque inserviendi studio profectum agnosceres. Vale.

Scipioni Cobellutio
Cardinali S. Susannæ.

Illustrissime ac Reverendissime Domine. Cum primum novæ dignitatis tuæ nuntius ad aures meas delatus est, nihil optatius fuit, quam ut, quod Numatianus conftee audita quondam amici sui Urbana præfectura consilium sibi fuisse scribit, Romam mihi redire, & optatissimæ gratulationis officio fungi coram liceret. Sed quoniam hoc alienæ, quibus vitam duco, leges non sinebant; proximum fuit, ut intimam, sinceramque animi lætitiam his literis testarer, nec meam solum, etsi præcipua & singularis mea erat causa, sed publicam & communem omnium. Vere hoc enim, ac sine fuco dicam, cum toto itineris nostri spatio crebræ, ut soleat, de allectis in sacrum ordinem patribus sciscitantium, gratulantium, exultantium voces essent, & Pontificis Max. judicium laudarent omnes, quod eos cooptaret, qui eo gradu dignissimi, non plus ornamenti accepturi a purpura, quam purpuræ allaturi viderentur: de nullo tamen usquam apertius, quam de te, luculentiusque testimonium & gratulationem eam fuisse. Quanquam aliorum de te sensus eloqui frustra coner, qui meos non possum. Neque tu, opinor, hæc a me solemnia requiris. Qui enim ignotum pene, immerentem certe, benevolentia tua complecti adorsus es, quo me rerum tuarum studio accenderis, quo vinculo adstrinxeris, non ignoras. Ea porro humanitatis, constantiæque tuæ laus est, nihil ut verendum putem, ne, quod plerisque accidit, alium te deinceps in amicitia sentiam, quam privatus olim fuisti. Quare utar eadem erga te fiducia, quam discedenti fecisti. De me autem, tametsi animo sic eram comparatus, ut addi nihil posse judicarem; enitar tamen, ut studii, observantiæque & votorum pro salute tua contentione aliquid cum honore tuo accessisse videatur. De Epistolarum Pontificiarum formulis nostris, non injucunda, ut spero, proximis literis scribam. Nunc vale, Illustrissime Cardinalis. Lutetiæ xvi. Novemb. cIɔ. Iɔc. xvi.

Scipio Cobellutius
Cardinalis S. Susannæ

Jacobo Sirmondo Lutetiam.

Admodum Reverende Pater et amice carissime. Equidem avebam scire ubi terrarum esses, & quid ageres, cum a discessu tuo, & a longo intervallo nihil de te & salute tua inaudiissem. Quod cum tandem significaveris, & humanissimis literis tuis quæ optabam omnia nunciaveris, scito te & amori, & expectationi meæ satisfecisse. De gratulatione vero nihil ambigebam, quoniam vel mea ipsa in te benevolentia, aliunde tibi ut arbitror cognita, eam, quam profiteris, voluntatem poterat extorquere. Ago nihilominus humanitati tuæ multas gratias, hocque velim habeas, in his gaudiis ægre mihi esse, quod pares huic loco virtutes nequeam adferre. Mihi tamen ipse non deero, & a Domino petam, ut dignetur allaboranti manum admovere. Quod superest, amicum te esse mihi non e multis fac & censeas, & de Pontificiarum Epistolarum formulis quamprimum tuam fidem liberes. Bene vale, eruditissime Pater. Romæ die ultima anni M. DC. XVI.

Amantissimus S. Card. S. Susannæ.

Clarissimo viro
D. Sebast. Tengnagelio
J. V. D. & Cæsareo Bibliothecario.

Clarissime et Doctissime Domine, mihi plurimum observande. Nicephori vetus exemplar Cæsareum, quod ego post P. Frontonis Ducæi obitum in fidem meam receperam, salvum ad te D. Werdemanni Residentis opera pervenisse spero. Quid vero ejus editionem antehac tamdiu retardarit, non facile dixerim; sed video nunc eandem a Cramoisio nostro typos Græcos comparari, ut eam proximo, ut sit, Decembri aggrediatur. Quod si fiet, multorum expectationi satisfaciet; tibi autem in primis gratiam habebunt, qui tuo id se beneficio consecutos intelligent. P. Petavius absoluto ante biennium Epiphanio, alte-

tum

rum ingens opus suum de Doctrina Temporum adversus Josephum Scaligerum prælo subjecit, eoque jam perduxit, ut posteriora Tomi pauca supersint paucis mensibus absolvenda. Posthæc ad Juliani Παραβάτην reliqua se accinget. De Theophanis enim historia consilium, opinor, abjecit, quod & ab aliis tum in Germania, tum in Gallia, pariter abjectum videtur. Bibliothecam Patrum Græco-Latinam duobus item voluminibus comprehensam, Parisiis editam vidimus, paulo antequam P. Frontone careremus. In hoc enim opere desiit ὁ μακαρίτης. Qui & alia, ut nosti, meditabatur, Nicephorum scilicet, Theodoretum, Cyrillum Alexandrinum, & Biblia Græco-Latina. Ex quibus Nicephorum plane absolverat. itaque cum Græco textu Latina versio, ut ab eo recognita fuerat, conjungetur. Theodoretum etiam magna ex parte confectum habebat. Quod deerat, supplere ipse, licet impar, institui, si Deus mihi, post Concilia Gallicana, quibus adhuc distineor, vitam viresque concesserit. Ad Cyrillum pauciora collegerat, quæ usui tamen esse possint, si quis hic aliquando ad eam curam animum adjiciet. In Bibliis sacris multum ac diligenter laborarat, unumque hoc opus præ ceteris urgebat; sed vereor ut in posterum sperare liceat, propter novam editionem Græco-Latinam, quæ hic jam inchoata est, curante, ut audio, Joanne Morino, e congregatione Oratorii viro docto, cujus nuper in lucem prodierunt exercitationum Ecclesiasticarum libri duo. Quod ad Biblia Syriaca & Arabica spectat, quæ Maronitæ pollicebantur, nihil hactenus apparuit. Geographiam tuam Anonymi Nubiensis jam pridem dederant. Cujus exemplar, si, quod futurum puto, in Germania reperietur, Cramosium rogavi, ut Viennam Francofurto perferendum curet una cum Petavii Epiphanio. De Bibliotheca enim Græco-Latina præstare non poterit, quia nondum ad Nundinas missam credis. Monui etiam, ut cum Adventoria, quam desideras, Propempticum simul nostrum, quod Adventoriam secutum est, tibi meo nomine offerat; non quod illa tanti æstimem, ut a te legi debeant; sed ne defuisse videar voluntati tuæ, cui & in aliis omnibus, quæ possim, obsequor libenter. Deum, quod restat, oro, ut te rei literariæ nobisque meliori utentem valetudine diutissime conservet. Parisiis III. Nonas Sept. M. DC. XXVI.

Clarissimæ D. T. addictissimus Jacobus Sirmondus Societatis Jesu.

URBANO VIII. PONT. MAX.

nomine Cardinalis de la Valette.

BEATISSIME PATER. Quod mecum ipse jam pridem & conscientiæ meæ admonitu, & SANCTITATIS VESTRÆ imprimis hortatu permotus, animo & cogitatione volvebam, ut quoniam Ecclesiæ Tolosanæ, cui præessem, assiduam præsentiam, ut par erat, operamque præstare mihi non licebat, in alterum qui officio fungi posset, onus hoc transferrem, id nunc tandem ut pro votis succedat, divino munere tributum confido. Nam cum multi mihi ad eam rem a multis offerrentur, atque unus omnium maxime idoneus Abbas S. Amantii* mea sententia videretur, quem virum noram vita moribusque integrum, judicio & doctrina præstantem, atque in rerum Ecclesiasticarum usu apprime versatum, Urbi etiam in qua mecum vixit non ignotum; non prius tamen de illo statuendum duxi, quam meum hoc consilium Illustrissimo Cardinali Rupifucaldo, & D. Episcopo Apamiensi, primo Tolosanæ provinciæ suffraganeo, qui nuper ab Urbe venerat, aliisque quibus indicaram, omnibus vehementer probari animadverti. De illo autem postquam Regem Christianissimum, suggerente eodem D. Cardinali, annuisse vulgatum est, tanta itidem secuta est Antistitum, & honoratorum, omniumque ordinum approbatio, ut facile intellexerim, a me, si forte in eum judicio & voluntate minus propendissem, alium tamen in tanto omnium consensu deligi non debuisse. Quare quod unum restat, hoc a SANCTITATE VESTRA majorem in modum obtestor, ut precibus desideriisque nostris benignam aurem præbeat, & quæ ad Dei, ut credimus, gloriam designata sunt, auctoritate atque indulgentia sua confirmare & rata facere velit. Spero equidem, si hanc Abbati S. Amantii Ecclesiam concesserit, futurum non modo ut me rogasse nunquam pœniteat, sed ut cum Tolosanis provinciam quoque universam SANCTITAS VESTRA sibi hoc beneficio devinctam sentiat. Quia vero in successore designando non passa est ratio personæ, quam gero, ut me omnibus Ecclesiæ illius fructibus abdicarem, sed maximam partem ut retinerem coegit; quæso ut hoc etiam ratum habere SANCTITAS VESTRA dignetur, exemplo Clementis VIII. prædecessoris sui, qui Cardinali Joiosæ cum Archiepiscopatum Narbonensem resignaret, idem ipsum indulsit: præsertim cum exploratum sit, habiturum nihilominus Archiepiscopum Tolosanum unde & muneris sui onera sustinere, & dignitatis suæ nomen, locumque tueri cum splendore possit. Pacem mihi ad extremum SANCTITATIS VESTRÆ benedictionem implorans, Deum supplex oro, ut eandem Ecclesiæ suæ clavum feliciter moderantem diutissime conservet. Parisiis pridie Idus Februarias M. DC. XXVII.

* Carol. de Montchal

CLAR. V. LUCÆ HOLSTENIO.

GRatulor tibi (unde enim potius incipiam?) mi Holsteni, & gaudeo me vanum rerum tuarum augurem non fuisse. Facilem videlicet atque expeditam divinationem feceras, non solum μεγαλοπρεπεστάτου Mœcenatis tui munificentia, sed divina, ut me iterum τὴν θείαν χορηγῶν θεωρίαν habeas, divina, inquam, quæ tibi obstricta quodammodo videbatur, fallere nescia, meritisque nostris semper cumulatior beneficentia. Quod enim Avito suo Sidonius noster olim, hoc ego nunc posse tibi vere videor occinere: *Nicetiana si nescis hereditas Cuticiaci superarum pretium est.* Ita est profecto. Lib. 3. epist. 1. Hamburgensis illa scholæ præfectura, quam tu tibi oblatam religionis, hoc est Dei, causa repudiaras, & Lubecensem Scholasticam cum Bremensi canonicatu peperit, & cetera omnia, quæ tanto cum fœnore video accessisse. Gratulor ergo iterum tibi, precorque, ut quæ divino munere sortitus es, iis tu ad divinam, quod spero, gloriam diu ac feliciter fruare.

Nunc ut ad reliqua veniam capita litterarum tuarum, de Galli Cæsaris ad Julianum fra-

trem epistola nesciebat, opinor, Nic. Alemannus cum eam ex Vaticana Bibliotheca describeret, editam fuisse ab Hœschelio. Latinam tamen versionem libenter vidit P. Petavius, & gratias agit, tametsi epistolam ipsam a multis ψευδεπίγραφον censeri non ignorat. Pergit autem, sed lente, Julianus ejus sub prælo, ut hac etiam in parte similis sit Porphyrii tui. cui patriam ex Hieronymi verbis Bataneam qui affinxit, næ ille si Porphyrio de e Tyrum patriam affirmanti credere nolebat, Iamblicum certe & alios qui Tyrium senem vocant, audire debuerat. Quare (ignoscant optimi viri manes quos veneror) non minus hic hallucinatum puto, quam cum Porphyrium ipsum, ut nosti, cum Optatiano Porphyrio confunderet. Sed de Hieronymi loco, qui tibi suspectus non injuria videtur, quid statuemus? Multa tu certe pro ingenio, & ex veterum librorum vestigiis acute, ut soles, & erudite differuisti. verum, ut tibi, quod fateris, sic mihi, ut quod res est dicam, horum nihil est quod sitim expleat. Quid si quis ab Hieronymo non βατανεώτην, sed βαλανεώτην scriptum contendat, id est, ut Suidas exponit, πανοῦργον καὶ πολυπράγμονα? hoc enim ἐπώνυμον haud abs re nimirum Porphyrio tribueretur, & cum scelerato, quod sequitur, non inepte congrueret. Sed ego tamen Porphyrium, etsi dæmonem e balneo expulisse feratur, βαλανεώτην dictum, nisi veteres libri asserant, non facile credam. Itaque noli a me lucem hoc loco expectare. Cave potius ne tenebras offundam. De Hieroclis Synecdemo gratuler an doleam nescio. Immo revera doleo non tibi a me dono datum fuisse cum expeteres: &, quod ego mihi contingere optabam, ut aliud exemplar nanciscerer, id tibi potius obtigisse gaudeo, atque ut ex animo gratulari me intelligas, si ad reliqua tua Geographica, eum ad Cramosium mittet, Africanam Notitiam nostram adjici jubes, non defugiam. Testimonium professionis tuæ cum his literis accipies, quod an tibi satisfacturum sit ignoro. hoc scio par meritis tuis quamvis amplissimum tribui nullum posse. Vale, & Deum pro me ora. Parisiis Idibus Apr. M. DC. XXVIII.

Quod te, mi Holsteni, novis honoribus auctum, solito adhuc more familiarius appello, æquam in partem ut accipias oro. ubi titulos didicero, non te fraudabo. interea malui amoris nostri fiducia peccare, quam ineptus videri.

ILLUSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
D. FRANCISCO
S. R. E. Cardinali Barberino, Domino
mihi colendissimo.

ILLUSTRISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE. Meministi, opinor, mihi quidem excidere non potest, qua humanitate, cum hic esses, tibique meum de Facundo consilium aperuissem, non modo ejus editionem non improbaris, sed hortatus sis etiam ut maturarem. Dubitaram aliquando, satisne posset e re publica censeri, prodire auctorem qui causam Synodi postea judicio damnatam defenderet. Sed hunc mihi scrupulum exemit P. Andreas Eudæmon-Joannes, cum diceret, atque idem Card. Bellarmino visum fuisse affirmaret, quemadmodum inter S. Cypriani Opera extant, & sine offensione leguntur, quæ ab eo ceterisque Africanis Episcopis de iterando hæreticorum baptismo perperam decreta fuerant, priusquam a Stephano Papa redarguerentur: ita & in Facundo, cum alioqui plurima doceat, quæ usui Theologis sint futura, & quæ sedis etiam Apostolicæ auctoritati, ut aiebat, aperte suffragentur; satis causæ ab illo capite non videri cur in tenebris jacere perpetuo debeat. Quod ergo proximum erat, operam dedi, primum ut illum hac de noxa purgarem, deinde & de aliis simul, quæ movere interdum poterant Lectorem breviter commonefacerem. In quo quidem recte ne an secus versatus sim, tui erit judicii, CARDINALIS ILLUSTRISSIME, tuæ vero benignitatis qualecumque hoc nostræ in te observantiæ pignus, tibi ut vides multis obstrictum nominibus, placido lenique vultu excipere, vel prodromum adventus nostri, si subsequi licebit, vel vicarium si vetabimur. Quoquo autem res cadet, idem mihi animus, idem consilium erit, ut tua in me beneficia ubique gentium recolam.

FRANCISCUS CARDINALIS
BARBERINUS
Jacobo Sirmondo Parisios.

REVERENDE PATER. Tuum de Facundo consilium probavi semper: nam dignus mihi videbatur, quem communi rei literariæ bono in lucem produceres. Quod vero postulationis, sive exhortationis meæ rationem habuisse te scribis in opere, quod jam affectum erat, maturius perficiendo, id ego amori tuo debere minime recuso. Meæ interim diligentiæ fructum percipient multi, sacrarum præsertim literarum studiosi, quorum intererit plurimum, ut spero, Facundum in publico versari: versabitur autem & sua cum laude, & cum utilitate omnium, quamdiu tecum, qui ipsum a crimine, lectores vero ab errandi periculo liberas. Neque diutius in tenebris latere debebant ea, quæ pie, & recte scripsit Facundus, quamvis causam defendat synodi postea sententia damnatam. Nam præterquam quod hoc illi cum aliis magni nominis scriptoribus commune sit; notum est, Ecclesiam, neminem, quamvis erret, erroris reum facere, nisi qui cognitam veritatem aut oppugnet, aut certe aspernetur; quod nec suspicari fas est de Facundo. pro quo pauca hæc scribo, ut scias me nolle eum deserere, cujus tua humanitas patronum me facit. Gratias porro quam maximas tibi ago, cum pro insigni benevolentiæ tuæ in me testimonio, tum pro libro, quem una cum literis tuis accepi. Hunc quanti ego faciam, nullo negotio conjicient, qui eum a te elaboratum, atque perpolitum fuisse intelligent. Videbis autem, si Romam veneris (quod ego te ut facias, iterum atque iterum rogo) me inter gravia quibus detineor negotia, aliquid temporis invenire, quod lucubrationibus eruditis & tuarum similibus impendam. Romæ xv. Decembris M. DC. XXIX.

Reverentiæ Vestræ Studiosus.
Franc. Card. Barberinus.

JOSEPHO MARIÆ SUARESIO.
Is postea Episcopus Vasionensis fuit.

EXigis a me per D. Turrianum veteris debiti solutionem, literarumque admones

quas aote biennium ferme scripsisti. Ego vero cum literis missam abs te orationem memini, pro qua te nunc tandem gratias ago, quas jam tum debebam, & quae unas mihi, ne ingratus videar, relictas esse intelligo. Nam περὶ τῆς τοῦ λόγου ἀπορρησίας καὶ καλλονῆς sera nimis esset hoc tempore gratulatio. neque is ego sum qui post Romanos planius exaudiri acclamationem meam posse vel desiderari existimem. Itaque venio ad alterum caput de quo per D. Tbuanum & D. Campolam significasti. Negas apud veterem Capuam, de hac enim sermo erat, inventum esse musivum opus cœnæ Dominicæ, de quo in notis ad Sidonium * meminneram. In quo falsus ne memoria Villalpandus noster, ut Capuam diceret pro Casino, ubi conditum a Desiderio Abbate templum fuisse constat, an ego potius ab ejusdictis aberrarim, non habeo exploratum. hoc scio, una cum operis ejus ectypo traditos etiam mihi ab illo fuisse versiculos quatuor, quos ibidem inscriptos affirmabat.

* Infra pag. 477. Leon. I.
* Epist. xt. lib. I.

Conscendes cælum, si te cognoveris ipsum
Ut Desiderium, qui sancto flamine plenus
Complenda legem Deitati condidit ædem.
Ut capiat fructum qui finem nesciat ullum.

Quærendum nunc ergo ubinam extent, aut extitisse memorentur hi versus, nec refert Casini an Capuæ. ubi enim hoc Desiderii templum fuit, ibi aiebat, atque expressis imaginibus ostendebat, Christum Dominum non in hac modo sacra cœna, qua de agimus, sed in altera etiam apud Simonem Pharisæum * dextro in cornu Stibadii accubantem repræsentatum esse. De fragmento Tertulliani, vereor ut persuadere omnibus possis. Aliud certe Gallorum nostrorum palato sapere videtur. Quin etiam ægre se adduci posse dicunt, ut amicos istic quos tecum sentire scribis, serio atque ex animi sententia locutos credant. Sed de hoc tamen qualecumque est & de Theodonii Magistricharea, quam una edidisti, & ad me venire voluisti, gratias itidem ago. Vale. Lutetiæ Parisiorum xv. Kal. April. M. DC. XXX.

* Vide pag. 477. Icon. III.

JOSEPHUS MARIA SUARESIUS
NIC. RIGALTIO VIRO CLARISS.

(Hanc epist. apposuimus, quod in ea Suaresius agit de Tertulliani fragmento, de quo Sirmondus in epistola superiore ad eumdem Suaresium.)

.... Quod attinet ad Fragmentum a me prolatum in lucem, assertumque Tertulliano: hujus scriptoris librorum tu quidem exercitatissimus es, atque in illis tam feliciter versatus, ut hos a te discerni, dignoscique certissime, neque minus hac in re, quam Nepotiano concessum fuit olim, tribuendum tibi censeam. Attamen pro jure communis amicitiæ te quæso, ut me ad teipsum ab interloqutoria tua sententia provocare patiaris, atque retractans hanc caussam perpendere, ac dispicere velis explicatas fusius & accuratius rationes, quibus ut adscriberem Tertulliano Fragmentum illud adductus sum. sic enim a te quoque demum agnitum iri germanum hunc fœtum Tertulliani mihi persuadeo. Sunt equidem ambiguæ, difficilesque natalium probationes: tamen ab antiquis testimoniis, vel a crepundiis, vel a genitivis notis, & a lineamentis repetuntur. Primum igitur argumentum duxi a vetustate codicis, cui titulus iste præfixus est. EX LIBRIS TERTULLIANI DE EXECRANDIS GENTIUM DIIS. ea vero tanta est, ut ad septingentesimum accedat annum, quod judicabit quisquis priscæ scripturæ peritus, formam literarum diligentius intuebitur. Alterum prompsi e stylo, sive charactere dictionis, qui non est adeo diversus a stylo librorum ejusdem auctoris de Patientia, de Testimonio Animæ, ad Martyres, adversus Judæos; præsertim vero non abest a stylo librorum adversus Nationes, qui haud ita pridem luci restituti. Certe plerasque voces, quæ leguntur hoc in Fragmento, non solum ab Africanis patribus, & aliis qui latinos adversus Gentes contexuere libros, sed ab ipso etiam Tertulliano usurpatas, & illi esse valde familiares observavi: tuque, cui notissimus & tritissimus est hic scriptor, nullo negotio comprobare potes. Hujusmodi sunt, *cæcitas, genus humanum, vocare, honorem datur, prædicare, Dæmones, historiæ, putare Deum, cætera, adulta ætate, opinari, errantes, colari, potens, tractare, obscœni, contaminare, res commissa, auctoritates, spurcitia, fœditas, Deus vivens, præsciat, diffundere*, &c. Quædam insuper adnotavi verba inibi propria Tertulliano, cui, sicuti Papiniano nostro, aduti prisca fuit amicum: nempe *Dominus* pro Deo, *actus, deificus, honorificare, tyrannicus, transfiguratus, inemendata, attaminare, opprobatam, initialis*. alibi quippe similibus utitur, scilicet *obhumare* lib. de Pallio cap. 2. *appausam* lib. de Anima c. 53. *obmussare* de Anima. c. 18. *adsolare* Apologet. c. 15. & lib. I. ad Nationes c. 10. *incendialis* lib. ad Nat. c. 18. *serva Deo rem inattaminatam* de Corona c. 14. *deificus* Apologet. c. 11. Ad hæc cum ex Græcorum auctorum assidua lectione, græce quoque scriptitando, græcas loquendi formulas adeo Tertullianus imbibisset, ut latine scribens earum oblivisci nequiret; phrases græcas, item figuras, & græcismos frequentes hic offendi. Titulus ipse, DE EXECRANDIS GENTIUM DIIS, nescio quid græcum sapit. Ecce tibi συλλήψιν in limine, passimque homœoptota, homœotelenta, [illegible], sarcasmos, repetitiones, interrogationes, &c. adjectiva cum genitivis, *tantum cæcitatis, cetera acta: de Saturno, & Ope, desisse Deo, quia sint intelligant, anni tria millia, latuit eum, terra Italia, insula Creta, lingua Hesperia, fierat in cælo, credere si æquum est, quamquam si fuisset, hic nec Divinitatem, sed passus & hoc, ideo facile credunt*, &c. Tertium mihi suggessit argumentum materies. totus enim est auctor Fragmenti hujus in Jovis elevanda Divinitate, ipsum mortalem, & sceleratum probando e rebus gestis, quas auctoritate Homeri, Virgiliique nixus recenset, & e quibus gentes arguit eo modo, quo in libris adversus Nationes, & in Apologetico. Quod si superessent integri libri, e quibus hoc ἀποσπασμάτιον excerptum fuit, plura & alia possent indicia proferri. Nam forsitan professus esset eos opus esse suum, adscripto nomine, uti libros de Virginibus veland. de Baptismo, & Exhortationem Castitatis, hac ratione sibi vindicavit: vel in his meminisset aliorum suorum operum, uti libri de Paradiso mentionem facit in lib. de Anim. & libri græci de Baptismo in libro latino de Baptismo: vel hos, vel aliquem ex his selectum locum, ab ipso aliis in libris suis, aut ab alio scriptore laudari sub titulo librorum adversus Gentes, aut altera sub epigraphe, deprehenderemus. Sed cum hoc unum tantillum frustum nobis reliquum sit præ manibus

velut a naufragio, potius optandum id videtur quam sperandum, nec, ut arbitror, in hoc exiguo rivulo quidquam expiscari licet. Inquo tamen, quantulum quantulum est, peritia magna literarum, sive fabulosarum Historiarum elucet, eloquutio confragosa præruptaque est, & suppetit densitas rationum, quæ Vincentius Lirinensis κατὰ Tertullianææ dictionis esse tradit. Sed (inquis) stylus est flaccidus, & elumbis. non diffiteor. addo, multis in libris alium Tertullianæi styli genium esse, præcipue in illis de Pallio, & Oratione, ubi creber est in sententiis, parum facilis in eloquendo, minus comptus, & multum obscurus, cujusmodi Lactantius, & S. Hieronymus illum fuisse tradunt. Nimirum quemadmodum de græco Cygno Latinus canit,

Monte decurrens velut amnis, imbres
Quem super notas aluere ripas,
Fervet, immensusque ruit profundo
Pindarus ore.

Ita Tertullianus ingenii capacis, & doctrinis omnibus instructi divitis, ac fœcunda vena pollens, uberem aciem, & instar ingenii redundantem orationem prodigus diffundebat: at mox eam coercens & contrahens, dicendi copiam & eruditionis molem cogebat in arctum, paucisque concludere, atque constringere verbis nitebatur. Sic, brevis esse dum laborarat, evadebat obscurus, non tamen illico; cum ipsi solemne fuerit libros suos nova tractatione recudere, sicuti Virgilio Ursam imitanti versus, utqua loquitur ipse, novam rem aggredi ex vetere, prima opuscula quasi properata pleniore postea compositione rescindendo, atque prout ferebat occasio rursus adhuc emendando, & inter innovandum aliquid bis adjiciendo, ita ut non solum e primo libro, seu stylo secundus exiret, quasi secundæ curæ, seu repetita prælectio quadam quasi superfœtatione, quod liquet in libris adversus Nationes, a quibus, si committantur cum Apologetico, ille meliorem partem conflatus apparebit: quæ observatio tua est, & illius, qui primus eos publicavit: quin & in libro de Monogamia, & in Exhortatione Castitatis, si conferantur cum libro ad uxorem primo; & in libro de Cultu feminarum, si cum secundo; imo tertius a secundo nonnunquam affingebatur trifero proventu, quod in libris ad Marcionem sibi successisse Tertullianus ipse præfatur. Unde omnino censeo nullatenus abdicandum hunc Tertullianæi partum de Execrandis Gentium Diis, etsi stylus illius non est nervosus, atque concisus, cum sit ille primigenius, & ideo tenellus, ac succulentus, & ex eo libri adversus Nationes efformati sint, sicut ex illis Apologeticus deinde concinnatus fuit: cumque fuerit ἐλεγκτικός, & præparatorius ad libros adversus Nationes, sicut illi fuerunt ἐλεγκτικοὶ, & præparatorii ad Apologeticum: quod clarissime patet, quoties fragmentum istud cum capite decimo tertio, quamvis fœde lacero mutilatoque crudeliter, libri secundi adversus Nationes, vel cum capitibus vigesimo primo præsertim, & vigesimo quinto Apologetici comparatur. Inveniuntur enim eædem fere cogitationes, nisi quod coalescunt ibi angustius compressæ, hic latius diductæ panduntur, & quædam in illis posterioribus omissæ, supersunt in hoc priori, & uberiori, ut *de cælo deserta*, *de pennis in senectute natis*, *& de cincinnis capræ*. Non ignoro Tertullianum asseri ab Eusebio τοῖς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκότα ἄνδρα: & se jurisperitissimum luculenter ipsa suis in libris ostentat. Cur igitur legum nomina citata hic perperam? Suspicaret a librariis ea corrupta, qui Falcidiam ac Semproniam pro Pompeia, Corneliam pro Scantinia subjecissent: obtrusissentque Papiniam, cum Tertullianus Scantiniam commemoret c. 12. de Monogamia: Corneliam vero tantum de Falsis, Falcidiam de Legatis habeamus: Semproniæ de Parricidis, & Papiniæ de Incestis, neque nomen apud ullum Jurisconsultorum, quos evolvimus, sit superstes. Sed addubito ne leges istæ perierint, neve interciderint illarum capita de hisce criminibus (varia namque singularum legum erant capita, & variis de rebus concepta) quod forte contigit, quo tempore tota vetus, & squalens legum sylva novis principalium edictorum securibus truncata cæsaque, jam inde ab ævo Tertulliani (ut ipse prodit c. 4. Apologetici) funditus excisa fuit, Justiniano Augusto antiquante vetera omnia, & pandecten, atque codicem suos observari solos mandante. Atque hæc de Fragmento Tertulliani, prætergressus epistolæ modum, in sinum tuum effundo libere, atque ingenue, quo tibi meum, amicorumque meorum de illo sensum approbem, & mentem largius aperiam meam; neque cogo iterum, atque iterum, ut æqui bonique illa consulens, & instaurans judicium, caussamque recognoscens, definitivam sententiam secundum me dare ne recuses, ut illud, quando recudetur cum meis Notis in Pinacotheca, quam sum pollicitus, Tertulliano denuo, & libentius adjudicem tuo fretus calculo, qui mihi doctisque omnibus tanquam ἡ τῆς Ἀθηνᾶς ψῆφος. quod me consequuturum existimo, cum tuam humanitatem, atque candorem jam expertus fuerim. Ab Eminentissimo interea Cardinali Barberino Mæcenate meo salve (ad quem si nactus peritum librarium, miseris exoptatum Syncelli exemplum, id ipse lubentissime perleget, dum levit suus vir doctissimus Joannes Baptista Alcinus patat editionem) & me redama tuæ virtutis, & doctrinæ perpetuum cultorem. Vale Romæ Eidib. Decembr. CIↃIↃCXXX.

URBANO VIII. ROM. PONTIFICI.

Nomine Societatis Jesu Provinciæ Franciæ.

BEATISSIME PATER. Quod SANCTITAS VESTRA magno nuper studio interpellata, ut quendam e professis nostris voti nexu solveret, quo Episcopus crearetur, constanter obstitit, neque inflecti se passa est; hoc nimirum egit, quod a summa ejus sapientia, summoque judicio expectari par erat, minimamque Societatem nostram immortali beneficio devinxit. Intelligebat utique SANCTITAS VESTRA, religiosis quibusque ordinibus parum prodesse laudabiliter institutas leges, nisi illibatæ serventur: at nostri hujus, ad sui conservationem, vehementer interesse, ne aditus unquam illi ad Ecclesiasticos honores pateflat. Nos vero, quorum ob oculos versatur, quantopere in ipsis Societatis nostræ cunabulis apud Paulum III. Pontificem Maximum desudarit Sanctus Ignatius, ut Tergestinum Episcopatum, uni a primis ipsius Sociis a Ferdinando Cæsare imminentem, averteret; atque hanc illum suis tam certam labem ac perniciem judicasse, ut remedio peculiaris voti occurrendum statueret: ingrati profecto & iniqui rerum æstimatores simus,

nisi hoc SANCTITATIS VESTRÆ beneficium, quotquot in hac Frenciæ Provincia vivimus, & quantum sit agnoscamus, & qun animi sensu ac revereoria exceptum sit, præ nobis feramus. Nunc enim post taotum paternæ in nos sollicitudiois exemplom, queodam nobis videmur securitatis portum ingressi, atque eandem io spem venturos ubique Nostros non ambigimus; quaodo habituri sont io posterum sedis Apostolicæ Antistites præjudicium hac in parte, qood sequaotur, & io qoo post tantæ auctoritatis Pontificem aliter sentire, vel agere, sit religio. Quanquam ergo quicquid gratiarum hoc nomine concipi a nobis queat, impar futurum non ignoramus; agimus tamen ea animo quam maximas possumus, & SANCTITATIS VESTRÆ pedibus advoluti obtestamur, ut io sua ista de nobis sapientissima deliberarione persistere dignetur. Tum quos tam illustri benevolentiæ significatione ad soi sedisque suæ cultom & observantiam exciravit, eosdem, ut debita obsequia impensius atque alacrius perpetuo reddant, Apostolicæ benedictionis præsidio corroboret. Die oltimo Augusti M. DC. XXA.

Sanctitatis Vestræ humillimi ac devotissimi servi e Societate Jesu in Provincia Franciæ.

JOSEPHO MARIÆ SUAAESIO ROMAM.

PUPUGERANT me superioris literæ tuæ tristi ouotio, quod Capuanam effigiem Cœnæ Domioicæ, cujus ad Sidonium * memineram, minime reperiri affirmabas. Er quanquam mihi coosclus eram fucum me facere oolaisse, pendebam tamen animi de eventu, dolebamque vel Cardinalis optimi causa, cujus mandato cupide iovestigari cogooram. Nunc aotem beasti me in urramque partem; tum quia tandem repertam esse docuisti; tum quia ejus ἔκτυπον in manus meas venire, κοινόν τε ἐμὸν fieri voluisti. quorum alterum ad evellendum qoem infixeras aculeom satis erat, alterum singularem benevolentiam tuam humanitatemque declarat. Ego vero tibi ot ἀντίδωρον referre videar, pro Capuana pictura Græcanicam reddo ejusdem argumenti: hoc est Cœnæ Dominicæ in stibadio: quæ si ad rem tuam faciet, faciet autem ut spero nonnihil, mutua erit inrer oos gratulatio, licebitque quod ait eaclamare ἀμείβομεν, συγχαίρομεν. De hac porro effigie nostra ne ambigas, aut aliena hic etiam fide me oixum putes: scito extare in Græco Bibliothecæ Regiæ volumine, quod sacram Evangeliorum Historiam contioet, in eoque αὐτόπτης me illam, nec uoo sed quatuor locis apud siogulos Evangelistas repetitam, atque his quæ vides lineamentis expressam iospeaisse. Quod igitur io Capuaoa observaham, idipsom in ista videre est, Christum Dominum io dextro cornu accumbentem, Petrum in sinistro, Joanoem deinde procul a Petro positum, proaimum Christo. At duo suot, inquis, quæ hic tibi scrupulum injiciaot, & animum conturbent. Uoum quod Petrus in Capuana videatur non in sigmate accumbere cum ceteris, sed in scabello eatre sigma residere: alterum, quod Judæos sigmate uti solitos non sit eaploretum. Videri proinde illos, qui Christum & Apostolos in sigmate repræsentent, nno Judaicam eaprimere consuetodinem, sed Romanam. De his duohus ut eapromam, quia jubes, quid sentiam, ac de posteriore prius dicam: eqoidem causæ nihil video cur io sigmate Judæos discubuisse non placeat. Fallimur enim procul dubio, si Romæ natum, Romanorum proprium sigma fuisse credimus, non peregre adscitum, & ab aliis ante gentibus usurpatum; quod vel nomen ipsum significat. Quod si priscos Celtas constat, cum plures una epularentur, sedere in circulum, καθῆσθαι ἐν κύκλῳ, consuesse, ot auctor est Posidonius Stoicus apud Athenæum lib. IV. de Judæis quos accumbere solitos non abnuis, cur in sigmate, hoc est commodissimo & usitatissimo aliarum gentium more, accubuisse diffitearis? Cave igitur vel Desiderium Abbatem, vel alterum illum, qoisquis est qui in Codice Regio delineavit, primos omnium putes Cœnam Dominicam in sigmate designasse. habuerunt illi prorsus, quæ imitarentur aliorum eaempla vetustiora. Sic aotem mihi persuaden, ut picturarum testimonia deesseot, pro picturis fidem facere antiqoos scriptores, qui Judæorum sigmata vel tacite innuunt, vel aperte commemorant. Omnium vero instar sit Petrus Chrysologus gravis Auctor, ut nosti, & quem docem sequi minime pœniteat. Is enim Sermone XXIX. Christom in Matthæi Publicani convivio discumbentem facit in sigmate. & Sermone XCII. primum in sigmate ait fuisse Pharisæum, qui prandio Christum excepit. & Sermone LXXIX. undecim discipolos post Christi mortem recumbentes his verbis deplorat: *Terra tremit, turbatur Tartarus, scinduntur saxa, monumenta dissiliunt, sol fugit, dies sepelitur, fit nox totum, & soli discipuli alto sigmate toto uno, toto otio securi epulantur.* Quæro nunc ex te, an Chrysologum censeas omnia Judæorum convivia instructurum in sigmate fuisse, si a Judæis abhorruisse usum sigmatis judicasset: aut si Dominicam Cœnam pingendam sumpsisset, alirer repræsentaturum quam in sigmate. Jam igitur, ni fallor, de hoc capite satis liquet. De altero, id est de Petri scabello, mihi certe obscure res est. Nolui enim ecc, pl tui fidem in dubium vocare, ot pictorem augurer, pro cornu sigmatis in archetypo forsitao exesi corruptique vetustate, sellam sibi in ejus vestigiis adumbresse. Quod quidem suspicari si liberet, suffragaretur, opinor, pes ille Petri sorsum elatus, projectusque in directum, qui recumbentis potius habitum refert, quam sedentis. Sed oolo, ut dixi, de pictura tua controversiam movere. & tamen si hoc noo est, de scabello isto quod pronuntiem oon haben. Nam quod tu de Pontificis Cathedra scite, ut soles, & argute disserebas, id cum tibi ipsi non satisfaciat mihi non video probari cur debeat. Et vero si eo spectatum velimus, ut honor Petro deferretur: qoid consilii foisse dicemus vel Desiderio Abbati, qui opus faciendum locavit, vel artifici tessellario, qui concinnavit, ut Petrom ceoserent honestari sella posse, cui honorificentius fuerat in altero stibadii cornu collocari? Quo deinde pacto de cathedra defendent, si vel hanc negemus Petro in Cœoa tribui potuisse, cui oves nondum fuerant commendatæ: vel parum convenire cootendamus, ut præsente Christo ἀρχιερατικὸν θρόνον ejus Vicarius obtinear? Vides ergo quam multa sint, quæ ab ista me eorum interpretatione deterreant. Quare ad aliam te converras oportet, si me suffragatorem habere velis. De Tertulliani Fragmento quid ad Rigaltium nostrum rescripseris non vidi.

* Lib. epist. XI.

Hoc scio, te nondum illi persuasisse. De oratiuncula autem tua, post Romani theatri plausus quid dicam? Quod Homerus de Menelao, παῦρα μὲν, ἀλλὰ μάλα λιγέως. Vale, meque ut facis ama, & dum sacra obis loca, precibus tuis adjuva. Parisiis III. Kalend. Decembr. M. DC. XXXI.

EIDEM ADMODUM REVERENDO DOMINO JOSEPHO MARIÆ SUARESIO.

TU vero pro unico nostro duplex nobis, ut video, Judaici sigmatis argumentum suggessisti: quodque optandum in primis erat, non illa peregre adscita, sed οἴκοθεν deprompta, ex Urbis ipsius monimentis, partim Palatinis, partim Vaticanis. Supervacaneum scilicet fuerat externas opes advocare, cum suppeterent domesticæ. frustra inquam Cœnæ Dominicæ stibadium vel in Capuanis musivis, vel in codicibus antiquis quærebamus, cum ejus specimen Romæ in æde Palatina SS. Zosimi & Sebastiani olim expressum extaret, atque ipsos Christi Vicarios Cœnam hanc non aliter quam in stibadii circulo repræsentare solitos libri Rituales in Vaticana testarentur. Noli ergo picturas nunc istas ut multis edisseram flagitare, φιλομαθέστατε Suaresi. Per se ipsæ loquuntur, & præcone non egent. Tanta est porro & tam certa illarum auctoritas, ut refragari non liceat. Nam ut de Zosimiana prius dicam, quam Callisti II. ævo ante annos quingentos natam doces, quid habebunt pertinaciores quod opponant? An artificem dicent, quod de Chrysologo dici ab his posse aiebas, cum Christum & Apostolos in sigmate locaret, non ad Judæorum, sed ad gentis & sæculi sui morem spectasse? At ridiculi sint, si accumbendi morem Romæ ad Callisti usque tempora stetisse putent, quem minime dubium est multis ante annis post barbararum gentium irruptiones exolevisse. Quid ergo picturibus, tessellariisque opificibus causæ fuit, ut cum Cœnam Christi non jam vulgari & usitato suis temporibus schemate, sed peregrino exhibendam intelligerent, isto potius quam alio exhiberent, si alio potius quam isto celebratam didicerant? Quod si hominibus istis tantum fuit judicii, ut sæculi sui morem a Judæorum more discernerent, caverentque ne sua ad illos temere transferrent; quis Chrysologum credat tam hebetem fuisse, ut sigma, quia Romanis in usu tunc erat, Judæis quoque affingeret, si a Judæorum more abhorruisset? Jam & in Pontificia illa mensa, ad Agni Paschalis esum comparata, quam ex Benedicto S. Petri canonico descripsisti, quin & stratus circa mensam lectus, & jacentes in cubitis convivæ, & ante lectum residens in subselio Prior Basilicarius, semirotundum de quo agimus stibadium designent, ambigi, opinor, ne a pertinacioribus quidem potest: neque mihi, si ambigant alii, apud te probandum est, qui tua sponte descriptionem hanc cum pictura Palatina consentire agnovisti. Et vero absurdum, si obniti quisquam velit, atque incredibile videatur, rem unam uno tempore Romæ alia forma in picturis expressam, alia in mensis exhibitam affirmari. Quare consentiunt prorsus, ut ais, Vaticana documenta cum Palatinis, & nostram utraque de Cœnæ Christi stibadio sententiam mirifice confirmant. Post

A hæc autem quid expectas? An de solenni hoc ritu, qui jam pridem evanuit, hoc est, de Agni Paschalis esu apud Christianos, ut testes alios producam? Sed ne hoc quidem obscurum esse potest iis qui in Ordine Romano benedicendi Agni Paschalis formulam, atque aliis etiam locis descriptam vident, aut qui meminerint Græcos ad cetera quæ Latinis objectabant, hoc etiam adjecisse, ut eos Agnum in Pascha, quod Nicolaus Papa Episcopis Franciæ scribit, more Judæorum super altare pariter cum Dominico corpore benedicere & offerre mentirentur. In quo sane maligne illi quidem ut in azymo, sic in Agno, Judaici ritus invidiam Latinis conflare conati sunt, cum Romani moris fuerit,
B ut Micrologus cap. LIV. tradit, Agnum in Pascha benedici, non ad altare, sed in mensa communi. Ceterum nihil exploratius, quam & in Pontificia illa mensa, quæ ad exemplum Dominicæ instruebatur, sigmatis speciem Benedicti verbis, inconditis licet hiantibusque, adumbrari; & in Zosimiana pictura, quæ Cœnæ Dominicæ archetypum exhibet, purum putum sigma commonstrari, tametsi opere in illo multa peccarit artifex imperitus, ut qui nec veram stibadii formam assequi potuerit, nec Apostolos omnes (quos ridicule præterea imberbes magnam partem ac pene pueros inducit) intra sigmatis cancellos collocare. & quod caput est,
C Apostolos vix accumbentes, Christum Dominum in sella plectili sessitantem facit, quem Matthæus & Lucas cum discipulis discubuisse, ἀνακεῖσθαι καὶ ἀνακλιθῆναι, perspicue docent. Quocirca, ut concludam, in rudis ignarique hominis artificio, si me audis, quæ inepta & falsa sunt respuemus; de stibadii sigmate quod certum esse constat, magnoque jam tot auctorum consensu approbatum, sine controversia recipiemus. Vale. De oratione tua gratias ago: quæ de fontibus tota fluens, iterum admonet ut cum Homero dicam. μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Parisiis
D XVII. Kalend. Januar. M. DC. XXXII.

EMINENTISSIMO AC REVERENDISSIMO D. FRANCISCO S.R.E. CARD. BARBERINO Sedis Apostolicæ Bibliothecario.

QUod rariores lentioresque ad EMINENTIAM TUAM literas scribo, tametsi reverentiæ causa facio, ægre tamen nisi advocatis & testibus idoneis purgari apud te posse intelligo. Itaque adscivi mihi duobus in libellis, non unum sed complures defensionis meæ patronos ejus nominis omnes ac fidei, ut illorum voci refragari, vel intercessionem contemnere, nec si liceat, opinor, velis. Hi pro me causam sic
E agent, ut si culpam silentii penitus non eluant, quod minime contendo, vincant certe, etiam in silentio istu mihi nec gratam & constantem EMINENTIÆ TUÆ recordationem, nec debitæ observantiæ honorificentiæque studium defuisse. Qua in re gratiam debere me fateor, ut pridem antea D. Cardinali a Balneo, qui Tomos Conciliorum tibi offerendos humanissime recepit; ita nunc iterum Sedis Apostolicæ Nuncio Episcopo Carpentoratensi; qui de his libellis quo in te est animo ac voluntate, ne expectandum quidem censuit ut rogarem: sed ultro & ipse suggessit ut mitterem, & transmittendi me cura & onere liberavit. Quanquam autem de consilii mei eventu, post tam

multa, & tam illuſtria tuæ in me bumanitatis documenta, diffidere non pnteram; gaudeo tamen libros mihi quos EMINENTIÆ TUÆ offerem ejuſmodi obtigiſſe, quos tam bouo rerum æſtimatori non diſplicere neceſſe ſit.

FRANCISCUS CARDINALIS BARBERINUS
Jacobo Sirmondo Pariſios.

REVERANDE IN CHRISTO PATER. Accepi quos una cum literis Lutetiæ Pariſiorum Kal. Maii datis miſiſti libros. Hos ut ſolita bumanitatis pignora admitto, non ut benevolentiæ in me teſtes, de qua poſt tot illuſtris conſtantis amicitiæ teſtimonia dubitare minime licet. Iniquior autem eſſem, ſi de ſilentio tuo quererer. nam quamvis ſæpius de te ea te ipſo audire longe mibi foret jucundiſſimum, præfero tamen votis meis commune rei literariæ bonum, cui tu tum maxime dum ſiles inſervire ſoles. Apoſtolicæ Sedis Nuncium Epiſcopum Carpentoratenſem amo plurimum, quod tibi, ut libros mitteres, ſponte ſuggeſſerit, Nam, ſagax & cogitationum mearum conſcius Præſul boc facto teſtatus eſt, quanti ego te, tuaque omnia faciam. Utar interea libenter munere tuo, pro quo, tum pro ſincero tuo affectu, me tibi multum debere fateor. Romæ A. D. XX. Martii M. DC. XXXII.

Reverentiæ Veſtræ ſtudioſus,
Fr. Card. Barberinus.

P. FRANCISCO SCORSO SOC. JESU.

SILENTII mei quo ad binas REVERENTIÆ VESTRÆ literas uſus ſum, cauſam a me reddi ægre poſſe intelligo. Neque enim vitium boc fuit ætatis, quæ licet annos numeret non paucos, incommodis tamen quibus abundare ſenes ſolent, Dei beneficio bactenus caret. Nec vero faſtidium ullum eſt aut ſatietas mutuarum inter nos literarum. Quid enim accidere poſſit optatius, quam ut epiſtulas iſtiuſmodi ſuavi eloquio & varia eruditione conditas ſperare mibi crebro liceat? ſperare autem qua lege liceat, ſi pigeat reſpondere? Sed quod res eſt diſſimulare ac diffiteri non debeo, Lentum me ſemper in boc genere officii & tardum fuiſſe; tum autem eſſe maxime, cum aut res qua de agitur jam ſatis videtur explorata, aut de ea novi quod afferam, nibil babeo. Cum ergo ex literis XI. Kalendas Septembres datis de Homilia * probatum ipſi cognoſſem, quod illam Conſtantinopoli babitam fuiſſe conjeceram; ex aliis autem, quæ poſtridie Idus Nnvembris ſecutæ ſunt, in ejus manus tandem perveniſſe manuſcriptum volumen homiliarum quod miſeram: reliqua fere una erat de Inſcriptione dubitatio, quemadmodum legi verba illa oporteret . in qua quidem, quia id quod præcipuum erat tenebamus, non magnopere laborandum judicabam. Quia tamen deſiderari a Reverentia Veſtra video ſuffragium meum ſuæ , & ego negare illi non debeo, quæ ſuum ipſa mihi tam prolixe largita eſt, paucis dicam, cum erogationes Imperatorias ſolennes fuiſſe dubium non ſit, & in verbis illis certa eſſent veſtigia, nihil aptius mea ſententia excogitari hoc loco potuiſſe. Itaque me non modo, non invitum, ſed promptum etiam præter morem babet Reverentia Veſtra ſuffragatorem. Nolui enim reſponſum differre longius. Heſterno die poſtremas pridie Kalendas Novembris datas accepi, hodie reſcribo, ut præteritam tarditatem inuſitata diligentia compenſem. Quod porro ad operis editionem attinet, egi cum Sebaſt. Cramoſio & auctor fui, ac perſuaſi, ut hanc in ſe recipiat. Quare ſimul ac perlatum fuerit exemplar, ſpero futurum ut quas leges Reverentia Veſtra proponet, eas amplectamur. Val. III. Non. Jan. M. DC. XXXIV.

* Theophanis Cerami.

DOMNUS SEVERUS DA NEAPOLE CARTUSIANUS.
Jacobo Sirmondo Pariſios.

GRATISSIMÆ mihi fuerunt Reverendiſſimæ Paternitatis Veſtræ literæ ſuperiore anno XXI. Septembris Pariſiis datæ una cum adjunctis ex mſſ. codd. ſchedis, quibus meis poſtulatis abunde factum fuiſſe ſatis gratulatus ſum: pro quibus quantas poſſum tibi gratias ago. Sed quia ſemel cœpi tua humanitate allectus, addam etiam & hac vice tecum conferre ſermonem per alloquia literarum ſuper aliquibus aliis ex ipſis ſchedis emergentibus, & aliis quæ poſtea in mentem venere. In primis cuperem certior fieri cujus ſit vetuſtatis, vel quem auctorem præ ſe ferat cod. mſ. S. Remigii Remenſis, & de quibuſnam aliis rebus agat, in quo biſtoriola illa de quinque primis Prioribus Cartuſiæ continetur. nam mihi alienum a vero videtur, niſi ſcriptoris vitio ſit erratum, quod dicit *S. P. N. Brunonem Archiepiſcopatum Remenſem, ad quem ipſo Papa volente electus fuerat, contempſiſſe*, cum ſciamus, eo tempore quo Remenſis Eccleſia vacavit per mortem nimirum Rainaldi Contracti anno M. XCVI. ex Gallia Chriſtiana pag. 510. electum & confirmatum fuiſſe ab Urbano II. Manaſſem, quem ipſum, qui cum noſtro S. Brunone alii Manaſſi Simoniaco ſe oppoſuit, exiſtimo, ac S. Brunonem tunc in eremo Calabriæ a ſe conſtructa ab anno XCII. vixiſſe. Quare veriſimilius ac certius videtur, non Remenſem ſed Rhegienſem Archiepiſcopatum Calabriæ repudiaſſe, uti ex noſtris aſſerunt B. Dionyſius in cap. ult. Actuum Apoſtolorum, & Petrus Sutor. Et quod me magis ad hoc affirmandum prope compellit, eſt quod Guibertus Abbas de Nongento in lib. de vita ſua quem propediem inter Franciæ ſcriptores opera Cl. V. Andreæ Quercetani edendum ſpero, qui in Francia tunc ſcribebat ac de vicino geſta certius noſſe poterat, non tacuiſſet de Epiſcopatu Remenſi a S. Brunone recuſato, ſicut non tacuit de Epiſcopatu Calabriæ ab eodem contempto. & ſic facile autumo errari potuiſſe, ut pro *Rhegienſi Remenſem* ſuppoſitum fuerit, uti pejus erravit Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, qui ſuppoſuit Rothomagenſem. Legeram prius Tom. III. Epiſtol. Roman. Pontif. in regiſtro B. Greg. VII. lib. VII. epiſt. XX. ad Manaſſem Remenſem Archiepiſcopum, *ut Manaſſe & Brunoni, & ceteris, qui pro juſtitia contra te locuti fuiſſe videntur, rebus ſuis in integrum reſtitutis*, &c. quibus verbis attenta loci ac temporis ratione, ac iis quæ Guibertus ſcripſit, noſtrum Brunonem per conjecturam notari exiſtimabam, quod cum Manaſſe tanquam principaliores nominatim exprimuntur. At nunc ex aliis ſchedis dono tuo tranſmiſſis, magis magiſque in mea ſententia ſum confirmatus. nullos alios ibi notari, quam Manaſſem alium poſtea Remenſem Archiep. & N. S. Brunonem, Epiſtola illa mſ. Manaſſis Simoniaci, in qua S. Brunonem, S. Cuniberti in Colonia canonicum dicit, ubinam reperiatur, ſcire aveo, & idem de epiſtola Hugonis Epiſcopi Dienſis Legati: & an borum libri epiſtolarum alicubi extent, & apud quos.

Satis mirari non cessabam cum apud Sutorem nostrum lib. II. de vita Cartusiana tract. III. cap. V. legi B. Guigonem veteris Cartusiæ Priorem, *ætatis suæ 50. prioratus 27. annum vel circiter agentem obiisse*. in quæ verba mendum in numeris, quod frequenter contigit, irrepsisse semper sum suspicatus, cum nullo pacto adduci possem ad credendum juvenem XXIII. annorum admoveri potuisse ad regimen domus Cartusiæ, in qua credendum est tunc non defuisse viros ætate & religione provectiores: cum ex eod. cod. Rem. alios quatuor annos ætati additos legerem, alios forte, vel sine forte, decem addendos censeo ut LIV. LXIV. vel amplius reponi debeant. ut uno errore admisso, alios etiam irrepsisse auctoris vel scriptoris vitio credendum sit. sicut in hoc eodem Guigone deprehendi in iis verbis: *Sub eo siquidem Domus Portarum, Excubiarum, Durbonis, Silvæ majoris*, ubi legendum est, *Silvæ, Majorevi*, &c. quæ duæ diversæ sunt Ordinis nostri domus, de quibus præter Statuta nostra antiqua parte II. cap. II. Petrus Ven. Cluniacensis Abbas lib. VI. epist XII. & XXIV. distincte agit, ex annorum nota in fine vitæ Guigonis apposita V. scilicet obiisse cum ab exordio Cartusiensis eremi ageretur LIII. annus: qui obitus contigit ut Petrus Sutor loco citato constanter affirmat, anno Domini MCXXXVII. unde consequitur an. Domini MLXXXIV. & non post, Ordinem nostrum incœpisse. quod etiam Sigbertus illius scriptor temporis in suo Chronico asseverat; quem male non secutus est Baronius, qui ex Actis vitæ S. Hugonis Episcopi Gratianop. oscitanter a se expensis, errans fixit ad ann. MLXXXVI. nam ex ipsis Actis illius vitæ a Guigone conscriptis exacte perpensis liquido constat anno MLXXXIV. S. Brunonem cum sociis, S. Hugonem adiisse; eisque locum Cartusiæ sibi divinitus ostensum tradidisse, quod sic probatur. S. Hugo, ut Guigo probatæ fidei scriptor ait, obiit anno Domini MCXXXII. I. Aprilis, ætatis ad minus anno LXXX. & mense quarto: & sic retro numerando oportuit eum nasci labente anno MLII. Postulatus est dein ad Episcopatum in Concilio Avenionensi, ætatis annum ferme habens XXVII. quod necessario accidit ad summum anno MLXXVIII. & anno sequenti MLXXIX. Romæ, quo etiam habita est a Gregorio VII. Synodus Episcoporum mense Februario, ut ex ejus registro patet, ab eodem est consecratus. Nondum expleto biennio a consecratione factus est monachus in Casa Dei, ubi annum integrum exegit quod anno MLXXXI. completum est. unde ad Episcopatum regressus nondum triennio completo, accessit ad eum Magister Bruno. De operibus S. P.N. Brunonis cuperem scire, an inter pervolutandas Galliæ bibliothecas in manus vel ad notitiam Paternitatis Vestræ pervenerint opera omnia, scilicet Expositio in Psalmos, in omnes Epistolas D. Pauli, ac Sermones quæ eidem tribuuntur illius præ se ferentes titulum, nam prima impressio facta est Parisiis anno MDIX. per Bertholdum Rembolt sine sermonibus, quos Petrus Sutor* tunc in humanis agens non vidit, aliique S. Brunoni Signiensi Episcopo, ac Cassinensi Abbati XL. ascribunt, quique anno MDXXIV. a Jodoco Badio Ascensio itidem Parisiis nostri S. Brunonis operibus sunt additi, quod, ut ipse in præfatione ait, cum aliis ejus operibus sint reperti. qui quidem an ejus certo sint, ambigi potest.

* Lib. 2. tract. 3. cap. 7.

De tractatu Guillelmi Abbatis S. Theodorici ad fratres de Monte Dei, idem omnino sentit Chrysostomus Henriquez in Menologio SS. Ord. Cisterciensis XII. Januar. ubi ait se vidisse in Monasterio Dunensi veterem codicem qui plusquam 400. annorum vetustatem indicabat, continentem hunc tractatum cum nomine hujus auctoris. Precor tamen Patern. Vestram, si illum codicem qui domus Montis Dei fuit, ad manus habuerit, ut ex integra illa præfatione ab eo scilicet loco ubi impressa desinit, iis verbis, *Inseis amore assuescant*, usque ad finem exscribi atque ad me transmitti cures. quod ipsum mecum etiam flagitat P. D. Christophorus Puteanus noster, in præsentiarum Cartusiæ Romanæ procurator: cujus germano fratri Viro Clarissimo Parisiis degenti hæc & alia scripturarum monimenta, quæ ad rem pro Ordine nostro facient, atque ad manus venire potuerint, transcribenda tuto suis impensis committere poteris, ne nimio labore ac tædio Patern. Vestram melioribus occupatam negotiis afficere videar. Si ex Chronico* vel Kalendario S. Petri Vivi Senonensis explorari posset dies emortualis Ruberti De Laval ibidem Abbatis, qui sexagenarius Ordinem nostrum intravit anno MCCCC. in domo Luvigniaci, ut Gallia Christiana pag. 727. habet, sicut etiam si aliqualem notitiam habere posses de quodam D. Joanne Sirat Gallo, qui hujus nostræ domus professus, Prior, ac Provinciæ Visitator extitit anno MCDLVIII. ac postmodum in sequentibus. Anno MCDLXIX. reperio eum fuisse Priorem domorum Belli Larici ac Ligeti in Provincia Franciæ. Postremo inter defunctos eum reperi in Charta Capituli nostri generalis an. MCDLXXXII. hoc modo *Reverendus in Christo Pater D. Joannes Sirat Episcopus S. Pauli* (cujus nomine denominatur Episcopus Tricastinus sub Archiepiscopo Arelatensi) sed cum non exprimatur an hic fuerit Ordinis nostri Professus, ut in aliis solet, gratum haberem si ex istis locis certior notitia per V. P. haberi posset: si aliqui etiam Episcopi ex Ordine nostro assumpti, qui non reperiuntur in Gallia Christiana, vel de quibus nimis parce in ea agitur: si nonnulla de iis reperire contigerit, vel an alii præter Episcopum Conserranensem & Archiepiscopum Lugdunensem Cardinalem, hodie vivant Episcopi Ordinis nostri, abs te certior fieri exopto. Si ad manus P. V. perveniret liber P. Henrici Kalkar de ortu & progressu ordinis Cartusiani, quem, ut asserit Arnoldus Borstius cap. XII. lib. de Viris Illustribus nostri Ordinis (qui editus est cum Petro Sutore in editione Coloniensi anno MDCIX.) anno MCCCXCVIII. ex vetustissimorum patrum testimoniis excerpsit.

Vale, mi Pater humanissime, Deumque precor ut ad Ordinis tui ornamentum, reique literariæ commodum Patern. Vestr. diu servet incolumem, meique in tuis sacrificiis memorem.

Ex Cartusia Neapolitana VII. Januarii MDCXXXV.

Reverendæ Patern. Vestræ, humillimus in Christo servus D. Severus de Neapoli, Cartusianus.

* Editum est t. 2. Spicilegii, p. 705.

Domno

DOMNO SEVERO DE NEAPOLI, CARTUSIANO, NEAPOLIM.

* Edit. a P. Labbeo in Nova Bibliotheca T. 1. p. 638.

QUAM vetustus sit Codex Remensis*, unde brevis illa de primis Cartosiæ Prioribus depromptu fuit narratio, quia in manus meas non venit, pronuntiare non possom. Qui vidit, manuque sua descripsit, amicus noster rerum istarum judex idoneus, etsi quænam alia præter hunc libellum in illo volomine contioeantur, non satis meminit. Libelli tamen auctorem, quisquis est, Guigonis in qua desinit, ætate vixisse putat, idque ex scripturæ ipsius antiquitate colligi posse, quam illo sæculo mioime inferiorem sibi visam esse testatur. Quo miraodum certe magis in repudiati a S. Brunone Episcopatus nomine tam cito errari vel ab auctore potuisse, vel ab antiquario, ut Remensem posuerint pro Rhegiensi. Neque enim dubiam hac in re Paternitatis Vestræ conjecturam videri: cum satis constet si libelli verba cum Brunonis vitæ verbis comparentor, unum atque idem utrobique contempti hoooris tempus designari, annum videlicet Christi MXCV. quo Syoodus ab Urbano PP. habita est Placentiæ, relictaque coria vir sanctus in Calabriam secessir. Itaque proximum est ut disquiramus utra Sedes tunc temporis vacarit, ad quam electus, annuente Papa, is dicatur. Mihi quidem non vacasse hoc anno Remensem exploratum est, quia Rainaldum ejus loci Archiepiscopum vetera monumenta inter eos nomeraut qui Concilio Arverensi sub ejus anni finem Novembri mense interfuerunt, cumque sequenti demum anno sob Idus Januarias vita functum tradunt. Restat ergo, ut Brunonem, quod in ipsios vita legitor, adscitum credamus ad Rhegiensem. De qua utrum anno MXCV. vacarit, Paternitati Vestræ quæ loco vicinior est examinandum relinquo. Manassis ad Hugonem Legatum epistolam, quæ S. Cuniberti canonicatum commemorat, descriptam habeo ex schedis Petavianis, in quibus aliud Manassis ejusdem nihil erat. Hugonis autem ad Manassem epistolam nusquam me vidare memini, tametsi alias nactus sim quas ad Gregorium Papam vel ad Matildem scribebat. De auspiciis Cartusiæ, hoc est quo primum tempore habitari cœpta sit, dabit veniam PATERNITAS VESTRA, si ipsius calculo non acquiescam, & Baronianum quem rejicit, potiorem ducam. Etenim si verum est anno sexto Episcopatus Hugonis Gratianopolitani ad eum venisse S. Brunonem, & Concilium Avenionense io quo Episcopus renunciatus est anno MLXXX. convenisse si compertum est, quid certius quam Bruoonis adventum non anno MLXXXIV. sed MLXXXVI. conrigisse? De Avenionensi igitur Concilio in hæc verba scribit ejus temporis auctor Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico mss. quod extat io Bibliotheca Tiliana, de septem Conciliis agens ab Hugone Diensi Legato celebratis. *Celebravit & septimum apud Avenionem in qua depositus est Achardus Arelatensis invasor, & electi sunt Gibelinus in Arelatensem Archiepiscopum, Lantelmus in Ebrodunensem æque Archiepiscopum, Huga in Gratianopolitanam Episcopam, Desiderms in Cavallicensem: quos post expletionem Concilii secum Romam duxit, & consecrati sunt à Papa.* Sed ex his verbis quo anno celebratum sit Concilium nondum apparet. Paternitas Vestra de anno MLXXVIII. suspicatur, & Episcopos Avenione creatos, Romæ postea consecratos io Synodo fuisse anno MLXXIX. At conjecturam istam refellit Gregorii VII. epistola XXI. libri VI. post Romanam illam Synodum Kalendis Martiis scripta Clero & populo Ecclesiæ Arelatensis, ex qua liquet nondum illo tempore designatum fuisse Archiepiscopum Arelatensem, qui postea designatus est in Concilio Avenionensi. Ad hæc ex Chronico Flaviniacensi, quod dixi, constat Concilium Avenionense posterius fuisse Lugdunensi, quod sexto inter Hugonis Concilia loco præcesserat. Lugdunense autem principio aoni MLXXX. coactum fuisse, fidem faciunt partim Gregorii ejusdem epistola XII. lib. VII. ad Manassem, quo tempore Concilium hoc agebatur, scripta tertio Nonas Januarii, partim Synodos Romæ paulo post habita Nonis Martiis, in qua Lugduoensis Concilii adversus Manassem sententia confirmata est. Denique cum Hugonem Gratianopolitanum anno Christi MCXXXII. consecrationis suæ anno LII. mortuum, cum Guigone omnes consentiant; si calculos subducamus, uno eodemque anno MXXC. & Avenione in Concilio creatum, & Romæ ordinatum Episcopum fuisse reperiemus. Ad hanc igitur annorum numerum sex annos si addimus, quos ante Brunonis adventom egerat in Episcopatu, duos oimirum post consecrationem, tertium in secessu monastico, tres alios post reditum à monasterio; quis Baronium errasse contendat, qui Brunonis adventum, Cartusiæque auspicia anno adsignat MXXCVI? Sigeberti biennio ante collocantis quæ opponitur auctoritas alicujus esset momenti, si Sigebertum ita scripsisse constaret. Sed rem suspectam fecit A. Myræi postrema editio ceteris castigatior, quæ verbis illis caret. Ex quo intelligere est non a Sigeberto prodiisse, sed ab aliis deinceps adjecta fuisse ad Sigebertum. Cartusiæ porro exordium anno MXXCVI. aperte tribuit Chronicum Lemovicense, cujus verba citat Gallia Christiana in Hugone Gratianopolitano: Chronicum item alterum Clementis IV. temporibus conditum, quod apud nos extat, Joannique Frasqueto inscribitur, qui superiorem, quam iisdem verbis contexit, de S. Hugone & S. Brunone narrationem ita concludit: *Sic cœpit Ordo Cartusiensis, inter ceteros Ordines puritate mentium & theoriæ studio singularis. Cœpit autem anno Domini* MXXCVI. Nec alios testes proferre operosius foret, nisi omnium instar videretur illa nostra ratiocinatio, cui PATERNITATEM VESTRAM minime refragaturam confido. Quare maneat anno MXXCVI. jacta fuisse fundamenta Cartusiæ.

Nunc ut reliquas epistolæ partes persequar: de S. Brunonis operibus fateor nullam a me positam hactenus operam esse, ut genoina dignoscerem. Nonnullos interdum in Bibliothecis codices mss. offendi, qui Bruoonis nomen præferrent, sed utrum nostro an Signiensi potius vel Herbipolensi convenirent, non disquisivi. Si quid posthac de hoc capite comperero, vel de Roberto Abbate S. Petri Senonensis, deque Joaooe Episcopo Tricastinensi, aut aliis etiam religiosissimi Ordinis vestri Præsulibus, quia investigare nondum licuit, Paternitatem Vestram certiorem faciam. Interea mitto quam expetiis Guillemi de S. Theodorico præfationem integram ad Fratres de Monte Dei, simulque Histo-

riolas duas ex Cæsario Cisterciensi, si ejus fortasse codicem in promptu non habet, excerptas.

Paternitati Vestræ Salutem a Domino plurimam precor, atque ut mei vicissim apud Deum memor sit enixe peto. Parisiis IV. Aprilis M. DC. XXXIV.

AL R. P. TERENTIO ALCIATI della Compagnia di Giesù.

Risponderò con brevità alle tre proposte di V.R. più per desiderio di ubbidirle, che con opinione che ne possa ricevere gusto ne utila alcuno. E per cominciare dalla prima, circa le esequie da Francesco Primo fatte ad Enrico VIII. Rè d'Inghilterra, le dirò che da varj Historici nostri ed altri Scrittori viene osservato, che se bene Enrico fu scismatico, non fu però Eretico: anzi che aborrisse totalmente la setta Luterana, e la Zuingliana; aggiungendo di più, che nella morte, e prima, avesse dimostrato desiderio di riconciliarsi con la Chiesa, con dolore grande delle stravaganze sue passate, e con questo senso si fosse communicaro. Non sò se queste, o altre simili sieno state le considerazioni del Rè Francesco: ben si sà che per la stretta amicizia che portava all'Inglese, non era per mancare a quanto si poteva con buona coscienza.

Quanto poi al 2. capo, non mi ricordo che alli semplici Vescovi si sia dato ne' Concilj antichi altro Titolo, ne altro Luogo, di quello che conveniva all'ordine e stato loro, se pur non fossero Vicarj o Luogotenenti d'altri Prelati assenti, di grado superiore: nel qual caso non solo i Vescovi, ma i Preti semplici, sedevano nell'ordine, e luogo di quelli che rappresentavano; sicche per non parlare de' Vicarj e Legati Apostolici, ne' quali la cosa è manifesta e ordinaria in tutti i Concilj; si può vedere nel Sesto Generale, dove Pietro e Giorgio non essendo altro che Preti Monaci, sedettero fra i Patriarchi, perche tenevano il luogo, l'uno dell'Alessandrino, e l'altro del Gerosolimitano: e nell'Efesino, che V. R. accenna, nella Persona di Flaviano Vescovo di Filippi, il quale perche rappresentava quello di Thessalonica, la cui dignità non era di semplice Vescovo, ma di Esarco, Capo di una Diocesi che comprendeva molte Provincie, perciò si nomina ed ha luogo fra gli Esarchi, appresso Mennone Vescovo d'Efeso, il quale similmente era Esarco o Primata di tutta la Diocesi Asiana, siccome il Cesariense Esarco di tutta la Pontica, il Cartaginese di tutta l'Africa, ec. E perche così ampia era la Giurisdizione, e così grande l'autorità degli Esarchi, quindi è che ne' Concilj Generali sedevano per ordine dopo i Patriarchi, e precedevano alli Metropolitani, ed agl'altri Vescovi minori, come si vede nell'istesso Efesino, e in tutti i seguenti Concilj Orientali. Non era dunque il Mennone semplice Vescovo, ma Esarco, cioè men di Patriarca, e per tanto, se non m'inganno, nell'Azione IV. del Concilio, Cirillo e Mennone sono chiamati πρόεδροι, Presidenti di quel Sinodo, non perche soli soprastessero, ma perche stando fra i Primi precedevano a gli altri. non essendo come pare questa προεδρία o Presidenza da' Vescovi ne' Concilj Generali, (salva l'autorità del Capo Universale) altro che la precedenza nel sedere, nel ragionare, e nel sottoscrivere.

Resta il 3. ed ultimo, se si abbia da credere ch' Onorio sia stato condannato dal Sesto Sinodo. nel che sò quanto s'affatichino quelli che vogliono gl'Atti del Sinodo in questa parte essere stati corrotti. Ma oltre che tanti Autori antichi affermano la condannazione, senza indicio alcuno d'alterazione d'Atti; m'è venuta in mano una lettera, non ancora stampata, di Giovanni Patriarcha di Constantinopoli a Papa Constantino, con una breve Relazione d'Agatone Diacono, il quale narra ch' era stato presente nel Sinodo, e che Filippico, quando si dichiarò nemico di quello, ordinò che i Nomi di Sergio, d'Onorio, e d'altri si retassero nelle sacre Dittiche, essendone prima per ordine del sinodo scancellati. Di più si trova quì una raccolta ms. delle formule ch'usavano anticamente i Pontefici Romani nelle lettere ed altre scritture loro, composta come si scorge pochi anni dopo il sesto sinodo: dove nella professione di fede che faceva il Papa eletto, quando si parla de' decreti del sesto sinodo, si dice chiaro, ch' avesse condannato, *Auctores novi hæretici dogmatis Sergium, Pyrrhum, Paulum & Petrum Constantinopolitanos, una cum Honorio qui pravis eorum assertionibus fomentum impendit.* Questo solo testimonio pare bastare per levare ogni dubbio della condannazione. Però non leva, che da certi asserrata sia stata questa censura, e mal fondata sopra la lettera d'Onorio a Sergio, nella quale si dovevano contentare di quello che per giusta difesa dell'autore avea scritto S. Massimo conforme alla lettera di Giovanni Papa. Con questo finirò la lettera, ma non la memoria di V.R. nell'animo mio, dove si conserva da XLIV. anni in quà, con senso dolcissimo delle virtù e meriti suoi. Mi faccia grazia di ricordarsi alle volte di me, con tutto che non lo meriti, nelli SS. SS. ed orazioni sue ferventi. Di Parigi, XIV. di Agosto, M. DC. XXXV.

FRANCISCO CARDINALI BARBERINO.

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE. Quod præstare ipse maluissem, si licuisset; per alterum me, hoc est per P. Seguiranum nostrum ut liceret, commode factum video. Is enim ut testis olim & spectator fuit, cum una obviam ivimus EMINENTIÆ TUÆ, quibus abs te in illo primo congressu benevolentiæ vinculis sim obstrictus: ita quo animi sensu vel exordia illa, vel quæ deinceps secuta sunt beneficiorum erga me tuorum incrementa prosequar, idem omnium minime est nescius. Quare idoneum magis habere potui neminem, per quem ad EMINENTIÆ TUÆ vestigia salutatum accederem, tibique tot nominibus debitam devotissimi obsequii venerationem profiterer. Aget insuper rogatu meo gratias de Roma Subterranea. Quem ego in librum quoties oculos conjicio, non tam eximii muneris honore afficior, quanquam sæpe hoc sane ac vehementer, quam in spem erigor fore, ut auspiciis tuis post subterraneam supranea sequatur, quæ quantum lucis ac ornamenti Ecclesiasticis rebus allatura sit, illarum studiosi omnes intelligunt: tu unus præstare potes, ut votis potiantur. Faciat autem quod oramus divina pietas, ut inter cetera quæ in area ista rerum in publicam utilitatem conferre non cessas, hoc etiam beneficium

Eminentiæ tuæ Christiana Respublica debeat. Parisiis xviii. Septambris m. dc. xxxvi.

Franciscus
Cardinalis Barberinus
Jacobo Sirmondo Parisios.

Admodum Reverende Pater, officiosam illam, & sinceram præcipui in me affectus testificationem, quam ad Urbem proficiscenta Patre Segoirano, mihi exhibendam duxit Paternitas tua, libentissime complexus sum. Licet enim benevolam tuam erga me voluntatem plurimis argumentis exploratam jamdudom habeam, eam tamen ad uberiorem amoris fructum humanissimis literis confirmari pergratum mihi fuit. Egu sane & siogularia tua prumerita semper magnifeci, & me tibi ita obstrictum profiteor, ut impensa cupiam animi mei propensionem tibi, ubicumque detur occasio, assidue declarari. Ceterum quod volumen da Roma Subterranea Paternitati tuæ jucondom extiterit, maximam voluptatem percepi, atqoe in posterum quoque nihil potius babebo, quam Ecclesiasticarum rerum studiosis suffragari, simulque curare, ut eorum commodo consulatur, quacumque id ratione præstare me posse iotellexero. Vale, & me veterem virtutis tuæ æstimatorem, qoa soles, benevolentia prosequere. Datum Romæ die xxvi. Novemb. m. dc. xxxvi.

Paternitatis Tuæ studiosissimus,
Fr. Card. Barberinus.

D. Lucæ Holstenio.
Jacobus Sirmondus S. J.

Doctissime et amantissime Holstani, Post longum tot annorum silentium, brevi tamen utar exordio. Sic enim persuasum haben quemadmodum apud me nunquam nutavit, sie apud te integram manere fidem veteris amieitiæ nostræ. Hac ergo fiducia tuam nunc opem imploro, ac peto, ut mihi, nisi grave est, describendam ex Bibliotheca Vaticana cures Theodoreti epistolam lxii. quæ est ad Domnum Episc. Antiochenum, quamque altera mox sequitur Αἰτεῖ Ἐπισκόπῳ Ῥώμης. Cur petam causa est, quod in exemplari quo utor, ante annos aliquot Romæ scripto, hæc epistola desideratur. Et vero haud abs re detractam intelligo ab iis qui veriti sunt, opinor, ne quid illa S. Cyrilli laodibus officeret. Ceterum cum epistulam istam Cardinalis Baronius inter ceteras commemoret, ac sententias aliquot ex ea proferat in Annalibus, noo video quo pacto in editione Græca uperum Theodoreti qoam molimur, sine fidei Romanæ aut Gallicæ nota prætermitti a nobis nune possit. Quod eo dico, ut si quid forte difficultatis obtendatur, caussam istam agas apud Eminentissimum Principem Cardinalem, & fidem obstringas, mihi, si ista eopia fiat, curæ futurum, ut salva S. Cyrilli existimationa, Theodoreto consulatur. Hoc est quod rogatom ta volebam. Tu si quid addes præterea, quu de rebus tois certiores nos facias, vota cumulabis. Vale & amantem in Domino amare perge. Paris. iv. Non. Octobr. m. dc. xxxvi.

Al R. P. Terentio Alciati
della Compagnia di Giesù.

Qui si parla tuttavia, ma con manco strepito, della favola de' due Capi, e del luogo di S. Episanio *hær.* xxvii. del qoale, poiche V. R. lo comanda, a non per altro, le dirò il parere *mio*: e prima, che quei, i quali ne vogliono inferire uguaglianza fra S. Pietro, e S. Paolo oon s' accorgono, che ciò sia contro la mente di S. Episanio *hær.* li. dove riferisce come Christo conoscendo chi fosse degno di tenere il primu luogo fra i Discepoli suoi, elesse S. Pietro per esser Principe loro, ἐξελέξατο τὸν Πέτρον ἀρχηγὸν εἶναι τῶν αὐτοῦ μαθητῶν D' onde si cava, che qoando in Roma, o in qualsivoglia parte del mondo si fossero trovati insieme con S. Pietro tutti gli altri Appostoli, non che S. Paulo, restava egli sempre supra tutti, come il Principe, e come parla il medesimo S. Episanio *hær.* lix. κορυφαιότατος τῶν ἀποστόλων, supremo capo degli Appostoli. Di modo che quando si concedesse che S. Pietro e S. Paolo fossero insieme insieme stati Vescovi di Roma, l' uno però sarebbe stato capo dell' altro.

Ma per dire il vero à V. R. io non posso capire ch' in Roma mentre viveva S. Pietru sia stato altro Vescovo che lui. Si sa, e non si può negare, che tutti gli Appustoli erano paramente di podestà Vescovi per principiare e goveroare universalmenta le chiese ch' essi piantavano. Però dove alcun di loro aveva preso in mano la cura e guverno particolata di qualche chiesa, questo a non altro si chiamava ed era Vescovo di quella. E così, ne in Antiochia altro che S. Pietro mentre quivi stette, ne in Gierusalemme altro che S. Giacomo, furono nominati Vescovi di quelle Città, con tutto che non mancassero altri Appostoli, i quali alle volte in quelle venivanu.

Dicono per prova dell' opinione loro, che S. Paolo insieme con S. Pietro, abbia fondata la chiesa di Roma, e per tanto possa parimente chiamarsene Vescovo.

Si risponde, Prima, che non basta per recarsi quel titolo, essersi aduperato alla fondaziona di qualche chiesa, altrimenti S. Pietro si potrebbe dire Vescovo di Gierusalemme, per cha primo di tutti principiò quella chiesa con la prediche sue, e conversione oumerosa di gente. Secondariamente, ch' a ben parlare, il vero e solo fondatore della chiesa di Roma fu S. Pietro, il quale prima che S. Paulu vi fosse coodotto, la principiò, e la gevernu, e solo ne fu Vescovo per io spazio di molti anni, cioè dal secondo anno di Claudio, fino al terzo di Nerone, termini dell' arrivo suu in Roma, e di quello di S. Paolo. Il che standu così: come si puù intendere, che giugnendo poi S. Paolo dove S. Pietro teneva solo il governu, gli abbia scemata l' aotorità, e come nuovo Cullega parteggiata seco la dignità? Oltre cha in fatti non pare si possa facilmente mostrare, che S. Paolo abbia in Roma ordinato alcuno, o essercitato altre sonzioni proprie de' Vescovi, come di quella di S. Pietro ce ne sono essempj senza nomero.

Onde si può conchiudere, che quando S. Episanio li sa tutti due Vescovi di Roma, o quando l'istesso, e prima di lui S. Ireneo l. iii. c. iii. dicono che ebbero Lino per successore,

non parlano essattamente, attribuendo alli due quello ch' a S. Pietso solo cooveniva, al quale solo gli altri più essatti accenoano per successore il medesimo Lino. Come fra Greci Eusebio Cesariense nel Cronico suo, *Post Petrum primus Romanam Ecclesiam tenuit Linus*. e fra Latini S. Agostino epistola CLXI. *Petro successit Linus*, ed altri similmente. Che se si cerca, quale sia stata la cagiooe di questa varietà; pare sia principalmente nata dalla congiunta morte delli SS. Apostoli: perche se S. Paolo fosse morto un' anno prima di S. Pietro, come fra Greci scrisse S. Dionisio di Corinto, fra Latioi Prudentio, Gregorio Turonese, con molti altri, chiaro è ch' allora non si potrebbe dire che Lino fosse stato successore d' ambidue, ma di S. Pietro solo.

Questo è in somma quanto mi occorreva intorno alla proposta di V. R. Accetti il buon animo, e scusi la tardanza, ma sopra tutto si ricordi di me appresso il Signore acciò si degni farmi grazia di terminare a gloria sua e salute mia questa ormai longa vita. Di Parigi alli XVI. d' Ottobre M. DC. XLVI.

FRANCISCUS
CARDINALIS BARBERINUS,
Jacobo Sirmondo Parisios.

BONO publico natus esse videris, & Respublica literaria tibi plura debet in dies: tot illius eruis e sita ac pulvere, revocasque in lucem passim monumenta, quæ vel ipse feliciter evulgas, vel amicis edenda munifice impertiris. Id cum mihi compertissimum sit, rogo te quoad possum vehementer, ut Regulam Eremiticam Grimlaici, & Supplementum Formularii, seu Diurni Pontificum, Lucæ Holstenio, Viro pererudito, meæque Bibliothecæ Præfecto quantocius transmittas. Molitur enim ille, ut nosti, opus Ecclesiæ perutile, cui hæc Antiquitatis sacræ Lipsana inserere cupit, & tu candide, ac ingenue, ut assoles, ea jam ipsi spopondisti. Libera igitur fidem datam, nec enim illum tantum, sed me quoque beneficio immortali devincies, deque sacra eruditione optime mereberis. Ego vicissim me meaque tibi ex asse offero, Deumque Opt. Max. precor, ut te ad literarum decus diutissime sospitet. Vale. Avenione XIII. Kal. Decemb. M. DC. XLVI.

Tui studiosus Fr. Card. Barberinus.

FRANSISCO
CARDINALI BARBERINO.

EMINENTISSIME AC REVERENDISSIME DOMINE. Sistunt se cum literis nostris EMINENTIÆ TUÆ Grimlaicus auctor Regulæ solitariorum, & alter quisquis est qui Diurnum olim Romæ contexuit. Nefas enim putavi moram ullam interponere, postquam ad me optanda promptoque semper animo suscipienda jussa pervenerunt. Grimlaicum ipse, fateor, ante aliquot annos edere statueram, eamque ad rem exemplar hoc ex autographo exscribendum curaram. Sed cum in hocce Collegio nostro P. Petrum Roverium viderem in eam curam incumbere, ut Regulas omnes monasticas, tum Græcas tum Latinas undequaque colligeret, ab editione consilio destiti, ut has illi partes integras relinquerem. Nunc vero quia hoc ejus opus quod multiplex est, & alia multa complectitur, lentius progredi, ac longius quam optandum erat protrahi necesse est, nihil incommodi futurum arbitror, si D. Holstenius ad ceteras hujus generis regulas quas paratas habet, hanc quoque nostram EMINENTIÆ VESTRÆ beneficio adjiciat. De Diurno autem, cum is a me nuper literis suis peteret, ut capita quædam quæ in codice suo desiderari aiebat supplerem ex meo, amplius aliquid quam postulabat præstare institui, nempe ut codicem nostrum præsentem ipsi habere, eoque ad exactam collationem uti liceat, jamque cum sororis ejus filio, qui hic adest condixeram, ut Romam pergens ad avunculum deferret; sed ea lege ut ad me postea, quod facturum confido, re confecta, hoc est peracta collatione, remitteret. Neque enim eam mentem D. Holstenio esse puto, ut in lucem edat. Mihi vero satis est ejus mandato paruisse, Deumque quod ex animo semper faciam obtestari, ut eandem nobis ad Ecclesiæ suæ sacrique Collegii ornamentum diutissime conservet. Lutetiæ Parisiorum VI. Decembris M. DC. XLVI.

NOBILI ET PRÆSTANTI VIRO SIMONI
DE DEWES, ANGLO.

GRATIAS imprimis debeo humanitati tuæ, VIR AMPLISSIME, quod me ignotum nihilque apud te promeritum, non modo literis tuis ornaris, sed bonorum quoque tuorum participem esse volueris. In partem enim quodammodo venire mihi visus sum numismatum tuorum, cum horum notitiam accepi, & cum egregii operis quod præ manibus habes, consilium, ordinem, partesque singulas descripsisti, hoc sum consecutus, ut fructus illos jam animo delibem, quos ex eo maximos Philologis omnibus exstituros confido. Ut autem ad singula epistolæ tuæ capita, quoniam id te velle intelligo, breviter respondeam, atque ab illa observatione tua exordiar, quam primo loco posuisti: Occonem merito notari haud dubium est, si Victorini Aug. nummos in quibus PI. PIAV. aut PIAVONII nomen integrum adscriptum est, ad patrem nullos pertinere sentiat, cum ad patrem prorsus spectent tres II, quos in epistola tua designasti; duoque item alii quos Joannes Tristanus Sanctamantius Tomo III. Commentariorum suorum exhibuit pag. 51. in quibus pater idem M. PIAVONIUS VICTORINUS inscribitur. Adderem, & de nostris, si opus esset, quatuor aut quinque patris ejusdem, in quibus PIAV. VICTORINUS appellatur; sed in re satis comprobata nihil opus est. Quærendum fortasse potius fuerit, quod quidem doceri abs te velim, an de Victorino quoque filio constet Piavonium fuisse nuncupatum. Video & Occonem & Tristanum hoc insinuasse; sed certiora numismatum documenta desidero. Duorum enim junioris hujus nummorum qui apud me sunt, simplicior unius tantum nominis est inscriptio IMP. C. VICTORINUS P. F. AUG. in parte autem aversa utriusque, si hoc quoque addendum est, SALUS AUG. cum solita salutis effigie.

II. De Fastis Idatianis eam partem edendam curavi quam unam judicabam prodire in lucem tuto posse, lectoribusque probari ob rerum hi-

ſtoricarum varietatem & copiam. Cetera ut ederem adduci hactenus non potui, tum quod hiſtoricis obſervationibus illis careant: aut ſi quas interdum habeant, levioris ſint momenti ac vulgo notæ: tum quod in Conſulum dinumeratione, plurimis in locis adeo corrupta & depravata ſint omnia, ut ſine alterius codicis ope reſtitui ægre poſſint. Sed quoniam perſpicaci qui ſunt ingenio, gemmas ſæpe agnoſcunt quas alii non vident: fuerunt qui horumce Faſtorum particulas nunc has nunc illas a me non invito expreſſerint, ſuoſque in uſus converterint. Quocirca tibi nunc etiam eorundem fragmentum hoc mitto, quod ab exordio principatus Neronis ad Aurelianum uſque, unde noſtra cœpit editio, porrigitur. In eo animadvertes quod dixi, rariſſimas interſeri obſervationes; ſed Conſulum tamen hic minus confuſa ſunt nomina quam in antecedentibus. Hoc ſitim tuam ſi non explebit, & plura requires; non deero, ut ſpero, deſiderio tuo.

III. Hannibaliani regis æream nummum noſtrum, quem Valeſius ad Marcellinum edidit, certæ atque indubiæ antiquitatis eſſe mihi plane compertum eſt. Effoſſus enim eſt Romæ, cum ibi eſſem, ad meque allatus cum aliis quamplurimis recens erutis, inter quos repertus & alter eſt Delmatii fratris ejus, hac epigraphe FL. JUL. DELMATIUS NOB. C. uterque perexigua mole, quanta ſcilicet Quinarii eſt argentei. Valeſius itaque nummi noſtri menſuram exceſſit: at Triſtanus Valeſiano rurſus majorem effinxit; pag. 501. tom. III. Quo loco noſtrum cum ſuo comparans, primas literas quæ in noſtro detritæ ſunt, ſupplevit hoc modo, Fl. Cl. HANNIBALLIANO REG. Sed & alia quædam in ejus ectypo cernuntur, quæ noſtro non conveniunt. Ubi Pariſios redierit, nunc enim abeſt, diſcrimen, ſi per ipſum licebit, attentius conſiderabimus, ut exactam, ſi diſcrepent, utriuſque accipias imaginem. In orthographia certe nominis non variant, Hannibalianum enim ambo vocant.

IV. Quod vero hunc ipſum Hannibalianum, una cum Delmatio fratre, ſimulque etiam patruum utriuſque Conſtantium, Cæſares a Conſtantino magno creatos fuiſſe contendis, variiſque conjecturis aſtruere conaris; ignoſce ſi aſſentiri me poſſe negem. nam arduum eſt profecto & ſupra fidem, ut tot ſeculis ignorata dignitas, nunc demum illis nullo reclamante vindicetur. Nec vero aſſertorem habes ſententiæ hujus Zoſimum, quem laudas, ſed aperte repugnantem: quippe qui libro II. pag. 591. & 592. cum una cum tribus Conſtantini filiis, regnaſſe quodammodo tres alios diceret, Delmatium videlicet Cæſarem, Conſtantium ejus patrum, qui frater fuit Conſtantini, & Hannibalianum; trium horum dignitates aperte diſtinxit, docens Dalmatium quidem a Conſtantino Cæſarem fuiſſe conſtitutum, reliquos vero duos non Cæſares ſed nobiliſſimos, quæ dignitas inferior erat Cæſarea, & ad illam gradus. Unde liquet Auſonium, cum de Dalmatio & Hanniballiano loquens, Cæſareum illos nomen indeptos dixit quaſi Cæſares ambo fuiſſent, improprie & poetice locutum eſſe. Nihil enim ad aſſerendum Conſtantio patruo hunc titulum facere nummos arbitror, quos profers, in quibus caput reflexa in verticem cæſarie oblonga viſitur hac inſcriptione D. N. CONSTANTIUS NOB. CÆS. & parte in altera pedes equitem jaculo confodiens, cum epigraphe FEL. TEMP. REPARATIO. Quatuor enim hujus generis nummos habemus, tota parte averſa plane conſimiles utque in adverſa item totu capitum comarumque forma inter ſe conſpirantes, hoc uno diſpares, quod in duobus DN. CONSTANTIUS NOB. CÆS. legitur ſicut in tuis: in reliquis vero duobus DN. FL. CL. CONSTANTIUS NOB. CÆS. quam poſteriorem epigraphen cum ad Gallum Cæſarem pertinere dubium non ſit, ad eundem referendam quoque priorem eſſe manifeſtum eſt. Galli porro nomen ſuo mutaſſe Conſtantium, quando Cæſarem illum conſtituit, ita ut pro Gallo Conſtantius vocaretur, auctor eſt Aurelius Victor, & ſciunt omnes. ac Occonem trium Conſtantiorum, id eſt, Chlori, Auguſti, & Galli nummos confudiſſe, videor dudum obſervaſſe: idque ipſum tibi etiam, ſi animum adjeciſti, viſum eſſe mihi perſuadeo.

V. De Excerptis temporum Conſtantinianorum a Valeſio editis, recte mones, mendoſe, ubi de Hannibaliani conjuge ſermo eſt, Conſtantini ſororem dictam eſſe, cum fuerit filia. verum in hoc errore Valeſius eſſe non potuit, qui conjugem eandem in notis ſuis Conſtantini non ſororem appellavit ſed filiam. Fuit igitur παροραμα librariorum ſeu typographorum; cum & in archetypo Excerptorum eorundem, quod penes nos eſt, & in apographo quo uſus eſt Valeſius, filia diſerte ſcriptum ſit non ſorore. Valeſium hic ergo facile abſolvimus. Sed apertus error eſt, quod Baſſianum, quem Conſtantinus in animo habuerat Cæſarem creare, Cæſarem revera fuiſſe affirmat, quod falſum eſt. & tamen erroris æmulum habuit Triſtanum, qui de Baſſiano Cæſare peculiarem obſervationem condidit. pag. 470. Tom. III. Sed vereor ne jam tædio ſim, abuti que videar his primis literis patientia tua. Vale. Pariſiis Kalendis Octobr. M. DC. XLVIII.

NOBILISSIMO ET ORNATISSIMO VIRO SIMONI DE DEWES.

HAbes nunc demum, VIR ORNATISSIME, integros Faſtos Idatii, qua parte typis vulgati non ſunt, holographa manu noſtra exaratos, hoc eſt minus culto, minuſque eleganti charactere, quam aut merita tua, aut vota mea poſtulabant. In ceteris enim obſequi conatus ſum. Nam vetus exemplar, in quo præpoſtera & depravata ſunt plurima, ſic expreſſi, ut vitioſas quoque lectiones paucis exceptis, retinuerim, & ſingulos verſus ſingulis verſibus repræſentarim. Et quoniam in codice illo ſingulæ paginæ binas in columellas diſtinguebantur, quod imitari nobis non licuit; dedimus operam, ut quibus in verbis columellæ ſingulæ inciperent, in apographo noſtro adnotaremus, ut ad has, ſi qua erit occaſio, facilis ſit recurſus. Itaque expectabo deinceps, ecquid in his etiam, quæ nunc mittuntur, obſervaturus ſis, quod cum autographo conferri & corrigi jubeas. Quod quidem in Neronianorum temporum fragmento feliciter tibi agnoſces contigiſſe.

Victorinorum nummi etſi non adeo inter ſe diſcrepant ac Tetricorum; quod Tetricorum alter ſit imberbis & facie puerili, Victorinus uterque barbatus: horumce tamen apertum quoque eſt diſcrimen, quia filii non ſolum hilarior & blandior eſt vultus, quam patris: ſed barba etiam parcior & tenerior, juvenilem ac non-

dum plenam ætatem ostendens. Qualem videre est in aureo nummo apud Sanctamantium Tom. III. pag. 82. cujus pars anterior Victorinum patrem refert, altera filium; & qualem prorsus exhibet æreus noster, cujus ectypum his adtexam. Nec vero in Victorinorum mentione quærendum, gentisne an familiæ nomen fuerit PIAVONIUS, quod illis ulterive illorum adscribi solet: cum exploratum sit, Romæ post occasum Reipublicæ, veterem nominum disciplinam penitus exolevisse. Quod & ipsæ Imperatorum nomenclaturæ declarant, minimeque omnium fallere te potest: a nobis vero, si hoc tamen addi fas est, in Notis ad Sidonium, multis confirmatum meminimus.

De Constantio autem fratre Constantini magni, quando iterum reciprocanda hæc serra est, utar potestate quam facis, ut maneam in sententia, illum nec Cæsarem fuisse vel Augustum, nec referri ad eum nummos posse, in quibus eques à pedite prostratus effingitur: sed quotquot hujus generis adscriptum Constantii nomen habent, eos vel ad Constantium ipsum Augustum pertinere, vel ad Gallum Cæsarem, qui Constantius itidem, patruelis Augusti beneficio, vocabatur: ad Constantium, inquam, Augustum, si Augusti vox adducitur; ad Gallum, si Cæsaris. Cumque prostrati equitis hoc lemma, quod in Constantii Augusti, & in Galli, Julianique Cæsarum nummis crebro cernitur, in anteriorum principum, Constantis, Magnentii, aliorumve nusquam exstet; argumento videri, posterioribus demum Constantii annis (ob bellicum aliquod facinus contra Persas, quod inflexus equitis pileus designet) usurpari cœpisse. Constantii proinde patrui nummis, si qui fuerant, tribui non posse, qui multo ante, primo Constantii Aug. anno, vivere desierat.

Mirum porro tibi non abs re visum censeo, adduci potuisse Baronium, ut Constantio Constantini magni filio nummum adscriberet, quem ex Lælii Pasqualini musæo profert Tom. III. ad annum CCCXXXVII. num. XIII. cujus in adversa parte titulus est DN. CONSTANTIUS JUN. NOB. C. in altera Princeps idem paludatus inter duo signa militaria, cum his verbis CONCORDIA MILITUM, & nota loci ASIS. Nam ad Gallum Cæsarem haud dubie referendus est. Qui cum itidem Constantius vocaretur, junior hic dicitur ad discrimen Constantii Augusti senioris. Est quippe inter nostros alter sane perelegans, eodem ipso, ni fallor, tempore cusus, parte antica Constantii Aug. nomine inscriptus, DN. CONSTANTIUS P. F. AUG. postica vero idem cum superiore, nisi quod pro ASIS, sculptum est ASIAM, ut Sirmii, non Sisciæ cusum doceat.

De altero item, qui VAL. CONSTANTIUS NOB. C. inscribitur, & sinistram vultus partem explicat, & parte altera ædificium habet cum epigraphe PROVIDENTIÆ CÆSS. cui subditæ sunt literæ R Q cum serto intermedio; recte meo sententia judicasti, ad Constantium Cæsarem, Constantini magni filium, qui Augustus postea fuit, pertinere. Perinde atque alterum, cujus inscriptio est, FL. JUL. CONSTANTIUS NOB. C. cum eadem ædificii structura & epigraphe, nisi quod pro literis illis duabus, alias habet ARNA. Idem enim Constantius ut nunc Julii nomen adscivit, nunc Valerii. Quemadmodum & Crispus Cæsar, qui Julius Crispus in nummis sæpe vocatur, Valerius Crispus in antiquis inscriptionibus dici memoratur: & Commodus Imperator primum Lucii, postea Marci prænomen tulit. Ceterum horum omnium, & aliorum quæ jubes, particeps fiet Sanctamantius, simul ac in urbem redierit, nondum enim rusticationis suæ finem fecit.

Vidi magna cum voluptate ceræ impressa numismata duo, quæ Filtonus ad se missa nobiscum te mandante communicavit. Utrumque sæculi Honoriani. Unum scilicet Constantini tyranni, alterum Constantii Augusti ejus, qui pater fuit Placidi Valentiniani. Ad hunc, quandoquidem Julii quoque nomen sumpsit, transferri forsitan poterunt nonnulla eorum, quæ antehac de Julio Constantio Constantini magni fratre accipienda suspicabare. Constantini vero Tyranni est & apud nos nummus argenteus, cujus specimen ad te mitto, ut conferas cum tuo.

Restat ad extremum, ut gratias agam, quas maximas debere me sentio munificentiæ tuæ, quod inopiæ nostræ ex opibus & copia tua subvenire mediteris. Deesse mihi ex rarioribus nummis, quoniam hoc scire aves, plusculos non inficior: sed ex iis qui apud te singulares & unici non sunt, duos observavi, quibus careo, Pertinacem & Carausium. De Carausio, aliunde consequi me posse non diffido. Æreum Pertinacem, si ex iis sex quos possides, largiri unum licebit, dummodo certæ sit antiquitatis, singulari beneficio me devinctum putabo. Caveat autem eximia prudentia tua, ne me hoc nomine officiosiorem erga se futurum credat. Sic enim animo & voluntate sum affectus, ut addi quicquam vix possit. Lutetiæ Parisiorum XVII. Kalendas Januarias CIↃ. IↃC. XLVIII.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI
D. ROBERTO QUATREMAIRES
Benedictino Congregationis
S. Mauri.

REVERENDE IN CHRISTO PATER, Pax Christi. Literis tuis propter elegantium aliisque nominibus mirifice sum delectatus. Sed in his cum placent omnia, tum illud maxime quod librorum de Imitatione Christi, quos merito laudabas, auctor quis fuerit, parum te laborare ostendebas. Et vero longius quam par fuit, provecta, modumque jam egressa videtur hæc concertatio. Nam ut patriæ cuique, vel ordinis sui est amor, sic partium studia incalescunt, non alio, ut apparet, fructu, quam ut certi nihil habeamus, propiusque nihil sit quam ut dicere liceat, *Nimium altercando veritas amittitur*. Utram in partem in hac controversia penderem, tibi alias coram exposui: neque hactenus prolatum est quicquam, cur a sententia dimovear. De fraudis enim falsique crimine quod jactant, id si verum est, vitio certe non caret; at causæ cur officiat? Etenim ut malam causam vehemens orator si suscipiat, ut bona sit numquam efficiet; sic bonæ, cum male defenditur, fraudi esse non debet imperitia vel ignavia defensoris. Vale, & precibus tuis me adjuva. Parisiis Calendis Juniis M. DC. XLIX.

Tuus in Christo Jacobus Sirmondus.

P. ALEXANDER WILTHEMIUS SOC. JESU,
Jacobo Sirmondo Lutetiam.

REVERENDE IN CHRISTO PATER, Pax Christi. Ex binis, quæ intra breve tempus a Reverentia Vestra ad me datæ sunt, cognovi, tandem feliciter pervenisse epistolam Amoli, quam verebar, ne per hasce turbas misere periisset. Nunc & meum hunc mihi abstersum esse gaudeo, & Reverentiæ Vestræ desiderio satisfactum esse gratulor. Exemplaria porro ejus epistolæ, cum hæc lucem viderit, gratissima & domino codicis, cui alterum appromittitur, & mihi erunt, stimulumque addent ut in talibus conemur quantum in nobis, Reverentiæ Vestræ servire. Et nunc quidem incidi in opusculum D. Gregorii *De Concordia testimoniorum*, quod Pamelius in fine operum Patris illius promissum, non repræsentat. Titulus in nostro codice, scripto, ut opinor, Othonibus Imperatoribus, hic est:

INCIPIT DE CONCORDIA TESTIMONIORUM
SCI GREGORII PAPÆ URBIS ROMÆ.

Quod opusculum, cum capita quædam de prædestinatione aut ei disputationi affinia delibet, judicavi Reverentiæ Vestræ indicandum, si forte id mitti velit. Jam quod attinet ad responsa Reverentiæ Vestræ ad proposita nostra, intelligo in dies magis magisque verissimum esse judicium meum, ut Gallica societas nostra nihil habet Sirmondo doctius, ita nihil habere humanius; cui verbo ut fucus abest, ita abesse velim invidiam. Pergat Reverentia Vestra confirmare hoc judicium meum, atque imprimis, quod ex codice Virdunensi privilegium Silvestri ad nos missum est, cujus auctoritatis sit, & ex quo, quam antiquo, codice desumptum, significet. Deinde cum me jam locus Hieronymi ad annum sextum Constantii, qui locus ad Maximinum nostrum pertinet, mire perplexum habeat, sitne ibi *Constantio*, an *Constantino* legendum, potest Reverentia Vestra cui veteres excussi quamplurimi codices, quæ sit potior lectio, me docere. Codex unus noster Chronicorum Francicorum, ex Isidoro, Beda & Hieronymo collectus, maxime in antiquioribus (nam finis continet vulgatos Annales Francorum) haud dubie *Constantio* edebat. Præterea doceri pervelim, quæ sit Reverentiæ Vestræ sententia de anno Concilii Agrippinensis in causa Euphratæ. Ego certe probare non possum quod Crumbachius noster, & nuper Wendelinus retulerint ad annum P.C. Amantii & Albini IV. quod Concilium id XV. Kalend. Maias habitum sit, & interpunctionis vitio factum, ut numerus quaternarius ad Kalendas appositus fuerit, quem Coss. appositum oportuisset. Nec honorifica legatio Euphratæ in Orientem post lapsum, facit, ut Concilium Agrippinense Sardicensi postponendum putem; donec aliud afferatur, quod epochæ ejusdem Concilii, ut nunc edita est, clarius adversetur. Quod quam recte faciam, Reverentiæ Vestræ judicium expecto. Jam de Helisachare & Aspasia, quanquam pudet me toties rem illam commendare, etsi jam mirabilem Reverentiæ Vestræ diligentiam eventus fefellit; confido tamen, si quid casus melior forte obtulerit, memorem mei Reverentiam Vestram futuram, præsertim si iterum Romam ad Congregationem generalem eundum erit. Ac tum etiam si quid occurrat, quod ad institutum nostrum faciat, videat Reverentia Vestra ut ad vetera beneficia, quæ in me plurima contulit, nova deesse non patiatur. Ego sane non desinam, quidquid monumentorum veterum occurrerit, quod Reverentiæ Vestræ gratum esse judicavero, naviter, vel indicare, vel submittere. Et proximis quidem diebus angulum unum Bibliothecæ Maximinianæ necdum excussum aggrediar, daboque operam ut queri Reverentia Vestra non possit, parum servata esse promissa. Acta Joannis Gorziensis miror equidem necdum Reverentiæ Vestræ reddita, cum jampridem Mussiponto ad me scripserit P. Lahier, ea tibi a P. Nicolao Richard esse tradita. Sed jam hoc ipso temporis articulo Mussipontum hac de re scribam. Ad extremum inscriptionem nuper in Hollandia inventam cum ea, quæ Deam Nehoboniam, de qua alias, proponebat, muneris exigui loco appono.

DEO NEPTUNO
AMMIUS
OCTAVIUS
JUSTUS
V. S. L. M.

Hæc inventa ad litus Domburganum in Walachria. Commendo me enixe SS. Reverentiæ Vestræ sacrificiis & precibus Luxemburgi XVI. Kal. Aug. CIƆ.DC.XLIX.

Reverentiæ Vestræ servus in Christo
Alexander Wiltheim, S.J.

P. ALEXANDRO WILTHEMIO
Soc. Jesu Luxemburgum.

REVERENDE IN CHRISTO PATER, Pax Christi. Morem suum retinet uterque nostrum. Reverentia Vestra novis me beneficiis cumulare pergit: ego semper habeo de quibus gratias agam, nec de præsentibus modo quæ exhibet; sed de futuris etiam quæ sperare jubet. Jam enim potiri mihi videor S. Gregorii Concordia illa, de qua scribit, si luce digna Reverentiæ Vestræ videbitur. Atque in illo etiam Bibliothecæ vestræ angulo, qui nondum excussus est, καλὰ ἡμῖν auguror, si quid occurret, quod e re nostra futurum arbitretur. Huic ego tam prolixæ & indefessæ caritati vereor ut possim pro meo & Reverentiæ Vestræ voto respondere. Nam de Silvestri pro Treverensi Ecclesia privilegio, non satis memini, quam vetus fuerit Codex Virdunensis ex quo descriptum est: neque ad tollendam falsi suspicionem, satis, opinor, foret codicis antiquitas, si cetera deessent. Quod vero ad Hieronymi locum attinet, ubi Treveris exceptum a Maximino vestro Athanasium commemorat, CONSTANTIO legendum sit an CONSTANTINO; dubitare non possum quin prior lectio anteponenda sit, quam scilicet adferant vetera omnia Eusebiani Chronici exemplaria. Tria hic sunt apud nos optimæ & antiquissimæ notæ. Unum cum solius Hieronymi supplemento, alterum cum sola Marcellini Comitis post Hieronymum appendice, tertium cum solo item

Idatii post Hieronymianum supplemento. Quibus quartum addi potest Prosperi Aquitani, qui Eusebii & Hieronymi vestigia secutus est, Chronicum integrum, hac ex parte nondum editum, in quo, ut in ceteris omnibus, CONSTANTIO disertis literis expressum est. CONSTANTIO præterea legerunt Ado Viennensis in Chronico, Lupus in vita S. Maximini, Hermannus Contractus, & Marianus, & quotquot hunc locum tractant. Nunc autem quem non perplexum cum Reverentia vestra merito habeat hic locus: quippe si CONSTANTIO retinemus, sub Constantio, non sub Constantino Treveris exulasse innuet Athanasium, quod falsum est: si CONSTANTINO substituas, ab hoc quæsitum ad pœnam ingeret Athanasium, quod perinde falsum est, congruitque Constantio. Quare qui CONSTANTINO primus excudit Henricus senior Stephanus anno 1511. aut si quis ante illum editionis hujus auctor fuit; dum vulnus unum curare studuit, alterum patefecit. Quod mirum est in mentem non venisse Baronio: ne de Pontaco loquar, qui CONSTANTINO legi malit, atque ita scriptum putat ab Hieronymo. Quanto enim proclivius fuerat & verisimilius, si memoriæ lapsum, quem alias in Hieronymo non semel notavit, hic etiam deprehendisset, quod ea simul conjungat quæ una, ut dictum est, consistere non possunt? Audacius hæc a me scripta non inficior: sed veniam ut spero dabit S. Hieronymus. Dabit & suo ipsius nomine Rever. vestra, si ejus de transferenda in quattum post annum Coloniensi de Euphrata Synodo conjecturam nondum amplector. Vellem equidem: quid enim aptius foret ad explicandas generum omnium difficultates? Sed acuta & ingeniosa illa divinatio, ut pro eo quod *P. C. Amantii & Albini, IV. Idus Maias* scriptum est, alio sensu *P. C. Amantii & Albini IV.* legamus; quasi anni quatuor sine aliis consulibus fluxerint; quemadmodum post consulatum Basilii numerati sunt multi temporibus Justiniani; Fastorum omnium, ut alia taceam, consensu refellitur, in quibus sequentium mox annorum paria consulum singula describuntur. Quin & hunc ipsum annum, qui propterea quod novi consules creati nondum erant, vel nondum nuntiati, *P. C. Amantii & Albini* inscribitur, suos tandem habuisse consules Constantium IV. & Constantem III. ex Fastis Siculis intelligimus, & ex Idatio nostro, qui omnium optime horumce annorum consules in Fastis suis distinxit hunc in modum:

AMANTIO ET ALBINO.
CONSTANTIO IV. ET CONSTANTE III.
RUFINO ET EUSEBIO
PHILIPPO ET SALIA.

Aliam igitur expecto, utinam suppetat, firmandæ stabiliendæque rei demonstrationem. Amolo adhuc sub prælo est: lentæ sunt enim apud typographos istiusmodi opusculorum editiones. Ubi ad Rever. vestr. pervenerit, cognoscet quantum ex ejus manuscripto profecerim. Nunc fausta illi omnia precor, & ut mei apud Deum meminerit oro. Parisiis IV. id. Aug. 1649.

JACOBUS SIRMONDUS.

P. ALEXANDER WILTHEMIUS S. J.
R. P. Jacobo Sirmondo Lutetiam.

REVERENDE IN CHRISTO PATER, PAX CHRISTI. Locum Hieronymi in utramque partem Reverentia vestra cum acute, tum docte perplexum fecit. Ceterum, si verum est Dagoberti diploma, quod in Defensione R. V. misi (ut verissimum esse vel ipse mirabilis antiqui characteris aspectus evincit) oportuit Agricium dedicasse ædem Trevirensem. Cum autem Athanasius in Apologia ad Constantium, scribat se agente Treviris necdum ædificata, atque adeo necdum dedicata fuisse templa; consequens videtur Athanasium vivo Agricio exulasse Treviris, cum Maximinus necdum inauguratus esset. Unde Hieronymi locum plane anno VI. Constantii aptandum quis dixerit. Sed ea de re sententiam R. V. exquiro, quæ mihi pro oraculo sit. Interim, si Concordiam D. Gregorii mitti placeat, dabo operam ut describatur. Cui rei per proximos vacationum dies, quando jam examen discipulorum nostrorum me distinet, me impendam: tum quoque bibliothecæ Maximinianæ angulum hactenus inexcussum aggrediar. Propono R. V. ad extremum duos nummos ex ærario Cl. V. Bergerotii Causidici in senatu nostro, qui famæ doctrinæ reconditæ R. V. conscius, explanationem eorum demisso animo petit; quo cum ego a communi magistro discere volo. Subopinabar quidem pro BANNACACOFII, ita legendum BANNACACOFIT, uti legitur FIT in altero: & pertinere ad locum, ubi moneta percussa. Malbergiis vocem FIT Salica lex hoc modo videtur locis adjicere, in quo Malbergia habita. Sanctissimis R. V. sacrificiis me enixe commendo.

JACOBUS SIRMONDUS
P. ALEXANDRO WILTHEMIO
Soc. JESU Luxemburgum.

REVERENDE IN CHRISTO PATER, PAX CHRISTI. Scripsi hesterno die ad Reverentiam vestram, & bina misi exemplaria Epistolæ Amolonis; bina item Sententiarum S. Augustini, quarum Eclogen ex eodem codice vestro deprompsi: restat ut postremis ipsius literis respondeam. Cur tam sero? inquiet: quia diutius illæ hactenus inter schedas nostras latuerunt, ac vix tandem repertæ sunt. Quod igitur ad Dagoberti pro S. Maximino diploma spectat, idem, opinor, judicium esse debet ac reliquorum omnium quæ a Pontificibus vel a Principibus prodeunt. Quæ singula in iis quæ statuunt aut quæ concedunt, vim ac auctoritatem obtinent; in ceteris quæ sibi ab aliis exposita narrant, fidem non aliam faciunt quam eorum fuit qui exposuerunt. Incerta autem & falsa plerumque suggeri haud dubium est. Relatum ad se Dagobertus testatur, in Constantini regia dedicatum ab Agrœcio Episcopo fuisse monasterium in honorem S. Joannis Evangelistæ: ab eodem Agrœcio Basilicam quoque S. Petri dedicatam; eodemque tempore jussu Helenæ, aliam Treviris in honorem S. Crucis ædificatam Ecclesiam commemorant Gesta Pontificum Trevirensium. Quis vel Gestorum istorum auctorem, vel eos qui Dagoberto suggesserunt, multis post seculis certiora de Trevirensibus

bus Ecclesiis nosse potuisse credat, quam Athanasium, qui quo tempore apud Treviros exulavit, hoc est post Agrœcium, sub finemque Constantini, nullas in ea urbe fuisse confirmat! Quare ab hoc quidem capite nihil video cur ab iis quæ de Hieronymi loco superioribus literis conjiciebamus, dimoveri nos oporteat. Ceterum quoniam in Gestis quæ dixi, etsi fabulosa sunt permulta, insunt tamen & Pontificum rescripta nonnulla, & alia quæ usui esse possint; si R. V. jusserit, mittam continuo, & in his Silvestri etiam privilegium deprehendet. De nummis quorum ectypa expressit, hoc unum habeo dicere, in quodam nostro qui Chariberti est regis, non BANNACACOFII, ut R. V. repræsentat ex suo, sed BANNIACIACO disertissime legi: quod antiquarii nostri de Balgentiaco oppido non procul ab Aureliana civitate interpretantur. De reliquis notis nihil habeo compertum. Reverentiæ vestræ precibus me enixe commendo. Parisiis 16. Oct. 1649.

JACOBUS SIRMONDUS

LUCÆ HOLSTENIO BASILICÆ

S. Petri Canonico S.

ETSI subiratior dudum eram tibi, carissime & suavissime Holsteni, atque intra silentium propterea me continebam; proficiscentibus tamen ad te nostris, quibus perspecta olim fuit conjunctio nostra, nihil literarum date nefas duxi. Hoc itaque reconciliati apud me animi, redintegratæque benevolentiæ argumentum habe. Fac vicissim ut ad illum te Holstenium quem noveram, & quo gaudebam, redisse rebus ipsis intelligam. Primum ut Synodum Africanam, quam expeti a me non ignoras, qua ratione consequi liceat, videas cum D. Cardinale, qui adlaboraturum se, cum hic esset pro eminentissima bonitate sua ultro professus est. Deinde ut formulas Romanas, quibus carere ni fallor jam potes, qua lege ad te missæ sunt, ad nos remittas, Lambeciumque nostrum hortere, ut τὰ θαύματα καὶ τὰ περὶ ἀγαλμάτων itidem restituat. Postremo, ut de vetere nummo, qui Lælii Pasqualini olim fuit, & post illum Ducis ab Altaemps, in cujus parte antica Christi vultus expressus est sine inscriptione; in postica templum rotundum cum duobus armatis militibus & unica voce ΑΝΑϹΤΑϹΙϹ; de hoc inquam nummo investiget ubi & apud quem sit, ac si nancisci licebit, ejus unum atque alterum nobis ἔκτυπον impetret. quod enim a D. Cardinale ante annos quatuor obtinuimus, a priore discrepat, & Christum mortuum oculisque clausis exhibet; ille viventem & apertis. Hæc tria si nobis conficies, abunde abs te compensatam injuriam putabo, si quam agnoscis: si factam negas, neque ego ullam dicam fuisse. Vale: & quoniam de operibus quæ in lucem parabas, post discessum ex Urbe meum nihil cognovi, non peto ut ad me scribas; sed ut P. Dineto & P. Besson quæ scire nos voles, significes. Iterum vale, & Lambecium nostrum valere jube. Parif. Nonis Novemb. 1649.

VIRO CL. ET REVEREND.

JACOBO SIRMONDO S. J. PRESB.

Lucas Holstenius εὖ πράττειν.

REMISI non ita pridem per P. Dinetum, doctum & religiosum virum, antiquitatum CP. Eclogas & Diurnum Pontificum: neque est quod recte ad te perlatum dubitem. Gratias pro eo ac mereris ingentes, non meo tantum, sed & Lambecii nostri nomine tibi ago: referre etiam, ubi occasio se dederit, obnixe studebo. Et retulissem ex animi tui sententia, nisi iniquitas temporum & rei literariæ calamitas voluntatem meam elisisset. Nam de Carthaginiensi Synodo omnem lapidem, sed nullo operæ pretio, movimus. Cardinalem Capponium, quem in Bibliothecarii munere successorem Justinianus accepit, una mecum Societatis vestræ patres primarii, & in aula gratiosi, hactenus frustra rationum momentis precibusque obtundunt. Adfuit nobis Cardinalis Spadæ, sacræ antiquitatis scientissimi, opera & auctoritas: sed nec ea expugnare potuit .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.
.·. .·. .·. .·. .·. .·. .·. .·.

Dinetus in ipso discessu, triplicis nummi itui explicationem sane eruditam nobis exhibuit: cui cum meam de ANASTASI paulo diversam sententiam pro re nata indicarem, minime eam visus est improbare. Existimo enim non templum Hierosolymis ab Helena Augusta excitatum, sed ipsam Dominicam Resurrectionem hoc nummo exprimi. Etenim ex similibus Christianæ antiquitatis monumentis mihi observatum memini, priscos fideles totam Christi servatoris οἰκονομίαν in partes actusque certos distribuisse: quorum præcipuos nummis ejusmodi, picturis & marmoribus effigiatos suis cum nominibus & appellationibus propriis observavi. Taceo χαιρετισμὸν, γέννησιν, θεοφάνια, ὑπαπαντὴν, fugam in Ægyptum, σταύρωσιν, & ἀνάληψιν, quorum ectypa passim extant; unam duntaxat commemorabo tabellam æream in Cardinalis Barberini cimeliis, Christi Domini regnum & sessionem ad Patris dexteram συμβολικῶς ita repræsentantem. Sellam illa habet sive thronum pulvillo instratum, cum inscriptione ΕΤΟΙΜΑϹΙϹ. quo ad Psalmum 9. ℣. 9. 88. ℣. 15. 92. ℣. 2. alludi nemo dubitet: præsertim cum in antiquissimo Psalmorum codice bibliothecæ Barberinæ, picturis marginalibus elegantissimis exornato, thronum illum majestatis eodem modo appictum cernere liceat. Hæc tamen ita scribo, ut nihil contra subactissimi judicii tui sententiam pertendam; indicasse contentus quæ mihi tunc occurrebant ex tempore, & doctissimo collegæ tuique amantissimo non improbari videbantur. Comparuit deinde Tristani inclemens sane & inhumana epistola, quæ omnes humanitatem cum literis hic profitentes, & nomini laudique ejus ceteroquin faventissimus, non leviter offendit. Quæ enim, bone Deus, animi impotentia est tantillam ob rem tam graviter & acerbe stomachari, & causam non rationibus sed conviciis evincere conari?

Quo magis miranda est tua illa prudens in respondendo modestia, digna ætate atque ordine illo, digna fama ac nomine tot meritis in rem literariam parto. Et ne verbis tantum & inani plausu parti tuæ in hac concertatione favere videar; mitto tres alios Perperenorum nummos, invisos hactenus, coque ut spero tibi gratiores. Deprompsi eos & quam potui fidelissime delineavi ex magno opere Pyrri Ligorii de nummis Græcorum, quod manuscriptum pictumque accurate in Farnesiana Bibliotheca ante paucos dies δαιμονίᾳ τύχῃ inspicere licuit. Tuam vero sententiam ita confirmant, ut qui contra hiscere audeat futurum putem neminem. Majorem nummum M. Aur. Antonini Imperatoris ab Achille Maffeo ad Cæsarem Gonzagam principem Mantuanum pervenisse testatur Ligorius: duos minores Commodi Cæsaris a nescio quo Tavera habuit, quem sæpius eodem opere laudat: nec forte memoria ejus cum tu Romæ commorareris interciderat. Ligorii autographum religiose secutus sum; puto tamen in Antonini nummo non IEPOC, sed IEPEΩC scriptum scalprumve fuisse. quod ut oculos Ligorii fallere potuit, mentem certe non fefellit: dum Glauconem illum flaminem Augustalem perpetuum interpretatur. Addit enim explicationem verbosam, cujus summa est, Perperenen claram tunc liberamque civitatem fuisse: hasce enim solas jus cudendæ monetæ habuisse a Romanis. Bacchum vero ejusque symbola nummis insculpsisse, ut regionem suam vini feracissimam esse ostenderent. Meminisse eorundem Strabonem & Plinium. Hæc Ligorius. Nunc quia viam nobis ad veritatis pervestigationem aperuisti, Ptolemæo etiam Perpere ex Palatinis & Barberino mss. restituenda est. Nam ubi Τεμμίρα nunc inter Lydiæ civitates primo loco legitur, Περμίρα in Palatino, Πειίρα autem in Barberino extat: unde verum nomen Περπέρα reponendum nemo, puto, dubitaverit. Sed non ita facile statuerim de Stephani loco, cujus Περπεραίων aliorum Περπέρα videtur; adeoque in vitio cubare verba illa, τοῖς δὲ Πειίρω τοῦτο καλοῦσι, corrigendumque Περπερηνῶν. Sed de hac correctione sententiam tuam, ni grave est, rescribe. Deus tibi vitam & valetudinem quam diutissime prorroget, literarum decus. Vale. Romæ, Idib. Maii MDCL.

Jacobus Sirmondus Lucæ Halstenio V. C. L. Basilicæ S. Petri Canonico S.

Pergratæ mihi fuerunt literæ tuæ, clarissime Holsteni, quibus non improbatam Romæ defensionem nostram significasti. Cumque in his valde placuerint omnia, tum præ ceteris certe nummi Farnesiani quorum ἔκτυπα misisti. Quid enim ad rem nostram accidere potuit optatius vel opportunius? Itaque gratias ago quam maximas. Et quoniam quod a tui similibus profectum est beneficium, πρόξενον solet esse futurorum; audeo nunc etiam duplicem abs te gratiam expetere. Primum quidem ut nummi alterius, quem penes optimum humanissimumque Cardinalem nostrum esse audio, Hanniballiani regis ἔκτυπον quoque impetres mihi, ex quo quid in me desit, quem Henricus Valesius in Notis ad Marcellinum edidit, cognoscere ac supplere liceat. Memini namque opificem cum hunc in æs incideret, studio quædam omisisse quæ non satis expressa & perspicua erant in archetypo. Tum deinde ut de Romanis Italicisque Plinii exemplaribus, quid eo loci habeant de quo est controversia, ubi tua vel aliorum investigatione compereris, certiores nos facias. Hanc enim, ut opinor, ad cumulum operam debes clientibus tuis Perperenis, quorum tu causam feliciter tutari & ornare orsus es tum Farnesiano trinummo de quo dixi, tum certissima emendatione Ptolemæi, apud quem Περπέρα restituendum doces pro Τεμμίρα quod ipsum nobis, ut quod res est dicam, suboluerat, cum in manuscripto nostro Πειίρα scriptum cerneremus. Sed de Stephani loco propria laus est tua: nisi quod timide nimis visus es affirmare. Nam qui dubium esse queat quin Περπεραίων χώρα Stephani, quam ab aliis Perperinam vocari monet, ipsa sit quæ ὁμόνοια Περπερηνῶν in vetere nummo appellatur, cujus universæ caput fuerit Περπέρα? Quare utroque in capite suffragatorem me tibi plausoremque habiturus es. De A[...]stasi autem assentiri non possum: ac pro me, ni fallor, illa faciunt quæ de Christi vitæ historia commemoras ex antiquis monumentis. Vidi & ipse tum alibi passim, tum in valvis æneis Basilicæ S. Pauli via Ostiensi, singulas ejus partes seorsim effictas, suisque cellulis distinctas, atque in his, ne cunctas persequar, σταύρωσιν, ἀνάστασιν, ἀνάληψιν: sed ita nimirum ut titulo sua cuique historia, & historiæ titulos responderet, Christo crucifixo σταύρωσις eidem resurgenti ἀνάστασις, in cælos assumpto ἀνάληψις. Ex quo nempe consequens videbatur, ut in Christi nummo ἀνάστασιν, non ad ejus resurrectionem, quæ hic nulla comparebat, sed ad subjectum titulo Templum referendam intelligeremus. Qua in re post varia argumenta quibus in Dissertatione nostra usi sumus, Sabini quoque Diaconi, quod unicum satis erat, mentionem adjecimus. Quæro enim, atque hoc ut expendas oro, quo alio sensu & Sabinum hunc, & Athanasium, de quo Theophanes anno III. Marciani, sanctæ Anastasis Diaconos Hierosolymis dictos putes, quem quo Romæ vel S. Eustachii, vel SS. Cosmæ & Damiani diaconos Cardinales nuncupari mos est? At ecce dum hæc scribimus, prodit novum opus Tristani quod Antidotum inscripsit. Jam apud me statueram, si quid amplius scriberet, nihil respondere: nunc vero postquam legi, multo magis. Quid enim ab eo speres, qui ubi disputat perpetuo βατταλίζει, ubi narrat sciens volensque ψευδολογεῖ? Verum de hoc Antidoto æquius fuerit audiri a me, si voles, judicium tuum, quam a te meum. Miseret me prorsus, ac prope jam pudet infortunatæ amicitiæ. Tu vero, mi Holsteni, constans esto, meque tui amantem fac semper ut redames. Vale. Lutetiæ Parisiorum ex. Kalend. Junias cIↃ. IↃC. L.

V. Cl. et R. Jacobo Sirmondo S. J. Theol. Lucas Holstenius S. P. D.

Nummos Farnesianos opportunitate sua gratos tibi advenisse gaudeo, Cl. Sirmonde: ut hoc saltem officio nostra tibi profuerit amicitia, cui jam pridem ex voto aliquid

A præstare per tempora studiis parum æqua oon licuit. Stabit spero invicta Perpereoorum caosſa tot præsidiis firmata; præsertim cum suppetias nostras ex Ptolemæo & Stephano judicio tuo corroboraveris. Mitto nunc quem petis Hanniballiani nummum ex archetypo Musei Barberini accurate depictum. adhibui & alium amicissimi nostri Gottifredi; ut collatione utriusque singulos apices distinctus perspicerem. Posterior tuo illi persimilis videtur, inferiori parte adversæ figuræ ita truncatus, ut uroæ amnisque profiueotis nullom in eo vestigium appareat; quæ Barberinus perspicue exhibet, cum vestigiis literarum CONST, quam fieri potuit simillime hic adumbratis. Easdem Dionysios Sada celebris olim aotiquarius in suo sibi
B numo lectas descripsit in supplemento Occoniano, quod manuscriptum amicus nobis ostendit. Juncum ad lævam fluvii recubantis surgentem, quem io Barberino ærufcator incautus plane extrivit, ex Gottifrediano adjunxi. Ita ut dubitandum noo sit quin Euphratem exprimat hic oummus; idque Sadam suo in libro notasse video. In Hanniballiani prænomine distinguendo aqua mihi hæsit. nam oummus Cardinalis nostri [ʟ ita exhibet, ut dijudicari oculis non possit, utrum [sinuarum in angulos, an vero [crure inferiori curtatom repræsentet: sed Gottifrediaons & meo & ami-
C corum qaos spectatores admisi judicio, FL. habet. Neuter duplex nomen FL. CL. uti nec Sada agnoscit; quale Tristanus in suo posuit, quodque in eadem geote Juliano Aug. usurpatom scimus: ut non uoo eodemque typo omnes istos nummos effigiatos crediderim. De Plinii loco duos tantum recentiores codices bibliothecæ Barberioæ inspexi, qui Præparentium vulgato errore præferunt. Ubi Vaticaoos ipse, Insubricos autem & Venetos per amicos, consuluero, certiora perscribam. Quid de postremo Tristani respooso sentiam, simul ac Romam perlatum fuit, ad communem amicum Raphae-
D lem du Fresue perscripsi: nec dubito quin, quod me cupere significaram, vel literas ipsas tibi exhibuerit legendas, vel argumentum earundem exposuerit. Tres enim oovas quas affert de Anastasi assertiones minus mihi probari ostendit, quod Anastasio Hierosolymitanam sacellum haud magoum, & majoris Ecclesiæ appendiculam fuisse pertendat, non recte percepto Eusebii testimooio: quam Ecclesiam Metropolitanam, & capot oniversi Patriarchatos fuisse, ex Concilio Chalcedon. act. VII. certo coostat, ubi Juvenalis Episcopus tres Provincias Palæstinas suæ sedi subjectas, πρὸς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν pertinere affirmat: can-
E demque Maximus Antiochenus thronum Hierosolymitanum vocat: tum vero quod ex inepta Cedreni versione nescio quod sanctum sepulcrum in Blachernensi Ecclesia soli sibi reperisse videtur: ubi τὴν ἁγίαν σορὸν καὶ τὰ ἱμάτια σπάργανα B. Virgiois a Pulcheria Aug. reposita fuisse, ex Nicephoro aliisque notissimum est. Omitto quæ de Ecclesia in Chalcoprateis idem Nicephorus prodit, cui τῆς ἁγίας σοροῦ nomen eadem Pulcheria fecit, a capsa, in qua B. Virginis zona recondita servatur. Sed tu, mi Sirmonde, rectissime & tuo nomini consules & ipsius pudori, si aut nihil, aut quam brevissime responderis. multa enim nec gravitas tua, neque ipsa res postulat. Lambecium nostrum belli civilis metu Tolosa ad vos reversum pristino affectu complectere, tuoque consilio in CP. Antiquitatibus edendis dirige, & me tibi devinctissimum ama. Vale. Romæ x. Kal. Septemb. cIɔ. Iɔcl.

JACOBUS SIRMONDUS
PETRO DANIELI HUETIO, * S. D.

* Nunc Episcopo Abrincensi.

NÆ tu si hoc more vivis; suavissime Hueti, vereri haudquaquam debes ne ingrati animi te quisquam accuset. Quippe qui ab oblivione beneficiorum tantum abes, ut ea etiam in acceptis numeres, quæ in alios ipse contulisti. Gratias agere te scribis, quod ad me semel atque iterum venientem non inhumaniter acceperim. quasi non me potius obstrictum habeas hoc nomine, quod accessu tuo non merentem congressuque honestaris. Quin nunc etiam beneficium literarum ad me tuarum accessione cumulasti, quæ mihi lepore & elegantia soa indolem tuam repræsentarunt: Sic enim illæ mihi præclaras iogenii tui animique dotes, quarum specimen coram dederas, expresserunt, ut has denoo tanquam in speculo & imagine, sic in verbis tuis contueri visus sim. Huic ergo epistolæ tuæ quanquam impar fore sentiebam quicquid rederem, adjiciendum tamen literis meis subsidio libellum putavi, ex quo quanti te merito faciam intelligas, qui te in hac controversia nostra judicem aut arbitrum non defugiam. Vale, & quod sperare me jubes, pro me Deum ora quæso te etiam atque etiam. Lutetiæ Parisiorum A. D. VI. Kalendas Maias cIɔ. Iɔc L.

JACOBUS SIRMONDUS
JOANNI BAPTISTÆ MARIO.
Viro doctissimo S.

QUÆ de præclaris virtutibus tuis audieram, suavissime Mari, ea postquam intueri coram licuit, majora omnia comperi quam fama nuntiarat. Præcipue autem delectavit me tuum istud ingens studium veterum Patrum in lucem proferendum, in quo mihi aliorum omnium operam iodustria tua oon æquare modo, sed præcellere videris. Qui enim hac in arena tecum versamor, hoc fere agimus omnes, at aoctores qui adhuc superstites latent ab interitu viodicemus; ut mortuos quodammodo & vita functos exsuscitas. Quo enim potius nomioe appellem quod in Petro Sebasteno & in Aotonio magno proxime præstitisti, quorum opera cum in patria lingua nusquam extarent, scito invento ex alieoa devocasti. Aude igitur & perge. Viderint quippe Arabes, suane ipsos hic olim solertia fefellerit; fefellisse autem cur arbitremur; tibi certe integra suscepti consilii laos constabit. Nam & gratiam, ut ut res habeat, in cælo habebunt quos hooorasti: & beneficio tuo proficere se agnoscent, quibus in his libris egregia vitæ morumque documeota suppeditasti. Vale.

PRÆPOSITO GENERALI SOC. JESU.

scripta nomine Episcopi ....

REVERENDISSIME PATER, Noo facile dixerim qao me animi sensu affecerint literæ Reverendissimæ D. V. qoibus bonorum Or-

A
dinis vestri operum orationumque sum particeps renuntiatus. Nam cum intelligam quam optabile fuerit eorum in societatem venire, qui per omnes ubique gentium oras diffusi strenuam in Domini vinea operam ponant, divinamque clementiam quotidianis sacrificiis, assiduisque pro animarum salute laboribus promereantur; tum vero quod ultro id mihi nec speranti nec sane merenti delatam sit, ad beneficii cumulum pertinere non ignoro. Quanquam enim si res propensæ voluntatis benevolantia, ac nonnullo etiam res vestras promovendi studio & conatu æstimanda est, is videri possim cui Societas vestra non omnino sine causa bene velis; aliter tamen interpretor officium meum, qui quod Societatem amo, id illi jam olim ex quo in ejus scholis versatus sum, debere me
B
sentio. Quod vero eidem ego & Collegæ mei, quos ad Ecclesiæ clavum Dominus admovit; pro viribus favemus, nobis ipsis favemus; qui ad ferendam oneris nostri sarcinam, hominum vestrorum eorumque consimilium ope atque industria magnopere sublevamus; Quare gratias R. D. V, quas tot nominibus debui, jure maximas ago, novum hunc necessitudinis nexum quo me Societati suæ devinxit, tanti semper quanti quod carissimum est, habiturus. Et quoniam hæc mutuæ confœderationis velut tessera eo etiam, ni fallor, valitura est, ut suam erga me voluntatem Societas vestra non facile
C
deponat: hoc vicissim contra impetravius, ut meum illa erga se studium, operam, benevolentiam nullo unquam tempore desideret.

Scipio Cobellutius

Cardinalis S. Susannæ,

R. P. Jacobo Sirmondo Soc. Jesu amico carissimo.

REverende Pater, Literas tuas VII. Aprilis, hodie mihi reddit P. Assistens, causamque adjecit tam longæ moræ, quam tibi significasse non dubito. Ex multis nominibus gratissimæ mihi fuerunt: præsertim quod
D
a te tandiu literarum nihil, ut me de tuæ amicitiæ possessione dejectum suspicarer. Tantum justo titulo animoque meo confidebam. Sed multo jucundius fuit cognoscere nullo me prætoris interdicto indigere; quod luculentissimo testimonio omnibus constare voluisti. Quamobrem multum tibi a me deberi intelligo: amorem certe quem præstiti semper præstabo dum vivam. Nam quis ingenium, quis literas,
E
quis morum non amet suavitatem, quæ in te enitent? ut mittam ea quæ in Christi Ecclesiam egregia tua sunt merita. Fac tibi persuadeas me meæ in te voluntatis, studii, & grati animi signa apparere magnopere velle. Vale, & me amare perge. Romæ XXV. Julii MDCXX.

R. P. T. Studiosissimus,
S. Card. S. Susannæ.
S R. E. Bibliothec.

A
Franciscus
Cardinalis Barberinus
Jacobo Sirmondo.

ADmodum Reverende Pater, Ea jam dudum in rem Ecclesiasticam atque universam Christianam religionem beneficia contulisti, ut qui hanc auctam ornatamque cupiat, idem de tuis meritis ac summa eruditione non nisi præclare & honorificentissime sentire possit. Mihi vero proprias etiam ac peculiares caussas humanitas tua esse voluit, cur præcipuo quodam amore ac benevolentia tibi obstringerer, ejusque testandæ occasionem quam-
B
cunque amplecterer, qui me judicio affectuque cohonestandi nullam prætermittis. Atque hac fiducia, ea subinde nostrorum hominum scripta ad te mitto, quæ licet exactissimi tui judicii censuram sua tenuitate non sustineant, meæ tamen erga te voluntatis argumentum aliquod præbent: tum etiam te aliosque primi ordinis viros ad præstantiora opera producenda excitant. Nunc Theodoretum tuum expectamus: de cujus editione quamvis magna & exquisita omnia mihi hactenus promiserim, majorem tamen in modum conceptam de tanto opere spem auxit erudita tua in duas epistolas observatio: quæ quidem plane ostendit
C
quam frustra nostrarum bibliothecarum præfecti cautissima timuerint. Sed iniquitas temporum, & adversariorum pervicacia facit, ut Ecclesiæ & religionis Catholicæ incolumitati nunquam satis caveri possit. Ceteræ epistolæ quarum indicium facis, dabimus operam ut per omnes urbis atque Italiæ bibliothecas sedulo pervestigentur. Codicem quoque Neapolitanum ab Holstenio obiter inspectum, brevi ad nos perlatum iri spero. Eum diligentius excutiendum curabimus, si qua forte ad Vaticanas epistolas accessio parari possit. Dabis interim hoc nostro erga te amori, ut de tuis studiis laboribusque scribas frequentius; atque ea suggeras
D
quæ ad publica rei Ecclesiasticæ, & privata tua commoda a nobis præstari posse existimaveris. Vale, Idib. Februarii CIↃ.IↃCXXXIX.

Isaacius

Episcopus Vabrensis,

Reverendissimo P. Jacobo Sirmondo.

ACcepi munus tuum, Venerande Senior,
E
accepi ac exosculatus sum. Theodulfus ille tuus te vindice simul & cultore dignus, seipso nitidior comptiorque, statim atque manum adhibuisti, lucem aspexit. Peccasti forsan in eo, vir doctissime, quod illum rursus in tenebras compulisti, eum ad nos, id est ad Cimmerios plane homines ablegans. Reperit novum hic exilium ubi degimas, ac literarum pene obliti jam sumus. Inaccessas rupes scandimus, dumis ac vepribus hæremus, ut illa quondam Isaaco succidanea hostia: utinam ita & Deo grati. Si quando tamen ad amœnissimam civitatulam Vabrensem reditus dabitur, ibi quies & libri & studia, & laborum tuorum jucundissimi fructus nos manent. Juvenesce tantum, o mi Pater, & renovare ut aquila, novosque fœtus nobis eda solem sustinentes

ipsoque clariores. Nullam opto tibi nisi post seculum immortalitatem. Deo & Ecclesiæ tantumdem vive & Vale. R. P. Petaviam, Patres tuos, Theologos ceteros admodum saluto. Optimo ac de literis bene merito Viro Cramosio gratias etiam ago amplissimas. In oppido S. Romani Idib. Maii.

Clar. et Rev. Viro
Jac. Sirmondo S. J. Theologo
Lucas Holstenius S. P. D.

PEtrum Lambecium sororis meæ filium tuæ benignitate complexurum spero, quam insignis tua humanitas & constans erga meumor mihi pollicetur. Eam quamvis tibi nuper in Urbe commoranti commendaverim, ita ut nihil potuerim magis; temperare tamen affectui meo non possum, quin te per Musas & bonam Mentem, quas juvenis impense amat, obtester iterum, ut tuum illi in studiis recte instituendis consilium deesse non patiaris: tum etiam ut te patrono illustrissimum Tolosatium Archiepiscopum & Præsidem Memmium, magnos literarum patronos, cognoscat. Illa vero beneficiorum summa erit, si ad Regiam, Thuanam & Memmianam bibliothecam viam illi aditumque pares. Ita me tibi omnibus nominibus jam devinctissimum habebis, si fieri possit, devinctiorem. Vale, & me atque Lambecium suum ama. Romæ xt. Augusti cIↃ IↃc. XLVI.

Clar. et admodum Rever.
Jacobo Sirmondo
L. Holstenius S.

LIteras tuas, Clar. Sirmonde, γλυκυτάτας eo plane momento accepi, quo cursor discessum parabat sarcinis jam colligatis. Nam ut varii erant argumenti, ita me gaudio pariter metuque compleverunt. Et quamvis meliora auguretur animus, non potui tamen non moleste ferre, quod primo ad vos adventu juvenem minus adhuc fortunæ casibus exercitatum sævo quodammodo omne perterritum viderim. Tu, quæso, & pro ea qua polles prudentia, & pro affectu in me tuo, in bonam eum spem erige, atque effice ut hoc sibi habeat persuasissimum, me parentis loco ei futurum, nec commissurum ut officia & benevolentiam meam desideret. Mitto troparia S. Theodori Studitæ, quæ sola describenda supererant in collectione ejus operum: sermones enim panegyricos jam ad te pervenisse spero. Si quid præterea jusseris, curabo quam potero diligentissime. Tuas solicito plane desiderio expecto. Faxit Deus ut omnia ex voto nuncient, eamque curam levent quæ nunc me coquit & versat sub pectore fixa. Si pagellas Diurni suppleveris de tuo exemplari, nova beneficii accessione arctius me tibi obstringes. Vale Cl. Sirmonde, & Lambecium nostrum tibi commendatissimum habe. Romæ Prid. Id. Novemb. cIↃ IↃc. XLVI.

A

Reverendiss. Doctissimoque Viro
Jacobo Sirmondo S. J.
Petrus Lambecius S.

ETsi tardius ad te scribo, Reverendissime Pater, quam discessurus promiseram, nollim tamen quidpiam aliud in causa esse existimes quam plurimas occupationes quibus hactenus districtus fui. Deum enim testor, me ex illo die quo Galliæ vestræ ultimum vale dixi, nullius absentiam graviori dolore perpeti, & nullius memoriam majore animi delectatione recolere, quam tuam. Quid rerum

B nunc agam, pridem, ut opinor, ex aliis cognovisti, maxime quæ spectant ad historiam Constantinopolitanam. Magnum sane aliquid parturio, sed non absque periculo & difficultate, uti plerumque evenire solet ubi & severa nimis & nimis imperita adest obstetrix. In præsens laboro circa Pauli Silentiarii carmen de templo S. Sophiæ: nec dubito quin ejus editio doctis grata admodum futura sit. Utinam nunc per aliquot saltem dies tecum essem: certe gravissimam hujus oneris partem auxilio tuo sublevares. Ex infinitis vero aliis locis in

C quibus judicii tui subventu indigeo, hunc unum Codini imprimis dispice: Τὰ Ἀνθεμίου, οἶκος τοῦ Ἀνθεμίου μαγίστρου, τοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ, ὃς καὶ ἔταφεν ἐν τῇ πόλει, δεδωκὼς αὐτῷ τὴν ἐκ πρώτης γυναικὸς αὐτοῦ θυγατέρα, καὶ ἀπέστειλεν εἰς τὴν Ῥώμην. Interrogo an verum sit Anthemium a Marciano Imperatore Imperatorem Occidentis electum & Romam fuisse missum? Omnes sane probati auctores uno ore negant, & tu ipse in Notis ad Sidonium. Idatii verba ea de re hæc sunt: *Anthemius octavo miliario de Roma Augustus appellatur, anno Leonis Imperii octavo, mense Augusto.* Fasti Siculi: πέμπτῳ ἔτει, decimo scilicet Leonis anno, ἐβασίλευσεν Ἀνθέμιος καὶ

De Orig. PC. pag. 53.

D ἀνῆλθεν εἰς Ῥώμην. Ceterum, quod Marcianus Anthemio filiam suam uxorem dederit testatur Niceph. Callist. lib. 15. cap. 11. In libro Codini πατριωτικῶν, qui extat in Biblioth. regia, hic locus ita legitur: Τὰ Ἀνθεμίου, οἶκος τοῦ Ἀνθεμίου μαγίστρου, τοῦ ἐν τοῖς χρόνοις Μαρκιανοῦ τοῦ βασιλέως, ὃς καὶ ἔταφεν ἐν πόλει, καὶ ἀπέστειλεν εἰς Ῥώμην Βασιλέα. Tu quæso, R. P. isthæc omnia perpende, & quid sentias rescribe. Interea vale, & me ut fecisti ama, tui ex animo amantissimum. Dabam Romæ 20. Januarii A. D. 1648.

E

Jacobo Sirmondo
Alexander Wilthemius
Soc. Jesu. Luxemburgi.

REverende in Christo Pater. Pax Christi. Capitula D. Augustini serius quam pro voto descripsi. & ne vacarent paginæ, ad initia Sermonum Faustini, si ejus sunt, adscripsi quædam ex aliis codicibus, quæ cujusmodi sint, erit Reverentiæ vestræ judicium. mihi quidem jucundum, imo & honoratum est, R. V. in talibus rebus obsequi. Atque utinam digna sint, quæ subinde R. V. ultro videor obtrudere, ut benigno oculo accipiantur. Scio enim quantæ verecundiæ esse debeat, quidquam in conspectum tantæ eruditionis, quam

mundus miratur, proferre. Sed audaciam facit R.V. summa humanitas, ut non verear pluru etiam spondere, si Locensis bibliotheca, cujus rei spes aliqua mihi Treviris nuper intellexit, nobis patefcat. Interim expectabo quid R. V. a me de reliquo factum velit. Gesta Pontificum Trevirensium a Rev. Patre Visitatore necdum accepi, quanquam audio ad nos ea jam perferri. Codicem qui Amolonis epistolam continet, petivi Metis per literas, & spero propediem reddendum. Ad extremum rogo R. V. ut ad quæsitu, quæ satis multa proposui, per otium respondere velit, atque etiam significare mihi, num doctissimus Hadrianus Valesius in rebus Francorum quæ reliquæ sunt scribendis pergat, & quam brevis aut longa spes sit operis ejus edendi. Nos quidem Annalium nostrorum duos libros vertente hac æstate censoribus speramus tradere; & utinam librum unum expleret R. V. Cum enim ab aliis reprehendi me facile patiar, a R.V. etiam optem. Sed vota vereor ut eveniant. Reliquum est ut me R. V. SS. sacrificis enixe commendem.

R. V. servus in Christo humillimus & obsequentissimus, Alexander Wilthemius Soc. Jesu.

Luxemburgi 25. Junii 1650.

Quæsita.

1. Quid factum Cyrillo, cujus est mentio in actis D. Hilarii Arelatensis? Non creatus alicubi episcopus?

2. Lectumne R. V. usquam nomen Jamnetii, quod Trevirenses libri passim habent?

3. Quo anno decessit Apollinaris Sidonius Arvernorum Episcopus? An vere anno CDLXXII. ut vult Baronius?

4. Unde Maximino primo Miciacensi Abbati id nomen?

5. S. Nicetii Trevirensis quæ patria? an Arvernum? an Lugdunum? an Lemovices?

6. Ubi idem fuerit Abbas? an Lemovicibus? Datius certe Mediolanensis Episcopus, post eum creatus est Abbas.

7. Quid de monachatu Nicetii & Aredii dicendum? erantne vere monachi, an clerici regulares?

8. Quo loco Aredius monasterium condidit? an Lemovicibus? & quando?

9. Quo anno mortuus ejus pater videatur.

10. Florianus, qui ex monasterio Romano scribit ad Nicetium, nusquam alibi R. V. lectus est? An de eo Ennodius & Arator?

11. Theodatus ejus abbas, num est Theodatus ille cujus meminit Gregorius lib. II. Dialogorum cap. I. atque adeo monasterium Romanum rectene in Comagia insula Larii lacus quæritur?

12. Florianus ille an Mediolanensis?

13. Quid sit in epistola Floriani, *Alphabetum imponere*: an aliud nihil quam prima docere elementa? an nihil hic lateat quod ad ritum aliquem solennem pertineat?

14. Quis Rufus episcopus cujus est epistola ad Nicetium? an Octodurensis?

15. Quomodo Nicetius Justiniano Eutychetis & Nestorii errores juxta imputat?

16. Clodosvinda Alboini Longobardorum regis conjux quo anno decessit?

17. Videtur R.V. usa editione castigatiore literarum Nicetii ad Justinianum, & Clodosvindam, & Mappinii ad Nicetium, quam est editio Wecheliana. nisi forte R. V. adjuta est ab antiquis codicibus. Proinde si & ceteræ epistolæ ad Nicetium, nimirum duæ Floriani, una Rufi, alia incerti, penes R.V. sunt in probis codicibus, magno me beneficio affecerit, si earum concedat exemplu.

18. Denique si quid R.V. habet de Thebæis martyribus, de SS. Agricio, Maximino, Paulino, Nicetio, Aredio, Theodoro Massiliensi episcopo, Magnerico, &c. quod lucem necdum aspexerit, multum me sibi obstrinxerit, si ejus me participem fecerit.

Jacobus Sirmondus P. Alexandro Wilthemio Soc. Jesu, Luxemburgum.

Reverende in Christo Pater, Pax Christi. Capitula S. Augustini, quæque his adnexa fuerant, accepi: pro quibus omnibus gratias Reverentiæ Vestræ ago quam maximas. Vellem equidem de *Quæsitis* ejus vicissim aliquid respondere quod satisfaciat. sed scire quid possim quod R.V. lateat?

1. De Cyrillo diacono, cujus fit mentio in vita S. Hilarii Arelatensis, utrum postea episcopatum sit adeptus, legere me non memini.

2. Nec de Jamnetii nomine, quod in Trevirensibus libris frequenter legi significat, aliud possim suspicari, quam detortum ex Januario videri.

3. Quod Sidonii obitus in annum CDLXXII. conjici non possit, Sidonius ipse docet, ubi Nepotem Aug. nominat, quem certum est levatum non fuisse ante CDLXXIV. Propius a vero absunt, qui mortuum putant anno CDXXCVI. Mihi olim ex die Dominica, quæ obitum Sidonii secuta dicitur a Gregorio, & ex die XII. Kalend. Septembres, quo mortuum notat epitaphium, confici videbatur vita functum esse anno CDXXCVIII.

4. Maximino abbati Miciacensi unde id nomen sit impositum, quis divinare possit? neque enim a quoquam proditum existimo. Quod in mentem venire queat, an a Trevirensi, cum Virdunensis fuerit; consentaneum putarem, si constaret moris jam tum fuisse ut a Sanctorum nominibus appellarentur: nisi consanguinitas vel necessitudo aliqua intercederet.

5. Nicetii Trevirorum episcopi patria cui nota erit, si Trevirenses ignorant? Quæris an Arvernum putem? Ego magnum aio esse conjecturam ex eo quod, tum etiam cum abbas erat, in honore fuisse dicitur apud Theodericum regem, in cujus ditione constat Arvernos fuisse.

6. Monasterium proinde in quo educatus est, & cui postea præfuit Nicetius, apud Arvernos quærendum videri: & Datium, si Nicetio abbati successit, ibi successisse.

7. De monachatu porro tum Nicetii tum Aredii, dubium non habeo quin monachi reipsa fuerint, non clerici tantum regulares.

8. Ac de Aredii quidem monasterio, quoniam de Nicetiano dictum est, apud Lemovices conditum fuisse, eique nomen inditum Attano, ex Gallia Christiana perspicuum est: etsi patria illi Arverni fuere, non Lemovices. Unde apud Gregorium hæc duo distinguuntur lib. X. cap. XXIX. *Lemovicinæ urbis incola fuit, non mediocribus regionis suæ*, id est, patriæ, *ortus parentibus*.

9. Quo sane anno monasterium hoc condiderit, vel quo anno ejus pater obierit, compertum non habemus. Quo anno e vita excesseris, ex eodem Gregorii capite liquet, anno nimirum Childeberti XVI. hoc est, Christi DXCI.

10. Quod ad Florianum attinet, assentior R. V. de hoc eodem intelligendum esse Ennodium, quem suum hic ea lavacro patrem vocat; & Aratorem quoque, cujus operis inscriptio est, *Domino sancta venerabili, & in Christi gratia spiritualiter erudito, Floriana abbati Arator subdiaconus salutem.*

11. Romanum quoque monasterium cui præfuit, de insula Comani lacus recte accipi. De Theodoro abbate, cui successit, idemne sit cum Theodoro, de quo S. Gregorius in Dialogis; nec habeo quo confirmem, nec ineis occurrit quo refellam.

12. Florianum porro Mediolanensem fuisse, cum R. V. credo. ipse Ambrosii civem se appellas in epistola priore ad Nicetium: & Ennodius epistola XV. sanguine sibi junctum ait, qui & ipse Mediolanensis erat.

13. Quod autem *Imponere alphabetum*, aliud non sit, quam quod R. V. conjecit, *prima elementa docere*; indicat quod Florianus Romæ in scholis versabatur cum scribebat Ennodius: & juvenem abbatem fuisse factum Arator testatur.

14. Rufum, qui ad Nicetium scribit, Octodurensem mihi episcopum videri, adnotaram ipse quoque in exemplari nostro.

15. Nestorii & Eutychis errores Nicetius simul imputat Justiniano, quia Synodum Chalcedonensem rejiciebat, in qua Nestorius simul cum Eutyche damnatus.

16. De Clodosvindæ obitus anno nihil proditum, quod sciam. mortua videtur priusquam Alboinus in Italiam veniret anno 567. In epistolis his non sum usus alia editione quam Wecheliana, sed quædam quæ certa videbantur emendavi. quale est quod in VI. Maximianum dixit pro *Maximinianum.*

De Paulino episcopo, & de Bonoso presbytero Trevirensi, inveniet aliqua R. V. nunc primum excusa in Libello precum Marcellini & Faustini, quem mitto ad R. V.

Bonifacius in Actis* Felicis II. Papæ, quem Romæ olim vidi in bibliotheca canonicorum S. Petri, sic loquitur. ***

* Vide, s[?] Dan. Papebrochii Dissert. in Propyl. ad Acta SS. Maii pag. 56.

17. De Clodosvindæ morte aliud non legi præter Paulum diaconum, cap. ult. libri primi, de Gestis Langobardorum: ex quo intelligitur mortua fuisse ante Alboini adventum in Italiam, id est ante annum DLXVII. postquam Cunimundus Gepidarum regem occidit: quod non liquet quo anno factum sit.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu,

MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Goffridi tui postremas pagellas his ipsis diebus accepi, & pro inexpectato munere gratias tibi magnas habeo. Verum enim tibi fatebor, Sidonium potius aliquem, aut Ennodium, quam Goffridum istum tanto recentiorem, cujus ne nomen quidem me antehac audisse puto, expectabam. Eo magis accuratissimæ diligentiæ pertinaciam miratus sum. neque enim omnium est, oculos Romanis marmoribus & nummis assuetos, ad posteriorum temporum barbariem, ut fastidiosi interpretantur, transferre. Sed tu per gradus scilicet descendis, a prisca Romæ antiquitate ad Sidonium, a Sidonio ad Ennodium, hinc ad Goffridum: non nescius publici interesse, omnium temporum ætates recte illustrari. quod si fiat, pleraque hæresis capita sua sponte concidant. Interim te de Sidonio, sponsione non libero. Ennodius jam P. Schotti nomine in Francofurtenses catalogos relatus est, neque æquiens patet idem bis exigere. Quod si Schottus promissa repræsentare morabitur, ad te redibitur. Vale. Deum pro me ora, &, quod Romæ cœpisti, Lutetiæ perge me amare. Augustæ Vind. die 24. Novembris, An. 1610.

Reverentiæ tuæ addictissimus
Marcus Velserus.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu,

MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Accepi itetneum munus, Ennodium cum Noratum auctario: pro quo quidquid gratiarum concipere possum, meritum tuum non æquant. Tu autem ne speres nobis persuaderi posse, eas in ipsa præli festinatione sic subito effusas esse. non si conceptis verbis clarissimus Faber juret, quo tu teste in præfatione uteris, fidem impetret. Ego quidem tibi sancte affirmo (nosti autem quam amicos non soleam ludere) me a multis annis nihil in isto literarum genere (quod ut minus splendoris habet quam lucubrationes venustioribus & politioribus auctoribus impensæ, ita earum utilitates sæpe æquat) legisse cum centum circiter istis pagellis tuis mea sententia comparandum. Præterea facere non possum quin singularem modestiam tuam collaudem, quoties cogito quos clamores tollerent quidam criticorum, si de propriis nominibus posterioris ætatis, de Symmachis, de Cassiodoro & Senatore, multaque ejusmodi observassent, quæ tu nos primus docuisti. tibi, monuisse, satis: nusquam te effers, nemini insultas: ut candorem istum æqui, iniqui, & ipsi, nisi fallor, hæretici agnituri sint. Quam vellem rationes tuæ ferrent, ut Sidonium, de quo scio te aliquando serio cogitasse, & XII. Variarum libros, eodem filo pertexeres! adderem etiam Symmachum, nisi tot operæ ejus editiones manibus tererentur, quarum luminibus fortasse noles obstruere. Magnam tibi hi labores apud eos parerent gratiam, qui mortientis Romanæ literaturæ scriptores attingere, nullum piaculum existimant: & Christianam antiquitatem, quod te longe pluris facere certus sum, per occasionem non parum juvares. Sed tu recte & ordine, perge Conciliorum Gallicanorum collectionem & editionem omnibus cogitationibus anteponere. Quod capita responsionum Nicolai primi Pontif. ad Legationem Salomonis episcopi missi a rege Ludovico Germanico, offers, cupide accipio; & ne nundinas expectare necesse sit, P. Fronto via Lugdunensi mittet. Eadem hæc epistola ad te venit cum novitio libello veteris amici tui G. Scioppii, qui nunc apud nos hic agit, & in eo est ut bene magnum commentarium quem Ecclesiasticum inscripsit, adversus Britannum extrudat. Vale.

& Deum pro me ora. Augustæ Vind. die 5. Novemb. An. 1611.

Reverentiæ tuæ addictissimus
Marcus Velserus.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu,

MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Valde te amo de Nicolai primi responsionibus, quarum aliquem in historia usum futurum confido. Nusquam opera melius collocatur, quam in eruendis & illustrandis antiquis monumentis; ita pleraque apta nata sunt, non ad illorum tantum temporum statum recte intelligendum, sed ad nostrum quoque optime constituendum. Et quoniam de Variis Cassiodori non abnuis: ego mihi fas & jus esse existimo acrius insistendi. Etsi enim correctum codicem MS. quod imprimis optandum erat, nancisci non datur: quæ tamen præ manibus sunt, utut corrupta, neutiquam negligenda: cum præsertim longe plus ex iis lucis in omnem partem, quam ex Ennodianis spargi possit. Pro Valeriano gratias habeo: & placet conjectura de ætate, quam nemo facile sugillet. Ut vero hic quoque cum hodierna Ecclesiæ Catholicæ doctrina de Sanctorum cultu pulchre consentit! Scioppii Ecclesiasticum Cardinalis Bellarminus pleno ore supra spem & expectationem dilaudat. quare humini calcar additur ad pergendum in hoc scribendi genere: sed ut brevitati aliquanto magis consulat. otiosos enim magni libri lectores sequuntur: at ii non multi sunt, aut, si sunt, otium libentius aliis studiis impendere amant. Alexipharmacum Scioppii adversus Plessæum vidistis, opinor, superioribus nundinis: videbitis proximis, si typographus fidem præstat, Fideliam mulsi, adversus Jac. Lectii Claudiomastigem; & Scorpiacum, adversus Britanniæ regem, multæ festivitatis libellum. Nos a vobis Fulgentii, Synesii, & Themistii quæ sub manu erant, expectabimus. Vale, & Deum pro me ora. Augustæ Vind. 14. die Julii, An. 1612. Negligentiam scriptionis excusabunt quæ in literis ad P. Frontonem attigi.

Laurentius Pignorius Patavinus, amicus tuus, tuique & Societatis amantissimus, queritur, cum plures ad te literas dederit, se ne gry quidem responsi loco accepisse, cum Roma discedens omnia alia fuisses pollicitus. quæso, si sic est, brevi aliquo saltem epistolio silentium interpola. Id si recta non potes, huc ad me mitte.

Reverentiæ tuæ addictissimus
Marcus Velserus.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu,
MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Unum mearum ad te literarum argumentum habeo, *Gratiarum actionem*, ita tua adversus me liberalitas perpetua est. Cum literis, quas postremo XVII. Kal. April. ad me dedisti, Petri Cellensis epistolas accepi: de quibus me te valde amare, facile tibi persuadebis. dudum enim nosti quanti ego hoc studium faciam, & quam novitiis plerisque scriptionibus præferam. Nuper P. Gretserus ad me scripsit, se tandem Pontificias epistolas prælo subjecisse. ad eas Carolinas, quas tam avide expetis, pertinere existimo. itaque editionem ad proximas nundinas expectemus licet. Optimus vir, ingravescente ætate, & affecta valetudine, plane obruitur negotiorum multitudine & varietate: nunc maxime, ad Mornæi Mysterium responsum aggressus. Animum se quidem obfirmasse ait, nisi eo absoluto, nihil novi operis aggressurum, neque allatrantes catulos, quorum quotidie aliqui novi prodeunt, curaturum. Sed an adversariorum importunitas illum in consilio bene cœpto perseverare passura sit, valde videtur dubitabile.

De codice S. Galli quod petis, ego nunc in illo monasterio amicum nullum habeo, sed per alios, si ulla ratione fieri poterit, confectum dabo. neque enim tibi tantum, sed etiam pietati in matrem Ecclesiam me debere sentio, ut honestissimos & longe utilissimos tuos conatus omni ope adjuvem. Quod te ægre meis nugis carere significas, sive serio scribis, sive irrides, nundinis tibi satisfiet. aliam enim mittendi occasionem nullam scio. Vale, & Deum pro me ora. Augustæ Vind. XII. die Maii. An. 1613.

Reverentiæ tuæ addictissimus
Marcus Velserus.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu,
MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Sidonium tuum, cui non tantum B. F. verum etiam, quod Hœschelius de Photio dixit magno petitum fuisse ambitu, magno datum, præscribere liceat, avidissime, supra quam credere facile possis, expectamus. Interim multas & magnas tibi gratias de egregio munere: quod, quæso, apud gnaros Sirmondianarum lucubrationum, extenuare noli. Quid enim? si Notis quibusdam tuis, quas obiter & fere aliud agens scripsisti, adeo capimur, & multa ex illis discimus; quid eo opere fieri oportebit, cujus expectationem Cardinalis Baronius beatæ memoriæ, & ante illum purgatissimi judicii P. Pithœus dudum incendit? Alterum exemplar ad Pignorium Patavium curabitur: etsi nimia Venetorum cautio magnas difficultates objicit. omnes enim ex Germania merces, ob pestis suspicionem, per multos dies aeri exponi, & purgari, ut ipsi loquuntur, volunt. quo factum ut nuper admodum Ennodius & Valerianus ad Pignorium pervenerit, de quibus ille serio triumphat. sed quoniam seipsum ad te scripturum significat, nihil addo. Ejus syntagma de Servis, cum nescio quibus nostris quisquiliis, quæ superiori mercatu mitti debebant, ex nundinis accipies. Literulas nostras intercidisse doleo. Fuit in illis, opinor, me tibi gratias habere de tertio capite Concilii Francofortensis: in quo tamen unum verbum non assequeror, verba nimirum septima: *Quantum illi aut filius vel filiabus fuit in Ducatu Bajoariorum legitime pertinere debuerant, gurpivit atque projecit*. Gurpivit illud, quod lineola subnotavimus, in hunc quidem modum, contenta quantum fieri potuit oculorum acie, legimus: sed tamen ad ignotum verbum hæreo. Itaque te valde rogo ut autographum, an forte alind

aliud aliquid exsculpi queat, diligenter inspicias. De inscriptionibus & nummis quam spem facis, ego præsentis thesauri loco habeo: neque Grutero transmittam, nisi prius de editione fidem fecerit. videtur enim typographus tergiversari, quod majus opus perpaucos emptores reperire dicat, neque ego hæc cimelia in circum dare cogito. Publica vestra quo loco? An erit Horatianum illud, *O navis, referent in mare te novi fluctus: o quid agis?* Melius speremus, assistricem omnirum fore innocentiæ Christianissimi Regis, & prudentiæ optimæ Reginæ, divinam gratiam. In Germania veterno quodam languemus: utinam non aliquando magno nostro malo excitandi. Reverendis Patribus Cottono & Ducæo multam salutem meis verbis rogo nunties: P. item Petavio, cum ad illum scribes. Vale, & Deum pro me ora. Augustæ Vind. VI. Kal. Maii. Ao. MDCXIV.

Reverentiæ tuæ addictissimus
MARCUS VELSERUS.

REV. P. JACOBO SIRMONDO
Soc. Jesu.

MARCUS VELSERUS.

SALVE REVERENDE PATER. Sidonium tuum ante exitum nundinarum accepi: ita ut te hac ipsa adhuc via ejus certiorem facere liceat. De Notis quid ego sentiam, etsi id scire tua nihil admodum interest, & tu rivalis tui laudatione, quæ mihi pulcherrima & extra omnem aleam sinistræ suscipionis posita esse videtur, acquiescere possis; dicam tamen, eas mihi mirifice placuisse: & quanquam vix obiter tumultuaria lectione pervoluras, visas esse scriptas in exemplar illorum qui bonis auctoribus illustrandis operam navant; quorum plerique, cum ad locos ab ipso auctore solis radio scriptos, multa similia auctorum testimonia congesserint, munere suo se egregie functos existimant. Quidni? cum ingentia volumina optimarum rerum merce referta perscripserint. Nemo enim id negare inducat animum: sed nunc non erat locus istis. cum interim in iis, quibus lectori lucem aliquam præferre debebant, pisca magis muti sint. Nosti omnium optime, mi Pater, quam late hoc vitium omnem Rempublicam literariam pervagetur: quod profecto imitatione candoris & castitatis tuarum lucubrationum emendari possit. Sed simul hoc noris, nos, quo plura tua legimus, eo acrius incendi desiderio observationum in Varias Senatoris, & Concilia Gallicana.

A Grutero literas habeo, quibus significat se assiduum in Cicerone esse, cujus editionem, auctus sectiones Gulielmi, cogitat. Addit autem, se hoc scire, neque se operæ pretium laturum, neque responsurum expectationi eruditorum Gulielmum. De inscriptionum appendice, rem in longum producit. Sed addit se post mercatum constiturum, & cum typographo acturum. Vale, & Deum pro me ora. Tum quos nuper ascripsi, saluta. Augustæ Vind. Prid. Kal. Maii An. MDCXIV.

Reverentiæ tuæ addictissimus
MARCUS VELSERUS.

GUILLELMUS LAMONIUS* JACOBO SIRMONDO. S. D.

REVERENDISSIME PATER. Nudius tertius cum rus proficiscerer, cuidam ex meis in mandatis dederam, ut codex ille MS. Stephani περὶ πόλεων, de quo collocuti eramus, e bibliotheca Segueriana ad te perferretur. Nec enim dubitabam quin illud a librorum custode, tuo nomine, cui quotquot ubique libri extant, velut mancipio jure nexi sistere se debent, facile posset impetrari. Quominus tamen id fieri potuerit, obstitit custodis illius absentia. ejus vero [illegible], celebris in hac urbe medicus, & literarum Græcarum peritissimus Blondellus, ad quem ea de causa miseram; ut meo desiderio faceret satis, tradidit amanuensi meo Stephani librum impressum quidem, sed ad quem ipse sua manu & summa fide ascripsit quæcunque Seguerianus codex aut varia aut ampliora habebat: qui statim ad te delatus est. Cumque hoc ego in urbem reversus comperissem, scitemque te ea tantum de causa manuscripti copiam petere, ut eam vocem inspiceres, quæ in vulgatis παρπάρα sive πάρα legitur; adii ego ipse Blondellum ut de MS. ipsum interrogarem. Enimvero ab ipso didici non integrum Stephani codicem, sed fragmentum dumtaxat, illudque valde mutilum, utpote quod ea tantum contineat quæ a Δ. incipiant, in bibliotheca Seguueriana asservari: adeo ut nihil in eo sit deprehendere quod Perpercoios tuos juvet. Quæcunque autem in illo exarata sunt; ne literula quidem omissa, habes in Blondelli volumine: quod etiamsi nihil ad rem faciat, forsitan tamen non pigebit percurrere fragmentum istud, in quo cum quædam sint singularia, tum illud maxime quod probet Epitomen tantum Stephani ad nos pervenisse, integrum & genuinum auctoris opus intercidisse. Pauca enim illa quæ ope MS. supersunt, ampliora multo sunt, & alia ratione conscripta quam ea quæ in editis legimus. Ceterum gratias quantum possum maximas tibi ago pro libellis quos ad me misisti: quos quidem magno studio asservabo, & propter pretium operis, & maxime quod carissimum mihi sint amoris in me tui monimentum; quem equidem tanti facio, quanti quod in vita mihi optatissimum sit facere possum. Deus te per multas ætates incolumem servet, Senex immortalitate dignissime. nec enim evidentiori favore literatos prosequi potest, quam si te illustrissimum eorum patronum, antiquitatis parentem, purissimæ ac defæcatæ veritatis vindicem, diutius inter nos morari, & plurium seculorum ornamentum esse sinat. Vale, & me ex animo tuum, amare perge.

* Qui postea Galliarum Senatus princeps.

NICOLAUS HEINSIUS R. P. JACOBO SIRMONDO. S. P. D.

QUæ in rem literariam tua essent merita, VIR SUMME, anni jam multi sunt quod cognovi. Mores & comitatem licuit æstimare, cum Parisiis ante biennium morarer. ab eo tempore virtutes tam eximias tacita veneratione prosecutus sum. Nunc ut pertinax silentium abrumperem, auctor mihi Claudianus fuit; quem opera mea emendatum, notisque illustratum, aut jam accepisti, credo, aut brevi ut

accipias futurum est. Mittenda enim nuperæ editionis aliquot exemplaria ad Potentos fratres curavi, inter quæ unum oblatum tibi volui. Carmen in Phœnicem, quod addendum Scaliger existimavit, quodque sub Lactantii nomine vulgo circumfertur, non adjeci, quod bonis exemplaribus destitutus, in multis vix me expedirem. est enim corruptissimum, ut nosti. Theodulfo id ascribi in veterrimo codice, ex notis in auctorem illum tuis animadverti. Diversas, quas opinor tibi non neglectos, lectiones si mecum communicaris, plurimum devinxeris, effecerisque, ut secundis quas in Claudianum aliquando moliar curis, poematium istud integritati restitutum accedat. Extat enim in bibliotheca Serenissimæ reginæ * antiquissimum Phœnicis e- A xemplar, sed mendose sic satis descriptum, quodque Lactantii etiam nomen præferat. Vidi & alios codices, sed recentioris notæ. De altera quidem Claudiani editione cogitandum mihi vel eo magis existimo, quod & negligentiorem se typographus præstitit me absente, & ego quoque, dum libris destituor, & ægroto, nimis præcipitatim hasce curas. Ovidio mox manum admovebo. Utinam & hic juvare possis. velle enim candor tuus pollicetur. Dignus certe is auctor qui tersior circumferatur. Si quid ad me voles, Menagio nostro committe. Vale, decus ordinis tui immortale, & RR. PP. Petavio ac Vavassori me commende. Holmiæ ex arce, Anno Christi clↄ. ɪↄcL. Idib. Sept. Greg.

* Sororum.

Gallicas etiam epistolas aliquot, ut in Sirmondi schedis repertæ sunt, quibus historica quædam & philologica tractantur, visum est hic apponere.

AU R. GILLES BOUCHIER
de la Comp. de Jesus.

MON REVEREND. PERE,

PAX CHRISTI. *Par la lettre que M. Fl. m' a rendu de la part de V. R. j' ay connu qu' elle n' avoit pas encore receu les miennes précèdentes, par lesquelles je luy mandois que l' anniversaire de Clovis se fait a Sainte Geneviéve le 26. de Novembre, & celuy de Childebert son fils à S. Germain le 20. Decembre. Je me suis informé de celuy de Clotaire, & des autres suivans: mais jusques à présent je n' en ay rien pû apprendre. Quant on m' en asseurera, j' en donneray avis à V. R. laquelle je remercie de sa Chronique des Evesques, & de l' observation de la Chronologie de nos anciens Roys: en laquelle je ne peux si non loüer sa diligence: bien que pour vray dire elle m' ait mis en peine comment je m'y comporteray, quand il m' en faudra parler ou écrire. Car elle se souvient bien des discours que je luy avois tenu touchant l' epoque du décés de S. Martin, & celle du jeune Childebert dans Grégoire de Tours, qu' elle a maintenant publié comme les principaux fondemens du discours. Quant à l' année du premier Concile d' Orleans, il ne me souvient point qu' aucun ait remarqué qu' il ait esté tenu trois ans aprés la mort d' Alaric. Aussi ne seroit il pas vray, si pour le troisiéme, on prenoit l' an 510. comme V. R. compte. car sans doute il fut tenu l' an 511. Et pour le regard du cinquiéme, il est bien vray qu' il fut célébré l' an 549. mais c' est une imagination que de forger deux Paulins Consuls l' un prés de l' autre; & l' erreur est venue du texte corrompu en cette date imprimée au second Tome des Conciles. V. R. met la mort de Clotaire le premier sur la fin de l' année, Je ne sçay si elle en a quelque indice certain. J' ay récontré un Concile non encore publié, tenu du temps de ses enfans, qui fait tomber le XII. de leur regne avec l' indiction VI. Si on sçavoit asseurément le jour de sa mort, & le commencement du regne des enfans, on en tireroit une bonne consequence. Je viens de recevoir le mémoire du Pere Gaudier, & quant à ce que V. R. desire sçavoir* de Chronico Prosperi Pithœanoo; *Mr Pontac ne l' a point fait imprimer, mais outre la premiere édition qui fut faite in 8o par ledit sieur* B *Pithou, il a esté depuis imprimé en Allemagne* in Antiquis lectionibus Cunisii, *& de rechef en cette ville avec les autres œuvres de feu M. Pithou. Si j' en trouve separé, de la premiere edition, j' en envoyeray à V. R. avec les notes du decés des autres anciens roys, que je pourray apprendre de l' anniversaire qu' on fait pour eux, si toutesfois on s' y peut du tout fier. Nous avons perdu dés le 4. du mois passé M. le Fevre, auquel j' avois présenté de la part de V. R. son Annotation. M. Savaron nous fait toûjours espérer son Grégoire de Tours. On l'a ja devancé, comme j' ay écrit par les dernieres: & de* C *rechef on travaille icy pour imprimer un cours de l'Histoire de France, où il tiendra le premier rang. De Paris ce jour de Noel 1612. Vostre &c.*

JAC. SIRMOND.

A MONSIEUR ***

MONSIEUR,

JE *vous déduiray sommairement ce que j' ay pû apprendre tant de la livre que du sol ancien François, présupposant qu'il y avoit en France comme à Rome*, libra auri, quæ dividebatur in solidos; & libra argenti quæ in denarios: *& que le sol anciens estoit d' or, & le denier d' argent: comme ils estoient pareillement en la mon-* D *noye des Romains. Pour commencer donques par la livre d' or, il appert par le Capitulaire de Charlemagne livre 3. 14. qu' elle contenoit so*lidos xx. *Car il déclare que XXX. sols faisoient une livre & demie.* Solidus *par la loy salique contenoit* denarios x. *& Hincmarus témoigne en la Vie de S. Remy, que cette valeur dura jusques au temps de Charlemagne, lequel à ce qui se voit au mesme livre des Capitulaires c. 30. reduisit ces XL. à douze*, ita ut solidus deinceps XII. denariorum esset. *Que si* in solido aureo denarii erant duodeni, & in libra E solidi viceni; *il s' ensuit qu' en chaque livre d' or il y avoit 240. deniers de ce temps-là & par consequent que les 1200. livres de la levée annuelle de Charlemagne, faisoient en tout 288000. livres de ces deniers. & voilà quant à la livre d'or. La livre d' argent, qui est celle à mon avis qui est aussi nommée* libra denariorum, *contenoit* xx. denarios, *tout de mesme que la livre d'or* xx. solidos. *Mais pource que le denier ne faisoit que la douziéme partie du sol, de là venoit que la livre d' argent ne faisoit aussi que la douziéme partie*

de celle d'or: qui est justement la taxe prisée par l'Edit MS. de Charles le Chauve, l'an 864: où entre autres reglements qu'il fait sur les monnoyes, il ordonnoit au chap. 24. ut in omni regno nostro non amplius vendatur libra auri, nisi duodecim libras argenti de novis & meris denariis. *On voit encore aujourd'huy par la France és études des curieux une grande quantité de ces nouveaux deniers de Charles le Chauve, qu'il specifie par le mesme Edit, qui nous fait connoistre qu'ils estoient vrayment d'argent, mais du poids seulement de demy écu ou environ. Qui voudroit donc contester que la levée de Charlemagne se doive entendre de la livre d'argent; à prendre seulement la douziéme partie des deniers qu'avons dit, elle ne reviendroit qu'à 24000. deniers. mais je tiens plus asseuré que ces douze cent livres se doivent prendre de livres d'or, qui reviennent à 24000. livres de nostre monnoye; & non pas de livres d'argent, qui ne feroient que 2000. livres des nostres. Il est à remarquer que là où les Romeins ont varié souvent au nombre compris en leurs livres tant d'or que d'argent, en mettant tantost plus, tantost moins; les François ont toûjours retenu le mesme nombre de XX. & mesme le retiennent encore aujourd'huy en leur livre ou franc qu'ils font de XX. sols, & chaque sols de XII. deniers: bien que les especes soient bien differentes des anciennes. Qui est-ce qu'en peu de paroles observe Scaliger en son traité posthume* de Re nummaria, *disant*, hodie nomen non potestas *μείνωμα* mansit in Gallia. Nam libræ Franciæ sunt XX. solidi in *συνεσμῷ*. *De savoir en quel temps ce changement est intervenu, il ne me souvient pas d'avoir leu aucun qui en parle, Le 12. Janvier 1617.*

JAC. SIRMOND.

A MONSIEUR D'AVIRON
Advocat à Evreux.

MONSIEUR,

JE *vous renvoye la collection des Canons, couverte d'une autre façon qu'elle n'estoit lors que M. le Pénitencier me la presta. Ce fut par son avis & permission que je la fis relier autrement, à cause que la couverture, s'il vous souvient, estoit du tout gastée. maintenant je vous en remercie affectueusement, & vous prie m'excuser de ce que je l'ay tenue si long-temps. J'ay parlé à M. Bergier de vostre conjecture touchant les trois testes de la medaille de Remo, laquelle il a fort gousté, & pourra estre qu'il s'y rende, quand il publiera son ouvrage. Pour mon regard j'ay esté fort satisfait de ce que vous m'avez mandé touchant Tellau: mais que direz-vous qu'au mesme Capitulaire il est aussi parlé de deux autres pays de Normandie, qui ne demandent pas moins d'éclaircissement, en ces termes:* Erardus Episcopus, Theodoricus Abba, Herloinus, Hardoinus, missi in Aprincato, Constantino, Bagisino, CORILISO OTLINGUA SAXONIA & HARDUINI, Oximiso, & in Lisvino? *Ce que je désirerois apprendre de vous, est ce que vous auriez remarqué touchant ce* CORILISO, *& de* OTLINGUA SAXONIA. *Je sçay bien qu'en la Notice de l'Empire il est fait mention de* Litus Saxonicum *en cette coste, & que Grégoire de Tours nomme aussi* Saxones Bajocassinos: *mais il est question de sçavoir quelque auteur qui nous déclare plus particulierement, où estoient ces contrées, & s'il en est resté mémoire aux siecles plus bas. Et puisque je suis en train d'abuser de vostre loisir, je vous présenteray une autre requeste, vous priant de me faire entendre si parmy vos médailles antiques vous en avez aucunes des anciens roys de Syrie; & au cas qu'il s'y en trouve, qu'il vous plaise m'en communiquer un mémoire, parce que nous sommes en quelque dessein d'en faire graver tout ce qui s'en trouvera, en ayant déja un bien bon nombre, qui pourront servir aux curieux pour illustrer l'histoire. Nos Capitulaires sont achevez d'imprimer, hormis les premieres & dernieres feuilles, qu'on differe pour donner loisir de faire quelques notes, puisque plusieurs en ont esté d'avis. Vous les verrez, Dieu aidant, quand tout sera fait. Cependant je prie Dieu vous conserver, Monsieur, & vous donner tout le contentement que vous désirez de luy. De Paris ce 20. Novembre 1622. Vostre, &c.*

JAC. SIRMOND.

AU R. P. JEAN BAIOLE
de la Compagnie de Jesus. A Cahors.

MON REVEREND PERE.

PAX CHRISTI. *Le dessein de l'illustration de l'ancienne Aquitaine est tres beau, & m'asseure que partant des mains de V. R. il sera si accompli, que les plus curieux y profiteront. Car il n'y a pas peu à apprendre. Et entre autres remarques la question qu'elle met en avant, pourquoy les Tarbelles furent appellez* Quatuorsignani, *& les Cocosates* Sexsignani, *mérite bien de l'éclaircissement, si on en peut venir à bout. Pour ce qui est à la conjecture de ceux qui penseroient que ces noms leur auroient esté imposez pour avoir fourny pareil nombre d'enseignes ou à l'Alande de Jules César, ou contre Crassus, il semble qu'on pourroit opposer, que ce n'estoit pas la coustume, que les troupes militaires qui se levoient en un pays, luy donnassent un nouveau nom, mais qu'au contraire elles retenoient souvent le nom du pays d'où elles estoient: comme il se voit en infinis endroits de la Notice, où* milites Nervii, Batavi, Sarmatæ *&c. sont mentionnez en diverses provinces, & se voit en celuy mesme qui fait mention de* Cohors Novempopulana. *Bien est il asseuré, que les colonies militaires, pour ne parler à présent que de celles-cy, donnoient ordinairement leurs noms aux villes & contrées, où elles estoient conduites, & que de là ceux de Narbonne furent surnommez* Decumani, *ceux d'Arles* Sextani, *& ainsi des autres, chacun du nom de la légion de sa colonie. Ce qui me faisoit croire qu'il y a de l'aparence, que ces surnoms de* Quatuorsignani *&* Sexsignani, *pourroient estre venus de quelque légion, qu'on auroit placée parmy ces peuples, (quoyque nous n'en ayons point d'auteur comme de celle de* Lugdunum Convenarum*) & que la divisant en deux, les Tarbellens en auroient eu quatre enseignes, & les Cocosates six. Voilà une nouvelle divination, que je soumets au jugement de V. R. Quant au titre de Métropole, & à l'ordre des citez de la Novempopulanie, je croy ce qu'elle dit, que les Notices qui sont venuës en ses mains donnent le premier rang avec la qualité de Métropole à celle d'Auch. Car il s'en trouve de la sorte un grand nombre. Mais il y en a aussi, lesquelles au contraire mettent Eause au premier lieu, & Auch au dernier: comme fait celle que j'ay fidellement représentée à l'entrée des Conciles de France. Et je suis*

certain d' en avoir veu deux à Rome de cette sorte, & qu' il y en a icy deux autres en la bibliotheque de M. de Thou. En une autre du monastere de Corbie, qui est la plus ancienne de celles qui sont venues en ma connoissance, au lieu d' Auch, qui estoit la premiere, on avoit de longue main subrogé Eause, & vice versa, remis Auch au dernier lieu où estoit Eause. Et deux que j' ay dit de M. de Thou, & ont autrefois esté de M. Pithou, incontinent aprés Eause qui tient le premier rang, suit Auch devant toutes les autres, comme V. R. verra en l' Extrait, que je luy envoye pour certaines particularitez qu' elle y remarquera. En somme il appert de toute cette varieté, que ces deux villes ont longuement debattu entre elles à qui seroit le chef de la Province, comme faisoient Arles & Vienne de la leur: mais avec issuë differente, parce qu' Arles enfin se rendit chef d' une partie de la Viennoise, & Eause est demeurée sous Auch. Je ne sçay pas, si l' observation de Baronius, que V. R. veut dire, touchant l' ordre des seances & soubscriptions des Evesques aux Conciles, n' est point celle qu' il fait a l' occasion de Maximus Taurianensis *au Concile de Rome sous* Hilarius *l' an 465. où* Maximus *semble nommé devant l' Evesque de Milan son Métropolitain, parce qu' à son avis il estoit plus ancien Evesque que luy, & les plus anciens précédoient les autres, quoyqu' ils fussent leurs Métropolitains. A quoy j' aurois de la peine de m' accorder, veu que nous ne pouvons douter que la coustume à Rome & ailleurs n' ait esté celle que S. Grégoire écrivant à Syagrius Evesque d' Autun,* lib. 7. epist. 112. *veut estre observée,* ut Metropolitæ suo per omnia loco & honore servato, Episcopi secundum ordinationis suæ tempus considéant & subscribant in Concilio. *Ce que nous voyons en nos Conciles de France, & devant & apres S. Grégoire, & de mesme en ceux d' Espagne, exactement gardé, où les Evesques cedent toûjours aux Métropolitains. Ce qui me persuade que ce lieu du Concile d'* Hilarius *est corrompu & alteré en ce mot de* Mediolanensis; *& que pour renverser l' opinion de Baronius, suffiroit le Concile d' Eusebe Archevesque de Milan, qui se trouve parmy les Epistres de S. Léon, où Eusebe comme Métropolitain est mis & signe le premier, & apres luy dix-neuf Evesques de sa Province, desquels il seroit incroyable de vouloir dire que pas un d' iceux ne fust de plus ancienne promotion qu' Eusebe. Ce n' estoit donc pas l' antiquité de l' ordination, mais la dignité de Métropolitain, qui luy donnoit le premier rang. Reste en dernier lieu d' examiner en quel sens cet auteur, que V. R. allegue, dit que le Comte de Bigorre,* genuit duos filios manseres: *& s' il y a sujet de douter, que ce ne soit au sens, que nous lisons au Deuteronome cap. 23. v. 2.* Non ingredietur manzer, hoc est de scorto natus, in Ecclesiam Domini. *Le mot est Hébreu, & Cedrenus remarque, que Léon l' Iconoclaste appelloit par outrage S. Jean Damascene* μανζὴρ, *au lieu de* Mansur, *qui estoit le nom de son pere. Je me recommande humblement aux saints sacrifices & oraisons de V. R.*

PROVINCIA NOVEMPOPULANA.

Civitas Elosatium metropolis.
Civitas Ausciorum.
Civitas Aquensium.
Civitas Lactoratium.
Civitas Convenarum.
Civitas Consoranorum.
Civitas Boatium, quod est Boius in Burdegalensi.
Civitas Benarnensium Benarous.
Civitas Aturensium Vicojuli.
Civitas Vasatica.
Civitas Elocarentium Turba Begneras.
Civitas Elosonensium Elurona.

A Paris. 1634.

AU R. PERE ***
MON REVEREND PERE.

*CEs Messieurs qui ont conseillé à V. R. de me communiquer les difficultez qui se présentent en l' histoire de S. Amable, m' ont crû plus habile & mieux fourni de mémoires que je ne suis; ne me souvenant pas d' en avoir du tout rencontré autre MS. ou imprimé, que celuy de Surius. Si j' avois en main l' exemplaire que M. *** dit m' avoir envoyé, & que je n' ay pas receu, peut-estre qu' il m' aideroit pour répondre à ceux qui veulent dire que la vie de S. Amable, qui est dans Surius, estoit la plus ancienne de toutes. On ne devroit pas luy déroger, singulierement s' il s' en découvroit quelque ancienne copie plus correcte, qui remediast à quelques fautes qu' on y remarque. Suivant cette histoire on avoit toûjours crû que S. Amable estoit décédé à Riom, & y avoit esté enterré au milieu de l' Eglise de S. Bénigne qu' il avoit bati: & que depuis il fut élevé de ce lieu & transféré en un autre endroit de la mesme Eglise que S. Gal luy avoit préparé. A cecy maintenant on oppose le livre* De Ecclesiis Claromontanis, *où se trouvent ces mots :* Ecclesia S. Hilarii, ubi S. Amabilis in corpore quiescit. *D' où l' on veut inférer qu' il mourut, & fut premierement enterré à Clairmont, & delà par aprés transféré à Riom, & que c' est la Translation qui tous les ans se célebre à Riom durant une octave au mois d' Octobre. Opinion introduite avec ce livre par feu M. Savaron, & suivie n' agueres de point en point par M. de la Saussaye en son Martyrologe de France. A la verité si l' office de cette octave porte que cette Translation se fit de Clairmont à Riom, il n' y a que tenir. Mais s' il n' y a rien qui le déclare, pourquoy ne l' entendra-t-on plûtost de la Translation faite par S. Gal, & mentionnée dans la vie de S. Amable, que de celle-cy jusques à présent inconnue, & peut-estre imaginaire, si on ne sçait dire ni par qui, ni en quel temps elle fut faite? V. R. va conjecturant que ce fut sous Louïs le Gros aprés la guerre qu' il fit en Auvergne, & que l' Eglise de S. Amable fut rebastie de nouveau. Cette conjecture auroit de la couleur, si elle n' estoit combatuë par l' histoire mesme de cette guerre, qui fait mention d' un miracle lors advenu par les reliques de S. Amable, qui monstre qu' elles y estoient auparavant. De dire aussi que cette Translation se seroit faite devant l' an 950. il n' y a point d' apparence, si tant est que l' auteur du livre* De Ecclesiis, *vivoit en ce temps-là, qui parle comme si le corps de S. Amable estoit encore en l' Eglise de S. Hilaire. Resteroit donc de prendre l' espace d' entre deux, où il faudroit dire par qui & à quelle occasion. On demanderoit par aprés, si en l' Eglise de S. Hilaire, où ce livret s' est trouvé, c' estoit aussi rencontré, comme il y auroit à supposer, un exemplaire de la vie que nous avons de S. Amable, qui en effet ne semble pas moins ancienne, & dit tout le contraire, auquel des deux il faudroit plûtost croire. Que si quelqu' un pour*

les accorder ensemble, je voulois avec M. Savaron imaginer une autre Eglise de S. Bénigne dans Clairmont: outre les autres absurditez & contradictions qui en suivroient, ceux qui sont zélez pour la tradition de Riom se pourroient pareillement figurer, que le S. Amable qui reposoit à S. Hiloire n'est pas celuy de Riom, mais quelqu'autre de mesme nom, veu que le nom d'Amable fut anciennement commun à plusieurs, comme il appert des Epistres de Cassiodore & du Catologue des premiers Evesques de Châlons. Et pour le regard de la nouvelle interprétation que V. R. semble approuver, que Vicus Ricomogensis civitatis Arvernæ *dans S. Grégoire de Tours, 1.* Mirac. LXXXVI, *se pourroit entendre non de la ville de Riom, mais d'une ruë de Clairmont, qui auroit eu ce nom pour estre proche de la porte qui menoit à Riom: je veux croire qu'elle aura peu de suffragateurs en cette opinion: pour ce qu'elle prouve trop, & parce qu'en effet elle semble fausse & hors du style de S. Grégoire. Elle prouve trop, parce que par mesme moyen & à plus forte raison on pourroit dire, que lors qu'au chap. 33.* De Gloria confessorum, *parlant de S. Amable, il dit*, Fuit in Arverna urbe Amabilis quidam vici Ricomagensis presbyter, *il ne voudroit pas l'entendre de la ville de Riom, mais de cette prétenduë ruë de Clairmont: ce qui feroit donner aux adversaires plus qu'ils n'en demandent. Elle semble aussi véritablement fausse, parce que bien que le mot de* Vicus *soit souvent pris des anciens en cette signification, il est néanmoins tres évident que S. Grégoire de Tours en ces deux passages ne l'y prend pas, mais qu'il appelle Riom*, Vicum civitatis aut urbis Arvernæ: *tout de mesme qu'au chap. 5.* De Gloria confessorum *il nomme Artene*, Vicum Arvernensem; *& au chap. 22.* Cainonem *qui est Chinon*, Castrum urbis Turonicæ, *quoyque Chinon soit éloigné de Tours comme Riom & Artene le sont de Clairmont. Et pour nous faire voir que ce qu'il dit au chap. 72. du premier livre* De Gloria martyrum, *que Sigibert fit brusler* maximam partem vicorum urbis Parisiorum, *ne se devoit pas entendre des ruës de Paris; il l'interprete, parlant de la mesme chose au 4. livre de l'Histoire de France chap. 41.* de Vicis qui circa Parisios erant. *Cette évasion donc est inutile & ne peut servir à ceux de Clairmont pour se vendiquer le tombeau de S. Amable. Ce qu'allegue don Dur Victorine, & des habitans de Clairmont qui honorent ses funérailles, auroit quelque apparence, mais en effet ne conclut point. Car ostant la présomption qu'on s'est figurée depuis ce livret* De Ecclesiis, *il sembloit plus vraysemblable, & l'aurois aussi tousiours creu, que ce rencontre du tombeau de S. Amable s'estoit fait à Riom, où un voyageur de ce gouvernement, en passant fut contraint de descendre de cheval, & aprés son oraison remonta & continua son chemin: où il seroit mal aisé de se persuader, si le tombeau eust esté à Clairmont que tous ceux de la ville qui passoient par devant, descendissent de cheval pour l'honorer: ce qui n'auroit pas d'absurdité pour le regard des autres qui abordoient d'ailleurs. Il n'est pas aussi hors de croyance, que la grande réputation de S. Amable, & l'affection que luy avoient porté ceux de Clairmont, n'en attirast plusieurs jusques à Riom à la célébrité des ses obseques, & que c'est ce que l'auteur de sa vie a voulu remarquer*, Convenere clerus & populus civitatis Claromontensis *en spécifiant le nom de la ville de Clairmont, qu'il n'eust pas esté besoin de nommer, si là mesme se fut fait la solemnité. Voila en partie de quoy se peuvent aider ceux qui voudroient se tenir à la tradition ancienne touchant la mort & sépulture de S. Amable. Reste d'examiner les noms de* Cantor *&* Abbas, *qui se trouvent attribuez à S. Amable, où V. R. a raison de croire que le premier ne se peut prendre en sa simple signification de tous ceux qui chantoient* in ambone, *& estoient généralement compris* in schola Cantorum: *car ce seroit peu de chose: mais qu'il le faut entendre d'une charge & office particulier plus éminent, comme il est aujourd'huy dans les Eglises cathédrales & collégiales, ou comme nous le voyons dans Grégoire de Tours en la vie de Saint Gal, où il est parlé de* Valentinianus presbyter & Cantor, *& du désastre qui luy advint au Concile d'Orléans lors qu'il voulut s'ingérer de faire sa charge, un autre Evesque que le sien célébrant la Messe. Et pour le regard du second, quand il est dit que l'Evesque donna à S. Amable*, Abbatiam territorii Ricomagensis, *quoyqu'il soit hors de doute que dés ce temps & auparavant il y avoit des monasteres, & des Abbez en France, & nommement en Auvergne, comme il appert de l'Histoire d'Urbicus que V. R. cite, & de celle de l'Abbé Abraham duquel Sidonius composa l'épitafe: j'estime toutefois que celuy s'abuseroit, qui pour ce que nous avons eu ces siecles passez une Abbaye à S. Amable de l'ordre de S. Augustin, qui fut sécularisée il n'y a pas long-temps, se persuaderoit qu'elle auroit commencé du temps de S. Amable, & qu'il en auroit esté le premier Abbé: estant assuré qu'elle commença plus de cinq cens ans aprés. Et voyant qu'il n'y a point d'auteur ni ancien ni moderne qui qualifie S. Amable du nom d'Abbé, on peut présumer que le mot d'*Abbatia *en cet endroit se prend simplement pour la surintendance qu'il avoit en l'Eglise de Riom, telle qu'ont ordinairement les curez sur le clergé de leurs paroisses: de quoy néanmoins, comme de tout le reste, je me remets au jugement de V. R. & de ces Messieurs, qui se sont travaillez à éplucher cette matiere, l'assurant que tout ce que je viens de luy écrire n'est que pour donner* occasionem sapienti, *approuvant grandement le dessein qu'elle a de ne rien avancer qu'il ne soit bien examiné. Je ne laisseray de m'informer si par deça il se peut trouver quelque M. S. de la vie de S. Amable. Cependant je me recommande humblement aux saints sacrifices & oraisons de V. R. De Paris ce 12. Octobre 1637.*

JAC. SIRMOND.

AU R. P. PIERRE CHIFLET
de la Compagnie de JESUS. A Dijon.

MON REVEREND PERE,

PAX CHRISTI. *Pour le regard du fragment que le P. Petau cite en son 13. livre* De Doctrina Temporum *en l'année de N. S. 304. & 306. il a esté depuis imprimé, n'estant autre que celuy que M. Valois a mis à la fin de son Ammian Marcellin. Mais quant au livres qui portent le nom d'*Idacius adversus Varimadum, *il ne me souvient pas d'en avoir veu aucun écrit à la main. Si j'en puis icy découvrir quelqu'un, je tascheray de satisfaire*

au désir de V. R. Je la prierois volontiers en échange de nous apprendre si elle sçait qui est l'auteur d'un livre, qui à mon avis est de mesme temps, qui sans titre ni de l'auteur ni du sujet commence par ces mots, In terris visus est, & inter homines conversatus, qui font penser qu'il soit acéphale. à la fin sont ceux-cy: Explicit de Trinitate fidei Catholicæ. Depuis la mienne derniere j'ay eu temps de lire à loisir le Ferrand de V.R. & pour luy dire franchement ce que j'aurois à répondre touchant ce qui me concerne, en commençant par la page 273. où elle veut maintenir Almachio, au lieu de Amacio, (qui estoit en mon MS. & non Almatio) je prie V.R. de considérer, que Almachius vox est barbara, ressentant plûtost l'Arabe que le Grec ou le Latin: & que Amacius est mis pour Amachius: tout ainsi que Ancenius pour Anchenius; au lieu de Amachno, comme Pammachius pour Pammachus: & qu'en la légende de sainte Cécile, au lieu de Almachius, on a tres bien corrigé Amachius. Il n'y avoit point aussi d'aparence que dans le texte de la Loy, il fallust oster le mot solidats, veu qu'il est dans le Code Théodosien, lege 47. De Episcopis, Ecclesiis & clericis. En la page 336. je n'opiniastreray point, que parlant de l'épitre de Jean II. ad Senatores, suivant la conjecture de V.R. je n'aye plûtost deu mettre inter utrumque, que, ante utrumque. Je ne sçay si avec la mesme facilité elle m'avouera qu'en la page 280. elle s'est méprise, interprétant le mot de Carthaginienses pour les Carthaginois d'Afrique, & non pour ceux d'Espagne, estant hors de doute que c'estoit à ceux-cy, que Siricius commandoit à Himerius de Tarracone, d'envoyer copie de sa lettre, comme à ses voisins, & non à ceux d'Afrique, avec lesquels il n'avoit rien de commun. En la page 339. je me suis étonné que V. R. se soit renduë à la conjecture du P. Sebottus, se persuadant que post Consulatum, se puisse prendre pour sub Consulatu. Car pour ne dire point que les exemples qui s'alleguent pour cette opinion ne prouvent rien, vostre Marius mesme, & l'Appendix de Marcellin, montrent évidemment le contraire.

MARIUS.

Basilio Cons. Indict. IV.
P. C. Basilii anno I. Ind. V.
P. C. Basilii anno II. Ind. VI.

MARCELLINI APPENDIX.

Ind. IV. Basilio solo Consule.
Ind. V. P. C. Basilii.
Ind. VI. P. C. Basilii anno II.

D'où il appere, que c'estoient deux années différentes, & que par ces termes, post Consulatum estoit signifiée l'année suivante, qui n'avoit point de Consuls, ou qu'on ne les sçavoit pas encore. En la page 332. V. R. a eu raison, lors qu'en ce passage d'Isidore parlant d'Eugipius, Claruit P.C. Importuni junioris, elle rejette la conjecture de Sebottus, & je voudrois qu'aussi fermement el eust le réprouvé celle d'Onufre, & la sienne mesme. Car ni l'une ni l'autre ne peut contenter, parce que disant avec Onufre, Importunus Decius, le nom du Consul seroit Decius, & non Importunus, & disant, comme elle veut, Decius Importunus, le vray nom seroit bien Importunus, mais la meme difficulté dans Isidore subsisteroit, pourquoy il l'appelle Junior ne se trouvant point d'autre Consul de ce nom. Si je puis dire la mienne aprés les autres, je croirois que dans Isidore le mot Junioris a esté mis au long pour l'abrégé jun. & que ces trois lettres, par les copistes ont esté mises au lieu de V.C. pouvant asseurer V. R. & peut-estre qu'elle-mesme l'aura remarqué, que bien souvent au lieu de V.C. on trouve nunc dans les Mss. de S. Augustin, & autres. pourquoy non aussitost jun? Et partant Isidore avoit écrit Post Consulatum Importuni V.C. qui sur la fin s'est changé en Jun. & de là en Junioris. En l'Admonition au Lecteur, page 12. V. R. tient pour certain que Ferrand a fait son abrégé de Canons environ l'an DXXIV. de nostre Seigneur. Et en la page XV. elle adjouste, parlant de la collection de Dionysius Exiguus, qu'il est incertain, lequel des deux a devancé. Or estant asseuré, que Dionysius publia en premier lieu sa collection & version des Canons, & par aprés son recueil d'Epitres Décrétales, qu'il dédia Juliano presbytero S. Anastasiæ, qui fut nourry par le Pape Gélase, & se trouve soussigné dans les Conciles de Rome sous Symmachus l'an. 499. & 502. il me semble qu'on pourra tirer de là quelque consequence pour juger qui des deux a esté le premier. Au reste, je ne puis bonnement digérer, que V.R. en la page 268. nous veuille faire passer pour préfaces des Canons de Ferrandus, une constitution d'Empereurs, qui ne convient ni à l'œuvre, ni à l'auteur, lequel sans doute en avoit fait une autre plus à propos, qui est perduë, ou encore cachée. Par la précédente je signifiay à V.R. qu'elle fait trop d'honneur à Alcuin, de luy attribuer le Breviarium fidei anonyme. maintenant j'ajoûteray qu'elle en fait trop peu à Fulgence, de le faire auteur de cet écrit si mal tissu, comme si c'estoit celuy qu'il avoit composé contre Pinta. La vie de Fulgence montre qu'il estoit sçavant en Grec, & cet écrivain de V. R. y est si mal versé, qu'il veut que [illegible] signifie vous. Il se sert d'autre version de l'Ecriture que ne fait Fulgence, & a un style tout different, & autant inferieur à celuy de Fulgence, que celuy du Breviarum fidei surpasse celuy d'Alcuin. C'est trop pour une fois, & je commence d'apprehender, que V.R. ne se repente de s'estre plainte de mon silence. Je ne laisse point d'admirer & l'esprit & le sçavoir de V.R. & me recommande humblement à ses saints sacrifices. De Paris le 27. d'Avril 1649.

JAC. SIRMOND.

A MONSIEUR BIGOT
Conseiller du Roy en la Cour des Aydes à Rouen.

MONSIEUR.

LE Pere Godet me fit dernierement voir de vostre part une médaille antique, portant certaines lettres barbares, que je m'imagine estre Puniques, ayant rapport à celles qui viennent ou de Carthage, ou de Sicile & d'Espagne, où les Carthaginois ont quelquefois commandé & fait batre monnoye. En la petite pierre noire, qui vient à mon avis d'Egypte, du costé de cette figure monstrueuse, est gravé le mot ΙΑΩ qui est le nom de Dieu, & à l'entour ΣΟΥΜΑΡΤΟΥ, duquel je ne sçaurois que dire. j'en ay une presque semblable, mentionnée par le Cardinal Baronius qui m'en fit don, ayant d'un

costé la mesme figure & le mot IAΩ & de l'autre seulement le mot ΑΒΡΑΣΑΞ, que les Basilidiens disoient estre le Dieu des cieux, qu'ils comptoient jusques au nombre de CCCLXV. qui est compris dans les lettres d'Abrasax, Je ne connois rien en l'autre petite rouge, ces caracteres m'estant inconnus. Et pour le regard de la colonne miliaire avec l'inscription de Tetricus le jeune, le nom Esvbio est remarquable, duquel on pourroit conjecturer quelque chose, comme de tout le reste de l'inscription, si on estoit asseuré qu'elle soit entiere & fidellement copiée, & de plus en quel lieu elle a esté trouvée, & à quelle distance de la plus proche ville: qui est ce qu'un amy fort versé en telles antiquitez a désiré sçavoir, si on en peut estre éclairey. Quoyqu'il en soit, je suis tres aise d'avoir en cette occasion de renouveller nostre ancienne connoissance, pour vous prier de me continuer la faveur de vostre bienveillance, comme de ma part, je seray toûjours, Monsieur, Vostre, &c.

JAC. SIRMOND.

Hoc quod sequitur, de insigni Cardinalis Baronii virtute testimonium Italica sermone, sic reperimus manu Sirmondi scriptum, in ipsa, ut existimare par est, viri maximi obitu: cum Sirmondus Romæ tunc degeret, ubi cum Baronio fuerat plurium annorum usu & consuetudine conjunctus.

DElla santa memoria del Card. Baronio posso dire con verità, ch'avendolo prattieato molti anni, mai sono da lui partito che non restassi edificato delli lodevoli costumi suoi, e delli atti di virtù, o di divotione ed elevatione di mente a Dio, o di carità, che di continuo solava essercitare: di che rendendo testimonio al P. Acquaviva Generale nostro, quando venne la nuova della morte sua, aggiunsi, che se fosse necessaria per andar in cielo tanta perfezione di vita, quanta era stata la sua, pochi al mio parere arrivariano a quel segno: ma ch'io credevo ch'egli sen'era acquistato più di quello che bastava,

Mi fece grazia di farmi consapevole di due suoi arcani segreti. L'uno fu della rivelazione fattagli dal Signore, dell'anno dell'età sua, nel quale aveva da morire; e passò in questa maniera, che trovando me solo con lui in S. Silvestro di Monte Cavallo dove allogiava, cominciò con queste parole: Che sarà di me quasto anno che viene? e dimandando io, Perchè? rispose, Ve lo dirò, ma con obligo di segreto. Molti anni sa che essendo in estremità di malatia, sicchè ricevuti i sacramenti, non s'aspettava altro ch'il transito; mi venne come voglia di dormire (era, diceva lui, un sogno...) quando mi parve di vedere scritto inanti di me il numero di LXIX. di che spaventato ebbi ricorso all'orazione, e subito mi sentii una inspirazione, come se dicesse: Questi sono li anni della vita tua. Il che mi restò talmente persuaso, che accostandosi a me quei che m'assistevano, per vedere se morivo; dissi loro che sicuro non morirei per questa volta. Allora aprendo la Biblia sua che stava sopra la tavola, mi mostrò nella prima pagina il detto numero LXIX, così scritto di mano sua. Al che dicendo io che ben m'era accorto di quella nota, non solo quivi, ma in molti altri luoghi, non sapendo che cosa volesse dire; per ciò, rispose egli, lo tengo notato in molti luoghi, perchè spesso mi venga in mente. E vera fu la profezia: perche nato alli 30. d'Ottobre dell'anno 1538. morì alli 30. di Giugno 1607. sicche visse anni 68. ed otto mesi precisamente.

L'altro fu del voto suo circa il Pontificato, del quale mi parlò nella galeria del Vaticano, che va dalle stanze del Bibliothecario, dove abitava, verso la galeria del Papa. Si ragionava del rumore che correva per Roma delle brighe, che s'eran fatte a il Papa Clemente trovandosi ammalato in Frascati. In quel discorso, alzando le mani e gli occhi al cielo; Lodato, diceva egli, sia il Signore, ch'io mi trovo libero di quelli intrighi. Dimandando io in qual maniera, mi rispose parimente con segreto, che vedendosi Cardinale, e sapendo che la tentazione gli poteva nascere come ad altri; s'era risoluto di levarsene il pensiero con un voto ch'avea fatto a Dio, di non aspirare, ne cooperare a chi volesse pensare alla sua promotione. Non passò lungo tempo, ch'il Signor Gioanni Priamo, Francese, e servitore del Card. S. Giorgio per le lettere Latine, venuto da me, mi parlò per congettura di questo voto, dicendo ch'era un santo il Cardinale; ch'egli aveva imprestato a S. Giorgio un Tomo di suoi Annali, dove era scritto con lettere singolari a difficili ad intendere, ma che pareva che così fosse: Non m'era lecito di mostrare che avesse indovinato; ma venuto poi al Card. gli disse ridendo, che m'avea commesso un segreto il quale si sapeva in Roma. E quando intesa la maniera come di sopra, si burlò di se stesso, dicendo ch'era balordo, che non se ne fosse accorto, quando mandò il libro a S. Giorgio.

Quando ebbe dedicato il Tomo IX. al Rè di Francia, mi dimandò poi che cosa si dicesse di quella sua epistola. Risposi che fin quì non avevo sentito niente: ma tornando in casa, incontrai su'l Ponte un certo Gentiluomo, il quale con qualche sdegno mi disse, che con questa sua epistola, s'era levata la tiara dal capo. Il che avendo poi riferito al Card. si rallegrò, e levando la barretta, ringraziò Iddio: dicendo che non aveva poco guadagnato in quella epistola, se ne seguiva tal'effetto.

Quanto fosse ricordevole di questo santo suo proposito, lo mostrò ne conclavi. Mi ricordo averli sentito dire, che quando udiva il suo nome nelli scrutinj, gli parevano tanti colpi di martello: e quando lo volsero per forza tirare dentro la capella per farlo Papa, s'attaccò talmente al balaustro per non entrare, che dalla violenza che patì, più d'una ora poi gli palpitò il cuore: e quando il Card. Visconti si dolse

con lui, perche non impedisse i dissegni suoi, mostrù il Crocifisso sopra la tavola, dicendo che quello lo doveva fare, se doveva essere.

La divozione sua particolare al B. Luigi Gonzaga cominciò in questa maniera. Venuto da lui, ed accortomi che insieme coll' imagine del B. Filippo, aveva quella del B. Ignatio; mostrai di rallegramente. Indi pigliai cagione di dire, che si meravigliavano alcuni che i nostri avessero proposti per Beati duoi giovanetti di età e di religione, giacche si sa che nelle religioni risormate tutti i novizj paiono santi; e avendogli risposto, che a me ancora era venuto questo pensiere, ma che dalla vita del B. Luigi poco prima uscita in stampa, m' era parso ch'egli avevu più del commune; desiderò vederla, e quando l'ebbe letta, dimandò se potesse avere qualche reliquia del Beato. Portandoli poi delle reliquie del Beato, lo trovai gia suor di camera e per uscir suor di casa: ma intesoche le portavo, ritornò in camera, a ginocchiato, le ricevette con riverenza, ponendole sopra la testa e baciandole: poi le mise nell'oretorio suo, e s' incaminò dove voleva andare. Quindi pigliò divozione d' andare di tempo in tempo al sepolcro suo nella chiesa del Collegio Romano.

Fu avvisato, quando su fatto confessore del Papa, d'esser parco u presentare memoriali. Non poteva nondimeno far di manco per ajuto de' poveri. Un giorno mi trovai presente, quando su pregato da un certo, che domandasse al Papa la dote d'unu sua figlia. Era grave al Card. risiutare la dimanda, per compassione chu n'aveva: a d'altra parte dubitava, perche poco era che s'era impiegato per simili offizj. In fine dimandò quanta dote doveva esser. rispose che non poteva esser manco di 200. scudi, per che tanta su quella della sorella sua. Dimandò poi, quando bisognasse averla, a che rispondendo chu fra un anno: Fra un anno, disse il Card. non pigliate fastidio, disse egli, ve la darò io, senza ricorrere al Papa.

Quando su fatto Abbate di S. Gregorio, venne da me un Padre de' nostri da parte d' una vedova Romana, che diceva esser povera, per dimandare al Card. grazia di alcuni anni passati, che non aveva pagato il canone che doveva per certa possessiona che teneva da S.

A Gregorio, che per questo dovevu ricorrer all' Abbate: promettendo di pagare il futuro. Volse il Card. sapere il nome, ma io non lo sapevo. concesse nondimeno la grazia, poi quando tornai da lui, si rise, che m'avesse gabbato, perche era una signora delle nobili famiglie di Roma. Però stette nella grazia che gli aveva fatta, quando venne da lui.

Con occasione della morte di Clemente ottavo, dicendogli, che s'era levato un grande peso di sopra le spalle, mi disse, che in questo offizio l' aveva consolato, che aveva da confessare un vomo timorato di Dio, e poi dotto e intelligente, poi ch'era stato grand' Penitenziero. che delle cose pubbliche, non mancava d'avvisarlo di quello che passavu: ed alle volte mi diceva ch' erano falsi rumori, e che non aveva tal pensiere; altre volte, ch' B il rumore era vero: ma che prima di risolversi, sen n'era consigliato con quattro o cinque persone di verace probità, che nominava: e così restavo sodisfatto. che con tutto ciò nondimeno uveva caro d'esserne libero per l' avvenire.

Riceveva volentieri gl' avvisi e correzioni; che se gli davano intorno agli annali suoi, ed emendava con modestia quello ch' occorreva, dolendosi però quando si rifiutava *in scriptis*, perche s'impediva il credito e frutto dell'opera sua. E perche circa l' opinione sua *de vino myrrhato*, l'avvisai che in Germania si rifiutava: u ch'il Fabro per modestia s'eru reso alla risposta del Cardinale, ma ch'in vero l'opinione non era vera; si dolse di quello C che la lui aveva persuasa, e mi disse che nella prima volta che si ristamperia il primo tomo, farebbe levare tutta quella disputa. ma morì poco doppo, prima di esseguirlo.

Doppo la morte del. Card. fui pregato dal Signore di Norez Cypriota Gentiluomo, mastro suo di camera, ch'io procurassi ch'entrasse al servigio di Bellarmino, come su fatto, acciò potesse vantarsi di aver servito i duoi più santi Cardinali della Corte.

Quando al tempo di Paolo V. lui fu scemata l'entrata, di modo che di dodeci milla non li restorno più di otto, mi disse che per ciò era costretto, a certe povere famiglie, a quali dava dodeci scudi al mese per lemosina, di non darne se non otto.

JACOBI SIRMONDI HODOEPORICUM

ab urbe Lutetia Romam usque, anno M.C.XC.

Sero tnas tandem, miseranda Lutetia, sedes
Linquimus, obsessis qua via prima patet.
Non tamen iadecores patriis excedimus oris,
Tam longa experti vimque famemque moru.
Jamque iter in Latium, si qua hac solatia mastire
Non poteram exilio nobiliore frui.
Et fuit Hesperiam dudum lustrare volantas,
Priscaque Romani visere templa fori.
Sed mallem te staate. tibi sic staibus olim
Incolumi sospes reddar ab Ausoniis.
His ego Reginam affatus, complector in orbem
Cara mibi fratrum pignora, cara patrum.
Vixque adeo extuleram gressus: en omine lato
Antevolaac, equices Dux agit Oenotrior.
Tum curri, trabeaque gravés, armentaque longe
Exhausta subeuat urbis in auxilium.
Longjumeau. *Insequor adversos; ad mania Longogemella,*
Pleuus bis senis millibus agger erat.
Hactenus hoc tuti comitatu: cetera deinceps
Nulla vacat curis semita, aulla metu.
Chatres. *Jamque Dolenvilla timor iastat, quem prope Chatras*
Auxerat iasidiis missas ab arce puer.
Sed tegimur tutela arbis, noctemque sopore
Noa interrupto ducimus immemores.
Cura redit redeunte die. aam dira sub ipso
Arx erat uspectu; nec via fida satis.
Estampes. *Donec semirutas Stamparam allabimur artes.*
Hic brevis ad pastum mansio prima fuit.
Janville. *Mox Juaivilla majora pericala surgunt;*
Angerville. *Aggerat hostiles Angerevilla metus.*
Namque ea visa parum nocti securu futura,
Prompta urbs aate ulias regia signa sequi.
Ergo iter ingressi media jam nocte, per ambram
Pergimus; iasecto sidere luaa micat.
Spemqae metumque incer: sed jam spes certa viderò
Pandere opem, propior cum metus exoritur.
Forte via latus obliquam fructeta tegebanc:
Protiaus hiac ad aos turba scelestu ruuat.
Interrum numerone pares; sed fistula utrique
Ferrea, qui primi prosiluero, fuit.
Nos, quibus iastructi, vibratos stringimus enses,
Inque vicem dictis spemque animosque damus.
Abstinere gradum miseri, vargine, vel hostes,
Nec stadio iusultus longior ille fuit.
Hoc ego discrimea pulsum tibi debeo, Diva,
Quæ Lauretano litore templa colis.
Felicem me adeo, quas vovi ex pectore grates,
Solvere, si quaado fas eris, æde sacra.
Interea longo palaates æquore campi
Diversis agimur nocte silente viis.
Jamque fuga fessi mediis prosternimur agris:
Jam somni immemores prosequimurque fugam.
Artenay. *Lux redit: Artenacum læti pervenimas: ægre*
Corpora curantur; mox nova cura subit.
Credimus Aurelia ad portas, murisqae sub ipsis
Tot prædas media luce frequent r ugi?
Silva situ in medio, tenuem qua plurima cingit
Sercottes. *Sarcottam, infami plena latrocinio.*
Hac procal a trito per devia calle monemur
Tendere iter, moaitis sed male tuta fides.
Imus in adversum notu regione viarum,
Auxilio superum freti, bominumque mana.
Atque alacres tandem magnæ succedimus urbi,
Orleans. *Quæ nulli humaaa gente secnada cluet.*
Hic ternos agimus soles, pluresque morari
Optes amicorum vix numeranda cobors.

Sed differre nefas. nam tutior exitus illinc,
Civita se noctu fuderat unde phalanx.
Utimur eventu rerum : Ligerimque superbo
Lorret. Ponte supergressi, te, Ligerille, scapha;
La Jonagne. Arva pererramus celeri Secalaunia gressu;
Cogebat trepidos accelerare timor.
Nec dare permittit languentia membra quieti;
Menetou. Pinguia ubi pauper rura Menetro colit.
Quin iterum audemus dubiæ nos credere nocti,
Tantus vicino terror ab hoste venit.
Et quanquam nox caca pedes nunc mergit in undas,
Nunc capita in duro robore læsa sonant?
Attamen hac tanti est mortis vitasse periclum,
Gratior & gemino parta labore salus.
Vilis in acclivi domus abdita valle latebat,
Grandis ubi fruges saxea pila terit.
Hinc soliti insidias nuper tres tendere vargi
Militia hostilis nomine, forte aberant.
Pierrefite. Vadimus ignari. postquam Petra-ficta recepit,
Prima ædem sacram visere cura fuit.
Hanc bello indigenæ muris, vallo, aggere, ponte
Munierant, arcis jamque erat illa loco.
Quis Deus, o comites, tam dextro numine agebat,
Jam male securos huc properare gradum?
Nempe quidem nos festa dies, & vota ferebant.
Sed Deus his vitam pro pietate dedit.
Vix sacrum ingressis limen ferit improbus aures
Nuntius, & veterem fert, renovatque metum.
Hospitio residere ipsum, quem evasimus, hostem,
Jamque animo in prædam nostraque nosque capi.
Id solum superesse moræ; quippe ante paratis
Ad notam exorta luce redire casam.
Nec fuerat spes vana, nisi defenderet ædes,
Paganumque feram vim probiberet opus.
Quinque adeo integras vigilas spe fervidus horas,
Optat & a tuta sede referre gradum.
Dii referant grates, queis nobis tempore in illo
Et Vestam & Cererem porgere cura fuit.
Et qui summa hostem longe speculatus ab arce,
Admonuit quonam tramite flectat iter.
Ille etenim, seu tarda moræ fastidia vexant,
Seu quod crediderim, panicus horror agit,
Tandem abiit, vicumque prior, sedemque reliquit
Hospitii: hospitio nos brevis hora tenet.
Extemplo aufugimus, primis qua terminus agris
Biturigum, modico quem notat amne Sodras.
La Sodre. Nec procul hinc vicumque alium, Sodramque secundum
Emensi, trito limite digredimur.
Quaque iter ad dexteram Nanecica rura petebat
Nançay. Tendimus, huic Domina spes melioris erat.
Postera lux oritur: biroto vectamur in urbem
Cuborum antiquam Metropolim patriæ.
Bourges. Eminus excelsum tollit fastigia templum,
Æmula cui turris jactat ad astra caput.
Sed neque tantum urbis species, nec cetera tantum
Plurima quæ poterant nos recreare, juvant.
Ac juvat alternas audire & reddere voces,
Notat inter fratrum nomina, nota patrum.
Quantus amor, quam rara fides! certare videres
Officiis animos sedulitate pares.
Sæpius o utinam tali collegia plausu
Occurant, nullus jam sit eundo labor.
Tres adeo hic luces consumpsimus. inde profectos
Una angor tristes excipit, atque pavor.
Vix somni secura quies ad Regia Duni
Dun le Roy. Mœnia, qua Carli restiterant spurio.
Sole novo, silvas aperit Borbonia tellus,
Principibus tellus jure superba suis.
Jam non arma modo, at lecti, mensaque timentur,
Et quacunque gradum figimus, insidiæ.
Sed vis nulla nocet, quem vis divina tuetur;
Vix regio hostili tutior ulla fuit.

Aznay le Chastel Breuire. La Caue. Reddimar Ænaco veteri, castroque Bruera;
  Et erepera fessi nocte Cavum attigimas.
Viculas excelso tenais stat vertice collis,
  Unde juga Arvernum cernere prima licet.
Salvete o patris montes, jastissimu cara,
  Ut vos aspicio post tria lustra libens!
Proximus hospitio vicas jacet alter agresti,
  Nomea habet, sed aanc excidit ex animo.
Sed non exciderit domiaorum gratia: quippe
  Instraere his mensum cara, toramqae fait.
Nec vero ingratus te te Adveniere silebo,
  Te siae aobiscum frigida cœna foret.
Cosne Tu nos mane aovo Conum perducis, & altra
  Non deserturus, si licuisset, erus.
Montet aux Moines. At aos Monticuli sablimem ascendimus urbem,
  Urbem cai aomen dat pia tarba patrum.
Nec mora provehimar. aum commoda tarba colonam
  Venuli instabat jam reditura foro.
Conductis sociamar equis, domiaiq; seqaatur,
  Quaque docent aoctis tempura transigimas.
Ut primam e tecto lax matatina refulsit,
  Sacrorum memores adproperamas iter.
S. Pourtain. Millibas hiac binis aberat Samportia, pulcris
  Urbibus Arvernam primu datara viam.
Arcta quidem spatio muroram; at raris honore
  Camporumqae situ vix habet illa parem.
Hinc primo haud facilis nobis ingressus ia urbem,
  Ignotique adeo dam samus, excutimar.
Admissi petimas templum, sacrisque peractis
  Hospitis optati suscipimur laribus:
Hic mihi numque soror plares noa visa per annos,
  Non obscari habitat junctu viri thalamo.
Qui simal adventam sensit, simal advolat, & nos
  Obvias ipse suum duxit ad usque domum.
Qui tum laetitia plaasus, qua gaudia? nusquam
  Certa magis, nusquam dissimulata minas.
Sive placent lauta aon indiga fercula mensa,
  Sive iater mixtas dalcia verba dapes.
Et qua plas epalis, qua plus sermone movebant,
  Composita mores, sanctaqae jara domas.
Sive domo egressis Divo sacra templa petuntur,
  Qui dedit olim urbi aomen habere saam:
(Te refugit versas, sed versas cedet amori
  Portiaue meo: nam reticere nefas.)
Seu magis alterius capiunt te commoda claustri,
  Parva abi dat veteres bibliotheca libros.
Sea libet effaso spatiari limite campi,
  Qua loca plana Ceres, qaa juga Bacchas amat.
Qaantus colle illo patait prospectus in orbem;
Maringues. La Limaigne. Riom. Divam ubi Regiaum cellula parva tenet.
Hei mihi car satis est iade aspectare Lemanem,
  Nec datar alterius prendere Ricomagum.
Bella vecant, infesta sacris bella impia templis,
  Nescia devotis parcere virginibas.
Carole, quo ruperis? aon has ego te puer artes
  Edocui, aon his moribus institui.
Quarta dies aderat, nec spes micat ulla futuri.
  Invitam inviti liaqaimus hospitiam.
L'Alier. Varenne. Transqae Elarim vehimur cymba propterque Varennas
  Lugdunensem alio calle viam assequimar.
En iterum aobis Borbonica rura teruntur,
  Qao se cunque ferunt lamina, terror adest.
Sed vetat assidans nos formidare viator:
  Quum dabat, iatrepidis nos redhibemus opem.
Primi alios inter javenes duo, notus uterqae,
  Occarsa dabios exhilarare suo.
Illi Pontificem Romana e geate ferebuat
  Urbanum, sed jam vivere desierat.
Malta loqai prohibent declivia lamiaa Phœbi,
La Palice. Tuqae, Palissa grada mobiliore citas.
Le Forez. Nec procal hiac, eadem fines habet hostica tellus.
  Inde Segusiaci nomina prisca Fori.

Pazane. *Pasana densa jugis, rariquae per ardaa campi.*
Multa abies, fagi, castaneæque virent.
La Pacaudiere. *Postquam nos hilari pavit Pacoderia mensa,*
Vix lapis a vico tertius actus erat;
Cam nobis errata via est. Sed profuit error,
Militis elusa est hac ratione manus.
Roanne. *Nec minus interea veterem de more Roduanam*
Appulimus læti, numinis auxilio.
Luce nova rursum Ligeris glareosa fluenta
Tanto post, mirum, tempore trajicimus.
Avia per juga, per rupes, variosque reflexus
Sistimur hospitiis, Symphoriane, tuis.
S. Saphorin. *Hic capio æger equum, nam me uaa hæmorrhois urget,*
Fœdaque prolavies, signa dysenteriæ.
La montagne de Tarare. *Abruptum per iter prior, aeriumque Tararam*
Urbi allabor; idem nomen & urbis erat.
Succeduat pedibus comites; sed mane sequenti
Festa dio Brælam mecum equitare monet.
La Brele. *Tanta erat his rerum tam sedula cura sacrarum,*
Ut nisi pro sacris non veherentur equo.
Ergo eques antevolo, tantum felicior illis,
Planci urbem antiquam quod prius ingredior.
Lyon. *Quod prius amplexus patres, fratresque saluto,*
Et nota inter nos relligione fruor.
Quis mihi nunc immensa urbis spectacula promat,
Quæ licet infirmo visere cura fuit?
Irenæi, Justique ædes, pietatis avitæ
Argumenta, furor ni foret hæreticus.
Forvière. *Inde Forum Veneris, qua nunc melioribus orsis*
Reginæ superum templa dicata manent.
L'Abbaye d'Aynay. *Tum celebre Ænaci claustrum; vestigia servat*
Nomen Athenæi, qua vetus ara jacet;
Ara olim magnis adeo metuenda sophistis,
Numinis Augusti vana superstitio.
Hic Araris placidi fauces, ubi garrula lentus
In Rhodani molles flumina volvit aquas.
Pierre Ancise. *Quid Rupem Ancisam memorem? quid sparsa per urbem*
Signa, vel inscriptis saxa vetusta notis?
Nam nova prætereo, magno molimine pontes,
Portasque & turres mœnibus impositas.
Descriptas ratione vias, plenisque tabernas
Mercibus, atque locis cuncta tributa suis.
Baptista veneranda ædes mira omnia vincit
Mole sua, & ritu suspicienda patrum.
His avidos dum pasco oculos, spatiorque per urbem;
Unum de sociis dura podagra subit.
Ac mihi jam repetita salus, viresque: sed illi
Vix deni quicquam restituere dies.
At nos hyberni menses, lucesque serenæ
Ire monent, Alpes ne fera turbet hyems.
Ergo vale, Lugdune potens, carumque sodalem,
Quem tibi committo, redde brevi incolumem.
Dextra per Allobroges fugitur via. Læva Sabaudum
Finibus eligitur; pax ubi tuta magis.
Et quia sol medium cæli superaverat axem,
Prima fuit noctis mansio, Monlodium.
Montluel. *Inde Segusiaci per plana patentia campi,*
Vico ubi substitimus, Sandionyse, tuo.
S. Denys en Bresse. *Continuo umbrosæ valles, imique recessus;*
Terra ubi cum cælo vix patet in stadium.
S. Rambert. *Hic Sauramberto situs est, villaque sequenti,*
Mox ubi in angusto est acta secunda toro.
Roussillon. Belley. *Par tibi Russilio, par & tibi Bellica, quamvis*
Campi usum paulo liberioris habes.
Hinc brevis ad Fortum cursus. Mirabere flumen
Pierre Chastel. *Petra-Castelli rupe sub aeria.*
Namque ita lene fluit stringentibus undique ripis,
Ut credas Ararim, non Rhodanum fluere.
Yene. *Mitto urbem, cujus me nunc oblivio cepit,*
Illic præsidio miles Iberus erat.
Mont du Chat. *Jam me celsa vocant Catti fastigia Montis,*
Ardua, sed mulis ardua nulla via est.

Hic juga subnixi conscendimus, imaque sensim
In subjecta lacus æquora proripimur.
Le Bourget. Excipit optantes clauso Burgetus olympo:
Sed spem fraudarunt cœna, torusque meam.
Chambery. At non Camberii quicquam frustrata fefellit
Certa fides fratrum, certa fidesque patrum.
Quicquid honesta sibi potis exoptare voluptas,
Omnibus hic votis fit satis, atque super.
Nec satis est tractasse domi: nos rure morantur,
S. Philippe. Inque Philippæo lautius esse jubent.
Quid quod concessum est venerari lipsana Sancti,
Anticam partem siderei capitis?
Lætior hoc equidem discessi munere, quam si
Montmelian. Arx patefacta mihi Mommeliana foret.
L'Isere. Quam procul a tergo linquens, Isaræque fluenta
Aiguebelle. Transmitto rapidi, teque, Aquabella, peto.
La Chambre. Et veterem Cameram, exaltantesque creato
Morienne. Præsule Brananicas, quos Morieana fovet.
Heu qui noctem illam tractus, faciesque locorum
Excipiunt? quæ se monstra via objiciunt?
Hinc atque hinc Alpes caput inter nubila tollunt,
Mixtaque cum saxis sæpe fluenta rotant.
Nunc iter abrupti condit nos viscere montis,
Nunc alta angusto per juga calle refert.
Subdita præcipiti cursu torrentia terrent,
Aurem, animumque gravi verberat unda sono.
Quis mihi pendentes libravit in aere villas,
Nigrantesque casas cautibus imposuit?
Nomina prætereo, vix est meminisse voluptas,
Quanquam etiam a Divis nomina sæpe trahunt.
Has inter valles, & ningaida jam juga montis,
Ultima, quæ in Gallis nox fuit, acta mihi.
Montcenis. Postridie supero vastum, immanemque Cenisum.
Rex inter montes si foret, ille foret.
Mille quater passus ascenditur: inde per æquor
Octonis, totidem clivus ad ima patet.
Gallicaque Hesperiis disterminat arva colonis,
Inde Sabaudi habitant, hinc Pedemonticolæ.
Jam me credideram tuto succedere portu,
Prima usum noctis cum Novalesa daret,
Novalese. Suze. At Susam infamis servat Barguadio, quo non
Tristior obsessum dicitur ire vias.
Turin. Horum infesti armis agimus noctemque diemque,
Postera Taurino lux dedit incolumes.
Mirati augustam valloque & mœnibus urbem,
Et quæ jam Italico templa nitore micant.
Et patriæ cultum gentis; miramur & ipsi
Nostra magis, nostris stat sua in urbe domus.
Tres quoque nos retinent soles; atque omnia dicam,
Ignotos nota pro pietate fovent.
Hinc Mediolanum, quoniam plena omnia cœno
Vercel. Atque undis, curru quadrijugo vehimur.
Transeo Vercellos, sunt nostris hic quoque sedes;
Novare. Dum festino, brevis sed mora grata fuit.
Inde Novarum urbem, Insubrum qui terminus oris
Gallorum, ingredior deficiente die.
Postera lux divis sacra cunctis: ne sacra desint,
Forte ibi de nostris patribus unus erat.
Bufalore. Nec longo hinc tractu, rhedarii fraude morantes,
Ad vada Ticini nos Busolora tenet.
Milan. Hoc tantum tenet invitos, quod serius ingens
Non ita sperantes Mediolanum habet.
Spes dilata brevi, nam lux quæ proxima fulsit
Magnum oculis florem subdidit Italiæ.
Binæ illic nostrorum ædes. ea prima petuntur
Tecta, quibus resident pignora cara magis.
Teque adeo inventum lætis complectimur ulnis
Bordesi, o voti spesque, quiesque mei.
Nam quoties numerati anni, mensesque, diesque,
Ex quo divulsum te sine more queror?
Ergo iterum datur audire, affarique vicissim;
Veraque sincero pectore sensa loqui:

Ite leves operum nugæ, fora, compita, vici.
Et quicquid rarus Mediolanus habet.
Non vacat hæc lustrare oculis spectacula rerum,
Unus pro cunctis est mihi Bordesius.
Quin abiens duco mecum, meque ille: nec ante
Quam currum subeo, deserit ille latus.
Currus abit: redeo ipse animo, comitorque sodalem,
Lodi. *Et vix Pompei sentio Laudis iter.*
Jam Phaetontiadas ripa exundante sorores,
Eridani, atque ipsum conspicor Eridanum.
Jam me nobilibus prætexta Aurelia ducit
Urbibus, & veterem mittit in Æmyliam.
Plaisance. *Vix Padus a tergo, panditque Placentia portas;*
Parme. *Tum Parma, & Lepidi regia, tum Mutina.*
Reggio. Modene. *Bojorumque caput. cunctis pene urbibus ædes*
Boulogne. *Sunt nostris, & nos nocte habuere sua.*
Omnibus idem mos peregrinis omnia large
Præbere, & placidis exhilare jocis.
Quanquam animus mihi læta fugit, renuitque dolore;
Et dolor exiguo vulnere tantus erat.
Parmam inter Lepidique urbem contritus equi pes
Lapsu: malleolo creverat inde tumor.
Hei mihi! quos gemitus, pater Apennine, refudi,
Dum tua me varium per juga traxit iter.
Florence. *Et non ingemerem quod te, Florentia, clausus,*
Et claudus nequeo, dum licet, inspicere!
Hic me curando patres tenuere dolori;
Interea pleno volvitur axe dies.
Nunquam sola cadunt adversæ spicula fortis,
Et comes alterius quod ferit omne malum est.
Ut primum Senas revoluto cardine cæli
Sienne. *Venimus, heu socium corripit hemitritæ.*
Dum socii fidus lateri comes hæreo, quinta
Luce eadem invadit, sollicitatque febris.
Haud tamen absisto: tanta est mihi cura videndæ
Urbis, jamque alio cum patre progredior.
Ac socium ægrotum curant fratresque, patresque;
Me febris insequitur irrequieta comes.
Urget amara sitis, venis furit æstus in imis,
Ipsaque consumit fervidus ossa calor.
Nec mihi sat Tusci fontes, non Vulsiniensis
Unda lacus, non sunt vina Falisca satis.
Non quæ pendentes fundens a vertice rivos,
Bincias optatis nympha redundat aquis.
Rome. *Ipse omnes Romæ formas, Tiberimque videbar*
Posse indefessis faucibus ebibere.
Tum mihi Sidonî subiit pietatis imago,
Sidonî Arvernum Præsulis eximii.
Ille olim parili morbo correptus in urbem
Tendebat jussu principis Anthemii.
Mox ut Apostolicis effudit vota sub aris,
Continuo membris sensit abesse febrim.
Hoc memor exemplo divis mea vota ferebam;
Irrita nec voti spes fuit illa mei.
Vix me Roma duos soles habet, & mihi febris
Septima quæ fuerat, meta suprema fuit.
Ut primum egresso licuit, vota edita sospes,
Extemplo ad Petri limina persolui.
At pia cura patrum, redeant dum pristina membris
Robora, me jussit rure habitare suo.
Hic ubi curarum vacuum ter quinque diebus,
Tuscula ruricolam Tempe aluere novum,
Nunc adeo Romam repetebam viribus auctus,
Ipso brumalis tempore solstitii.
Siste, Elegeia, modos, spondet mihi Roma quietem;
Idem esto finis Carminis, atque viæ.

Privati Oratorii descriptio.

Non una in nostro rerum est pictura Sacello,
Sed quinis oculos pascit imaginibus.
In medio Christus funesta ex arbore pendens,
Delicta innocuo sanguine nostra luit.
Hinc Petrus implicitis manibus sua crimina deflet,
Inde simul junctis Carolus apta rogat.
Ima decussatis nostri tenet ordinis auctor,
Et genibus nixus tollit ad astra caput.
Seu memor accepta reddit pro munere grates,
Seu sua seque humili devovet obsequio.
Virgo super, mitee oculos ad sidera tendit,
Et precibus nostras adjuvat ipsa preces.

Stimulus amoris divini.

Sero te amavi pulchritudo intermina,
Sero te amavi. Quid enim ego pra te sequi,
Tuoque amori debui praponere?
In te bonorum summa tota est omnium,
Per te est, & abs te, quicquid est usquam boni:
Fucata sine te falsaque alia sunt bona.
Tu robur es nostrum, & quies, & gaudium,
Tu certa vita spes, salutis ancora.
Quacunque mentem vel oculos circumfero,
Tot munerum tuorum abundans copia,
Nolens volensque cogor hoc unum loqui,
Sero te amavi pulchritudo intermina.

Oratio ad Christum pro venia peccatorum.

Innumeros lapsus, longæ contagia vitæ,
Ante oculos mærens, Rex pie, sisto tuos.
Non quales reputo tenuis libramine sensus,
Sed justum ad lancem qua tibi cuncta patent:
Da veniam, non quam mereor, sed quam ipse mereris;
Cujus ab effuso sanguine nostra salus.

De eo quod multorum exequiis interfuisse dicebatur.

Misellus ille, quem videtis hospites
Edentulum, surdum, senem, silicernium:
Juvenes ait se condidisse plurimos,
Pacemque iis comprecatum manibus.
Orat vicissim ut cum dies advenerit,
Suprema vita qua secabit stamina,
Bonam benigna mente reddatis vicem!

APPENDIX

TRES

GELASII I. ROMANI PONTIFICIS

EPISTOLAS CONTINENS;

Quas e vetustissimo Veronensis Capituli Codice nuper editas Tomo V. Conciliorum editionis Venetæ, denuo contulit, emendavit, supplevit, ac præfatione & notis illustravit

JOSEPHUS BLANCHINUS

EJUSDEM CAPITULI CANONICUS
& Bibliothecæ custos.

JOSEPHUS BLANCHINUS LECTORI.

Acacianæ causæ ratio ea semper extitit, Lector humanissime, ut ejus historia vix posterorum memoriæ commendari posse visa fuerit, nisi monumentorum collectio haberetur, propter difficillimas, ac involutæ solutionis quæstiones ex factis in controversiam revocatis exortas, quibus Orientales Romanam Sedem jamdudum exagitarunt. Hanc viam (ut memoriæ proditum est) primus calcare voluit Basilius Cilix Antiochenæ Ecclesiæ presbyter qui floruit circa annum 497. teste Photio in Bibliotheca, in qua de ejus lucubrationibus sermonem instituens codicibus 42. & 107. narrat eum scripsisse historiæ Ecclesiasticæ libros tres; Quorum secundo monumentis ostendebat, Simplicium Romanæ Urbis Antistitem ad Acacium Constantinopolitanum litteras dedisse, ut Petrum Moggum hæreticum, Alexandrinæ Ecclesiæ excidium molientem, atque Sancto Chalcedonensi Concilio clam palamque anathema pronunciantem, a sua communione protinus removeret, cui antea ipse fortiter ac viriliter ut opus erat, restiterat: sed ipsum monitis Papæ contemptis, ac mutato in deteriora consilio, Zenonis favore suffultum Petri communioni se miscuisse, adeoque a quampluribus (immo vero a totius Occidentis Ecclesia) hæretici nomen accepisse. En Acaciana historia, quam texuit Basilius, Epistolarum, ac Tractatuum collectione undequaque conquisita.

Hæc modo ab eruditis frustra desideratur, utpote jam deperdita; eam tamen videre licuit eidem Photio noni seculi accuratissimo scriptori, qui de ea protulit hocce judicium, *κέχρηται δὲ μάλιστα ταῖς παρ' ἀλλήλων τῶν ἐπισκόπων στελλομέναις ἐπιστολαῖς εἰς πίστιν (ὥς φησιν) ὧν αὐτὸς γράφει: αἳ καὶ πολύστιχον ποιοῦσι τὸ βιβλίον καὶ ἐν πλήθει λόγων ὀλίγην συναγαγεῖν ἱστορίαν. διὸ καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἱστορίας τῷ πλήθει περικόπτεται τῶν παρεντιθεμένων*. Quæ verba Andreas Schottus ita reddidit: *adfert autem maxime Episcoporum ultro citroque missas Epistolas, quo narrationi suæ, ut affirmat, fidem conciliet: quæ cum immensum reddant volumen, in magno tamen verborum acervo vix modicam afferunt historiam, & narrationis insuper perspicuitas vi atque copia eorum, quæ interjiciuntur, rescinditur.*

Non absimili labore aliquot Occidentis Ecclesiæ, vel Ecclesiastici quidam Viri, succedentibus inde temporibus, omnia hujusmodi documenta in codices congessere, ut ita, veluti quadam historia conscripta, posteris consuleretur, ac Felicis Papæ III. sententiam ratam ac legitimam fuisse, ipsa actorum series comprobaret. Codices duos appello; alterum a Quesnellio Tom. 2. Operum S. Leonis editum; alterum in nostra Capituli Veronensis Bibliotheca adservatum, in quibus serie non interrupta, Acacianæ causæ monumenta proferuntur, hisce titulis consignata. Hæc scilicet in Quesnelliano codice habentur.

XLIII. *Narrationis ordo: qualiter Dioscorus Alexandrinus Episcopus Eutychi consentiens, in ea cui præerat ipse Ecclesia, vel Constantinopolitana errorem induxit, usque ad tempus quo Acacius damnatus est.* XLIV. *Simplicii Papæ ad Acacium, ut de Alexandrinæ Ecclesiæ vexatione curam gerens, Sedi Apostolicæ non differat* nunciare.* XLV. *Rescriptum Acacii ad Simplicium Papam, ubi ei significat Petrum Alexandrinum Episcopum esse damnatum, & Timotheum restitutum.* XLVI. *Felicis Papæ in damnatione Acacii.* XLVII. *Gelasii Papæ de damnatione Acacii mirabilis disputatio atque definitio.* XLVIII. *Item ejusdem ad Faustum in legatione ad Orientem directum instructio super damnatione Acacii.* XLIX. *Ejusdem de eodem ad Anastasium Imperatorem ut Imperator non se extollat super Sacerdotes, nec super se-*

* In cod. Thuaneo *indicare*

dem Apostolicam. L. *ejusdem expositio causæ ad Dardanas, Acacium a Sede Apostolica juste fuisse damnatum*. LI. *Ejusdem Episcopi ad Episcopos Orientis de eadem causa reddita ratio*.

Perbelle respondent hæc omnia nostro Codici, in quo inter alia asservantur, quæ sequuntur, hoc ordine monumenta.

I. *Narrationis ordo de pravitate Dioscori Alexandrini*. II. *Epistola Simplicii Papæ ad Acacium*. III. *Incipit Exemplum epistolæ quam misit Acacius ad Sanctæ memoriæ Simplicium Papam Romanæ Urbis, ubi damnatum retulit Petrum Alexandrinum*. IV. *Epistola Felicis Episcopi Urbis Catholicæ Ecclesiæ ad Acacium*. V. *Tomus de Anathematis vinculo Gelasii Papæ*. VI. *S. Gelasii commonitorium Fausto magistro Legationis officio Constantinopoli*. VII. *Epistola S. Gelasii ad Anastasium Imperatorem*. VIII. *Incipit rationis reddendæ Acacium a Sede Apostolica competenter fuisse damnatum, nec posse quemquam sine discrimine animæ suæ ejus communionis participem effici. Dilectissimis fratribus, Universis Episcopis per Dardaniam constitutis Gelasius*. IX. *Incipit de eadem ratione reddenda ad Episcopos Orientis*.

Vides, lector humanissime, nostrum cum Oxoniensi & Thuaneo, quibus usus est Quesnellius, adamussim convenire. Imo præstat eisdem certissime, cum alias tres epistolas in negotio Acacii scriptas, hactenus ineditas, nec in prædictis codicibus extantes, una cum Epistola Gelasii ad Euphemium exhibeat, hoc modo: X. *Exemplum rationis reddendæ B. Gelasii Papæ de evitanda communione Acacii missum ad Orientales Episcopos*. XI. *Epistola S Gelasii Papæ ad Euphemium Episcopum Constantinopolitanum*. XII. *Epistola Gelasii ad Succonium Episcopum Afrum*. XIII. *Epistola B. Gelasii ad Natalem Abbatem*.

Continet etiam Codex idem Catalogi Pontificalis fragmentum in Symmacho desinens, una cum opere Hieronymi *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, ac Gennadii *de Viris illustribus*: quæ omnia utpote emendatissima, ac utilitatis plurimum Ecclesiasticæ Historiæ allatura, aliquando, si Deus dederit, in lucem prodibunt. Commendatur porro Codex prædictus millenaria antiquitate, quam membranarum quadrata figura, ac verborum omnium arcta connexio exhibent. Romanæ etiam literæ apparent, ut in adjecto specimine videre est, cui simile aliud ex Hieronymo de Scriptoribus Ecclesiasticis ad vitam Philonis ideo deprompsimus, ut cuique compertum sit, ea verba: *de hærede divinarum rerum liber unus: de divisione æqualium & contrariorum liber unus*; in Codice non desiderari, licet Clarissimus Editor supplementi Acaciani illa non animadverterit, forte lapsu oculorum (ut sæpe fit) duos versus prætereuntium. Nunc igitur primo loco tibi offerimus, lector humanissime, *Exemplum* (quod inscribitur) *rationis reddendæ B. Gelasii Papæ de evitanda communione Acacii missum ad Orientales Episcopos*; deque Auctore hujusce Tractatus vel epistolæ liceat paullo fusius inquirere.

Gelasii nomen in fronte & calce præsefert, ejusque primas periodos Nicolaus Papa I. in Epistola scripta ad universos Episcopos Galliæ, ut Rothadum a se restitutum benigne susciperent, recitat sub nomine ejusdem Gelasii, ut apparet in Conciliorum Labb. editione Tomo VIII. Sed an ejus revera sit cui tribuitur, dubitandi momenta sunt multa. Felicis III. non Gelasii tractatum vel epistolam esse, mihi primum persuadebam hisce motus rationum momentis. Nam in ipso Tractatu Acacius Constantinopolitanus Episcopus adhuc in vivis perhibetur; & tamen Liberatus Breviarii cap. XVIII. cum sub Felice supremum diem obiisse nos docet, cum inquit: *In istis posita Ecclesia, moritur Acacius, & ordinatur post eum Flavita presbyter, qui fuit a S. Tecla; qui non consensit sine Romano Pontifice inthronizari, sed transmisit Synodicam Papæ Romano Felici, qui modico vivens tempore moritur, non accipiens Epistolam ipsius*. Liberato patrocinatur etiam ipse

EXP· RATIONIS REDDENDAE ACHACIUM·
A SEDE· APOSTOLICA CONPETENTER FUISSE
DAMNATUM· NEC POSSE QUEMQUAM SINE DIS
CRIMINE ANIMAE SUAE EIUS CONMUNIONIS :
PARTICIPEM EFFICI

debere de diuinarum rerum liber unus de diuisio
ne aequalium et contrariorum liber unus

Felix in Epiſtola num. XIV. edit. Labb. ad Thalaſium Archimandritam Conſtantinopolitanum, quæ data eſt Kal. Maii Longino in Oriente, & Fauſto in Occidente Coſſ. ſcilicet anno Chriſti 490. vacante illa Sede (ut quidam Codices exhibent) poſt mortem Acacii, ſeu (quod magis veritati eſt conſentaneum) poſt mortem Flavitæ Acacii ſucceſſoris. Ex ea quippe luculenter evincunt Tillemontius, Pagius, Valeſius, aliique fere omnes accuratiores Acacianæ cauſæ ſcriptores, eum occubuiſſe anno 488. vel 489. & tamen Gelaſius ad Cathedram Pontificalem evectus eſt anno 492.

Præterea cum Moggus obierit anno 490. ut tradit Theophanes in Chronographia; quomodo ubique in hocce tractatu adhuc in vivis degere ac anathemate percelli poſſe ſignificaretur, niſi Felicem auctorem agnoſceret? Accedit quod in ipſo tractatu auctor enuntiat; ſe cum Acacio communicaſſe, antequam cum Moggo fœdus iniret; eumque per literas monuiſſe, ne perditorum contagione pollueretur; ac demum haud reſipiſcentem anathematis vinculo obligaſſe: quæ de Felici omnino conveniunt. Legitur enim: *Cum Acacio nobis fuit priſca communio; hæc ut ſervaretur illæſa per quinquennium fere monuimus, & licet nec reſcribere dignaretur, nos tamen ut Catholicam fidem retineres, numquam deſtitimus adhortari. Poſtremo Legatis miſſis, terruimus, blanditi ſumus, prædiximus, comminantes, ſuadentes, obteſtantes, damnationem prætendentes, ne communioni cederes perditorum.* Et infra: *in Acacium utpote in Auctorem, inſolubilem dixi meam fore ſententiam, nunquamque eſſe ſolvendam.* Quibus verbis nemo unus ignorat, indicari Felicis anathema in Acacium promulgatum anno 484. ſicuti ex tenore ſententiæ liquido apparet, quæ ita concepta eſt: *Habe ergo cum his quos libenter amplecteris portionem ex ſentenſia præſenti quam per* * *Tutum tibi direximus Eccleſiæ defenſorem: Sacerdotali honore & communione Catholica, nec non etiam a fidelium numero ſegregatus, ſublatum tibi nomen ac munus miniſterii Sacerdotalis agnoſce, Sancti Spiritus judicio, & Apoſtolica auctoritase damnatus, nunquamque anathematis vinculis exuendus.* Luculentiſſimum denique pro Felice teſtimonium mihi videbatur, quod ipſius ore Gelaſii profertur. Hic enim pontifex ſub initium epiſtolæ ad Laurentium de Lignido Epiſcopum ſic ait: *In prolixitate Epiſtolæ dilectionis tuæ magno nos gaudio repleſti in ea parte, in qua dictum eſt; quod in Theſſalonicenſi Eccleſia vel in aliis ſimiliter recitata Epiſtola prædeceſſoris noſtri* Felicis *de exceſſibus Acacii, cuncti eidem Anathema dixerius, nec quiſquam communioni prævaricatoris ſe ſe miſcuerit.* Eoque libentius in eandem deſcendebam ſententiam, quod Henricus Valeſius To: III. Græcorum Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſcriptorum, in Opuſculo cui titulus. *Liber ſecundus obſervationum ad Evagrium de Acacio Epiſcopo Conſtantinopolitano, & de duabus Synodis in quibus damnatus eſt;* ac Tillemontius Tom. XVI. afferant illam Felicis epiſtolam, quæ in Theſſalonicenſi aliiſque Eccleſiis perlecta fuit, *de ſceleribus Acacii* ad Orientales Epiſcopos fuiſſe conſcriptam; qualem omnino noſtræ hujus titulus videtur exhibere.

* perperam In edit. apud Labb. *per tua* in cod. Ver. *per Tutum.*

Verum enimvero cum in hocce Tractatu Vandalicæ perſecutionis finem indicatum mihi videar invenire, anceps profecto hæreo, Felicine potius, quam Gelaſio, vel alicui Romanæ Eccleſiæ Clerico ſuffragium laturus ſim. Legitur enim: *Poſtremo etiam ſi vi premitur, vim perferre debuit, non fide & communione calcata prodere perfidis, & ſe miſcere damnatis; ſicut fecit ſanctæ memoriæ Flavianus & alii ſub perſecutoribus Imperatoribus, vel hæreticis vel Paganis; & nuper in Africa factum eſt. Quid enim? vim maximam illi non patiebantur? & ideo vincebant patiendo vim, non violentiæ cedendo. Numquid ſub illis perſecutoribus, qui negabant Chriſtum, vel in hæreſim tranſibant, a Catholicis & Chriſtianis non jure damnabantur? numquid erat excuſatio quod vim paſſi pirſiſtere nequiviſſent.* Quibus, ut vides, erudite Lector, de Hunerici ac Guntabun-

di persecutione sit sermo, non tamquam adhuc vigente, sed tamquam jam præterita & consummata. Quæ si ita sint, corruit de Felice sententia, ac ejus auctor post annum 494. est inquirendus; cum eo tempore in Africam redierit pax, & Catholici Antistites qui per decennium ærumnis exilioque confecti fuerant, tandem aliquando ad proprias sedes sub Guntabundo remigrarint; ut luculentissime probat clarissimum Augustinianæ familiæ lumen, ac splendor nostræ Urbis Eminentiss. Card. Norisius. Primæ rursus periodi epocha, qua Tractatus noster veluti consignatur, Felici III. nullatenus convenire potest; utpote qui e vivis excesserit juxta eruditorum omnium sententiam anno Christi 492. & ipsa ad sexti seculi exordium protendatur. Sic enim legitur: *Post quingentos annos constituta Christi eos velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi*. Præterea nitidissimus, ac eloquentiæ floribus redundans Felicis stilus (teste Dupinio ad vitam hujus Pontificis) in hocce Tractatu sæpe frustra desideratur. Mirari etiam subit, nonnullas objectiones refelli innominati scriptoris: quod videtur Pontificem Romanum dedecere, ac si erubuerit proprio nomine Acaciani furfuris homines appellare, ac impugnare. Præterea demum quædam sacræ Scripturæ loca a Felice prolata, quæ cum iisdem nostri Tractatus non semper conveniunt; ut exemplo esse possunt illa verba * *Pax pax, & non erat pax*; quæ ita exprimuntur in codice, *pax pax, & non est pax*.

In hist. Pelag. lib. II. cap. II.

T. 4. Conc. pag. 1168. edit. Labb.

Quæ vero, teste Gelasio, in Thessalonicensi Ecclesia recitata dicitur Epistola decessoris ejus Felicis *de excessibus Acacii, ob quam cuncti eidem anathema dixerint*; alia est ac nostra, jam deperdita, vel in pluteis adhuc latitans. Ægre etiam præfixo ab Antiquario Codicis Veronensis titulo adhæreo, & licet mihi compertum sit, eum Nicolai Papæ primi ac Gratiani Labbeique auctoritatibus comprobari; immo Gelasium alibi etiam Felicis personam tamquam Christi Vicarium induisse; ac de Petro Acacioque, tamquam adhuc viventibus, in religionis negotio acriter fuisse conquestum, ut probat Card. Baronius ad an. 493. & luculenter eruitur ex literis ipsius Gelasii (quæ forte Anastasio Bibliothecario ad vitam hujus Pontificis scribendi ansam præbuere: *Hujus temporibus iterum venit relatio de Græcia eo quod multa mala & homicidia fierent a Petro & Acacio CP.*) nihilo tamen minus difficile admodum creditu id est, nec ullo cæterorum exemplo munitum, Gelasium in hoc Tractatu nunquam palam se prodidisse, nec certas ac determinatas personas fuisse allocutum. Præterea Acacii Mongique sectatores dudum Occidentalem Ecclesiam ac Romanos Antistites exagitarunt; eaque persecutio adhuc magnopere grassabatur an. 494. ut colligitur ex Gelasii epistola eodem anno scripta ad Rusticum Lugdunensem Episcopum, in qua ita legere est: *Cæterum frater noster Epiphanius qui ad gentis suæ relevandos & redimendos captivos ad partes vestras destinatur, Fraternitatem tuam certiorem faciet quantam ob impiissimi Acacii causam persecutionem sustinemus. Sed non deficimus, & inter tot pressuras non cedit animus, nec relaxatur zelus, nec subvertit metus*. At cum Tractatus noster concinnaretur, pacem Romæ floruisse cognoscimus ex his verbis, videlicet: *Ideo illi perstant in fide catholica qui in Oriente persistunt, quia a me eam defendi vident & animantur ex me; alioquin aut illi corruent me faciente, aut si me, quod absit, decedente illi perstabunt, apud Deum hominesque me jure damnabunt. Illi me etiam sub persecutione positi non deseruerunt; ego illos sine persecutione positus deserturus sum*. Unde labat de Gelasio sententia ac ruit. Neque demum Gelasio hanc nostram epistolam adjudicare possunt ipsius Gelasii verba in epistola ad Dardanas, ubi scribit: *Hæc vero* (scilicet de Acacio solius Apostolicæ sedis judicio jure damnato prout habet inscriptio) *ad instructionem vestræ dilectionis satis abundeque sufficere judicamus; quamvis ea-*

dem latius, si Dominus concesserit facultatem, studeamus exponere. Nec enim Tractatus noster ad Dardanas scriptus est, licet id habeant Nicolaus & Gratianus in fragmento ab ipsis relato; neque vere ad Orientales, ut Codicis nostri inscriptio præsefert; sed ad incertos vagosque homines. Fortasse ergo abs re non esset opinari, alicujus Romanæ Ecclesiæ clerici fœtum esse, qui sexto circiter ineunte sæculo prout prima periodus ostendit, Felicis Papæ sententiam in Acacium CP. prolatam susceperit propugnandam, ac in Apologetico tractatu ejusdem personam induerit, ut plerique alii præstitere, ne palam Orientalium invidiam subiret. Hæc utique conjectura suos potest habere patronos. Sane qui sedulo Simplicii, Felicis, Gelasiique scripta perlegerint, deprehendent evidenter, ex eorum epistolis tractatibusque plerasque sententias fuisse decerptas, quandoque etiam verbis ne tantillum quidem immutatis, ut ex initio præcipue liquet quod fere ad literam Gelasius recitaverat in Epistola XIII. ad Dardanas. Quas inter ambages a pronuncianda sententia consultius abstineo, aliorumque eruditorum judicium expectare mihi satius est.

Nobile postremo loco testimonium addere placet Guillelmi Pastregici aut Pastrengi Veronensis, qui sæculo XIV. florebat, in eoque opere, quod concinnavit *de originibus rerum*, ubi de Papa Gelasio I. agit, prædictam epistolam *de evitanda communione Acacii*, aliasque duas *ad Succonium Afrum Episcopum, & ad Natalem Abbatem* memorat veluti ab eodem Pontifice scriptas. Laudatum Pastregici opus typis editum fuit *Venetiis anno MDXXXXVII. ex Tugurio Blondi*, venumque prostabat *apud Scipionem Blondum sub Apolline*. Hæc hujus auctoris verba sunt: „ Gelasius Papa adversum Eutychem & „ Nestorium grande & elegans conscripsit volumen. Tractatus diversarum scripturarum & sacramentorum limato sermone composuit. Contra Petrum & Acacium epistolas scripsit. Hymnos ad similitudinem „ B. Ambrosii edidit. Tomum *de Anathematis vinculo* cudit. *Commonitorium* „ Fausto apud Constantinopolim legationis officio fungenti direxit. Epistolas *ad Anastasium Principem, & Episcopos per Orientem & Dardaniam* „ *constitutos*, rationem reddentes justæ damnationis Acacii destinavit. Item *ad eosdem Orientis Episcopos de vitanda Acacii communione; ad Euphemium* „ *Constantinopolis Episcopum; ad Succonium Afrum Episcopum, & ad Natalem* „ *Abbatem* scripsit Epistolas, Anastasii tempore.„ Aut codicem nostrum vidit Pastregicus, aut similem: hæc enim, quæ Gelasio tribuit documenta eodem ordine refert, quo recensentur in eo, quo usi sumus.

Exem-

I.

[1] *Exemplum rationis reddendæ B. Gelasii Papæ de evitanda communione Acacii missum ad Orientales Episcopos.*

[2] Post quingentos annos constituta Christi eos velle subvertere, cum triginta annorum lex hominum non possit abrumpi. Sanctum Athanasium ideo non fuisse damnatum a Synodo Orientis, quia sedes ista non consenserit, [3] Sanctum Joannem Constantinopolitanum, S. Flavianum. Si ergo ea non consentiente sola, qui damnati sunt a Synodo Orientis, non potuerunt esse damnati; consequens est, etiam sine Synodo, qui eadem sola damnante damnatus fuerit, damnatus sit. Postremo si nulla est ejus solius sententia, quid tantopere cupiunt hanc resolvi [4] testimonio Acacii, ubi confirmat Timotheum catholicum de damnatione Petri retulisse ad utramque Romam; ubi ab hæretico fuisse ordinatum, hoc est [5] complicem insaniæ suæ; ubi dicit, *ut propter hoc majoribus suppliciis subderetur*. Itaque non ut in sequestris esset, quod nunc prætenditur, sancto cum obiisset Timotheo subrogandus, qui pro sceleribus suis, quæ retulit [6] ejus Acacius, suppliciis subditus est: nemo autem ad honorem reservatum, dignum asserit esse suppliciis. Imperator Timothei Catholici electioni cuncta permisit; necesse est igitur, ut sequatur quod ille constituit, & dixit, [7] *Catholicum a Catholicis ordinatum*: Falsum est ergo quod in sequestri dicitur constitutus, ut eidem subrogaretur, cui nunquam communicavit; & a quo postulatus est, longius debere relegari. Si juraverat Johannes, non se futurum Episcopum, quomodo tu mandasti dignum esse, cui majora committerentur, quæ ad gubernationem Ecclesiæ pertinerent? supra presbyteram quid est majus ad Ecclesiæ gubernationem nisi Episcopatus! Si juraverat, quomodo hoc mandas? Et si juraverat, cur illum expoliasti, ut fieret contra quod juraverat? aut si factum est quod mandasti, quid irasceris? Quid illum tibi dicis pejerasse, cum factum sit quod se non juraverat esse facturum, cum tu eum hoc fieri debere [8] mandaveris? Apocrisiarius erat, omnia ad ipsum pertinebant, omnia Ecclesiæ ipse curavit, post illo inter clericos Alexandrinos nullus habebatur honore, presbyter erat: supra quid ei adderetur ad gubernationem Ecclesiæ? quid ei amplius adderetur nisi Episcopatus? Tu igitur eum Episcopum esse voluisti, qui cum supra quam erat, nec aliud restabat nisi ut esset Episcopus, esse debere mandasti. Miror autem si necessitatem patitur Imperator, ne pellat Petrum, & unum hominem necessitatem perpeti non potuisse contendat, ut fieret quod nolebat invitus: nam & ipse Imperator cum necessitatem prætendit, malum esse definit, quod necessitate facit, docens se hoc nolle facere voluntate, & pati testatur invitus. Si personam Petri excusandam putaris, probamus noxiam, hæreticam atque damnatam. Si in sequestri fuisse prætenditis propter scandalum Timotheo Catholico subrogandum, nec Acacii hoc scripta testantur, qui dicit evidenter, eur fuerit exclusus; nec Imperatoris, qui & Timotheo Catholico, quæ statuisset, mansura esse promisit, a cujus fuit Petrus communione discretus, & a quo postulatus est longius debere relegari: atque hoc pariter, & Constantinopolim relatum, sicut etiam testatur Acacius, & a sancto Proterio in Diaconio fuisse damnatum; [9] & Catholicum a Catholico creandum præstituerit, non Petrum, qui erat hæreticus tanquam in sequestri positum subrogandum; a quo ordinati nisi ad communionem sancti Timothei revertissent, jussi sunt sine dilatione damnari. Qui si dicitur postea fuisse correctus, interim hoc ipso in errore hactenus jacuisse monstratur; nec debuisse Catholicis præfici post errorem, a quibus est de errore correctus. Itaque venia dignus fuerat, non honore; & maxime ab hæreticis ordinatus, nullam Episcopalis dignitatis prorsus habere substantiam. Quod si negatur, & testimonio vincuntur Acacii, & rerum ratione monstrabitur; quia cum Timotheus hæreticus cum suis complicibus damnaretur, hic comes ejus fuit, & cum eodem usque in ejus finem perdurans a Timothei sit sequacibus institutus. Quærendum denique, si usque ad diem obitus sui sancto Timotheo communicavit, quod si factum non est, inter eos erit fi-

---

(1) Utrum Gelasio I. an Felici III. vel clerico cuipiam Romano Felicis nomine assumpto scribenti adjudicanda sit epistola, satis in præfatione dictum est.

(2) Periodum primam, quæ lacera videtur, supplent Nicolaus I. in epistola ad universos Episcopos Galliæ, & Gratianus caussa XVI. q. III. c. IX. hoc modo: *post quingentos annos constituta Christi audio quosdam velle subvertere*.

(3) Nicolaus I. laudatus hæc verba sic refert: *vel sanctum Joannem Constantinopolitanum, vel sanctum Flavianum*.

(4) Lacuna apparet in editis. An vero ita sensus exprimi debeat, ut Sedis Apostolicæ sententiam resolvere conarentur Græci, qui favebant Acacio, ejusdem Acacii testimonio ex ejus Epistola ad Simplicium deprompto; an hic hiatus agnosci debeat, eruditi lectores expendant.

(5) *Complicem*) In editis, & in codice. Legendum *complice*, ac refertur ad Episcopum hæreticum Petri Moggi ordinatorem.

(6) deest *ejus* in editis. sensus est: *quæ ejus* Petri Moggi scelera *retulit Acacius*.

(7) Pars est edicti ab Imperatore Zenone lati. Rem narrat breviculus historiæ Eutychianistarum. Nempe; Joannem Talajam œconomum *ad Principem* Zenonem *misit* Timotheus Solofaciolus, Episcopus Alexandrinus, *rogans ut si quid humanitus sibi forte contingeret, juberet pietas ejus, Catholicum a Catholico ordinari: ad cujus petita responsum est*.

(8) In editis, *mandasti*.

(9) Desunt in editis hæc verba: *& catholicum a catholico creandum præstituerit*. Imperatoris mandatum habes in Breviculo historiæ Eutychianistarum, ut supra num. 7.

ne dubio, quos [10] Imperator dixit a communione Catholici Timothei discrepantes, nisi ad ejus communionem intra duos menses gratiamque remeassent, in perpetuum esse damnatos. Ridendum autem, quod quidam ab eodem Timotheo Catholico Petrum asserunt ordinatum: quem vivus illum se superstite nullatenus ordinavit, ad cujus nunquam communionem prorsus accessit: quem popofcit, ut dictum est, etiam longius relegari: nec sibi superstiti sacerdotem super ordinare potuerit; ipsi viderint, si illum mortuus ordinavit. Tempore autem, quo Petrus invasit Ecclesiam, sanctus Timotheus in Alexandria non erat; nec se extante [11] Pontificem, sicut dictum est, poterat ordinare: sed potius Petrus nefande omnia agens, superstite Timotheo legitimo sacerdote, Episcopatus sibi ausus est nomen imponere. Nec hoc quilibet Catholici tunc fecerunt, qui utique omnes cum Timotheo sentiebant, eique communicabant: sed unus complex insaniæ Petri, sicut jam testatur Acacius. Nec enim poterant Catholici, qui Timotheo Hæretico non communicaverant, qui Timotheo Catholico communicabant, superstite & eo Catholico, quem nossent legitimum sacerdotem, vel superducere alium, vel hæreticum consecrare. Unde apparet, eum ab hæreticis ordinatum, & ideo catholicæ Ecclesiæ præsidere non posse; quia prorsus hoc abominandum nefandumque judicetur, ut qui diu in perfidia volutaverit, fidelium cervicibus imponatur. Quod si admittitur, potest & de aliis hæresibus passim similiter [12] quicumque permitti: quod nulla unquam exempla, nullæ regulæ, nullæ leges Ecclesiasticæ patiuntur imponi. Sed inquis: *eum fuisse correctum*. Interim, ut supra jam dictum est, hoc ipso hæreticum fuisse monstrabis, qui etiamsi damnata hæresi se ad fidem catholicam dicitur contulisse, subdi debuit Catholicis a quibus correctus est, non præesse: non est enim discipulus supra magistrum; satisque erat, ut correctionis suæ subjectus præberet exemplum, non post diuturnum errorem longamque perfidiam, a quibus emendatus est correctusque, dominari. Tum deinde quæro, quid erroris damnaverit? quid rectæ confessionis elegerit? & quam petit esse falsam, quam veracem fidem? Qui, si definitam apud Calchedonam fidem & catholicam sequitur, cur eis communicat, qui duarum naturarum in Christo nullatenus recipiunt veritatem? cur Dioscorum, cur Timotheum hæreticum recitari facit? cur quicunque inde veniunt, Synodo Calchedonensi adversa defendunt? quibus Petrus sine dubitatione communicat. Si autem magis talium fidem veram esse pronuntiat, apparet satis, quam de suo sit errore conversus. Sed non miror correctum dici, cum in sua perversitate permaneat, quando non constat, & a quo vel correctus fuerit, vel receptus; siquidem Ecclesiæ regula, vetusque traditio nota sit omnibus: ab Episcopo enim Provinciæ suæ, idest, secundæ sedis antistite eum vel discuti vel recipi convenisset. Qui tamen Alexandrinus antistes etiamsi pravitate damnata eum recipiendum esse judicaret, non prius hoc faceret, quam ad sedem Apostolicam retulisset. Docent hoc [13] catholici gesta Timothei, aliorumque exempla multorum, qui acceptis libellis hæreticorum, in quibus veterem se damnare profitentur errorem, non prius receptionem eorum communionemque confirmant, quam ad hanc sedem satisfacientium gesta dirigerent, atque hinc poscerent, sicut factum est, debere firmari. Quæro, inquam, quis istum discusserit, quisve susceperit, quisve [14] reconciliaverit, quis ad communionem catholicam intrare permiserit? Ubi interim taceo, quia hæc omnia pœnitentis fuor, utpote & hæretici, & ab hæreticis ordinati: quem sine ambiguo & constat errasse, qui nunc perhibetur esse correctus: aliud est enim venia sub terrore lapsorum, alia spontaneæ pravitatis electio. Si Acacius hunc recepit, quo jure, qua regula? cum nec [15] Pontificii ipsius esset hoc facere, nec ad me voluerit hæc referre: immo cui, ne id faceret, sæpissime contradictum est, ut magnopere delegatum, ut eum longius ab Alexandria faceret, [16] Sacerdotali & Catholico vice nostra suggestione depelli. Cur præsumpsit, quæ vetui? & quæ sunt injuncta, calcavit? An Imperator illum discussit, atque suscepit? constat

(10) Decretum Zenonis Imperatoris referunt Felix in epistolis ad *Zenonem* & *Acacium* per legatos Vitalem & Misenum missis, & Auctor *gestorum de nomine Acacii*, seu *breviculi historiæ Eutychianistarum*. Felicis verba in epistola ad Zenonem hæc sunt: *Denique cunctos Episcopos Ægypti universosque cleros increpasse, vestris generaliter apicibus sancientes, ut nisi intra duos menses ab his, quæ a principio contra canones, contra Ecclesias Dei, contra orthodoxam fidem cogitaverunt, abstinerent atque in beati Timothei communionem, quam impie reliquerunt, digna pœnitentia satisfactione remearent; non solum despoliandos honoribus, verum etiam & Alexandrina urbe & omni Ægyptiaca regione carituros*.

(11) Cum Timotheus Ælurus, Basilisci tyranni patrocinio fultus, Alexandrinam sedem invasit anno 476. *fugit Timotheus* (Solofaciolus) *catholicus*, (verba sunt Liberati in Brev. cap. 16.) *in Canopi castellum, & in Monasterio latuit*. Zeno, recuperato imperio, Ælurum dejici jubet; quo morte prævento, sedem occupat Alexandrinam Petrus Moggus anno 477. *Morabatur autem tunc* (sequitur Liberatus) *Timotheus catholicus in Canopo castello*. Ait ergo epistolæ auctor: Timotheum Solofaciolum Alexandriæ non fuisse, cum Petrus invasit Ecclesiam, & etiamsi extitisset in urbe, non potuisse Pontificem vel Episcopum ordinare Petrum Moggum.

(12) deest, *Quicunque* in editis.

(13) Quid gesserit Timotheus Catholicus, narrat etiam Simplicius Papa in epistola *ad Acacium* quæ incipit, *Quamos & quam uberes &c.* data anno 478. Inquit enim: *ut autem perfecto gaudio gauderemus, idem frater & Coepisc. noster Timotheus exemplum libelli satisfactionis eorum, quos a catholicæ fidei veritate Timotheus Ælurus & Petrus Moggus utrique damnati, damnationis terrore traduxerant, veniam postulantes ad nos pariter destinavit, sacerdotali pietate lapsis subvenire desiderans*.

(14) In editis, *vere conciliaverit*.

(15) In editis, *Pontificis*. At enim retenta codicis lectione, sensus est, Acacio non fuisse *pontificium*, hoc est, potestatem & auctoritatem recipiendi Moggum: cui etiam Acacio, ne id faceret, sæpissime contradictum est a Romano Pontifice Simplicio. Vide hujus epistolas XIII. ad Acacium, & XIV. ad Zenonem.

(16) Legendum videtur, *Sacerdotali catholica vice, & nostra suggestione*; vel *Sacerdotali catholica vice nostra, & suggestione*, indicant priora verba *curam illarum regionum* Acacio *delegatam* a Sede Apostolica, ut discimus ex epistola XIII. ad Episcopos Dard. Vicem dicit *sacerdotalem catholicam* eo sensu, quem ipse Gelasius exponit ibidem: *quæ*, inquiens, *sacerdoti catholico competerant, agere fastidivit Acacius*. In editis *jure* pro *vice*. Alia ver-

A Interim illum Ecclesiasticis regulis non receptum. Ab ecclesiastica igitur regula receptio ejus omnis aliena est. Quod si dixeris: *Sed Imperator catholicus est*. Salva pace ipsius dixerimus: filius est, non Præsul Ecclesiæ: quod ad religionem competit, discere [17] ei convenit, non docere: Habet privilegia potestatis suæ, quæ administrandis publicis rebus divinitus consecutus est; & ejus beneficiis non ingratus, contra dispositionem cælestis ordinis nil usurpet: ad Sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates: quæ si fideles sunt, Ecclesiæ suæ, & Sacerdotibus voluit esse subjectas. Non
B sibi vindicet alienum jus, & ministerium, quod alteri deputatum est, ne contra eum tendat abrupte, a quo omnia constituta sunt; & contra illius Beneficia pugnare videatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non legibus publicis, non a potestatibus sæculi, sed a Pontificibus, & Sacerdotibus Omnipotens Deus Christianæ religionis [18] Dominus, & Sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre: nulla ergo nec certa discussio est nec manera potest ista susceptio ejus, quem
C Ecclesia suis legibus nec ordine competenti, nec discussit omnino, nec communioni restituit. Ideoque potius errori ejus communicavit Acacius, catholicamque fidem ei prostituit, quam illum ad communionem Catholicam revocavit: cujus enim non est ordinata receptio, sequitur ut in errore permanserit. Acacium quoque a nostra communione submovimus, ne per eum etiam nos Petro, nulla Ecclesiæ regula discusso, atque suscepto, & ideo in pristino errore duranti, communicasse dinosceremur. Quomodo autem non reus citatur Acacius communicando ei, quem retulit esse damnatum? *Nunquid*
D *ex eodem foramine manat aqua dulcis, & a-*
Jacob. 3. 2. *mara*? Nam cum dicat Apostolus: *si quæ destraxi, hæc eadem readifico; prævaricatorem me*
Gal. 2. 18. *constituo*; cum hæc, inquam, dicat tantus Apostolus, vos judicate, utrum prævaricator non sit Acacius, qui quod ante damnavit, suo post ore laudavit. *Ex ore tuo*, inquit, *justificaberis,*
Matt. 12. 37 *& ex ore tuo condemnaberis. Pax, pax, &*
Ezechiel. 13. 10. *non est pax. Pax est enim caritas de corde pa-*
1. Tim. 1. 5. *ro, & conscientia bona, & fide non ficta*. Quid horum in Petro, quid horum docetur esse in Acacio? Ille non legitima, nec ecclesiastica regula discussus, atque susceptus, in sua permanet pravitate: hic permanente in pravi-
E tate fit complex, etiam postquam eum professus est ipse damnatum. *Sed necessitate*, inquit, *imperiali communicavit Petro Acacius*. Hoc ipsum sufficit, quia quod necessitate dicitur perpetratum, pravum esse monstratum est. Viderit Acacius, vel qui ista pronuntiant, utrum

A Imperatorem catholicum profiteatur hujus pravitatis auctorem? Nos ista de catholico Imperatore non credimus, utpote cujus sacra retinemus, in quibus catholicam fidem, & Calchedonensis Synodi definitionem se tenere testatur; atque ideo etiam ab eodem postulamus hæreticos debere depelli: pessimeque de eo magis ille sentit, [19] qui id eum aut nolle, aut non facere posse prætendit; cum nec divinitati sit aliquid præferendum, & impium sit, quæ ad Deum pertinent prompta non exequi voluntate. Nos, inquam, ista de Imperatore non credimus; absit enim ut contra hoc quod pa-
B lam profitetur, contra decus Imperii catholicam fidem impugnare dicatur. Impugnat autem (quod absit) si quemquam in hoc, quod inimicum est Catholicæ Ecclesiæ, necessitate compellat: hoc ipso autem, sicut dictum est, constat esse perversam, quod dicitur necessitate committi. Sed hæc de Imperatore viderint, qui ista prætendunt: nos autem etiam in hac parte Imperatoris sacra recitamus, quibus omnia se Imperator cum Acacii consilio fecisse promit: & item Acacii scripta depromimus, quæ laudant Imperatorem ista facientem. Nemo quod patitur necessitate, conlaudat: nemo
C suo consilio necessitatem sibi poscit inferri. Si necessitate fecit, [20] fatetur malum esse quod fecit: nolens enim, non volens facit; non enim voluntate facit, quod necessitate facit; malum autem fatetur quod nollet fieri, si necessitate non premeretur. Si malum est, quod necessitate fecit, cur id laude prosequitur? cur ad aliorum perditionem prædicator rei ejus existit, quam committis invitus? Unde apparet, non necessitatis, sed voluntatis esse quod facit, cum utique placet, cum laudat, cum præ cæteris retro Pontificibus esse promulgat; quippe qui dicit: [21] *nunc Alexandrinam Ecclesiam respira-*
D *re, & spiritalis alimoniæ ubertate satiari*; [22] *de quo* ante dixerat, cum expulsus esset, *lætari cum Patre*, idest, cum Timotheo catholico *corda fidelium*, idest, plebis suæ. Postremo ipse videat, si Imperatorem dicat facere cuncta, quæ mala sunt, quando quæ eum necessitate se tolerare prætendit, mala esse profitetur, & non facere voluntate pronuntiat. In tantum ergo hæc mala sunt, ut non vellet hæc facere, si necessitas non urgeret. Apud nos, quod magnopere prædicat, non necessitate, sed voluntate facere [23] demonstratur. Si autem ut errasse consentiunt, sic remedium quærunt; petant ordine suo remedium, ac quiescant cu-
E rari vulnera sua. Nunquam ægrotus medico conditionis suæ curationes [24] opponit: proinde vulnera sua, immo quæ Ecclesiæ omni suis excessibus intulerunt, ut possint veram recipere sanitatem, sinant curari patienter; ea ipsa utique, quæ iidem male commissa esse non abnuunt. *Sed populus*, inquis, *Alexandrinus hoc*

ba ostendunt, non solum pro sibi delegata vice, sed etiam PontificumRomanorum mandato & *suggestione* ita debuisse Acacium agere cum Zenone, ut Moggus longius Alexandrina urbe pelleretur.

(17) Deest *ei* in editis. Zenonis Henoticon suaso Acacii conscriptum, in quo ad communionem admissus fuit Moggus, innuit ac vellicat auctor epistolæ.

(18) Non *Dominos*, ut in editis, verum *Dominus* legendum videtur. Deus enim omnipotens, qui Christianæ religionis Dominus est, voluit, ut Sacerdotes a Sacerdotibus ordinarentur, discuterentur, & recipe-rentur de errore remeantes.

(19) In editis: *qui ait, eum aut nolle, aut non facere posse quæ sentit*.

(20) In edit. *fateatur*.

(21) Verba sunt Acacii in epistola eius per Vitalem & Misenum legatos Romam redeuntes Felici Papæ reddita.

(22) *De quo*, scilicet Petro Moggo. In edit. *de qua*.

(23) In edit. *demonstrat*.

(24) In edit. *apponit*.

magnit desideriis postulavit, nec Petram sibi patitar alla ratione subdaci. Qaid si peteret populus Alexandrinus idololatriam debere patati? Quid enim interest, utrum bæreticus, an profanus Ecclesiæ Catholicæ permittatur imponi? Quid si alterius hætesis cujuslibet hominem sibi Præsulem poscat adhiberi? Qui enim fecit hoc de aliqua hæresi, potest & de alia, si id delectat, expetere. Si inter hominum mores aliquid perpetrari tentaretur contra leges publicas, nullatenus id bonus Imperator annueret: contra Deum poscentibus acquiescit? Si prava cupientibus annuendum est, ubi est imperialis auctoritas? ubi moderatio? ubi legum gubernatio? si contra catholicam fidem, & Ecclesiasticam regulam petentibus concedendam est, quod petatur, quo modo Catholicus Imperator [25]ac per hoc ne fiat contra hominum voluntatem [26]fiat contra Deum? ne corripiantur utiliter improba immo lœthalia concipientes, ne corrigantur insana molientes [27]pereant in æternum? Nec boni Imperatoris est, nec catholici principis, sibimet poscentibus inimica concedere. Immo [28] & ipsis, de quibus agitur, & omni Reipublicæ, & saluti ejus, & regno, quæ contra Deum sunt, non cessisse salutare est. *Sed non sunt*, inquis, *nec bonis moribus, nec fidei rectæ contraria*. Quomodo non sunt bonis moribus noxia, perfidum parricidii socium, comitem hæreticorum atque damnatum, rerum administratorem poscere divinarum, quem præfici nefas est, vel non decebat nec publicæ dignitati? Quomodo non religioni contrarium est, hæreticum damnatumque, ab hæreticis falsum nomen Sacerdotis indeptum, catholicæ fidei velle præsidere? *Sed correctus est*. inquis, *& hoc omnes voluerunt, a quibus correctus est, & a quibus cognoscitur approbatus*. Qui tandem isti sint, diligenti examinatione videamus. Ipsi certe, quos pariter cum eodem testamini ab errore correctos. Restat, ut complices ejus esse non dubium sit. Quibus legibus igitur eorum pro quolibet testificatio debet ammitti, quos par crimen involvit? *Sed*, inquis, *qui etiam Timotheo Catholico communicare videbantur, nunc Petro communicantes, de eodem similia poposcerunt*. Sunt ergo isti communionis Catholicæ prævaricatione notabiles, qui, ut dicitur, a Catholici Timothei communione, quam ad ejus usque obitum servaverunt, post illius transitum in consortium istius reciderant, cui nunquam Timotheus Catholicus communicasse monstratur. Itaque a Timothei Catholici, immo a Catholica communione delapsi sunt: ecce quomodo Petrus correctus est, & probatus; qui vel a complicibus suis, vel a prævaricatoribus Catholicæ communionis dicitur postulatus Antistes. *Sed Timotheus*, inquis, *Catholicus ideo Petro non communicavit, quia Episcopatum illo vivente præsumpserat*. Si propter Episcopatum suffecerat Timotheo, Petrum fuisse submotum: quod autem ei non [29]communicabat, non erat Episcopatus causa, sed hæresis, communio enim ad fidem pertinet: nam si propter honorem, certe vel laico communicare potuisset, si in illo fides recta mansisset; cur ab eo ordinati, ad fidem Catholicam regulariter jussi sunt recipi? ubi ostenditur, illam communionis Catholicæ non fuisse. Deinde si correctus est Petrus, cur ab eo Catholici quicumque sunt vel in Alexandria, vel per Ægyptum, remansere discreti? cur ei non communicant illi Catholici, qui usque in diem vitæ suæ Catholico communicavere Timotheo? Indeque vere catholici sunt, quia in eadem communione sine ulla ejus temeratione perdurant. Ergo evidenter apparet, quia ei communicant illi tantummodo, & eum sibi Præsulem poposcerunt, qui ejus, ut dictum est, vel antiquæ sunt complices pravitatis, vel a communione Catholica deviantes in ejus consortium transierunt: atque ideo incessabiliter etiam Catholicos persequuntur. Audivimus assidue, & certa relatione [30]cognoscimus, qui eidem communicare dicantur, qui ab ejus communione discreti sunt; qui [31]eum contra fidem catholicam cotidie, & contra Apostolicæ sedis prædicationem, & contra Calchedonensis Synodi constituta venire [32]præspiciunt. Quod in tantum verum est, ut testes paternæ vesaniæ ejus, quos hic habemus, filios producamus. Denique omnes Ægyptii, qui diversis in hac urbe negotiationibus detinentur, Petroque communicant, Synodum Calchedonensem, ejusque definita catenus audire non possunt, ut nos cur ista tenemus audeant incusare. Apparet igitur ex discipulis, quæ doceat hos magister; & ex genitis genitor nefandus agnoscitur. Palam certe soleat pronunsiare, quod si audiant Petrum Calchedonensem Synodum prædicare, ipsi eum anathematizare non differant: Ubi satis apparet, cujusmodi eum doctrinam proferre testantur. Quærimus certe de vobis, utrum Calchedonensem Synodum sequendam putetis, an non? si non sequendam; quomodo hanc vos literis vestris tenere profitemini? Apparet ergo non solum in Catholica neminem vestrum definitione constare, sed ne in sua quidem professione consistere. Proinde quemadmodum vobis credemus fidem vos catholicam tenere jactantibus, quando etiam ea, quæ scripto publicatis, non tenetis? Quod si vestra professione constricti, Calchedonensis Synodi constituta vos omnibus modis servare firmatis, simul etiam Apostolicæ sedis prædicationem, quæ in illa Synodo relecta, tractata, suscepta est, vos suscepturos esse dicitis: quæ omnia definita ex omnium retro Pontificum, qui fuerunt a tempore Domini Salvatoris toto orbe terrarum beatæ memoriæ, Papa Leo [33]ad augustæ memoriæ Leonem subditis epistolæ suæ testimoniis approbavit. Si igitur antiquam fidem, & quæ a SS. Patribus ad nos est transmissa, sectamini; si

(25) Legendum fortasse, *permittat, ne fiat &c.* ut in editis; vel potius aliqua alia verba desunt.
(26) Supple, *& fiat &c.*
(27) Supple, *& pereant &c.*
(28) In edit. *& ipsi*.
(29) In edit. *communicavit*.
(30) In edit. *cognovimus*.
(31) Deest in edit. *eum*.
(32) In edit. *perspiciuntur*. Lectionis in codice expressæ sensus est: Pontificem ex certa relatione cognoscere eos, qui a Moggi communione discreti sunt, atque præspiciunt, Moggum ipsum contra fidem catholicam sentire. *Præspicere* est *ante aspicere, prospicere*.
(33) Innuitur epistola Leonis papæ 134. alias 97. *ad Leonem Augustum*, cui testimonia plurimorum patrum subjiciuntur. Eadem perperam adjuncta sunt celebri epistolæ *ad Flavianum* in collectionibus Concil. Act. 11. Concil. Calched.

de

de Incarnatione Domini Salvatoris hæc nobiscum, quæ illi sensera, sentitis, & a totius Ecclesiæ doctrina nullatenus deviatis (quia neque prudeotioras majoribut nostris sumus, neque nobis fas est, alitee noviter usurpara, quam [34] illi didicere, & docaera majores; ipsiusque [35] Nicæni Concilii non magis nos intellectnres, expositoresque eruditiores sumus, quam illi tot, tantique Præsules venerandi vel intellexera sapientet, vel prædicavera fidelitee) hanc omnes sineera mente, veroque corde in commune teneamus, & pax est. Regulas quoque, quas ab eisdem Patribus accepit Ecclesia, intemeratas habeamus, & pax est. Sint ergo hæc apud vos certa sint fixa, & nulla discordia est. Quæ si apud vos esse prætenditis, patimini sollicitudinem nostram paulispee ista discutere; quia quanto veriorem pacem habere volumus, tanto certiorem causam pacis desideramus agnoscere. Si hæc apud vos intemerata perdurant, quid est quod Petrum Alexandrinum ad fidem cathulicam correctum dicitis, & receptum? Abjecit ergo cuncta, quæ his definitionibus obviant, & in hanc formam doctrinæ catholicæ toto corde transiit. Quid sibi isti igitur volunt, quos apud nos quntidie vociferantes agnoscimus contra Calchedonensem Synodum; contra Apostolicæ Sedis prædicationem framentes, atque frendentes? Qui si correcti sunt, tenent ergo illa quæ superius memorata sunt. Si ea tenent, cur vehementer impugnant! Si illa profitentur, cur a Catholicis, qui eadem perseveranti tenent professione, descifcunt? Aut cur illi, qui veram fidem profitentur, ab istorum societate dissentiunt, si eos unam fidem secum ratinere noverunt? Apparet igitur, hos qui illa, quæ ad fidem catholicam pertinent, palam impugnare non dubitant, qui a Catholicorum professione dissentiune, catholicos omnino non esse, atque ideo nulla ratione correctos. Quid? his cur communicat Petrus si istis in errore duraatibus, ille fidei veræ examinatione probatus est, & receptus? Utique si [36] correxit, ad illa translatus est, quæ fidei Catholicæ convenirent; non in his ramansit, quæ ei probantur inimica. Cur eslibut ergo communicat? si illa manifeste profitetur, ad quæ errore deposito eum transisse cognoscitur, cur ejus communicae inimicis? Itaque luce clarius probatur, non esse correctum, sed in eadem pestilentia permanera, cujus sequacibus, professoribusque communicat. Ecce igitur etiam hoc ipsum, quod correctum vultis [37] videri, falsum evidentissime confutatur. Quapropter licet etiam si correctus esset, correctoribus suis subdi debuit, non præponi: quibus ab hæreticis ordinatus, nulla potuit præesse ratione. Etiam in hac parte convincitur, qua correctus ostenditur, quando bis communicare, qui in pravitate perdurant, sine ambiguo raperitar; atque a nostra communione, omnifarism merito, justeque rapellitur. Ecce quam nobis justa causa suppeditat: [38] etiam Acacium, qui hunc & juste retulit ante esse damnatum, & postea nefarie in sua communione suscepit, a nostra communione discrevimus. Cum Acacio enim nobis fuit prisca communio. Hæc ut servaretur inlæsa per quinquennium [39] fere monuimus; & licet nec rescribera dignaretor, nos tamen ut catholicam fidem ratineret, nunquam destitimus adhortari. Postremo Legatis missis terruimus, blanditi sumus, prædiximus comminantes, suadentes, obtestantes, damnationem prætendentes, necommunioni cederec, perditoram: laborum suorum pro fide catholica primitas impensorum eum meminisse mandavimus, & incitantes ad gloriam, & a periculo deterrentet. Quæ cuncta despiciens, circumvenit Legatos, ut velnti nobiscum se errare prætenderet; & hæretico atque damnato, quem [40] id præcipue ipse retulerat, communione se miscuit. Donec ista cognoscerem, potuit mihi cum illo pristina manere communio; verum ubi hoc comperi, si non eum continuo a mea communione separassem, videretur mihi etiam cum jam prævaricatore nihilominus manera communio, & quæ cum Catholico fuerat, esse etiam cum eo, qui hæreticurum consortium inire maluerat. Quod ne fieret, necessarium mihi fuit abrumpere communionem ejus, & a meo consortio sequestrare: Ideo quippe necesse fuie hoc facere, quia Catholicæ fidei non erat tutum, hoc omnino non facere. *Sed Imperator*, inquis, *necessitatem Petro communicandi ponit Acacio*. De hac necessitate, & superius jam multa dicta sunt, & multa dicentur; quibus apparat & necessitatem, si vera esset, sacerdotem pro catholica fide contemnere debuisse, & tolerare quicquid adversi est; dummodo ab integritate fidei Catholicæ nullatenus deviaret. Deinde manifesta ratione monstretur, sic nullam necessitatem Acacio ab Imperatora prorsus ingestam: sicut potius Imperatorem satis claret, ex Acacii cuncta fecisse consilio. *Etiam ipse Imperator*, inquis, *necessitatem habet ista faciendi*. Necessitatis causam interim non requiro: nulla tamen major est necessitas, quam divino cultui & religioni, unde omnia prosperantur, unde necessitas magis omnis absolvitur, & cuncta adversa removentur, esse subjectum, nec ei aliquid omnino præponere: quia non est utique quod Deo debeat anteponi, cum ei jussi fuerimus nec animas nostras omnino præponere: illo enim despecto, [41] non modo nulla potest necessitas expediri, sed nec res qualibet humana constare. Unde apparet, majorem necessitatem, [42] majorem præ omnibut causam, cuncta eidem postponendi. Adde, quia nulla necessitas est, sed esse prætenditur. Nullus jam don est... De exclusione Petri seditio vana proponitur; quippe cum & Timotheo hæretico pulso nemo se-

(34) In edit. *illibi*.
(35) Uni symbolo Nicæno hærebant Monophysitæ ipsamque rajiciebant quod Constantinopolitanum vocatur. Rationem profert Diogenes Cyzicenus act. 1. Conc. Calched.
(36) In edit. *si se correxit*.
(37) In edit. *videtur falsum, & evidentissime confutatur*.

(38) In edit. *si etiam*.
(39) In edit. *permansimus*.
(40) In edit. deest *id*. Forte legendum est: *quemadmodum præcipue ipse retulerat*.
(41) Deest in edit. *non modo*.
(42) In edit. *& majorem præ omnibus*. Forte vero, *majoremque omnibus causam esse*.

T

fultare tentaverit, & [43]eodem pro Petro consequenter ejecto, nullus obstiterit. Falso igitur non fieri posse confingitur, quod exemplis earundem rerum sine tumultu factum esse jam constat. Pecuniæ causa non fit, & nulla necessitas est. [44]Nam tumultus in sancti cæde Proterii hæreticorum irruptione commotus est. Nunquam autem per catholicos ullus est tumultus excitatur; & convenit seditiones quorumcumque populorum publica auctoritate compesci. Itaque ut pravorum indulgeatur furori, qui levi metu perterriti conquiescere potuissent religio divina subvertitur, & Christi Ecclesia laceratur. Postremo hoc ipso quod necessitatem esse prætendit, malum esse pronunciat, quod facit: unde si ei est necessitas contra divina tendendi, mihi id operandi nulla necessitas. Cavere debeo a malo, quod etiam tu fateris malum, dum necessitate te facere testaris invitum: immo mihi major necessitas est divini timoris, & futuri judicii, ut caveam malum. Cur me in tuum nefas, quod necessitate geris, conaris attrahere, cum id subeundi nulla necessitas sit? Immo, ut dictum est, non faciendi sit [45]nulla causa, majorque necessitas. *Sed corrige me*, inquis, *& noli me a tuo consortio sequestrare*. Relinque malum, convertere ad bonum, revertere ad me: & correctus es, & liberatus a malo, & a me nullatenus separatur. *Sed non possum*, inquit, *& relinquere me non debes*. Tu doles, ut video, quia tecum ego non peream: sed ego doleo, quare mecum non ipse salveris. Si tantum apud te valet persona Petri, ut Deum contemnas, tu videris: me facere nec oportet omnino, nec libet. *Quod potest fieri*, inquis, *hoc exige*. Et ego tibi dico: quod potest fieri, hoc me posse; facilius enim fieri potest, ut homo postponatur Deo, ut homo refutetur magis quam Deus. Quod si id non potest fieri, multo magis non potest fieri a nobis, ut refutato Deo, homo eligatur. Major est nobis causa, qua non possimus hoc facere, quam vobis ut illud facere nolitis. [46]Possimus dicere: dicite omnes anathema Petro: quandiu vivit, nolite illi communicare; & communicamus vobis: & quam rationem reddituri sumus Deo, si animas, quas ille perdit, etiam nobis quodammodo permittentibus assumat, ut perimat? Quo me trahere conaris ad te? cur non potius revertaris ad me? Ibi perditio est, hic salus: ibi præcipitium, hic fida securitas: ibi deceptio, hic monitio. Tu ad ista salutaria redire non vis, & me vis ad [47]illa periculosa descendere? Nescio si, vel te judice, debeam ista committere. *Sed Acacius*, inquis, *vi oppressus est, & opprimitur, ut aut ad ista pervenerit, aut ista non corrigat*. Vim quidem non pertulisse multis rationibus comprobatur, immo & docetur; quia si noluisset, non ad ista pervenerat. Quin insuper suis literis confutatur, quod ipsius consilio cuncta sint gesta; eaque velut divinitus inspirata collaudet. Sed etiam si vim apud Imperatorem... non per Imperatorem insidiari Legatos; quod nostrorum quoque Legatorum professione jam dictum est. Quod si verum est, ille reus est; si falsum, gravamus istos etiam hoc insuper, quod supra prævaricationem tantum addidere mendacium. Sed quia hoc etiam ex literis Acacii demonstratur, isti hoc non falso dixerunt: Ita illius persona gravatur, quæ noluit cum legatis nostris adniti, sed potius nostris est insidiata [48]Legatis. Certe vel retulisset hoc, antequam communicaret; monuissetque illos, ne communicarent. Postremo etiamsi vi premitur, vim perferre debuit, non fide & communione calcata prodere perfidis, & miscere damnatis, sicut fecit sanctæ memoriæ Flavianus, B & alii sub persecutoribus Imperatoribus, vel hæreticis, vel paganis, & nuper in Africa factum est. Quid enim? vim maximam illi non patiebantur, & ideo vincebant patiendo vim, non violentiæ cedendo. Numquid sub illis persecutoribus, qui negabant Christum, vel in hæresim transibant, a Catholicis & Christianis non jure damnabantur? numquid erat excusatio, quod vim pati persistere nequivissent? *unde ergo*, inquis, *lapsis remedia sunt provisa*? Bene suscipio ergo eum, si placet, more lapsorum pœnitentiam agentem tota vita sua, & in fine [49]communionem sumentem, sicut de lapsis legitur constitutum: secundum hujus canonis formulam ad Ecclesiam revoce- C mus. Nunc autem si curatio Ecclesiæ totius accedat, erit tanti (quia hoc Pontificis & Sedis Apostolicæ, & causa universalis curationis hoc videtur exigere) ut persona Acacii in sacerdotali possit honore revocari. Hoc ipso enim se ostendit, non voluntate succubuisse, & animum gessisse catholicum, dum curationi competenter insistit. [50]Quid? si vult, & non potest; cur per imperialem personam cæteros opprimit? Si Imperator, ut fertur, obediens est Acacio, potest; si obediens ei Imperator non est, quamvis eum debuerit & debeat constanter viriliterque tractare, certe hoc ipso se fatetur contra catholicam succumbere veritatem. Itaque me ei in hoc statu rerum non misceri D communione manifestum est: non enim, si ille premitur, & adesse sibi non potest, ego oppressionis ejus, & transgressionis complex esse jam debeo. Sed quia, donante Deo, liber sum, servo saltem me incolumem, ut & si nunc [51]non potest, cum Deus jusserit, sit qui valeat pro integritate communionis & fidei illis subvenire, qui integritatem communionis, & fidei perdiderunt. Alioquin si omnes eam perdamus, quod absit, unde postea reparabitur? præcipue si in sedis Apostolicæ, quod nunquam Deus fieri sinat sacris temerata fastigio. Itaque si Acacius vim hominis sustinet, ut errata non corrigat; major mihi necessitas est divini metus, & tuendæ catholicæ communionis & fidei, quolibet modo, & qualibet conditione

(43) Deest in edit. *eodem*.
(44) Deest in edit. *Nam*.
(45) In editis, *alia causa*. In cod. *nulla*. Error est. Ad marginem apposita est litera R. quæ *requiro* significat; ut nempe lector alios codices consuleret, locumque emendaret. Prædictam literam R. in mss. adscriptam locorum dubiorum signum esse, jam adnotavit Petrus Constantius in veterum codicum vindic. confirm. par. v. cap. viii. post Salmasium in librum Tertulliani de pallio.
(46) In edit. *possumus*: forte vero, *possemus*.
(47) Deest in edit. *illa*.
(48) Nulla hic apparet in ms. codice lacuna, ut in editis.
(49) Deest in editis, *communionem*.
(50) In edit. *quod*.
(51) Deest *non* in edit.

in errore positis nulla fieri ratione consortem, sed ab eorum me contagio servare prorsus immunem: quia si ille per vim habet excusationem, ego, præstante Deo, qui securus sum, ne per hoc quidem excusationem ullam habere jam potero, qui nulla, præstante Deo sicut dictum est, vi premor. Dimittantur ergo ista divino judicio, donec ipse, sicut sæpissime experti sumus, libertatem reddat communioni Catholicæ, atque fidei Christianæ, & tunc de eis qui in illius sunt terrore, tractabimus. Persona enim Acacii sine curatione totius Ecclesiæ solvi non potest, per quam sauciata est omni Ecclesia. *Sed & tunc*, inquis, *Acacius tecum communicabat, quando Timotheus hæreticus, vel iste Petrus sub Tyranno Basilisco Alexandrinam tenebat Ecclesiam*. Vere dicis, sed

B

his tunc Acacius minime communicabat, & in mea communione durabat; unde potius si vim patitur Acacius, & nunc se talem debuit exhibere, qualem se exhibuit sub Basilisco Tyranno hæretico persecutore suo. *Sed nunc*, inquis, *utilitatis interest Reipublicæ*. Sed Sacerdos allegare debuit, utilitatis interesse potius publicæ, ut divina communio, & fides integra servaretur. [52] Utile est Reipublicæ Religionis eversio, & utile non erit Reipublicæ Religionis integritas? Nescio, si sunt ejusdem Religionis qui ista prætendunt; aut si ejusdem Religionis, debeant homines ista prætendere. Et [53] quem vellet de suis, & sibi fidelibus subsistere Sacerdotem, excluso Johanne, dum-

C

modo catholicum, & communionis nostræ suspectis locis pateretur præsidere Pontificem. Nonne evidenter hæc res facit, causam Johannis esse meliorem, dum eo excluso, & hæretico subrogato, non persona hæc meruisse monstratur, sed expugnatio fidei catholicæ procuratur? Nos non in Acacium ideo sententiam tulimus, quia homo est, quia Acacius dicitur, quemadmodum de quolibet hæretico dici potest; sed propterea quia sit Persona prævaricatrix. Itaque [54] malefactum, quod in ea est, pu-

D

nitur irrogatione sententiæ: quæ prævaricatio, quod maleficium, si recedat, jam non erit illa persona, in quam sententiam insolubilem proferre sum visus. Remanebit enim homo & Acacius; quem non damnat in quantum homo est, & hominis nomine censetur, sed in quantum prævaricator, & malefactor est. [55] Si ergo desinat esse prævaricator & malefactor, cui sententia mea insolubilis est, jam in eo hæc sententia mea insolubilis, remoto illo cui illa-

A

ta est, locum penitus non habebit; alter enim erit, quam ille, cui illata sententia est, dum incipiet non esse quod fuit vel non hoc esse, cui illata sententia est. Sed incipiente esse quod non fuit, vel hoc tantum incipiente esse se [56] cum ea non est illata sententia, non remanebit omnino ubi fiet illata sententia. Nam quandiu in hoc manet, cui illata sententia est, vere insolubilis est illa sententia cum eo, cui illata est insolubiliter: cum autem hoc non erit, & si in eo non manserit cum illo maleficio, cui inlata insolubilis est illa sententia, sine dubitatione transibit. In isto ergo erit solubilis, immo nec erit, cui illata non est: immo ab hoc erit extranea & aliena, cui eam non constat illatam;

B

quia in Acacio maleficium, & prævaricatio accepit illam insolubilem sententiam, non quod homo est, non quod Acacius nuncupatur. Remoto ab eo maleficio, erit cum omni vi sua & causa, remota sententia. [57] *Ne quando*, inquit, *convertantur, & sanem eos*. Hoc de illis, qui cor crassum habebant, *& videntes non videbant, & audientes non audiebant*. Numquid eo inspirante, sicut ex iisdem Judæis, de quibus dictum est: *videntes viderant, audientes audierunt, & corde crediderunt*; sicut Apostoli, & tot millia, *quas reliquias salvas factas* testatur Apostolus, qui hunc sensum ita tractat, ubi dicit: *nam & ego Israelita sum*. In scripturis autem invenimus, & illatam in-

Isaiæ vi. 10.
Matth. xiii. 15.
Rom. xi. 8.
31.
ibid. 5.

C

terminabilem sententiam in plerosque peccatores, quibus tamen a peccato discedentibus sit remissa; & quosdam dictos occidi, & vivificari, dum in his necatur quod fuerunt, & incipiunt esse quod non erant; vel everti, & plantari, & talia. Si vi imperiali premitur Acacius, ut ista faciat quæ facit, primum Imperatorem contra fidem catholicam facere, ac per hoc non esse Catholicum, ipse profitetur. Non est ergo, quare a nobis dici persuadeat, quod ipse depromit, vel quod ipse testatur.

D

Deinde hoc ipso, quo se vim pati perhibet, malum profitetur esse quod facit; & contra fidem catholicam se agere demonstrat. Cur ergo me hortatur, & petit hujus rei complicem esse debere, quam fatetur esse perversam? Si autem [58] malam non esse contendit, restat ut non jam se vim pati ab Imperatore persuadeat, cum sponte sua id faciat, quod bonum esse confirmat. Cum enim bonum esse dicit quod facit, sponte hoc se facere, tanquam quod putat esse bonum, sine dubitatione designat.

(52) In edit. *utilis est*.

(53) Imperfecta sententia videtur, sibique non constans textus.

(54) In edit. *malefactum est, quod in eo est punitum irrogatione sententiæ*. Sibi constat lectio codicis. Sensus est: *malefactum, quod in ea*) persona scilicet prævaricatrice) *est, punitur &c.*

(55) Desunt in editis: *Si ergo desinat esse prævaricator & malefactor*.

(56) Legendum videtur, *cui ea &c.* ut ex periodo antecedente, & sequente colligitur.

(57) Varios scripturæ textus, quibus epistolæ vel tractatus Auctor attendit, frequenter in Bibliis insolubilem pronuntiatam esse sententiam, sede sua motos luxatosque restituit ordinatque in editis Cl. Marcb. Scipio Maffeius hoc modo. „ In scripturis autem invenimus, & illatam interminabilem sententiam in „ plerosque peccatores, quibus tamen a peccata di„ scedentibus sit remissa: & quosdam dictos occidi „ & vivificari (dum in his necatur quod fuerunt, „ & incipiant esse quod non erant) vel everti & „ plantari, & talia: *Triduum & Ninive subvertetur*: „ item de Rege Ezechia, adjectis quindecim annis „ post denuntiationem mortis ad vitam; item de „ ramis fractis, & inserendis; & de iisdem ramis, „ *si non permanserint in incredulitate, misericordiam consequentur. Ne quando*, inquit, *convertantur & sanem* „ *eos*. Hoc de illis qui cor crassum habebant, & „ *videntes non videbant, & audientes non audiebant*, Numquid Deo inspirante non sunt ea iisdem Judæis, „ de quibus dictum est: *videntes viderant, audientes* „ *audierunt, & corde crediderunt*? sicut Apostoli, & „ tot millia, *quas reliquias salvas factas esse* testatur „ Apostolus, qui hunc sensum ita tractat, ubi di„ cit: *nam & ego Israelita sum*. Si vi imperiali premi„ tur &c.

(58) In editis *malum*. Agitur de *re mala*, cujus mentio in periodo antecedente.

A Non ergo hoc compulſus facit Acacius, quod invitus non facit tanquam malum, ſed ſponte tanquam bonum. Si enim compolſus, utique invitus, ſi invitus, utique malum eſt. Non ergo ſponte facit tanquam hoc bonum, ſed tanquam malum invitus. Si non invitus, tanquam malum, ſequitur ut ſponte tanquam bonum. Studio ergo, & voto, & voluntate, & judicio proprio, non coactus: non ergo vim patitur, ſed ſponte delinquit. *Sed obſtinatione veſtra*, inquis, *in periculum cauſam totius Eccleſiæ adducitis*. Si fides, communioque catholica cuſtoditur, in periculum religio venit, vel periclitatur religio? Et ſi, quod abſit, fides communioque catholica violatur, in periculum B religio non adducitur, vel ſalva religio eſt? Abſit, ne hoc quiſquam catholicus, & Apoſtolicæ fidei filius dicat. *Sed Apoſtolicæ ſedis dignitatem iſta obſtinatione minuiſtis*. Si fides, communioque catholica ſervatur, dignitas ſedis Apoſtolicæ minuitur? ſi illa violatur, ſedi Apoſtolicæ dignitas manet? Abſit, ut hoc chriſtianus, catholicuſque depromat. Si fides catholica, & communio læditur, reſpublica juvatur? & ſi illa ſalva ſit, reſpublica læditur? Abſit ut hoc chriſtianus & catholicus profiteatur. Si fides catholica, & communio ſervetur, Imperator læditur? & illis violatis Imperator non læditur? Abſit ut hoc chriſtianos catholicus Imperator dicat; vel aliquis catholicus C chriſtianus dicat debere fieri, hoc eſt, lædi fidem & communionem debere catholicam, ne Imperator lædatur, quia ſi ſervetur fides catholica atque communio, Imperator lædatur. Nos Imperatorem tantum amamus, ut velimus eum facere quod pro ſalute ipſius ſit, quod pro anima, pro conſcientia ipſius eſt. [59]Pontificibus catholicis, etiam ſi qua probatur, relaxet offenſa: ipſius eſt quod conſcientiæ, quod animæ ſuæ, & ſaluti ſcit prodeſſe, facere: ſi non vult quæ in his ſunt utilia facere, ipſe viderit. Nos & apud [60]eum, & apud homines abſoluti ſumus. Nam ſi apud eum etiam pro criminoſis intervenire Pontifices decet, quanto apud eum magis convenien- D tius eſt, pro Sacerdotibus intervenire Pontifices? ſi pro ſacrilegis ipſe intervenit, quanto magis nos intervenire convenit, qui, ſicut dicit, eum læſerunt? Quid me vultis exaggerare prævaricationem Acacii, damnationemque firmare; ut magis ac magis videar inconſtans, & meæ contrarius eſſe ſententiæ. Ego ſi, quod abſit, complex mali eſſem effectus, nunc remedio egerem, non remedium miniſtrarem: & ſedis Beati Petri, quod Deus non ſinat fieri, aliunde peteret remedium, non præberet ip-

A ſa remedium. [61]*Triduum & Ninive ſub- vertetur*. Item de Rege Ezechia: *adjecit* — Joan. 3. 4. juxta verſ. τῶν lxx.
quindecim annis poſt denuntiationem mor-
tis ad vitam: *De ramis fractis, & inſerendis*. — Iſai. 18.5. Rom. 11.19.
Item: *ne quando convertantur, & ſanem illos*. — Iſai. 6. 10.
& de iiſdem ramis, *ſi non permanſerint in in-* — Rom. 11. 23
credulitate, miſericordiam conſequentur. Quare — 30. 31.
quia ſententiam tulimus in Acacium indignamini? quod niſi feciſſemus, catholicam communionem ab hæretica & damnata communione, cui ſe hic miſcuerat, decernere & tueri & inviolatam ſervare nullatenus poteramus. Quomodo nos compellitis iterata quodammodo conſtitutione cum exaggeratione prævaricationis Acacii juſtam ſine dubio firmare, & conge- B minare ſententiam? Numquid Miſenus, & Vitalis poterunt recipi, niſi dicant anathema Petro Alexandrino, & omnibus qui ei poſt anathema communicaverunt, vel communicant? Damnabunt [62]enim nobis definientibus iterum ipſi conſequenter Acacium. Quomodo ergo eum vultis abſolvere? An grave videtur ſemel damnatum Acacium, & bis damnatum non erit grave? An vultis ſive per vos, ſive per nos videri, vel dici ſedem Apoſtolicam circumventam fuiſſe? ecce popoſcimus vos, ecce ſcripſiſtis: ecce non dignatus eſt ille reſcribere nec vobis, [63]nec Regi. Videtis obſtinatam pernitiem pravitatis; nonne & propter Religionem, C & propter injuriam veſtram debetis unanimes eſſe nobiſcum. *Dicite nobis*, inquiunt, *utrum Vitalem, & Miſenum abſoluturi ſitis; an non* Reſpondemus, & quærimus & nos a vobis utrum eos ſalva fide, & communione catholica, & ſedis Apoſtolicæ reverentia abſolvi velitis, an non? ſi ſalvis illis non vultis, non eos hoc modo, vel hujuſmodi ratione [64]ſolvantur. *Sed promiſiſtis*, inquiunt. Quod promiſi legitur: hoc nunc implere contendo; promiſi enim, deliberaturum quomodo juſte videantur abſolvi: hoc etiam nunc ſine dubitatione promitto. Scitote ergo deliberationem noſtram ad hunc modum eſſe perductam, quia iſtos abſolvere non valemus, niſi ut juſte no- D ſtra ſententia ante tempus videatur eſſe laxata niſi eos exoneremus prævaricationis pondere [65]excuſabilioreſque reddamus; dignumque ſit noſtram in eos anticipare ſententiam, quos minoris culpæ probaverimus inventos: ſatiſque eſſe dicamus ex eo ipſo quod aliquid in ſua deſidia deliquerint, huc uſque correctos, & a ſacra communione ſummotos. [66]Ut autem eos relaxemus, circumventos, deceptoſque dicamus; ſequitur ut quantum iſtos levamus, tantum opprimamus Acacium; neque enim jam [67]vel iſti aliud dicere, vel nobis licet aliud

(59) Lege, *Pontificibus catholicis, etiam ſi qua* (hoc eſt aliqua) *probatur, relaxetur offenſa*, vel *relaxet offenſam*: aliquas enim offenſas in Imperatorem catholicis Epiſcopis imputatas fuiſſe, diſcimus ex epiſtola xiii. *ad Epiſcopos Dardaniæ*. In edit. *etiamſi qua probatur*.

(60) In edit. *Deum*, at etiam infra. *Eum* intellige Imperatorem. In eum peccaſſe catholici Pontifices dicebantur, pro quibus apud eumdem intervenit Pontifex, ut etiam ſi qua probetur, relaxet ipſe offenſam. Unde ſubdit: *ſi pro ſacrilegis ipſe* Imperator *intervenit* apud Epiſcopos: *quanto magis nos* apud ipſum *intervenire convenit* pro Sacerdotibus, *qui eum*, *ut dicit*, *læſerunt*.

(61) Pertinent hi ſcripturæ textus ad ſuperius argumentum num. 57. quo epiſtolæ auctor exemplis ex Biblils depromptis confirmare nititur ſententiam in Acacium latam peremptoriam & inſolubilem. Iidem ſcripturæ textus duobus crucibus ✠ ✠ in mſ. clauduntur, in cujus ora littera R. ſcripta eſt, ut vitium loci legenti conſtaret.

(62) In edit. *ergo*.

(63) Legendum videtur ut in edit. *nec mihi*.

(64) Forte legendum, *ſolvemus*. In edit. *ſolvemus*.

(65) In edit. *curabilioreſque*.

(66) In edit. *Si autem, ut eos relaxemus, circumventos deceptoſque dicimus*.

(67) Lege, *vel iſtis*. In editis, *velitis*. Pontifex ait, nec iſtis nempe legatis licere aliud dicere, nec ſibi aliud æſtimare.

æſti-

A æstimare, quam illum esse totius prævaricationis auctorem: siquidem id istorum confessio synodalibus dixisse tenentur in gestis. Itaque si assertionibus iteratis, & professione geminata, recentique tractatu, atque decreto justam esse sententiam, quæ in Acacium sit prolata, cum totius utique prævaricationis exageratione firmemus; vos reperite quomodo postea possit absolvi, quem repetita quodammodo contestatione damnamus. [68]Quemadmodum, inquam, molimur absolvere, totius vinculis prævaricationis obstringimus, & quem levare nitimur, toto pondere damnationis obruimus. Itaque aut isti expectent, ut curatione totius Ecclesiæ secundum sententiam liberentur; aut spondente nobis sub jurejurando nunquam de Acacii absolutione quippiam esse poscendum. B [69]Cum enim est ut eum si velitis absolvi, ut nos in omnibus & conscientiam nostram, & famam faciatis exponi? conscientiam, si absolvam, quem totius [70]perditionis auctorem se ipse professus est: famam, totius mutatæ sententiæ. Nec potest dici, quod cum in istos tanquam in auctores malefactorum fuerit usque ad certum tempus promulgata sententia, ideo ab his detracta sit tanquam innoxiis, ut in Acacio usque ad idem tempus, quod his fuerat præstitutum, quia auctor totius est mali, [71]eadem qua in istos ratione servetur; quia in Acacium utpote in auctorem, insolubilem dixi meam fore sententiam non certo tempore relaxandam: C quam si denuo confirmo, definitionis suæ tenore mansura est, ut non possit absolvi: nec enim illic dictum est, *usque ad illud tempus*: sed dictum est, *nunquam esse solvendam*. *Sed cum hoc*, inquis, *jam dixeris*, *tamen nunc* [72]*eam moliris absolvere*. Sufficit vel semel dictæ sententiæ procurare solutionem, quid eam [73]metuis me iterare decreto? si semel latam indignamini, cur geminare contenditis? si semel prolatam absolvere videtur esse difficile, quid faciemus de geminatione sententiæ? forsitan & illic aliquid minus me cognovisse, quam dictum est, potero in semel prolatæ sententiæ resolutione tractare? cum eam geminata professione firmavero, quid me remedii vis habere! D maxime si etiam eo tempore hanc confirmare demonstrem, quo nitor absolvere. *Sed Imperator vim facit Acacio*. Hoc ego dicturus non sum; quia nec verum est, & accusare palam Principem omnino non possum. Certe vos estote hujus accusationis auctores. [74]Si putatur absolvendus, qui in Deum deliquisse convincitur, quanto magis absolvendus est, qui in hominem dicitur deliquisse? [75]Si per id, quod dictum est in prolatæ tenore sententiæ, *cum adnisu principis Christiani vel populi res esse curandas*, & minus eorum obstinatione provenit, voluerimus causam Miseni, Vitalisque tractare; aut istorum communione, & consensione illi obstinati sunt redditi; [76]& istos honoramus, quos putamus absolvi, itemque istorum exaggeratione peccati sententia nostra fit irrevocabilis a tempore præstituto. Sic enim de istorum receptione tractandum est, ut conscientia nostra, & existimatio, quorum interest maxime, in sententiæ suæ revocatione careat, & juste nos eam ante tempus revocasse, vel remisisse doceamur; ut etiam consolemur eos, qui in fide catholica perseverant, [77]de istorum excommunicatione probantibus, non nostro eos tunc communicasse mandato, nec eorum communioni præbuisse consensum, & secum nos in fide catholica perdurare. Et iidem ipsi quoque nobiscum nituntur esse constantes, quod [78]istis sine aliquo colore justitiæ ante præstitutum tempus sententiam relaxatam, ex nostra voluntate eos communicasse credituri sunt. Et hoc quod suspendere visi sumus, fortasse simulatorium ad excusationis umbram, & nos transgressores merito judicabunt; ipsique aut deficient, & illorum communioni se tradent; aut jure nos damnabunt tanquam communionis alienæ, vel Catholicæ violatores communionis. Quomodo ergo ista curentur, justa ratio est quærenda, quæ nulla est alia, nisi ut isti releventur, & excusentur, quos volumus ante constitutum tempus absolvi: justaque videatur nostra remissio. Hoc autem fieri potest, si in Acacium cuncta transgressio transferatur. Quod & illi ipsi, qui in fide catholica perseverant, magis fieri ardenter expectant; in illum enim plus sæviunt, quam in istos: tantique habebunt istos relaxari, dummodo in illum tanquam auctorem prævaricationis omnia audiant malefacta transferri. Quod cum fuerit, sine dubitatione subsequitur, ut justa sit pœna, id est justa damnatio, quæ ei pro his videatur inflicta damnatio in sui tenore insolubilis esse monstratur. Itaque fit persona irremediabilis Acacii in exaggeratione criminis, & conventione vindictæ. Nam si curatione totius Ecclesiæ, persona Acacii liberetur, & isti secundum sententiam nostram erunt modis omnibus absoluti. Ita hoc genus [79]quod supra diximus, quia non annititur Imperator aut Populus, alterutram partem non expedire poterit, sed gravare. Unde non nisi illo solo modo rebus remedium providendum est, ut prius de absolutione agatur Acacii cum totius duntaxat Ecclesiæ sanitate: & sic istis sit suo ordine relaxatum. Si Acacius autem modis omnibus absolvi noluerit, istorum persona illius aggravatione levabitur; eo magis quod & oblatam sibi Acacius respuisse convincitur: & nostra erit excusata sententia, & de istorum absolutione ante tempus impensa, & de illius cum exaggeratione criminis damnatione firmata. Ideo illi perstant in fide catholica, qui in Oriente persistunt, quia a me eam defendi vi-

(68) Fortasse legendum, *Quemdam*, *inquam*, *molimur &c.*

(69) Lege ut in edit. *Cur enim est*, *ut eum si velitis absolvi*, *ut &c.*

(70) In edit. *proditionis*.

(71) In edit. *eadem qua in istos* (forte *in istis*) *ratio servetur*.

(72) In edit. *eum*: sed *eam* intellige sententiam.

(73) In edit. *me vis*, quæ lectio consonat contextui.

(74) Sententiam, quæ sequitur, intrusam putat editor. Pertinere videtur ad textum num. 57.

adnotatum.

(75) In edit. sic legitur: *Per id*, *quod dictum est in prolata tenore sententia*, *cum adnisu Principis christiani vel populi res esse curandas*, *hoc minus eorum obstinatione provenit*. *Si voluerimus causam Miseni Vitalisque tractare*, *quorum communione &c.*

(76) Forte, *aut istos*.

(77) Melius in edit. *de istorum communicatione probantes*.

(78) In edit. *si istis sine aliquo colore justitiæ ante præstitutum tempus sententiam relaxatam audierint*.

(79) Supplet editor, *absolutionis*.

dent, & animantur ex me. Alioquin aut & illi corruent, me faciente, & si me, quod absit, decidente, illi perstabunt, apud Deum, hominesque me jure damnabunt. Illi me etiam sub persecutione positi non deseruerunt, ego illos sine persecutione deserturus sum? Quid Deo, quid hominibus inde dicturus? Possum illis dicere, aliter me damnationem in Acacium non firmare potuisse, nisi ut Vitalem & Misenum absolverem illius exaggeratione peccati; ut autem Acaciam exaggerato ejus malo, postmodum cogat absolvere, quid ei sum rationis, quid negotii redditurus? *Sed si per Acacium curatur omnis Ecclesia*, inquis, *est tanti unius hominis absolutio? est tanti quovis tempore, & quandocumque unius hominis absolutio?* Sed meæ interest conscientiæ, & meæ levitatis [80]opprobrium. Nam si per Acacium curatur Ecclesia, hoc ipso doceatur, quia quæ potuit per hunc curari, id est eo correcto, per hunc etiam læsa videatur, cum potuerit, illo non peccante, non lædi. *Sed si istorum*, inquis, *pondus in Acacium jactaveris, istos recte absolvis: cum item Acacius egeritus curetur Ecclesia, Acacium convenienter absolves*. Si in hoc spes est, eur eam damnationis pondere me urgere compellis, quem posse, vel debere testeris absolvi? esto hi absolvi possint Acacii pondere, quare me vis eam onerare quem nitor absolvere? *Quia aliter*, inquis, *istis non potest subveniri*. Ac per hoc aut illum vis obrui, aut me exponi. *Sed privilegia*, inquis, *vestra hac obstinatione minuitis*. Igitur ne minus juris habeamus, efficiamur hæretici; & ne amittamus Ecclesiasticæ privilegia potestatis, amittamus ipsam religionem; ne minor sit dignitas Apostolicæ sedis in paucis, erret in multis? Nescio, si quis dicat, falsitatem requirendam potius esse cum plurimis, quam veritatem servandam, tuendamque cum paucis. An ideo falsitas non erit falsitas, quia cum multitudine tenetur! ideo veritas non erit veritas, quia habetur in paucis? cum veritas non in multitudine, sed in quantacunque sui parte, vel portione consistat: religio autem non nisi in veritate sit fixa; privilegia vero ejus non nisi in eo consient, ubi est firma ipsa religio. An veritas si in paucis fuerit, veritas non erit? & falsitas in multis, non erit falsitas? Falsitas in multis major est error: Veritas in parvo nullum sustinet detrimentum, quia in [81]quanta sui parte veritas fixa consistit: & sicut multitudo non efficit, ut falsitas non sit falsitas, ita nec parvitas efficit, ut veritas non sit veritas. Sunt innumera exempla, a quibus doceatur, in multis falsitate grassante, in paucis constitisse veritatem. *Sed abominamur hoc*, inquis. Quid igitur faciemus? Ne veritatem teneamus in paucis, erremus in multis. *Absit*, inquis. Respuamus ergo vel cum plurimis falsitatem, dummodo teneamus vel in paucissimis veritatem. Nonne, toto mundo falsitatem tenente, in Apostolis ita constabat Ecclesia, sicut mandabat
Rom. 11. 4. & veritas? Nonne, toto populo aberrante, in
3.Reg.18.19 septem millibus apud Israelitas mansit Ecclesia? & si cuncta curramus, invenimus innumera. Nonne scriptum est, arctam, & angustam esse viam, quæ ducit ad vitam, latam spatio- Matth.7.13.
samque, quæ tendit ad mortem. *Quid quod* 14.
illi, inquiet, *dicunt se tenere, quod rectius est*. Interim jam falsum erit, quod se fatentur id tenere, quod nos: si enim melius tenent, aliud tenent; jam consequens est, ut se probent melius tenere, quam nos. Si melius tenent, abstineant se a me, qui male teneo: corrigi ad fidem, & sequi quod melius est, voluntate debet venire, non vi. Ego illi molestus non sum: ille mihi quare molestus est? Ego ut me corrigat, non peto; non petenti quid ingerit? quid se infert invito? si nullam meam putat esse sententiam, contemnat illam: quid [82]eam tantopere poscit absolvi? si poscit absolvi, & esse alicujus utique momenti non dubitat, & justæ damnationis esse confirmat, qua se teneri [83]declinat obstrictum. Itaque fateatur errorem, cui est illata sententia: deponat errorem, & vacua sententia est. Si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Ecclesiam ejus neminem potest iniqua gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatam. Si vero ea se judicat obligatum, & poscit absolvi, utique non prætendit injustam, quæ eum potuit obligare, atque ab eadem poscit absolvi, quia non posset obligare, nisi justa. Justa autem si est, non nisi damnato errore justa cognoscitur. Itaque [84]de absolvenda justæ obligatione sententiæ errorem fateatur: ponat errorem, quo eum ligaram tenet justa sententia; & sublato, obligationis causa resolvitur.

II.

Epistola Papæ Gelasii ad Succonium Episcopum Afrum apud Constantinopolim constitutum, qui persecutionem Arrianorum de Africa fugiens CP. improvide communicando, in prævaricationem Calchedonensis Synodi arguitur corruisse, ut corrigat.

CUm tuæ dilectionis in Christo constantiam frequentemque doctrinam celeberrima loqueretur opinio; dici non potest, quantis gaudiis exultavimus in Domino, quod vas egregium belli tempore maxime profuturum divina gratia præparasset: teque votis omnibus ambientes, & quasi cominus constitutum, toto cordis affectu comitabamur absentem: sed tristi subito rumore perculsi, consternata, fatemur, mente concidimus; hæsimusque diu, utrum ad caritatem tuam super his literas mitteremus: nam loqui prohibebat dolor, tacere Christi affectio non sinebat. Inter quæ [85]ista fluctuantes, vicit divina scientia, qua toto scripturarum corpore perdocemur, aliqua tentationum subreptione [86]præventos caritate libera commonere. [87]Communicasse enim dilectionem tuam in partibus Orientis adversariis veritatis, primum fama detulit; inde plurimorum relatio non spernenda patefecit. Quod ne temere credidisse nos arguas, si falsum est, [88]optamus, da veniam de se sollicitæ pietati; si verum est, accipe salubria, quæso patienter amicorum vulnera castigantum, qui perniciosa

(80) In editis, *opprobrium agitur*. In codice habetur litera R, quæ monet, aliorum codicum lectionem requirendam.
(81) In edit. *quantacunque*.
(82) Deest in edit. *eam*. Intellige sententiam.
(83) In edit. *non declinat*, Abundat negatio.
(84) In edit. *ad solvendam justæ obligationem sententiæ*.
(85) Forte legendum, *ita*. In edit. deest *qua*.
(86) In edit. *se præventos*.
(87) In edit. *communicare*.
(88) In edit. *quod optamus*.

subisti amicorum oscula blandientum. Ita ne tu amantissime, & dilectissime, [89] adversantia catholicæ regulæ consortia suscipere potuisti, tantumque nefas in te invenit effectum; quod vel cogitationibus tuis obrepere potuisse non creditur? Ita ne delegisti, præsentis temporis ferre jucunditatem magis, quam affligi cum populo Dei? Stupet animus, mens sauciata succumbit, mœrentia corda deficiunt: nec tamen dolori tanto par lamentatio reperitur. Nonne tu ille es, qui spretis Regum minis, & sævientium barbarorum feralia jura despiciens, simul Patriam, facultates, & honoris sacerdotalis privilegia posuisti, ne ea perpetua recipere merearis in Christo? Quid igitur nunc agimus? Decolorasti gloriam, violasti confessionem, intercepisti victoriam: quantoque apud Apostolicam sedem de tuo nomine fiducia gratiaque crescebat, tanto nunc accedit miseranda confusio. Itane non senseras, quod duobus cornibus præludendo, uno eodemque tempore non minus in Oriente, quam in Africa Jesum solvere niteretur Antichristus! cum & illi sic Deum fateantur, ut Deus non sit: & isti sic hominem prædicent, ut hominem vacuare contendant. Inter quæ funesta pericula, quid prodest evasisse præcipitium, si recedatur in barathrum? Ante oculos non redibat, quod non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, simili damnatione censentur. Væ si eruditionem tuam tantum latuit scelus; væ amplius si non latebat, & gestum est! Nam si nihil aliud, hoc unum dilectioni tuæ potuit ad hæc præcavenda sufficere, ne te illorum communioni misceres, quibus communionem suam B. Petrum noveras denegasse. Sed cum te scripturis refertum, & catholica institutione pollentem [90] cuncti respicimus, tanto consolationis exitum non habemus quanto te perpendimus scientem petisse fœdera perditorum. *Quis itaque dabit capiti nostro aquam & oculis nostris fontem lacrymarum?* Nunc vere de patria conversatione discessum est; nunc verum sentitur exilium: nam illud salutis causa est, [91] hæc ruinæ. Nec nos inaniter in te uno perperi cuncta jactamus; cum secundum Apostolum, & in cujuslibet membri gloria cuncta membra congaudent, & in quacunque parte corporis convulsa omnes compago vexatur. Et nos quidem pro affectu, quem tibi debemus, prudentiæ tuæ cruciatum nostrarum viscerum duximus intimandum. Tuæ conscientiæ intererit, quemadmodum ab his laqueis expediri non renuas. Nobis enim in utroque fructus non vacuus erit, si vel (quod desiderius omnibus imploramus) de tuæ salutis & famæ redintegratione gratulemur; vel si (quod absit) nostra scripta contempseris, adjuvando fratri minime defuisse videamur,

Jerem. 9. 1.

III.

Epistola B. Papæ Gelasii ad Natalem Abbatem.

Dilectissimo filio Natali Abbati Gelasius Episcopus.

QUamvis pro B. Petri Apostoli moderamine divinitus instituto, quo sedis ejus Vicarii cunctis sumus Ecclesiis debitores, ad Fratres & Coepiscopos meos per Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus, antiquæ fidei, communionisque tramitem subsequentes, ut cavere valeant contagia perfidorum, & nobiscum intemeratum tenere consortium; tamen dilectionem quoque tuam non [92] destitimus desiderantes affari, cujus & sollicitudinem de noxiis quibusque vitandis, & in retinendis quæ ad utilitatem pertinent christianam, laudabilem perspeximus esse fervorem, [93] ex literis scilicet, quas ad Fratrem & Coepiscopum meum Serenum tua caritas destinavit. [94] Proinde conlaborandum sibi sua dilectio perpendit Evangelio Dei, & [95] æternæ salutis intuitum etiam adversantia quæque tolerando constanter; ne nullum subeas, quod absit, cælestis regni dispendium, ad quod utique nisi legitime certaveris non potes pervenire. Tanto enim, præstante Domino, nobis est instandum vigilandumque, quanto sub ipso fine jam mundi vehementior humani generis hostis insistere non quiescit. Nihil significamus omissum, quod aut correctione rerum, quas in Ecclesiis Orientis seminavit inimicus, Patrum regulis congruentem possit adhibere medicinam. Sed quid facimus? quia obduratis auribus vocem refugiunt veritatis audire: tantaque vis morbi sævientis incubuit, ut secum malint salvos quosque letaliter ægrotare, quam ipsi recipere sanitatem; nunc inficiantes universa, quæ ipsorum cartis, ipsorum subscriptionibus adprobamus; nunc cum manifesta rerum fuerint luce convicti, palam aperteque fatentes errorem, nolle se tamen reverti ad viam puræ confessionis communionisque [96] testantur: sed nos potius expectant suis prævaricationibus implicari. Quapropter, largiente Christi gratia, magnis studiis est agendum, ut quia de vita perpetua, vel amittenda res agitur, vel tenenda; demus operam quidem, si aliquos ex illis, operante Domino, salvare possimus: alioquin, sicut ait Apostolus, *te ipsum castum custodi*. Perire volentium nitamur declinare perniciem; &, quod solum facere debeamus divinam pro illis exorare clementiam, ut resipiscant a Diaboli laqueis, a quo capti detinentur ab ipsius voluntate: ut ab obstinatione mortifera respirantes, pestem, quam se humanitus incidisse etiam ipsi sentiunt, inutili verecundiæ languore deposito, ad recuperanda remedia sempiterna libero corde resipiscant. His ergo cognitis, quæ sicut diximus ad regionum vestrarum sunt directa Pontifices, & ipsi protegente vos Domino debetis esse convenienter instructi, & provinciis eadem quibusque [97] contiguis fiducialiter prædicare. Nihil est enim quod pavere debeamus, cum certum sit a cælesti Præsule non derelinqui quos suæ veritatis præstitit arma tractare; nec quidquam videamus ei ullatenus præferendum, cum ipsas animas nostras pro earum nos voluerit salute contemnere. Qualiter autem vel proficiat ibidem religionis integritas, vel quid forsitan adferatur, sæpius nobis Vestra dilectio non omittat ostendere; ut necessaria, Christo tribuente, subsidia responsis congruentibus ministremus.

1.Tim.5.22

Subscriptio Papæ.

Deus te incolumem custodiat fili dilectissime.

(89) In edit. *adversaria*.
(90) Deest in edit. *cuncti*.
(91) In edit. *hoc*.
(92) In edit. *desistimus*.
(93) In edit. *ex literis siquidem*.
(94) Deest in edit. *proinde*.
(95) In edit. recte, *ob æterna &c.*
(96) In edit. *restantes*, & infra, *expectantes*.
(97) Deest in edit. *contiguis*.

JOSEPHI BLANCHINI
ECCLESIÆ VERONENSIS CANONICI
IN EPISTOLAM
GELASII AD SUCCONIUM
ADNOTATIONES.

IN catalogo Orthodoxorum Antistitum, qui ex diversis Provinciis Carthaginem præcepto regali convenerant pro reddenda ratione fidei Arianis Episcopis ibidem coacta Kal. Feb. anno Hunerici Regis VIII. Christi scilicet 484. inter nomina Episcoporum Provinciæ Proconsularis, quæ quandoque (ut etiam in titulo hujus epistolæ) simpliciter Africa nuncupatur, septimo loco Succonium nostrum Episcopum Uxalensem, sive ut Ruinartius legit Uxialensem, invenio. Etsi autem pro Succonio Sacconius in utraque editione legatur, quam inscriptionem nonnihil mendosam puto, ut alia pleraque ibidem; hunc eundem tamen esse arbitror ad quem data est hæc Gelasii epistola. Atque ille quidem ex eis XLVI. Episcopis unus fuisse videtur mihi, qui Scripturarum auctoritate suffulti, jusjurandum Regi præstare noluerunt, se ratam habituros firmamque Hilderici ejus filii in Regnum successionem. Etenim Gelasius illum appellat virum *Scripturis refertum & catholica institutione pollentem*, ejusque *constantiam ferventemque doctrinam*, sub ipsius epistolæ initium laudat, ac *vas egregium belli tempore maxime profuturum quod divina gratia præparasset*, fuisse testatur.

Porro cum XLVI. illos Episcopos ab Hunerico Rege in Corsica relegatos fuisse ad cædendas arbores pro navigiorum confectione, & cuique compertum sit, & ex notitia illa Episcoporum a Sirmondo edita expressis verbis declaret: mirari plurimum subit, quod hanc exilii gloriam invideat Succonio nostro præfixus ab antiquario huic epistolæ titulus, quo illum vocat *Episcopum Afrum qui persecutionem de Africa fugit Constantinopolim*. Sed quantum aberraverit procul, cuique palam futurum credo, qui laudatæ primum Episcoporum notitiæ sedulo perpendat ea verba, *Succonius ut supra*, scilicet *in Corsica*: cum eorum qui fugæ se tradiderunt aut omnino exilii mentionem præterea, aut illos perstringat verbo *fug.* ut pone sequentem Bonifacium Membrositanum. Profecto cum notitia illa post fugam a XXVIIS. Episcopis arreptam, conscripta sit, ut Tillemontius demonstrat, si anno 484. quo fuga contigit, Succonius noster aliorum XXVIIS. exemplum secutus esset, non exul in Corsica, sed transfuga diceretur. Adde quod de ejus exilio loquitur hic etiam Gelasius cum ait: *Nonne tu ille es, qui spretis Regum minis, & sævientiam Barbarorum feralia jura despiciens, simul Patriam, facultates, & honoris sacerdotalis privilegia posuisti, ut ea perpetua recipare merearis in Christo*? His quippe verbis eum pro viribus increpat, quod inde decolorata gloria, ac violata confessione, non erubuit intercipere victoriam, ac tandem Constantinopolim sese recipiens manus victas Hæreticis dare, *in prævaricationem Calchedonensis Synodi*, Eutychianorum communionem iniens, qui ut auctor est idem Gelasius in Epistola ad Euphemium, in regia civitate tunc potissimum grassabantur. Qui igitur fieri potuit ut *Confessionis* laureolam sibi promereretur, atque *apud Apostolicam sedem de ejus nomine fiducia gratiaque cresceret ob patriam, facultates ac honoris sacerdotalis privilegia deposita*; si statim a Regali Decreto in CCCCLXVS. Antistites orthodoxos prolato, fuga se subduxisset! At hæc de Succonio satis.

Inquiramus modo quo tempore hæc Gelasii epistola conscripta sit. Quamvis autem nullam Consularem notam præseferat, quæ ad asserendam veritatem nobis præsidium suppeditet; ausim tamen asserere, id primo Pontificatus ejus triennio contigisse, cum enim anno 492. (quæ concors est eruditorum sententia) Gelasius Romanæ Urbis Antistes fuerit ordinatus, illudque hæreticorum bellum, quod Hunerici Regis decreto Africam depopulari cœperat VI. Kal. Mart. anno 484. pace reddita a Guntamundo, seu Guntabundo desierit anno X. Regni ejus, Christi scilicet 494. sicut testatur Anonymus Canisii Tomo primo nuperæ editionis, nec non etiam Cointius ac Tillemontius ostendunt; evidenti ratione conficitur eam, utpote durante persecutione exaratam, ante hujus anni 494. exitum, quo (ut diximus) pax Africæ refloruit, ac propterea intra primum Gelasii triennium esse figendam.

Pro coronide aliquot minus obviæ significationis verba, veluti per transennam, intueamur. Igitur ubi ait, *spretis Regum minis*, de Hunerico ac Guntamundo ejus successore fit sermo; ubi vero subdit, *& illi sic Deum fatentur ut Deus non sit*, Arianos notat tunc temporis Anastasii annuente favore, Orientalea pestifero suo viro inficientes, qui Servatorem nostrum Jesum Deum esse negabant, quanquam aperte id minime auderent, ut innuit hic Gelasius, & testis est Augustinus libro primo contra Maximin. cap. 16. in quo ita legitur: *Deus est & Filius quod & vos vultis; Deus est & Spiritus sanctus, & si non vultis*: cumque illorum sermo, quem impugnandum susceperat, sic exordiretur, *Dominus noster Jesus Christus Deus unigenitus &c.* ejus refutationem sic inchoat: *Eorum præcedenti disputationi hac disputatione respondea, qui cum Dominum nostrum Jesum Christum fatentur quidem Deum*, &c. Consule Hilarium lib. contra Arianos & lib. de Synodis, ubi eorum versutias fuse persequitur.

Edit. Paris. Monachi S. Mauri an. 1693.

Et *isti sic hominem prædicent, ut hominem vacuare contendant*. Eutychetis CP. ejusque sectatorum hæresim perstringit, qui blaterabant (ut idem habet Gelasius epistola ad Episcopos Dardaniæ) *unam tantummodo, idest solum Divinitatis naturam, sive substantiam in Domino Jesu Christo credere nos debere, suscepta carnis veritate prorsus abolita*.

Subisti amicorum oscula. Emendarem libentius *inimicorum*: nam præterquamquod e Prov. 27. desumpta sententia est, ipse Gelasius alibi ad Anastasium Imp. scribit: *meliora sunt vulnera amici, quam oscula inimici*.

Quis dabit capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lacrymarum. Hunc eundem locum attulit Felix in epistola ad Petrum Episcopum Antiochiæ, sed paullo aliter, & vulgatæ pressim adhærens, inquit enim: *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum*.

Jesum solvere niteretur Antichristus: hac locusione contra eosdem usus est alias Gelasius in epistola ad Episcopos Dardaniæ, in qua ait: *Beatus Apostolus Johannes dicit: Qui negat*
cap. 4. 2. *Christum in carne venisse, hic est Antichristus; & gloriosus Apostolus Paulus quidam hodie credere debeamus Dominum nostrum Jesum Christum professus est dicens* (in Epistola ad Colossenses) *in qua habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: quo brevi capitulo simul Arianam pestem, & hanc quam diximus Eutychianam cælesti prædicatione subvertit*. Quæ verba eo libentius retuli, quod circa idem tempus, nempe circa annum 494., etiam epistolam nostram scriptam fuisse confirment. Nam in utraque Gelasius Eutychetis simul & Arii sectas, eo anno præcipue in Oriente grassantes, iisdem Scripturarum auctoritatibus per literas insectatur.

Ejusdem Josephi Blanchini Ecclesiæ Veronensis Canonici in epistolam Gelasii ad Natalem Abbatem adnotationes.

QUemadmodum Felix III. Romanæ Urbis Antistes circularem epistolam in Labbeana Conciliorum editione numero XIV. ad Archimandritas Constantinopolitanos Rufinum, Hilarium & Thalasium, prout habet ejus inscriptio in veteri codice MS. a Sirmondo primum evulgata, scripserat; ita & Gelasius Papa ad Natalem nostrum in Dardania Archimandritam, propter ea, quæ illas Ecclesias inter & Romanam sedem erant dissidia, in causa damnati Acacii, hanc epistolam dedit.

Encyclicam eam esse omnibusque Dardaniæ Provinciæ monachis Gelasii jussu reddendam, ex his verbis in calce positis liquet: *His ergo cognitis quæ sicut diximus ad Regionum vestrarum sunt directa Pontifices, & ipsi protegente vos Domino debetis esse convenienter instructi, & Provinciis eadem quibusque continuis fiducialiter prædicare*.

Natalis Abbas, cujus nomen in fronte præsefert, quisnam fuerit, equidem me latere profiteor; at, si conjecturæ daretur locus, assererem illum eundem esse, ad quem scripta extat ex parte alia ejusdem Gelasii epistola, in qua de quibusdam quos *per ambitiones illicitas non pudebat Ecclesiarum jura turbare, ac privilegia, quæ metropolitanis vel Provincialibus*

A *Episcopis decrevit antiquitas, temeraria præsumptione pervadere*, sic eum alloquitur: *Si in hac obstinatione permanserint, caritatem tuam diximus instruendam nos pariter ad metropolitanos vestræ provinciæ, sive cujusquam contiguæ, quæ catholicam servant unitatem, magnopere delegasse; ut obeuntes Episcopos in eadem regione Metropolitanus suus debeat ordinare: eundemque ipsum Metropolitanum, si humana morte transierit, nonnisi comprovinciales Episcopi juxta formam veterem studeant ordinare; quatenus quæ veneranda decrevit antiquitas, nullus sibimet contra sui usurpare contendat*. Hic proculdubio de Dardania sermo est; ac hujusmodi Decretum referri videtur ad Ordinationes per Acacii sectatores in Oriente
B factas absque legitima auctoritate. * Enimvero in omnibus Gratiani editionibus, ac in ea etiam quam nuper in lucem emisit Illustr. ac Reverendissimus Justus Fontaninus Archiepiscopus Ancyranus, tot præclarissimis editis operibus celeberrimus, ita hujusmodi decretum inscribitur: *Gelasius universis per Dardaniam constitutis*, quod maxime favet huic nostræ sententiæ; cum & noster Abbas Natalis iis Regionibus præsidere dicatur; & hanc quoque epistolam ad eum mittat Gelasius pro universis in Dardania constitutis. non me latet autem in aliquot Collectionibus MSS. recentis tamen ætatis, Anselmi scilicet, quæ existit in Vaticana Bibliotheca, & Hieronymi Parisetti, ac Cardinalis Deus-dedit, quibus usus
C est Bartholomeus Brixiensis in editione Gratiani, * hoc idem fragmentum inscribi: *Natali Episcopo*. Verum si quisquam repugnat, ex his requirens, qui fiat, ut qui nobis unus idemque Natalis est, dispertiatur in duos, ac ille Episcopus in Dardania nuncupetur; hic vero & in fronte epistolæ Abbatis, & in calce filii non fratris titulo sit donatus, suspicandi locus non deerit in tribus illis Canonum collectionibus nomen Episcopi pro arbitrio fuisse additum; ut exemplis probari posset; præcipue cum per Gelasii tempora nemo unus Natalis nomine in iis Regionibus Episcopus reperiatur. His adde Abbates quandoque fuisse
D antistites vocitatos, ut præ cæteris videre est apud Sirmondum libro VII. Sidonii epist. XVII. de Abraham, & apud Tillemontium To: XVI. pag. 753. Immo doctissimi Savaroni sententia est, presbyteros nonnunquam etiam Episcopos fuisse nuncupatos, atque ita Claudianum ab eodem Sidonio epistula XI. ad Petreium, & a Trithemio c. 178. qui eum Claudium vocat, Episcopum dici; contradicente tamen laudato Sirmondo.

Cujus urbis Serenus Episcopus fuerit, ad quem Natalis scripserat *se perpendisse collaborandum sibi Evangelio Dei*, pro viribus investigare conatus sum, sed qua forte penes eruditum lectorem esto judicium. Duos per ea tem-
E pora in vivis fuisse inveni hujus nominis Episcopos, in quos conjectura cadere posset. Prior est Serenus Episcopus Numentanus, qui primæ Romanæ Synodo cum infrascripto Nolano sub Symmacho Papa celebratæ anno 499. interfuit; ut ex subscriptionibus apparet, quæ habent *Serenus Numentanus Serenus Nolanus*

Alter hic ipse Nolanus est, qui etiam in quodam Gelasii Fragmento, quod est numero tertium, nominatur Nolanæ sedis Antistes; ea occasione, ut ait Laurentius ab Ughello re-

f. duximus

Distin. 64. 6.

Veneta an. 1595.

T. 1. p. 540. in notis B. edit. Vener.

In Veneta edit.

latus ad vitam hujus præsulis: *quod duo illius urbis clerici injuriis lacessitum hunc suum antistitem, sceleslissime ante tribunal Theodorici Regis provocaverant;* & hic fortasse ille idem est, qui anno 495. inter LV. Episcopos sedit in Concilio Romano II. sub Gelasio Papa, pro damnati Miseni absolutione; cujusque fit mentio in alio ejusdem Gelasii fragmento (quod est numero septimum) una cum Majorico, ac Joanne Vibonensis Ecclesiæ Episcopo. Ex his autem duobus in epistola nominatus meo quidem calculo censebitur esse Nolanus. Postquam enim Romana sedes Acacium damnaverat, spes omnis de Joannis Talajæ restitutione in Alexandrinum Patriarchatum sublata est: quapropter a Felice Papa III. Nolanæ Ecclesiæ præfectus est, ubi in pace quievit; huic autem, testibus Dupinio, Tillemontio aliisque, cum quidam Serenus in sede successerit; ille idem videtur mihi, qui cum nostro Natali in Dardania constituto per literas communicabat; ac eum fortasse de Orientis dissidiis in causa damnati Acacii sciscitabatur, ut quæ illis in Regionibus accideret Romanæ sedi referret, ac præcipue ut morem illis gereret, qui una cum Joanne Talaja ejus decessore Nolæ commorabantur ab Alexandrina civitate detrusi.

Quamvis ad Fratres & Coepiscopos meos per Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus. Duas epistolas Regiminis sui exordio ad Dardanas Episcopos Gelasium dedisse, ac primam per Tryphonem missam modo desiderari, opinati sunt Labbeus, Binius aliique. In hanc sententiam ego quoque descenderam, præcipue cum Dardanorum rescriptum superesse viderem To. 4. Conc. pag. 1165. Verum Tillemontio duce deinde cognovi laudatos auctores hallucinatos esse ex illorum qui Episcopos detulerunt nominum diversitate; cum Gelasius *per Coepiscopum Ursicinum* dirigere scripta curaverit; & Dardani in Rescripto a *Tryphone viro religioso Pontificiorum apicum portitore* illa se dixerint accepisse. Animadvertit enim idem Tillem. Gelasium illam epistolam exhibendi munus quidem Ursicino demandasse, at ille ob aliquot rationum momenta, ut ipse ait (nobis ignota) exequi Gelasii jussa non potuit, ac propterea Tryphoni eandem tradidit qui statim ad Dardanas profectus est. Hæc magis magisque clarescunt ex attenta epistolæ lectione. Nam in ea nunciat se in Pontificem inauguratum, & fidei libellum transmisit, hortaturque ne cum Eutychianis non communicent ac muneri pastorali sedulo incumbant: quæ omnia illi Rescripto ex æquo respondent. De illo præterea sermonem profecto Gelasius instituisset, si ejus epistola tempore posterior foret. Hæc ideo libentes commemoro, ut quisque intelligat ea verba *ad fratres & coepiscopos meos per Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus antiquæ fidei communionisque tramitem subsequentes, ut cavere valeant contagia perfidorum, & nobiscum illibatum tenere consortium*, luculenter ostendere Binii ac Labbei sententiam everti; præcipue cum Fidei professionem, prima tantum vice Romanæ urbis antistites scriptis commendare consueverint; nisi nova rationum momenta suborirentur.

Ex his eruitur, nostram non diu post illam ad Dardanas fuisse conscriptam. Quoniam vero nonnisi circa an. 494. bellorum causa Gelasio litteras ad illas regiones mittere integrum fuit, ut ab ipso innuitur To. XVI. p. 654. postquam scilicet Faustus & Iræneus pacem Anastasium inter & Theodoricum composuere; jam liquet nostram ad Natalem epistolam III. ejus Pontificatus anno inchoante fuisse exaratam, scilicet an. 494.

F I N I S.

Menda irrepſerunt non pauca in tres præſertim epiſtolas Gelaſianas, quæ cum vetuſto codice Veronenſi denuo collatæ in hac Sirmondi operum appendice typis editæ ſunt. Ea diligentiſſime opus fuit emendari, ut vera ac genuina ejuſdem codicis lectio cuique pateat. Si qua ſunt alia minoris momenti, humaniſſimo lectori corrigenda relinquuntur.

			Errata	Corrige.
pag. 550.		lin. 16.	quæ de Felici,	quæ Felici.
col. 554.	B.	lin. 11.	& a ſancto.	a ſancto.
556.	A.	3.	quam veracem.	quamve veracem.
	C.	5.	qui nuoc.	quo nunc.
557.	E.	1.	permanente.	permanenti.
558.	E.	7.	hoc.	hunc.
559.	C.	12.	ammitti.	admitti.
560.	D.	2.	fidem vos catholicam.	fidem catholicam.
563.	C.	7.	poſſe.	poſce.
564.	A.	12.	retuliſſet hoc.	retuliſſet hnc.
	C.	2.	Pontificis &,	Pontificis eſt.
565.	A.	14.	omni.	omnis.
	C.	6.	hæc meruiſſe,	hoc meruiſſe.
566.	A.	7.	illata.	prolata.
567.	B.	6.	ſedi,	ſedis.
	D.	4.	magis nos,	magis pro iis nos.
		10,	& ſedis,	& ſedes.
568.	D.	9.	dicamus.	dicimus.
569.	B.	10.	detracta.	retracta.
570.	A.	1,	honoramus.	oneramus.
	C.	8.	inflicta damnatio,	inflicta: quæ damnatio.
571.	B.	4.	doceatur.	docetur.
	E.	1.	a quibus.	quibus.
572.	D.	2.	frequentemque,	ferventemque.
	E.	7.	inde.	deinde.
573.	A.	6.	Itane delegiſti,	Itane tu delegiſti.
	D.	4.	omnes.	omnis.
		6.	noſtrarum.	noſtrorum.
	E.	7.	Eccleſiis.	Eccleſiæ.
575.	C.	1.	ex notitia.	notitia.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A

B

I

L

M

N

O

P

R

S

T

INDEX AUCTORUM

Quorum libri a Sirmondo vindicantur, emendantur, exponuntur.

latus ad vitam hujus præsulis: *quod duo illius urbis clerici injuriis lacessitum hunc suum antistitem, scelestissime ante tribunal Theodarici Regis provocaverant;* & hic fortasse ille idem est, qui anno 495. inter LV. Episcopos sedit in Concilio Romano II. sub Gelasio Papa, pro damnati Miseni absolutione; cujusque fit mentio in alio ejusdem Gelasii fragmento (quod est numero septimum) una cum Majorico, ac Joanne Vibonensis Ecclesiæ Episcopo. Ex his autem duobus in epistola nominatus meo quidem calculo censebitur esse Nolanus, Postquam enim Romana sedes Acacium damnaverat, spes omnis de Joannis Talajæ restitutione in Alexandrinum Patriarchatum sublata est: B quapropter a Felice Papa III. Nolanæ Ecclesiæ præfectus est, ubi in pace quievit; huic autem, testibus Dupinio, Tillemontio aliisque, cum quidam Serenus in sede successerit; ille idem videtur mihi, qui cum nostro Natali in Dardania constituto per literas communicabat; ac eum fortasse de Orientis dissidiis in causa damnati Acacii sciscitabatur, ut quæ illis in Regionibus accideret Romanæ sedi referret, ac præcipue ut morem illis gereret, qui una cum Joanne Talaja ejus decessore Nolæ commorabantur ab Alexandrina civitate detrusi.

Quamvis ad Fratres & Coepiscopos meos per C *Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus*. Duas epistolas Regiminis sui exordio ad Dardanas Episcopos Gelasium dedisse, ac primam per Tryphonem missam modo desiderari, opinati sunt Labbeus, Binius aliique. In hanc sententiam ego quoque descenderam, præcipue cum Dardanorum rescriptum superesse viderem To. 4. Conc. pag. 1165. Verum Tillemontio duce deinde cognovi laudatos auctores hallucinatos esse ex illorum qui Episcopos detulerunt nominum diversitate; cum Gelasius *per Coepisco-* A *pum Ursicinum* dirigere scripta curaverit; & Dardani in Rescripto a *Tryphone viro religioso Pontificiorum apicum portitore* illa se dixerint accepisse. Animadvertit enim idem Tillem. Gelasium illam epistolam exhibendi munus quidem Ursicino demandasse, at illa ob aliquot rationum momenta, ut ipse ait (nobis ignota) exequi Gelasii jussa non potuit, ac propterea Tryphoni eandem tradidit qui statim ad Dardanas profectus est. Hæc magis magisque clarescunt ex attenta epistulæ lectione. Nam in ea nunciat se in Pontificem inauguratum, & fidei libellum transmisit, hortaturque ne cum Eutychianis non communicent ac muneri pastorali sedulo incumbant: quæ omnia illi Rescripto ex B æquo respondent. De illo prætere sermonem profecto Gelasius instituisset, si ejus epistola tempore posterior furet. Hæc ideo libenter commemoro, ut quisque intelligat ea verba *ad fratres & coepiscopos meos per Dardaniam constitutos competentia scripta dederimus antiquæ fidei communionisque tramitem subsequentes, ut cavere valeant contagia perfidorum, & nobiscum illibatum tenere consortium*, luculenter ostendere Binii ac Labbei sententiam everti; præcipue cum Fidei professionem, prima tantum vice Romanæ urbis antistites scriptis commendare consueverint; nisi nova rationum momenta subori- C rentur.

Ex his eruitur, nostram non diu post illam ad Dardanas fuisse conscriptam. Quoniam vero nonnisi circa an. 494. bellorum causa Gelasio litteras ad illas regiones mittere integrum fuit, ut ab ipso innuitur To. XVI. p. 654. postquam scilicet Faustus & Irænaeus pacem Anastasium inter & Theodoricum composuere; jam liquet nostram ad Natalem epistolam III. ejus Pontificatus anno inchoante fuisse exaratam, scilicet an. 494.

FINIS.

Menda irrepserunt non pauca in tres præsertim epistolas Gelasianas, quæ cum vetusto codice Veronensi denuo collatæ in hac Sirmondi operum appendice typis editæ sunt. Ea diligentissime opus fuit emendari, ut vera ac genuina ejusdem codicis lectio cuique pateat. Si qua sunt alia minoris momenti, humanissimo lectori corrigenda relinquuntur,

			Errata	Corrige.
pag. 550.		lin. 16.	quæ de Felici,	quæ Felici.
col. 554.	B.	lin. 11.	& a sancto.	a sancto.
556.	A.	3.	quam veracem,	quamve veracem.
	C,	5.	qui nunc.	quo nunc.
557.	E.	3.	permanente.	permanenti.
558.	E.	7.	hoc.	hunc.
559.	C.	12.	ammitti.	admitti.
560.	D.	3.	fidem vos catholicam.	fidem catholicam.
563.	C.	7.	posse.	posce.
564.	A.	12.	retulisset hoc.	retulisset huc.
	C.	2.	Pontificis &,	Pontificis est.
565.	A.	14.	omni.	omnis.
	C.	6.	hæc meruisse,	hoc meruisse.
566.	A.	7.	illata.	prolata.
567.	B.	6.	sedi.	sedis.
	D.	4.	magis nos.	magis pro iis nos.
		10,	& sedis.	& sedes.
568.	D.	9.	dicamus.	dicimus.
569.	B.	10,	detracta.	retracta.
570.	A.	1,	honoramus.	oneramus.
	C.	8.	inflicta damnatio,	inflicta: quæ damnatio.
571.	B.	4.	doceatur.	docetur.
	E.	1.	a quibus.	quibus.
572.	D.	2,	frequentemque,	ferventemque.
	E.	7.	inde.	deinde.
573.	A.	6.	Itane delegisti.	Itane tu delegisti.
	D.	4.	omnes.	omnis.
		6.	nostrarum.	nostrorum.
	E.	7.	Ecclesiis.	Ecclesiæ.
575.	C.	3.	ex notitia.	notitia.

I N D E X
RERUM ET VERBORUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

M

N

O

P

R

S

T

V

X

Z

INDEX AUCTORUM

Quorum libri à Sirmondo vindicantur, emendantur, exponuntur.

A

B

C

D

E

F

F I N I S.

HISTORIÆ
REMENSIS ECCLESIÆ
LIBRI QUATUOR.

AUCTORE

FLODOARDO PRESBYTERO

Et Canonico ejusdem Ecclesiæ, deinde Monasterii S. Remigii Monacho & Abbate.

Opera & studio Georgii Colvenerii S. Theolog. Doctoris, & Regii ac ordinarii Professoris, Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Præpositi, & Academiæ Duacensis Cancellarii in lucem editi.

Addita est Appendix, & Catalogus omnium Archiepiscoporum Remensium.

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

BEnevole Lector, quid a nobis præstitum sit in hujus Auctoris editione paucis accipe. Collatio facta est in universum ad septem exemplaria. Tria enim inter se contulit piæ memoriæ Dominus Nicolaus Chesneau, Decanus & Canonicus S.Symphotiani in urbe Remensi, qui hanc historiam, seu verius historiæ hujus bonam partem in Gallicam linguam transtulit, & eadem lingua edidit Remis excusam anno 1581. per Joannem Foygni. Hujus Decani exemplar Latinum Manuscriptum, ex quo ille vertit in Gallicum, attulit ad me Thomas Vvitus J. U. Licentiatus, tradente ei R. Viro Domino Antonio Beauchesne Remensis Ecclesiæ Canonico & Succentori, qui testamenti prædicti Domini Chesneau fuerat executor. Hoc notamus litera *c.* Porro collatum est ad exemplar Monasterii S. Remigii, quod litera *r.* designamus, ad exemplar Ecclesiæ Metropolitanæ B. Mariæ, & ad tertium, quod particulari nomine non designat, sed credo fuisse Igniacense. Ex his secundum diversum fuit ab eo, quod ad me postea transmissum est, de quo infra. Nam sæpe notat in margine aliter legi in exemplari B. Mariæ, quam habeatur in eo quod nos habuimus, ut exempli gratia lib. 1. c. 20. in codice Metropolitano dicit legi: *secus amnem Saram*, cum in eo quod habuimus legatur *Faram*. Lib. 3. c. 4. notat legi *Algardis Abbatissa*, uti & in codice S. Remigii, cum in nostro sit *Adalgardis*. Ibidem c. 7. dicit legi in codice S. Mariæ, & S. Remigii: *cum palmis*, in alio autem exemplari *cum psalmis*, quomodo etiam habebat nostrum B. Mariæ. Hoc igitur exemplar Domini Chesneau curavi meis sumptibus describi, & postea exacte relegi. Verum deprehendens quibusdam locis nonnulla deesse, quærere cœpi alia exemplaria ex quibus implere possent istæ lacunæ: Tum mihi opportune, opera dicti Domini Vviti, duo alia exemplaria integra Remis transmissa sunt, unum ex archivis Ecclesiæ Metropolitanæ B. Mariæ in membrana antiqua manu exaratum, quod signamus litera *m.* Alterum recenti, anno videlicet 1598. descriptum in charta, ex eodem veteri exemplari per Dominum Georgium Montegerard Priorem cœnobii S. Martini Spatnacensis, partim correctis, partim mutatis hic & ibi verbis quibusdam. Signamus litera *s.* & utrumque fere semper junctis notis *m s.* quandoquidem & pro uno exemplari habenda sint hæc duo, eo quod posterius ex priori sit desumptum. Duo tamen numeramus, quia multis locis correctio aut mutatio facta est. His acceptis integris exemplaribus, deprehendi in exemplari dicti Domini Chesneau facile deesse quartam partem operis. Quapropter descriptis locis singulis quæ deerant, novo labore totum exemplar meum ita supplerum contuli, & integre relegi cum prædictis duobus integris exemplaribus, & postmodum quam fieri potuit accuratissime dispunxi. Ad hæc pro majori luce etiam ad exemplar Gallicum omnia recensui, & ex eo plerumque patria lingua obscuriora nomina propria in margine adnotavi, lectori gratum id fore non dubitans. Ex omnibus autem correctius visum est exemplar Monasterii S.Remigii, ex quo exemplar Metropolitanæ Ecclesiæ, alioqui satis correctum, multis locis suppleri de-

buit, non tantum in verbis, sed etiam integris sententiis, quæ omissæ fuerant. Sciebam Parisiis & alibi plura extare calamo descripta exemplaria. Commemorat enim Papirius Massonus lib. 2. suorum annalium, se aliquot ejus exemplaria vidisse Lutetiæ. Sed quia puriores ex ipso fonte hauriri solent aquæ, idcirco ex archivis Remensibus ea potius petenda esse judicavi, pro quibus magnas ago gratias Thesaurariis, & archivorum dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ magistris, qui ea duorum annorum spacio mihi utenda communicarunt. Prædictis exantlatis laboribus, prodiit hoc sine ullis tamen notis aut scholiis Parisiis *Anno* 1611. *cura & studio R. P. Jacobi Sirmondi Soc. J. Presbyteri*. Quod exemplar nactus denuo, a capite ad calcem, omnia cum eo relegi: & sicut illius ope non paucas mendas sustuli, sic ibi complures esse derelictas deprehendi, & nonnunquam integras lineas deesse. Hoc exemplar noramus litera *I*.

Cæterum nihil est a nobis immutatum, vel in textu positum, quod non erat in exemplaribus, vel in originalibus in iis quæ aliunde citantur, nisi idipsum expresse in margine, vel in scholiis significaverimus, vel ubi exploratum erat mendum esse, & lapsum scriptoris unam literam pro alia scribentis. Ubi diversa erat lectio, nec certo constabat quæ vera esset, probabiliorem in textu retinuimus, alteram plerunque ad oram relegavimus.

In orthographia nihil etiam mutavimus, nisi eas, quæ insolentes & depravatæ censentur, ut dompnus, dampnatio, sompnus, contempnet, solempnitas, ebdomas, parrochus, parrochia, carta, summittere, Nicholaus, Nichasius, subiciens, adiciens, exenium, & similes. In aliis placuit scripturam illo tempore usitatam relinqui in gratiam antiquitatis, ut Karolus, Karlomannus, Pippinus, Theodulfus, Rodulfus, cotidianus, inlicita, inreligiosus. Placuit & servari scribendi varietatem, qua una eademque dictio, nunc hoc, nunc illo modo scribitur, ut pro inlicitum, aliquando illicitum. Nunc inregularis vel irrationalis, alias irregularis, vel inrationalis. Nam ex hac varietate constat, quod utroque modo proferebant & scribebant, uti & hodie.

Omnia scripturæ loca quæ citantur, plerumque etiam ea ad quæ respicitur, margini adjecimus. Similiter & ea quæ ex aliis citantur auctoribus, quæ omnia ad originalia contulimus, & sæpius ex iis emendavimus. Quædam tamen reperiri non potuerunt. Qua ratione nonnulla sunt emendata, quæ alioqui vix emendari potuissent, cum exemplaria auctoris multis locis fuerint depravata, & præ vetustate, legentium oculos fugientia.

Quæ tertio libro habentur (qui totus est de gestis & scriptis Hincmari) contuli ad opuscula & epist. ejusdem Hincmari, tam a R. P. Joanne Busæo, quam a Joanne Cordesio Ecclesiæ Lemovicensis Canonico edita.

Ad hæc collatio facta est ad tomos Conciliorum, & epistolas Romanorum Pontificum, ubi de Conciliis agitur. Item cum annalibus Ecclesiasticis Cæsaris Baronii, & præcipuis Galliæ ac Belgii historiographis, Gregorio Turonensi, Aimoino, Sigeberto, Christiano Massæo, Jacobo Meyero, Papirio Massono, & aliis. Ex quibus auctoribus plerumque certa temporis cujusque rei gestæ nota est adjecta in margine, vel in scholiis post calcem operis adpositis.

Hæc enim scholia omnino necessaria esse judicavimus: tum quod auctoris dictio ob hoc frequenter obscura sit, quod longas texat periodos, quæ implicantur varietate & multitudine eorum quæ congerit & interserit:

rit: tum etiam quod interdum utatur vocabulis illo quidem ævo tritissimis, sed quæ jam abierunt in desuetudinem. Hæc indice separato recensuimus. Denique per hoc multam auctori lucem attulisse credimus, quod in his scholiis quæcumque possent in dubium verti explicuerimus; pleraque etiam auctoris dicta aliorum testimonio firmaverimus, & unde plura in eam rem, de qua agitur, peti possint, indicaverimus.

Postremo Catalogum omnium Remensium Archiepiscoporum adjecimus, non sola nomina recensentes, sed & tempus sessionis eorum & decessus, quam potuimus certa fide, & principalia eorum gesta. Si tamen in tempore, in tanta vetustate, scriptorum raritate, & opinionum diversitate, scopum ubique non attigimus, veniam dabit æquus Lector, & candide emendabit. In hoc catalogo plurimum adjuti sumus iis, quæ nobis communicare dignatus est Claudius Desprez Atrebas, dominus de Queant, J. U. L. consultissimus, depromptis ex variis antiquitatibus locorum Galliæ, partim manuscriptis, partim excussis. Qui etiam nobis suppeditavit Statuta Synodalia per dominum Sonnacium, epistolam Adelagi ad Flodoardum, & nonnulla alia de eodem testimonia. Juvit præterea catalogus ad calcem exemplaris Ecclesiæ Metropolitanæ B. Mariæ Remensis diversa manu adscriptus. Qui etsi usque ad 54. Archiepiscopum non habeat nisi nuda nomina, in sequentibus est copiosior.

JACOBI SIRMONDI EPISTOLA AD LUDOVICUM CARDINALEM A LOTHARINGIA,

Cum ei Historiam Flodoardi nuncuparet Anno 1611.

ILLUSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO PRINCIPI
D. Ludovico a Lotharingia Remorum Archiepiscopo ac Duci Franciæ parium primo.

FElici quadam sorte Remensibus tuis inter cetera id obtigit, Princeps Illustrissime, ut cum superioribus sæculis extiterint in Gallia non pauci, qui Ecclesiasticas diversarum civitatum historias literis commendarint, sola hodie Remorum Metropolis, cum reliquæ vel nuda historicorum suorum nomina ciere vix possint, rerum suarum scriptorem integrum, ævo atque injuriæ superstitem videas. Is est Flodoardus presbyter, qui ante annos DCL. universam Præsulum Remensium antecessorum tuorum seriem, ad sua usque, id est Artoldi Episcopi tempora, rudi quidem illo fortasse, sed qualem historiæ fides amat, simplici ac fuci nescio stylo deduxit. Quo in opere publicarum præterea rerum, quibus Remenses Antistites vel generis nobilitas, vel sedis suæ prærogativa semper inseruit, tanta inest varietas at-

que copia, ut hoc etiam nomine gratiam auctori jure debeant, qui ea historiæ parte delectantur. Nec frustra jampridem Latina ejus editio, ab his etiam desiderata sit, qui Gallicam non indiligentis alias hominis interpretationem legerant: in qua non ignorarent plurima, eaque interdum optima, fuisse multis locis præterita: ita ut gustum potius aliquem Flodardi præbuisse, quam justam sitim explesse videatur. Nunc autem & lingua sua, & totus quantus est prodit in lucem, Remensis Ecclesiæ, Præsulumque ejus amplitudinem, gloriam, dignitatem ad exteras quoque gentes auspiciis tuis perlaturus, si modo missionem, quam a te necessario postulat, impetraris. Etenim clericus tuus est, extra Diœcesim sine Antistitis sui formata egredi non potest. Tua vero tutela nixus, tuis ornatus insignibus, non solum benignius propensiusque ab omnibus excipietur: sed majore etiam, quod præcipue optandum est, cum fructu & commodo legetur. Atque ut Principum olim effigies in foris, in theatris, in tribunalibus, publicisque aliis conventibus collocatæ hoc agebant, ut & actionibus ipsis auctoritatem adderent, & officii sui unumquemque admonerent: ita ex splendidissimi nominis tui conspectu, & Flodoardi verbis fides ac pondus accedet, & lectoribus tacita cohortatio, ne quid sinistri consilii (quæ multorum hodie labes est) in oculis tuis adferant, sed ea mente omnia legant, ut magistram vitæ, morumque historiam esse meminerint. Dabis hoc, Princeps Illustrissime, *suscepti, clientisque tui precibus, dabis & publicæ utilitati: sic nostra pro te vota, sic publica, qui te tam illustrium, tantaque virtute & gloria Pontificum in cathedra sedere jussit, placida Deus aure semper exaudiat.*

Illustrissimæ ac Reverendissimæ C. T.

Deditissimus

JACOBUS SIRMONDUS
Societatis Jesu.

JACOBI SIRMONDI

IN EAMDEM FLODOARDI HISTORIAM

PRÆFATIO.

Flodoardi editionem, Lector, ut hanc cui debes habeas gratiam, jam pridem adornabat ordinis nostri Theologus Joannes Gualterus, qui ex Remorum Metropolis Ecclesiaste in societatem nostram cooptatus, in ea nuper felici exitu vitam posuit. Ejus nos apographum ex Collegii Remensis nostri bibliotheca nacti, terse illud quidem ac nitide descriptum, sed cui satis liqueret ad emendationem plurima deesse; quæ in eo desiderari videbantur, ex variis aliorum codicum lectionibus, qua licuit fide ac studio, supplere conati sumus. Ceterum de Flodoardo præterea quæ ipse de se multis locis scripsit, vix est, quod liceat affirmare, Presbyterum & Canonicum Ecclesiæ Remensis appellavimus, codices Remensem atque Igniacensem secuti, qui his illum titulis ornant. Qui si adscititii non sunt, Flodoardum hunc illum esse oportet, cujus in vetere Kalendario S. Mariæ Remensis adnotatus est obitus his verbis, *XVI. Kal. Junias, Flodoardus Presbyter & Canonicus*, ut jam non abs re dubitasse acutissimus Pithœus videatur, idemne sit, an diversus a Chronici auctore Frodoardo, quem V. Kalendas Aprilis vita functum Chronici appendix docet. Quo sane ipso die alterius quoque Flodoardi, sed sine tituli, gradusve adjectione, meminit idem Kalendarium. Verum hæc alias fortasse. Nunc quæ damus boni consule, & vale.

VITA AUCTORIS EX HIS LIBRIS,

& aliunde conscripta per Georgium Colvenerium.

UT a nomine ordiamur, integrum auctoris nomen fuit, ut arbitramur, Flodohardus, seu Flodoardus, ex quo per syncopen factum est Flohardus, & Floardus. Quod posterius in nostris fere exemplaribus reperitur, quomodo item legit Joannes Savaro in notis suis ad Sidonium Apollinarem. Sigebertus Flavvaldum, Trithemius Flavaldum nominat. Petrus Pithœus in xii. auctoribus simul editis, Papirius Massonus, eosque secutus Illustrissimus Cardinalis Cæsar Baronius Frodoardum appellant. Sed pro litera L, non R, in prima syllaba facit, quod lib. 2. hujus historiæ cap. 3. meminerit Flavvardi, sive ut habet aliud exemplar Flavardi avunculi matris suæ, & in chronico suo anno 963. nepotis sui Flodoardi, ut ibi legit correctius exemplar Divionense. Unde & prædictus Pithœus in Glossario Capitularium Karoli Magni & Ludovici Pii, quod auctum posterius in lucem emisit, perpetuo Flodoardum nominat, uti & Josias Simlerus in præfatione seu epistola dedicatoria Cosmographiæ Æthici, quod & nos sequemur. Patria ei fuit Sparnacum oppidum non procol Remis dissitum. Vixit sub Archiepiscopis Remensibus Heriveo, Seulfo, Artoldo, & Odalrico. Sub Artoldo eum hoc opus conscripsisse patet ex lib. 3. cap. 6. Vixit sub Regibus Francorum Carolo Simplice, Lodovico Transmarino, & Lothario ejusdem Ludovici filio, quem in Regem Francorum consecravit Artoldus anno 954. Fuisse Presbyterum & Canonicum Ecclesiæ Remensis testantur codices Remensis & Igniacensis, qui illum his titulis ornant, imo omnia nostra exemplaria manu exarata, in quorum calce legitur: Explicit Floardus vel Flohardus Presbyter & Remensis Canonicus. Similiter dictus Josias Presbyterum vocat, & Joannes Filesacus Parisiensis Theologus in veteris Ecclesiæ Gallicanæ querela Canonicum Remensem, uti & Johannes Molanus in Nat. SS. Belgii die quinta Augusti. Fuisse etiam aliquando rectorem seu pastorem Colmisciaci vici testatur ipse lib. 4. cap. 28. At postmodum vitæ genus mutasse, & relicto Canonicatu monasticæ regulæ sese subdidisse, & deinde Abbatem factum esse, certa sunt documenta ex epistola Adelagi Bremensis Archiepiscopi, quam habes infra. Item ex eo quod de se scribit in chronico anno 963. his verbis: *Ego vero fractus ætate, ex attritus infirmitate, & ministerio me abdicavi prælaturæ coram eodem præsule* (scilicet Odalrico, Artoldi successore) *quique me hoc absolvens juga, imposuit illud per electionem fratrum meorum, nepoti meo Flodoardo, septuagesimo ætatis meæ anno.* Sic ibi. Idem confirmant versus Gallici in codice perantiquo ms. reperti a nobis infra positi, quorum hæc est interpretatio: Si vis scire Remenses Episcopos, lege Chronicon Flodoardi docti. Is mortuus est tempore Odalrici Episcopi, oriundus ex Sparnaco. Vixit castus clericus, bonus monachus, melior Abbas, ab Agapito Papa fuit factus sacerdos. Ex ejus historia multa nova scies, & in illa totam antiquitatem hauries. Idem denique probatur ex testimonio Dominici Grimani Card. quod infra posuimus. Fuit autem monachus & Abbas Ordinis S. Benedicti Remis in monasterio S. Remigii. Quare non fallitur, nec injuste illum suo ordini vendicat Trithemius, Sigabertum secutus, lib. 2. de viris illustr. Ordinis S. Benedicti cap. 68. & in catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, cum dicit eum fuisse monachum Remensem Ordinis S. Benedicti. Quos item sequitur Conradus Gesnerus in sua bibliotheca, & Arnoldus Veion lib. 2. ligni vitæ, capite 67. sed hic in ætate ejus fallitur centum prope annis, scribens eum floruisse anno 870. Fallitur quoque Antonius Possevinus in apparatu sacro, in eo quod Flavaldum a Flodoardo & Frodoardo distinguat, tanquam diversos auctores: Frodoardo solummodo tribuens chronicon, de quo infra, Flodoardo autem hanc Remensium Episcoporum historiam. Sed quæ in appendice nonnihil corrigit. Similiter dictus Vvion in adjunctis ad lignum vitæ pag. 919. Flodoardum a Flavaldo non recte distinguit. Præterea fallitur Papirius Massonus in catalogo auctorum, quibus usus est in suis Annalibus, dum vocat eum Remensem Pontificem. Quod secutus est Baronius anno 933. nisi in Baronio mendum sit, & pro Rhemensi Archiepiscopo, legendum sit, Rhemensis Archiepiscopus, ut ad Artaldum referatur. Nam anno 948. vocat eum Rhemensis Ecclesiæ presbyterum, sicut & ipse Papirius lib. 2. in Carolo Simplice, ut per inadvertentiam pontificem vocasse videatur.

Illud interim verum est, mortuo Rodolfo, ab utroque Capitulo Noviomensi & Tornacensi die 20. Julii anno 950. electum fuisse in Episcopum Noviomensem & Tornacensem. Non fuit tamen confirmatus, quia Ludovicus Transmarinus Rex Francorum fabdole, clam, & via extraordinaria in sedem utriusque Ecclesiæ intrusit & introduxit imparum monachum & Simoniacum clericum Fulcherum, sui archimagiri Kentii filium nothum. Quod resciens Adelagus, vel ut vocat Albertus Krantzius in sua metropoli, Adaldagus Bremensis Archiepiscopus, Apostolicæ sedis legatus, in hæc verba prorupit: *Cognoscetur Dominus judicia faciens.* Deinde consolatoriam epistolam eidem transmisit, cujus exemplar infra posuimus. Hæc ex mss. Quibus habent consona de Fulchero Jacobus Meyerus & Antonius Demochares in tabulis Episcoporum Tornacensium his verbis: 44. *Fulcharus sive Fulcherus Monachus Suessionensis S. Medardi, sepultus in templo sancti Elegii extra muros civitatis Noviomensis de quo scribit Meyerus anno 955. Fulcherus homo spurius, filius existimatus principis coquorum Ludovici regis, Noviomagensem malis artibus adeptus Episcopatum, omnia facit deteriora, administravitque menses omnino 18. morbo absumptus pediculari & phthiriasi, magnum exemplum puniti ambitus, & Simoniæ, si nos posteri timeremus Deum.*

Fuit porro Flodoardus vir literis & moribus egregie exornatus, ut declarant testimonia, quæ infra subjungemus, & quod in historico præcipuum est, variæ lectionis, magnæ diligentiæ, & indefessi laboris. Hinc ait in præfatione hujus historiæ, opus hoc undecunque collectum esse: videlicet ex scriptoribus sacris & profanis: gestis Martyrum & vitis aliorum Sanctorum, actis

Concillorum, & epistolia Pontificum, præsertim Remensium, quas ex archivis Ecclesiæ suæ deprompsit. Sane a prædictis eum commendant nostri sæculi doctissimi Annalium scriptores Baronius & Papirius Massonus, qui suos Annales ex ipsius sciptis plurimum exornaverunt. Meminit ipsius frequentissime Baronius tom. 10. ab anno 845. usque ad annum *962*. Sed quod dolendum, ea allegans, quæ ex Gallico exemplari mutilo & imperfecto curavit in Latinum transferri, ut ipse fatetur dicto anno 845. recensens ibidem diploma Caroli Calvi, quo edicit ut Hincmaro restituantur omnia bona Episcopatus Remensis, quod habetur lib. 3. c. 4. De quo non sine ratione ait Pithœus in dicto Glossario verbo Beneficiario jure: Nolim virum multæ lectionis ex interpretatione Gallica, alienis a sensu verbis, hoc idem diploma retulisse. Verum ab an. *865*. incipit ipsa verba latina Flodoardi allegare, sed ex unico exemplari, eoque sæpe incorrecto & depravato, ut eodem anno, item 871. 877. 892. *893*. & alibi videre est. Cæterum non sine laude ipsius meminit, ut anno *933*. vocans accuratum illius temporis scriptorem, cui tantam fidem tribuit, ut anno 954. ex eo alios omnes mendacii redarguat. Quantæ vero auctoritatis fuerit, ex eo discimus, quod ad legationes, & publica negotia interdum adhibitus sit. Unde lib. 1. c. 20. se scribit ab Artaldo Episcopo missum propter res quasdam Remensis Ecclesiæ ad Otthonem Regem & Conradum Ducem.

Ut vero ad scripta ejus veniamus. Quatuor hujus operis libros esse demonstrat auctoris prologus, in quo vocat quadrifidum laboris sui opus. Quapropter male Tritthemius, & qui eum sequuntur, tres solummodo numerant. Præter hos quatuor libros historiæ Remensis Ecclesiæ, sive ut alii vocant, de Gestis Remensium Pontificum, in quibus multa alia de sanctis & monasteriis ejusdem civitatis & diœcesis interserit. Scripsit etiam Chronicon ætatis suæ exactissimum ab anno Domini *919*. usque ad *966*. quod in lucem protulit Petrus Pithœus inter 12. scriptores coetaneos Annalium & historiæ Francorum. Excusum est opus in octavo Parisiis 1588. & Francofurti 1594. Tametsi in præfatione dubitet idem Pithœus, sitne ejusdem auctoris. Sic enim ait. *Jam de Frodoardi chronico (sive is Flavaldus vel Floardus sit Remensis Ecclesiæ presbyter, qui Archiepiscoporum suorum vitas a B. Remigio ad Artoldum, diverso plane stilo descripsit) & hoc monere visum est, ea quæ ad Virdunenses Episcopos pertinent, sed & alia quædam virgulis inclusa, ex tribus unius esse quod Divionense appellavimus, quanquam Viriduni potius descriptum videatur. Quisquis ille fuit scriptor, multas profecto nobis sui sæculi historiæ tenebras discutiet &c.* De hac re Pithœum non abs re dubitasse nis in præfatione Sirmondus, adhibito etiam hoc argumento, quod in vetere Kalendario S. Mariæ Remensis adnotatus sit obitus his verbis: *XVI. Calendas Junias Flodoardus presbyter & Canonicus*; cum auctorem Chronici Flodoardum V. Kalendas Apriles vita functum esse Chronici appendix doceat. Verum scire oportet non iisdem diebus, quibus aliquis ex hac vita discedit, anniversariam commemorationem obitus ipsius celebrari in Ecclesiis, ut passim testatur usus, idque ob varia impedimenta & potissimum circa tempus paschale, quo iste migravit e vita. Quapropter eundem esse utriusque operis auctorem, non solum fatetur Papirius lib. 2. Annalium Francorum in Carolo Simplice, sed etiam apertissime convincitur ex his, quæ habentur in eodem chronico anno *940*. collatis cum iis quæ habentur lib. 4. historiæ Remensis cap. 28. Utroque enim loco eamdem rem gestam narrat auctor de se ipso, videlicet de sua detentione in custodia ab Heriberto Comite, & ablatione Ecclesiæ, quam regebat in Colmisciaco. Neque sane id Pithœus unquam scripsisset, si hanc pariter historiam legisset, quæ non a B. Remigio, qui fuit decimus quintus Remensis sedis Archiepiscopus, sed a B. Sixto, primo ejusdem sedis Episcopo, primisque fidei patribus & fundatoribus exorditur. Tantumque abest, ut stilus sit diversus, quod etiam ubi res eadem refertur, iisdem pene verbis utatur. Conferantur cum hoc chronico ea quæ habentur lib. 4. cap. 15. usque ad *35*. Utrum vero prius ab eo scriptum sit non certo constat. Chronicon ex eo videtur posterius, quia hæc historia desinit in actis Artoldi, pertingens ad annum usque 948. Chronicon ulterius progreditur usque ad *966*. Quod ait Tritthemius, præter gesta Remensium Pontificum, eum vitas quoque multorum Sanctorum libro uno scripsisse, cum ejus operis nusquam meminerit, forte non aliud, sed hoc ipsum est, ut Sigebertus insinuat, in quo agit de vita & miraculis multorum Sanctorum. Porro non prosa tantum, sed & carmine valuit Flodoardus: Scripsit enim versibus miracula suo tempore facta in Ecclesia B. Mariæ ab Hincmaro ædificata, ut ipse testis est lib. *3*. c. 6. Plura eum scripsisse da vitis Sanctorum metrice testis ast Joannes Bunderius Gandavensis Ordinis Prædicatorum, qui vivebat an. 1550. in Indice mss. codicum in Belgio exstantium his verbis: *Flodoardus Presbyter scripsit de triumphis Italicis Martyrum & Confessorum metrice lib. XV. mss. Treveris in summo templo. De triumphis Christi & Sanctorum Palæstinæ metrice lib. 3. mss. ibidem Tertio de triumphis Christi, & Antiochiæ gestis, metrice libros duos mss. ibid.* Quæ scripta si adhuc extent, utinam Treverenses publico Ecclesiæ bono evulgent. De cæteris ipsius operibus compertum nihil habeo. Obiit autem plenus dierum, ætatis videlicet suæ an. *73*. incarnationis Dominicæ *966*. quinto Calendas Aprilis, hoc est 28. die Martii, non quinta die Aprilis, ut inadvertenter adnotavit Nicolaus Chesneau & Possevinus. Sic enim in supplemento chronici ipsius legimus.

Ipso anno (videlicet *966*.) vir vitæ venerabilis, & Remensis Ecclesiæ presbyter, nomine Frodoardus, honore sanctitatis venerandus, castitatis splendore angelicus, fulgore sapientiæ cælicus, cæterarumque virtutum insignibus abundanter oppletus, præcedentis libelli, aliorumque librorum dictator egregius, quinto Kal. Apriles terrenæ peregrinationis relinquens exilia, civica, ut credimus, adeptus est jura.

ALIORUM DE HOC AUCTORE

TESTIMONIA ET ELOGIA.

EPISTOLA ADALDAGI SIVE ADELAGI BREMENSIS Archiepiscopi consolatoria ad Flodoardum.

Adelagus miseratione divina Bremensis Ecclesiæ servus Frodoardo patri Remensi verbum pacis.

QUi dudum deposuisti beneficium, ut tecum mundanæ gloriæ contemptorem animum in soli-
tudinem & monasterii latebram deferres, ex voto non ante vitæ finem discessurus, quid
jam doles tibi inde non licere egredi ad Episcopium ascendendo, quod surripuit Fulcherus? Stas,
& non stas? Deo promisisti de stabilitate, ut si aliquando aliter feceris, ab eo te damnandum
scires, quem irriseris; & jam tamen vacillas. Esto firmus in via Dei & a matutina usque ad
Psal. 118. noctem, quæ sunt honoris & dignitatis obliviscere. Orasti: Suscipe me Domine secundum elo-
quium tuum, & vivam. Eloquium Dei est: Omnis ex vobis qui non renunciat omnibus quæ
Luc. 14. possidet, non potest meus esse discipulus. Salvabuntur qui fugerint ab eis, & erunt in montibus
Ezech. 7. sicut columbæ convallium. Vidit Deus boni operis in te affectum, exercendi præstitit faculta-
tem, exaudivit preces, ne dubita, consumandi afferet auxilium. Sed dicis: Negotiari volenti
Matth. 25. commodat Deus talentum, lucrantes beat. An nescis quanto quis altius erectus est, tanto pro-
pius esse ne cadat? Ignoras honoris gradum superbiæ esse irritamentum, esse inanis gloriæ mate-
Matth. 6. riam? Cave ne tibi blandiaris, ne justitiam tuam facere desideres coram hominibus, ut videaris
ab eis. Fac te aptum regno Dei, negotiare, lucrare, super destinato bravio tuæ vocationis in
Isa. 3. Christo Jesu. Qui te aptum dicunt dignitate majori, ipsi te, frater, decipiunt, & viam gressuum
tuorum, consultore diabolo, conantur dissipare. Fateor eum qui prodesse non præesse, qui con-
tradictiones non honores, qui labores non delicias, qui opus, non opes Episcopatus desiderat,
1. Tim. 3. bonum opus desiderare: sed in omnibus interiorem discute animum, & disce Christum non se-
Ad Heb. 5. metipsum clarificasse ut pontifex fieret. Officium quidem Episcopale suscepimus, sed opus officii
non implemus: in affectata præeminentia latet periculum. Horreo notare quod dixit sanctus,
audivit sanctus, rescripsit sanctus: Nunc essem de numero damnatorum si fuissem de numero E-
Ps. 54. piscoporum. Hæc accipe ab eo qui tuus est, & jacta in Domino cogitatum, patientia tua non
Ps. 9. peribit in finem. Fient in desolationem, subito deficient, peribunt propter iniquitates suas qui te
Ps. 27. oderunt: cognoscetur Dominus judicia faciens, & in operibus manuum suarum comprehendetur
Ps. 9. peccator: Ora pro me. Scriptum pridie Calend. Octob. ann. tx.els.

Sigebertus Gemblacensis in libro de illustribus Ecclesiæ Scriptoribus, cap. 132.

Flavaldus monachus Remensis scripsit gesta Pontificum Remensium, ordiens narrationem suam a conditione ipsius civitatis, quæ a qualitate civium, qui in bello erant duri cordis, primo nuncupata est sibi nomen Cordurus. Postea milites Remi, a Romulo fratre suo necati, a facie Romuli fugientes ad eam profugerunt, eamque a nomine principis sui Remi, Remum denominaverunt. Hic Scriptor digne scriptoribus ideo connumeratur, quia digressus ab opere suo, memoriam faciens Sanctorum Martyrum, vel Confessorum quiescentium in Ecclesiis Remensi Ecclesiæ adjacentibus, vel subjacentibus, vitas vel passiones eorum legentibus notificavit.

Joannes Tritthemius de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Flavaldus monachus Remensis, Ordinis S. Benedicti, in scripturis divinis eruditus, & in secularibus literis egregie doctus, ingenio subtilis, & disertus eloquio, scripsit non contemnendæ lectionis opuscula, quorum studio nomen suum cum gloria transmisit ad posteros. E quibus fertur opus insigne, a conditione Remensis civitatis, quam milites Remi a fratre Romulo necati fugatos, ob memoriam domini sui construxisse, & sic appellasse commemorant, usque ad sua tempora: in quo multa de sanctis martyribus & aliis rebus ac gestis interserens, volumini hunc titulum dare voluit, Gesta Remensium Pontificum lib. 3. Vitas quoque multorum Sanctorum lib. 1. Alia insuper multa scripsisse dicitur, quæ ad notitiam meam non venerunt.

Eadem scribit de eo lib. 2. de viris illustribus Ordinis S. Benedicti c. 68.

Dominicus Grimanus Cardinalis S. Marci in Dario ad Des. Erasmum Can. Ordinis S. Augustini, quod excusum est Basileæ anno 1508. apud Michaelem Farteriam, & Joannem Scotum. folio 32. nota 13.

Dum Remis agerem, obtulit mihi D. Robertus Briconetus Archiepiscopus clarissimus, Galliæ Cancellarius registrum ms. continens quatuor libros historiæ Remensis Ecclesiæ, authore & collectore Flodoardo, illius quondam Canonico, exinde monacho. Mutatio status, & ex Canonico

factum fuisse monachum, indicat pietatem viri. Docte scripsit & diligenter. Plurima enim illius registri iis concili quæ hic in Vaticana asservantur, easque fideliter exscripta inveni: abest ab eo veteratorum rubigo, & novorum auctorum asperitas. Et si nostri temporis ærumnosa miseria non præferret studio historiæ luctum vitæ, nec magis consuleret avaritiæ, quam antiquitatis notitiæ, dignus esset prælo auctor.

Guilielmus Eysengrein in catalogo testium veritatis orthodoxæ matris Ecclesiæ.

Flavaldus, Remensis Benedictinæ professionis monachus, vir tam divinis quam profanis scripturis eruditus, Historicus perfectus, Theologus vero profundus, gesta Remensium Pontificum, ab urbe Remis condita, quam milites Remi a fratre Romulo necati fugatos, ob memoriam Domini sui construxisse commemorant, usque ad sua tempora tribus voluminibus, quibus complures Sanctorum Martyrum historias recitat, deduxit.

Papirius Massonus lib. II. Annalium Francorum in Carolo Magno.

Frodoardus sub Carolo Simplice & Ludovico floruit, vitasque Pontificum Rhemensium diligentissime scriptas ad posteros transmisit, cujus operis exemplaria aliquot Lutetiæ vidimus.

Idem in Carolo Simplice.

Sequenti anno (hoc est 920.) magni motus in Gallia sunt exorti, de quibus & aliis publicis negotiis dicemus ex chronicis ejusdem Frodoardi (quem alii Flodoardum vocant) Rhemensis Ecclesiæ Presbyteri. Is enim autor præter vitas Pontificum Rhemensium scripsit chronica ab anno nongentesimo decimo nono usque ad annum nongentesimum sexagesimum sextum quo excessit e vita quinto Calendas Aprilis septuagesimo * sexto ætatis anno: nosque illum scriptorem deinceps in Carolo, Roberto, Rodulpho, Ludovico, & Lotario sequemur, præteritis Vitichindo, & aliis minoris diligentiæ ac fidei scriptoribus.

Dicendum tertio.

Aliorum testimonia, ut Conradi Gesneri, Arnoldi, Vvion, Antonii Possevini, & Israelis Spachii prætermittimus, eo quod nihil habeant a præcedentibus diversum.

PROLOGUS
AD R. EPISCOPUM.

Domino venerabili, & in Christi caritate admodum diligibili, præclaro Præsuli R. Flodoardus tantæ benignitatis famulus, omnium sanctarum virtutum in Christo gaudium.

CReberrimis admonitionum vestrarum stimulis instigatus, discusso tandem desidiæ pigritantis torpore, abjectisque diversarum curarum occupationibus, relego ferventis studii vestri sollertiæ quadrifidum nostri laboris opus undecunque collectum, & capitulatim, prout jubere dignati estis, dispositum, nostræ scilicet Ecclesiæ Remensis historiarum librum. Haud mirari vel cumque petens sanctitatem culminis vestri super hac rememoratione obsequii nostri, utpote diversis occupationibus præpediti, hiemali quoque glacialis gelu rigoris obstricti, charaxatorum insuper indigentia coartati. Neque mirum, me minimum in correctione meorum terere moras opusculorum, cum veterum nonnulli scriptorum magis in retractatione suorum, quam meditatione demorati ferantur librorum. Sed nec adhuc omnes ad perfectum me puto eliminasse mendas: & si quia reperientur scriptoris forte vicia, industriæ vestræ poterunt expurgari sagacia. Non enim me ita perfectum reor ad unguem fore perscrutatorem, ut ferre nolim, si quem diligentiorem in eliminandis viciis invenero correctorem. Igitur quia sanctitatis vestræ circa tantitatem nostram profusa videtur exuberasse dilectio, hunc studii nostri fructum, vestri dignum duxi tutaminis delegare patrocinio, ut quæ a nostra sunt dicta in tenebris humilitate, ab industriæ vestræ sublimitate dicantur in lumine.

IN ANTIQUIS MONUMENTIS MSS. REPERTUM.

SY ty veu de Rein ſavoir les Eveques,
Lye ly temporair de Flodon le ſagé.
Tl es mort du tam d'Odalry Eveque:
Et fut d'Eſpernay né par parentage,
Vequit caſte clercq, bon moine, milleu Abbé
Et d'Agapis ly Romain fut Aubé.
Par ſen Hyſtore maintes novvelles ſaura,
Et en ille toute antiquité beura.

INDEX CAPITULORUM

LIBRI PRIMI.

Libri secundi.

Libri tertii.

Libri quarti.

HISTORIÆ REMENSIS ECCLESIÆ

AUCTORE FLODOARDO PRESBYTERO

& Canonico ejusdem Ecclesiæ.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

De conditione Urbis Remensis.

FIdei nostræ fundamina proditurus, ac nostræ patres Ecclesiæ memoraturus, mœnium nostrorum locatores, vel instructores exquisisse, non ad rem adeo pertinere videbitur, cum ipsi salutis æternæ nil nobis contulisse; quinimmo erroris sui vestigia lapidibus insculpta reliquisse doceantur. De urbis nostræ namque fundatore, seu nominis inditore, non omnimodis a nobis approbanda vulgata censetur opinio, quæ Remum Romuli fratrem, civitatis hujus institutorem, ac nominis tradit auctorem; cum urbe Roma, geminis auctoribus Romulo Remoque fundata, scuttis militibus Remum certis accipiamus scriptoribus, interfectum: nec illum prius a fratre secessisse, dum uno partu editi, & inter pastores educati, latrociniisque dediti, urbem constituisse reperiuntur: ortaque simultate, ac Remo fratre interfecto, civitati Romulus ex nomine suo nomen dedisse

T. Liv. decad. 1. lib. 1.

legatur. Nam ut Titi Livii verbis utamur: *Numitori Albana permissa re, Romulum Remumque cupido cepit, in his locis, ubi expositi, ubique educati erant, urbis his condendæ; & supererat multitudo Albanorum, Latinorumque, ad id pastores quoque accesserant, qui omnes facile spem facerent, parvam Albam, parvum Lavinium, præ ea urbe quæ conderetur, fore. Intervenit deinde his cogitationibus avitum malum, regni cupido: atque inde fœdum certamen coortum, a satis miti principio. Quoniam gemini essent, nec ætatis verecundia discrimen facere posset, ut Dii quorum tutelæ ea loca essent, auguriis legerent qui nomen novæ urbi daret, qui conditam imperio regeret, Palatinum Romulus, Remus Aventinum ad inaugurandum templa capiunt. Priori Remo augurium venisse fertur sex vultures: jamque nuntiato augurio, cum duplex numerus Romulo se ostendisset, utrumque regem sua multitudo consalutaverat tempore illi praecepta: at hi numero avium regnum trahebant. Inde cum altercatione congressi, a certamine irarum ad cædem vertuntur. Ibi in turba ictus Remus cecidit. Vulgatior autem fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. Inde ab irato Romulo (cum verbis quoque increpitans adjecisset: Sic deinde, quicumque alius transiliet mea mœnia) interfectum. Ita solus potitus imperio Romulus, condita urbs, conditoris nomine appellata.* Ita Livius. Probabilius ergo videtur, quod a militibus Remi patria profugis urbs nostra condita, vel Remorum gens instituta putatur: cum & mœnia Romanis auspi-

A

ciis insignita, & editior porta Martis (Romanæ stirpis, veterum opinione, propagatoris) ex nomine vocitata, priscum ad hæc quoque nostra cognomen reservaverit tempora. Cujus etiam fornicem prodeuntibus dexterum, lupæ, Remo Romuloque parvis ubera præbentis, fabula cernimus innotatum. Medius autem, duodecim mensium, juxta Romanorum dispositionem, panditur ordinatione desculptus. Tertius qui & sinister cygnorum vel anserum figuratus auspicio. Nautæ siquidem, cygnum bonam prognosim prodere ferunt, ut ait Æmilius.

Porta Martis.

B

Cygnus in auspiciis semper lætissimus, ales:
Hunc optant nautæ, quia se non mergit in undas.

Anseres quoque nocturnas excubias celebrant, quas cantus assiduitate restantur. Denique Romana etiam capitolia Gallo servasse traduntur ab hoste.

Nec mirum tamen, urbis nostræ conditionem vel originem non in propatulo dari, cum de ipsius gentium, vel orbis dominæ Romæ conditione, Isidoro teste, oriatur plerumque dissensio: ut ejus diligenter agnosci non possit origo. Nam Sallustius: *Urbem*, inquit, *Romam, sicut ego accepi, condidere atque habitavere initio Trojani, qui Ænea duce sedibus incertis vagabantur.* Alii dicunt ab Evandro secundum quod Virgilius:

Isidor. l. 13 origin. c. 1.
Sallust. in Catilin.

C

Tunc Rex Evandrus Romanæ conditor arcis.

Virg. 8. Æneid.

Eutropius quoque in libro historiarum sic loquitur dicens: *Romulus cum inter pastores latrocinaretur, XVIII. annis natus, urbem exiguam in Palatino monte constituit, conditam civitatem ex nomine suo Romam vocavit. Post hunc Tullus Hostilius eam, adjecto Cælio monte, ampliavit. Indeque cæteri diversis diversi temporibus principes, ejus editores vel amplificatores extitere.* Urbis autem nostræ nomen Durocortorum quondam dictum, Cæsaris astruitur historia, in qua libro sexto sic legitur: *Vastatis regionibus, exercitum Cæsar Durocortorum Remorum reducit, conciliaque in eum locum Galliæ indicta, de conjuratione Senonum & Carnutum quæstionem habere instituit.* Æthicus etiam in Cosmographia sic memorat. *A Mediolano per Alpes Cotthias Viennam M. pm. CCCIX. Inde Durocortorum, M. pm. CCCXXXIII. quæ fiunt leugæ CCXXI. Item a Durocortoro Dividorum usque M. pm. LXII. Item alio itinere a Durocortoro Dividorum usque M. pm. LXXXVIII. Item a Durocortoro Treveras usque leugæ XCIX. Item a Bagaco Nerviorum Durocortorum Remorum usque, M. pm. LIII.*

Eutrop. l. 1. hist. Rom.

Jul. Cæs. de bello Gall. in fine.

D

CAPUT II.

De amicitia Romanorum atque Remorum.

Jul. Cæsar. de Bello Gall. lib. 2. initio.

CONstat itaque Remorum populum populo Romanorum tenacissima priscis olim temporibus, amicitia junctum, prælibatæ Julii Cæsaris historiæ libris hoc ipsum adstipulantibus, ubi legitur. *Eo*, scilicet ad fines Belgarum, *ipso Cæsare de improviso, celeriusque omnium opinione, perveniente, Remos (qui proximi Galliæ ex Belgis sunt) ad eum legatos Iccium, & Andebrogium primos civitatis suæ misisse, & se suaque omnia offerentes in fidem atque amicitiam populi Romani omnino conjurasse, paratosque esse & obsides dare, & imperata facere, & oppidis recipere, & frumento, cæterisque rebus juvare. Reliquos omnes Belgas in armis esse, Germanosque qui ripas Rheni incolunt sese cum his conjunxisse, tantumque esse eorum omnium furorem, ut ne Suessiones quidem, fratres consanguineosque suos, qui eodem jure, eisdem legibus utantur, unumque magistratum cum illis habeant, deterrere potuerint, quin cum his consentirent.* Item. *Cæsar postquam omnes Belgarum copias in unum locum coactas ad se venire vidit, neque jam longe abesse, ab his quos miserat exploratoribus, & ab Remis cognovit, flumen Axonam, quod est in extremis Remorum finibus, exercitum traducere maturavit, atque ibi castra posuit. Quæ res & latus unum castrorum ripis fluminis munitum & post eum quæ erant, tuta ab hostibus reddebat, & commeatus ab Remis, reliquisque civitatibus, ut sine periculo ad eum portari possent, efficiebat. In eo flumine pons erat. Ibi præsidium ponit, & in altera parte fluminis Titurium Sabinum Legatum cum sex cohortibus reliquit. Castra in altitudinem pedum* XII. *fossarque pedum* XVIII. *munire jubet. Ab ipsis castris oppidum Remorum, nomine Bibrax, quod aberat milia passuum* * XVIII. *ex itinere, magno impetu Belgæ oppugnare cœperunt. Ægre eo die sustentata est Gallorum atque Belgarum oppugnatio hac. Ubi circumjecta multitudine hominum totis mœnibus, undique in murum lapides jaci cœpti sunt, murusque defensoribus nudatus est, testudine facta, portis succedunt, murumque subruunt, quod* * *tum facile fiebat. Namque tanta multitudo lapides ac tela conjiciebant, ut in muro consistendi potestas esset nulli. Cum finem oppugnandi nox fecisset, Iccius Remus, summa nobilitate & gratia inter suos qui tum oppido præfuerat, unus ex his, qui Legati de pace ad Cæsarem venerant, nuntium ad eum mittit, nisi subsidium sibi mittatur, sese diutius sustinere non posse. Eo de media nocte Cæsar, iisdem ducibus usus, qui nuncii ab Iccio venerant, Numidas & Cretas sagittarios & fundatores Baleares subsidio oppidanis mittit. Quorum adventu, & Remis cum spe defensionis studium propugnandi accessit, & hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit. Itaque paulisper apud oppidum morati, agrosque Remorum depopulati, omnibus vicis, ædificiisque quo adire poterant incensis, ad castra Cæsaris omnibus copiis contenderunt, & a milibus passuum minus duabus castra posuerunt.* Et post pauca. *Hostes protinus ex eo loco ad flumen Axonam contenderunt, quod esse etiam post nostra castra demonstratum est. Ibi vadis repertis, partem copiarum suarum transducere conati sunt, eo consilio, ut, si possent, castellum, cui præerat Quintus Titurius legatus expugnarent, pontemque interciderent. Si minus potuissent agres Remorum popularentur, qui magno nobis usui ad bellum gerendum erant, commeatusque nostros sustinebant. Cæsar certior factus a Titurio, omnem equitatem & levis armaturæ Numidas, funditores, sagittariosque pontem traducit, atque ad eos contendit. Acriter in eo loco pugnatum est. Hostes impeditos nostri in flumine aggressi, magnum eorum numerum occiderunt. Per eorum corpora reliquos audacissime transire conantes, multitudines telorum & audacia repulerunt: primos qui transierant, equitatu circumventos interfecerunt.* Item in eadem Historia lib. III. *Cæsar Labienum legatum in Treviros, qui proximi Reno sunt, cum equitatu mittit. Huic mandat Remos reliquosque Belgas adeat, atque in officio contineat.* Item in V. *Tantam omnium voluntatis commutationem*, Cæsar scilicet, *attulit, ut præter Heduos & Remos, (quos præcipuo semper honore Cæsar habuit: alteros pro vetere ac perpetua erga populum Romanum fide: alteros pro recentibus belli Gallici officiis) nulla fere civitas fuerit non suspecta nobis.* Item in VI. *Carnutes legatos, obsidesque mittant, usi deprecationibus Remis, in quorum erant clientela. Eadem ferunt responsa*, quæ videlicet Senones, *obsidibus imperatis.*

Ibid. — Gal. Ayne. — Orig. octo. — MS. aliter. — Orig. interscinderent. — Cæsar lib. 3. — Lib. 5. in fin. — Lib. 6. initio

Principatum quoque Remos antiquitus inter sibi finitimos tenuisse constat. Sed & apud Romanos id ipsum obtinuisse, auctumque sibi legitur in præmissa, tam jus, quam decus, historia, ut in eodem libro VI. *Sequani principatum dimiserant: in eorum locum Remi successerant.* Semper enim, & in omnibus bellis Remi fidem Romanis servaverant. & in VII. etiam quando totius pene Galliæ populi adversus Romanos conspirasse, concilium que Bibracte habuisse leguntur, illi nullatenus adesse voluere, quod amicitiam Romanorum sequebantur. In necessitatibus autem copias eos Romanorum sustentasse proditur, ut in quinto hujus historiæ lib. *Quo anno frumentum propter siccitates angustius provenerat, coactus est*, Cæsar scilicet, *aliter ac superioribus annis, exercitum in hibernis collocare, legionesque in plures civitates distribuere. Ex his unam in Morinos ducendam, C. Fabio legato dedit: alteram in Nervios Q. Ciceroni: tertiam in Essuos* * *L. Roscio: quartam in Remis cum T. Labieno in confinio Trevirorum hiemare jussit.* Item in VII. *C. Fabium & L. Minutium cum legionibus duabus in Remis collocat.* Insuper & usque ad internecionem pene Remos pro salute Romanorum certasse, Orosius etiam lib. VI. astipulatur, eo prælio quod Bellovaci, post ceterorum Gallorum, qui arma contra Romanos tulerant, devictum exercitum, instauraverant, magnam Remorum manum, quæ auxilio Romanis erat afferens trucidatam. Remos denique præliis fortes, optimosque fuisse jaculatores: sed & ad bella civilia quibus Pompeio superato, monarchiam totius, ut fertur, orbi obtinuit, Cæsare invitante profectos, Lucanus lib. primo testatur his versibus.

Lib. 7. post med. — Lib. 5. ante med. — MS. P. — Lib. 7. in fin. — Paulus Oros. lib. 6. hist. c. 11. — Lucan. lib. 1 de bell. civ. — ms. j. Bitures

Rura Nemetis
Qui tenet, & ripas Satyri, quæ littore curvo
Molliter admissum claudit Tarbellicus æquor,
Signa movet, gaudetque amoto Santonus hoste.
Et * *Biturix, longisque leves Axones in armis,*
Optimus excusso Leucus, Remusque lacerto.

Optima gens flexis in gyrum Sequana frenis,
Et docilis rector rostrati Belga covini.

CAPUT III.

De primis hujus Urbis Episcopis.

NEc solum apud Ethnicos tunc temporis tanti habitum Remorum populum, quin & apud primos Ecclesiæ Dei propugnatores, atque per Evangelium in Christo patres, primæ hujus provinciæ nostræ sedis Pontifices constat semper honore decoratos: adeo ut ipse Beatissimus Ecclesiæ Christi princeps, Petrus
S. Sixtus. Apostolus, urbi nostræ B. Sixtum a se Archiepiscopum ordinatum, cum suffraganeorum auxilio censuerit delegandum, idoneos ei, ac necessarios in eadem provincia destinans socios
S. Sinicius. S. Sinicium videlicet, Suessionicæ sedis primo,
S. Memmius nostrum postea Præsulem, ac B. Memmium Catalaunicæ urbis rectorem. S. vero Sixtus Remorum primus Episcopus, etiam Suessionicam fundasse fertur Ecclesiam, & B. Sinicium collaboratorem & cooperatorem suum inibi constituisse: quique post ejusdem S. Sixti decessum, nepote suo, ut ferunt, Sancto Diviriano Suessioni a se Pontifice ordinato, quoniam novitee institura Remensis Ecclesia, lacte adhuc, tenera sorte fovebat pignera, necdum ad onus Pontificale perferendum robusta, Remis Archiepiscopalem, ea cogente necessitate, subiit cathedram. Ubi pro animarum salute fideliter elaborans, bonumque certamen decertans, cum decessore, ut in cœlis, ita etiam meruit in terra habere consortium, unius ejusdemque templi tumbæque sortitus cum B. Sixto sepul-
Basilica SS. Sixti & Sinicii. chrum. Quorum postmodum meritis Basilicæ domus ipsorum claris illustrata miraculis, nonnullis dotata ditatur muneribus: agris quoque domibusque ac vineis locupletata, clericorum pariter enituit ministeriis decorata. Quorum nonnunquam duodecim, nonnunquam decem, ut domni Sonnatii Præsulis tempore, ibidem reperitur congregationem fuisse, donec moderno tempore, abundante iniquitate, & refrigescente caritate, deficere Deo inibi militantium chorus, & unius ipsum cœpit esse templum
al. Presbyterii. ª Presbyteri titulus. Quocirca etiam ipsorum nuper abinde ossa translata, in Ecclesia Beati Remigii post altare Sancti Petri, eorumdem præceptoria, servantur recondita. Nec eos Ecclesiam nostram tantummodo ab urbe Roma constat habuisse patres vel fundatores, quæ Martyribus etiam redimita, eorumque sacrata sanguine atque triumphis, sub ipso Neronianæ persecutionis articulo, decorata probatur.

CAPUT IV.

De primis ejusdem Martyribus Urbis.

S. Timotheus. BEatus siquidem Timotheus, ab Orientis partibus ad hanc Remensem urbem perveniens, Jesu Christi Domini publice non veritus est prædicare veritatem. Unde & a Præside Lampadio, qui tunc præerat huic populo, tentus, & quod novæ legis propositum hominibus suaderet, conventus: hinc minis principum, legumque severitate vexatus, opum quoque pollicitatione tentatus, responsum quod olim ab Ecclesiæ principe didicerat, improbo incussum supernæ nundinatori gratiæ, repen-

A dere non timuit: Divitiæ, inquiens, tuæ tecum sint in perditionem, & ibis cum ipsis in ignem æternum. Dominus enim meus Jesus Christus filius Dei, ipse te judicaturus est. Tunc Præses ira repletus, jussit eum torqueri. Et dum Christum constanter inter ipsa cruciatum confiteretur tormenta, inferens inter cetera, quod illi, quos Præses pro Christi nomine se putabat occidere, ipsi pœnaliter eum judicaturi essent: & Præses diceret: Ergo tu judex eris mei? Ego te occidam, & quis erit qui te aripiat de manibus meis? Sanctus Timotheus respondit: Dominus meus cui credo, potest liberare me, in te autem debita tor-
B menta immittet. Iterum dum per supplicia multa cruciari jussus fuisset, ait ad judicem: Quanto tu mihi ampliora tormenta intuleris, tanto amplius refrigerium præstabitur Dominus cui credo. Et cum cæderetur a ministris, exclamavit voce magna, dicens: Aspice Domine, & vide quæ infert diabolus servo tuo, ne me derelinquas, ne dicant homines, ubi est Deus ejus? Præses denique jussit calce viva & aceto aspergi plagas ipsius. Sanctus vero Timotheus dixit: Ago tibi gratias, Domine Jesu Christe, qui mihi das tolerantiam ut hæc possim sufferre. Ita istud factum est in corpore meo, tanquam oleo perunctus sim. Unus autem de ipsis cædentibus, nomine Apollinaris, vidit duos Angelos stantes ad latus ejus, & dicentes illi: Confortare Timothee, missi
C autem sumus ad te, ut ostendamus tibi Dominum Jesum Christum, pro cujus nomine sustines pœnas, ut videas quæ aguntur in cælis, erige caput tuum & vide. Aspiciens autem S. Timotheus vidit cœlos apertos, & Jesum ad dexteram Patris coronam tenentem ex lapidibus pretiosis, ac dicentem sibi: Timothee, hæc quam vides, tibi parata est. Accipies illam tertia die imminente de manibus meis. Et Angeli dixerunt ei: Confortare Timothee, & abierunt in cœlos. Apollinaris vero, cum hæc vidisset, procidens ad pedes ejus, dixit ei: Conversio S. Apollinaris.
D Domine Timothee ora pro me: Ego enim libentissime torquebor pro nomine Christi, quia vidi tecum loquentes viros splendidissimos, dum tecum loquerentur magnalia Dei illius qui regnat in cœlo. Tunc Præses, ut vidit se esse confusum, dixit: Sistatur Apollinaris: afferte autem mihi plumbum bulliens, & effundite in os ipsius, ut non talia verba loquatur. Cumque allatum fuisset plumbum bulliens, & missum in ore ejus, factum est frigidum tanquam glacies. Viso autem hoc miraculo, multitudo magna credidit in Dominum Jesum Christum. Tunc Præses iracundia plenus & confusione dixit:
E Ducite illos in carcerem, usque dum ego pertractem quo supplicio interficiantur. Cum autem ducerentur, plurima turba sequebatur eos flens, & dicens: O injustum judicium, quod incidit in civitatem istam! Perducti sunt vero in carcerem, & multi erant circa eos, desiderantes consolari a S. Timotheo. Ipsa autem nocte adveniens quidam Presbyter, nomine Mauras, multitudinem hominum baptizavit in nomine Domini nostri Jesu Christi. Apollinaris vero cum baptizaretur vidit cœlos apertos & audivit Angelum dicentem sibi, Beatus es Apollinaris qui credidisti, beati omnes qui tincti sunt in aqua, in qua tu purificatus es. Quicunque hac nocte hic bapti-

A zatus fuerit, crastina die in Paradiso suscipietur. Hoc autem dictum omnes qui ibidem aderant audierunt, & genua flectentes, dixerunt: Parce nobis Domine Deus noster, & præsta misericordiam tuam his qui diligunt nomen tuum. Altera autem die jussit Præses adduci eos ante tribunal suum. Astantibus autem illis Præses dixit: Stulti homines, quæ res vos circumvenit, ut credatis in hominem crucifixum, qui sub Pontio Pilato multa perpessus est, novissime autem crucifixus asseritur. Tunc illi responderunt, dicentes: Vidimus in hac nocte Angelum Dei loquentem cum Sanctis quos tu tenes in carcere: & ipsi Angeli dixerunt nobis hodie ituros esse in paradisum, & accepturos coronas quas tui oculi videre non merebuntur. B Præses vero iracundia plenus, jussit * cunctos decollari. Cumque ducerentur Sancti extra civitatem, signaverunt se signaculo Christi, & sic martyrizati sunt, confitentes Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Fuerunt autem omnes qui decollati sunt quinquaginta viri sub die undecimo Calendas Septembris.

MS. j. singulis. Usus signi Crucis. Quinquaginta martyr. 22. Augusti.

Altera autem die procedens Præses sedit pro tribunali, Sanctum vero Timotheum & Apollinarem adduci præcepit. Astantibus autem illis, ait ad eos Præses: Infelicissimi hominum consentite præceptis Imperatorum, & adorate eos quos illi adorant. C Timotheus & Apollinaris dixerunt: Nos dæmones non adoramus, sed solum Dominum Jesum Christum, qui est Deus vivus & verus, ipsum oportet confiteri nos. Tu ergo ne putes nos artibus tuis separari a caritate, & a regno Dei. Hoc autem tibi notum sit, quia qua hora nos putas mortificari, tunc vivificamur, sicut illi qui a te hesterna die interfecti sunt, & vivunt in cœlis. Te ergo vere percutiet Jesus Christus ulcere pessimo. Iratusque Præses, dixit: Istos si non mortificavero, alii multi ad novam sectam venturi sunt. Sic dedit adversus eos sententiam, ut gladio interficerentur. Illi autem cum magna fiducia perducti sunt extra civitatem in via quæ appellatur Cæsarea, in locum qui Buxitus dicitur, D ibique martyrizavit eos, sub die decimo Calendas Septembris, & coronati sunt ab Angelis, & vox audita est, dicens: Venite Timothee & Apollinaris dilectissimi mei, & ostendam vobis quanta mirabilia meruistis pro animabus vestris, quas obtulistis pro nomine meo: & scitote quæ facturus sum Lampadio Præsidi. Statimque jaculum igneum descendit de cœlo multis videntibus, & ingressum est humerum ejus dextrum, & a dæmonio arreptus vitam finivit. Corpora vero sanctorum sepulta sunt a Christianis die nono Calendas Septembris. E Eusebius quidam vir spectabilis, qui & ipse per verbum ipsorum credidit, fabricavit illis basilicam, in qua multa signa & remedia ostenderunt. Cæcis visum, claudis gressum reddiderunt, & qui a dæmonibus vexabantur curati sunt in nomine Domini nostri Jesu Christi. Eorum vero corpora domnus Tilpinus Archiepiscopus veteri promovens tumulo, sepulchrum ipsorum decenter argento decoravit & auro. Altare denique quod ante tumbam eorundem stat medium, sancti Mauri fertur reliquiis & honore dicatum, qui eodem, quo præfati, tempore, pro Christo cæsus capite, ipsorum meruit consortio renitere.

S. Timothei & Apollinaris martyr. 23. Augusti

Horrenda mors Præsidis.

Basilica SS. Timot. & Apollinaris

A Cujus ossa in Ecclesia B. Celsini servantur deposita. Caput autem infra civitatem intra B. Dei Genitricis Mariæ Basilicam in arca secus altare veneratur reconditum. Ipsa etiam præmissorum Ecclesia Martyrum pignoribus complurium traditur insignita Sanctorum. In cujus dextera parte Sanctorum Silvani & * Silviani: in sinistra vero sancti Tonantii & sancti Jovini feruntur reservari corpora. Hic etiam in eadem Sanctorum basilica beatus Remigius tumulum sibi parari præcepisse reperitur, ut post conditam testamenti sui continentiam subintulit, addens: *Post conditum testamentum, immo signatum, occurrit sensibus meis, ut basilicæ domnorum martyrum Timothei & Apollinaris missorium argenteum sex librarum ibi deputem, ut ex eo sedes futura meorum ossium componatur*. B Sed & in ipso testamento suo, duodecim solidos ad ipsius basilicæ cameram struendam jusserat dari. Diversi quoque diversis idem locupletavere dotibus templum: ubi Domnus Gondebertus, vir clarissimus, cum uxore sua Bertha, villam in pago Vontinse sitam, Perthas nomine, dedit. Reperitur autem congregationem ibidem nonnunquam viginti, nonnunquam duodecim fuisse clericorum, ut in tempore Theoderici regis, quando ad eandem basilicam prædiorum donaria plura leguntur tradita. Et usque ad recentia nuper tempora (quibus religione deficiente, ad unius est redacta Presbyteri titulum) C Deo servientium cœtu, dignoscitur insignita virorum. Nonnullis etiam aliis templa locis, eorum splendent honore decorata: quoniam signis pluribus eis olim coruscantibus, amatores Christi memoriis ipsorum suas excolere studuerunt atque munire possessiones. Quorum quidam, ceu Gregorius Turonensis Episcopus in libro miraculorum refert, eorum reliquias, ædificata horum honore basilica, devotus expetiit. Quas Pontifice loci per Presbyterum honorifice dirigente, dum iter idem Presbyter ageret, ab obvia quadam muliere salutatus, obnixe importuneque ab ea rogatus D est, ut horum sibi quiddam pignorum condonaret. Qui diu nutatim differens, mulieris improbitate tandem devictus, sacrorum cinerum particulam tradit roganti. Ascensoque caballo, injunctum sibi moliens iter expedire, nullatenus eum percussis admodum lateribus, valet itineri promovere. Insuper ipse quoque sic interim prægravatus opprimitur, ut vix valeret attollere caput. Ita demum animadvertens virtute se detineri Martyrum, motus pœnitentia recepit oportune, quod largiri præsumpsit incongrue, redhibitaque sacrorum quam dempserat portione, liber ad jussa relaxatur abire. E Apud Duodeciacum quoque vicum horum constructa decore sanctorum basilica Martyrum, magnorum prædicatur radiare nitore magnalium, optabilique resulgere gratia sanitatum.

j. Silviniani

Hodie 12. sunt Canonici in Eccl. S. Timoth.

Greg. Turon. l. 1. miracul. seu de gloria martyr. c. 55

Beati denique Timothei ossa, Rex Otho, concedente Artaldo Archiepiscopo, transferri fecit in Saxoniam, & Monasterium Monachorum in ejus instituit honore. In qua translatione multa mira feruntur ostensa. Nam & Anno tunc Abbas, nunc Episcopus, mihi retulit, a quo eadem sacra pignora translata sunt, præter alia plura remedia, duodecim inter claudos & cæcos fuere curati. Beatus quoque Apollinaris ossibus suis in Orbacense Mo-

Otho 1. qui & magnus.

nasterium translatis, nonnullis inibi florere
spectatur gratiarum insignibus.

CAPUT V.

De successoribus præmissorum Præsulum.

FRequentibus igitur persecutionum procellis
intonantibus, Ecclesiæ puppis nostræ ja-
ctata, diversisque oppressa fluctibus, quoniam
caput vix attollere poterat, quanto sedes ip-
sa tempore rectore vacua digno resederit, haud
facile panditur: adeo ut post præmissos nostræ
fidei patres, beatum Sixtum atque Sinicium,
S. Amansius unum duntaxat præsulem inveniamus Aman-
sium ad imperium usque Constantini, sub quo
Betausius. Betausius reperitur, qui cum Primogenito Dia-
cone suo, primus ex hac Belgica provincia le-
1. Synodus Arelat. gitur Arelatensi primæ interfuisse Synodo, re-
latæ per Marinum Episcopum beatissimo Papæ
an. 314. Silvestro, Volusiano & Aniano Consulibus.
Aper. Post quem Aper, inde Maternianus, cujus re-
S. Maternianus. liquias ossium domnus Hincmarus Archiepisco-
pus Ludovico regi Transreonsi, se direxisse
commemorat in epistola pro ejusdem, aliorum-
que Sanctorum pignoribus ad eumdem regem
S. Donatianus. transmissa. Hinc Donatianus extitit Episco-
pus, cujus etiam pignora maritimas in partes
Episcopii Noviomagensis vel Tornacensis per-
lata, vario signorum memoratur splendore
S. Vincentius. decorata. Quem beatus Viventius tam celsus
illustris vitæ meritis, quam claro Pontificalis
sequitur ordine culminis. Cujus etiam sacra
membra domno Ebone Antistite nostro deferen-
Brans. te, super fluvium Mosam translata, Braquis
instructa Ecclesia, dispositaque famulariorum
caterva Clericorum, debito deponuntur hono-
re servanda. Ubi etiam pluribus olim reti-
nuisse prædicatur insignibus, claudis gressum,
cæcis quoque reformans aspectum, cui successit
Severus. Severus.

CAPUT VI.

De sancto Nicasio.

S. Nicasius. POst præmissos Præsules beatus Nicasius cul-
tu sequitur Pontificatus, magnæ vir cari-
tatis, magnæque constantiæ, sub Vandalica in
Galliis persecutione, sanctæ sibi commissæ va-
lidissimus rector Ecclesiæ, in pace quidem no-
bilitator ac decorator: in periculis vero mo-
derator & tutor, piis populum doctrinis &
exemplis instituens, decoremque cœlibis spon-
sæ Christi Ecclesiæ, fabricis & ornatibus at-
tollens. Is namque sedis hujus sanctæ basili-
cam in honore perpetuæ Virginis Dei Genitri-
Transfert Sedem Episcopal. ad Eccl. B. Mariæ. cis Mariæ, divina traditur admonitus revela-
tione fundasse, quam proprio quoque consecra-
vit sanguine. Cathedra siquidem Pontificalis
antiquitus in Ecclesia, quæ ad Apostolos dici-
tur, extitisse fertur. Hic beatus Antistes an-
gelica præmonitione instructus, futuram longe
ante præscisse docetur internecionem; perni-
ciosamque prosperitatis redarguendo securita-
tem, imminentem divini prædixisse verberis
ultionem. Portabat autem caritatis humeris
anxius peccatorum crediti sibi gregis pondus,
mori paratus pro omnibus, ut iram indigna-
tionis Dei a populo averteret, aut in ipsa
certe vindicta, cælestem clementiam humilita-
tis spiritu & animo contrito placaret, ne us-
que ad animam, licet temporalis, at non æ-
ternalis perveniret gladius. Sed quia verbi
Dei semen in spinis divitiarum suffocatur con-
situm, prosperantesque, & in vanitate sæculi
gloriantes, monita salutis aure cordis ad fru-
ctificandum non admittunt: immo perituris
implicati occupationibus, nec vera vitæ, quin
lethifera peccati, mortisque stipendia sequen-
tes, quoniam perfecte mala non oderant, ve-
ra sectari bona digne non valebant. Piam in-
super religionem negligere, divinitatis præce-
pta postponere, vanitatibus inservire, concu-
piscentiæ vitiis inhærere, schismatica scanda-
la suscitare, Deumque (proh dolor!) in his
omnibus haud metuebant offendere. Et ecce
subito ejusdem prosperitatis temporibus, ani-
mositas dirissimarum gentium commota, Dei
offensionis iram in diversas vindicatura pro-
vincias, intentione truculenta, Wandalorum
multitudo properanter accelerat, subversis mul-
tarum munitionibus urbium, gladioque inter-
emptis utriusque sexus progenitoribus cum fi-
liis, non aliam dignitatis gloriam, non aliud
aliquid in temporalibus lucris tam desideran-
ter concupiscere cernebatur, quam humanum
haurire ac fundere sanguinem, & Christiano-
rum duntaxat sitire internecionem. Sub hujus
vero tempestatis turbine, gloriosi renitebant
in Galliis inter Episcopos viri, sanctissimus Re-
morum præsul Nicasius, & beatissimus Aure-
lianensium Pontifex Anianus, sanctus quoque
Lupus Trecassinus, & beatus Servatius Tun-
grensis Antistes, aliique nonnulli virtutibus
insignes, qui hanc indignationis Dei, suis me-
ritis ac precibus, iram diu differre certaverunt,
ut omnibus hæresibus & pravitatibus populi
restinctis, ad Catholicam religionem & verum
Dei cultum per pœnitentiam revocarent, ac
tantæ persecutionis, & divinæ animadversionis
gladium ab Ecclesiæ cervicibus avocarent. Sed
(proh nefas!) *impius*, ut scriptum est, *cum
in profundum peccatorum venerit, contemnit*, Prov. 18.
salutaribus eorum præceptis nullatenus obtempe-
rabant. At vir beatiss. Nicasius præsul, instantibus
studiis, continuisque doctrinis ac precibus, po-
pulum Dei ad pœnitentiam seu patientiam,
& triumphum martyrii provocabat, ut quos
incauta prosperitas ad offensionis impulerat fo-
veam, adversitatis devota tolerantia, non ju-
dicium damnationis, sed gratiam purgatio-
nis, causamque salutis efficeret. Interea ca-
strametantur agmina Wandalorum circa urbem
Remorum, universaque regione depopulata,
neces tantum inibi habitantium ferventissime
pertractantes Christianorum. Hos veluti Deo-
rum suorum inimicos, & moribus paganorum
contrarios, interimere, penitusque de terra
delere ambiebant. Beatus itaque Nicasius ani-
mam suam pro fratribus, Christi sequens ex-
emplum, ponere paratus, elegit, obnixeque
proposuit, sibi commissum nullatenus omittere
gregem: prorsus instituit, aut cum eis pariter
vivere, aut pariter, quod eos paterfamilias
perpeti vellet, sufferre: ne fugiendo, Christi
videretur (sine quo non possunt homines vel
vivere vel fieri Christiani) deserere ministe-
rium. Unde & juxta B. Augustini sententiam, August. ep. 80
majorem charitatis reperit fructum quam qui
non propter fratres, sed propter seipsum fu-
giens, atque comprehensus non negavit Chri-

stum, suscepitque martyrium. Metuebat enim
potius Antistes sanctissimus, ne se deserente,
lapides vivi extinguerentur, quam ne lapides
& ligna terrenorum ædificiorum, se præsente,
incenderentur: magis timens, ne destituta
Christi corporis membra spirituali victu, necarentur,
quam ne membra corporis sui hostili
Matth. 26. oppressa impetu torquerentur. Paratus ad
utrumque, ut si non posset hic calix transire,
fieret voluntas ejus, qui mali aliquid non potest
velle. Nec requirebat quæ sua sunt; sed
1. Cor. 10. imitans eum qui dixit: non quæro quod mihi
utile est, sed quod multis, ut salvi fiant.
Et ne magis fugiendo obesset exemplo, quam
vivendo prodesset officio, nulla ratione consensit
esse fugiendum. Neque temporalem mortem
(quæ quandoque ventura est, etiamsi caveatur
) sed æternam (quæ potest si non caveatur
venire, & potest si caveatur etiam non
venire) formidans; non sibi placens, nec personam
suam in tantis periculis fuga digniorem,
utpote gratia excellentem, judicans: ne
ministerium in his maxime periculis necessarium,
ac debitum, subtraheretur Ecclesiæ. Non
Joan. 10. ut mercenarius videns lupum venientem, dimissis
ovibus fugit: sed ut pastor bonus, pro
grege sibi credito animam paratissimus obtulit.
Et quod melius agendum invenire potuit,
sedulus ad Dominum pro se suisque fundere
preces elegit. Fatigatis igitur tandem præliatoribus
impugnatione continua, excubiis & inedia,
furentibusque circumquaque hostibus, ac
fortiter bello concutientibus urbem, nimio
terroris tædio civitas universa perculsa, ad
sanctissimum Nicasium in orationibus prostratum
decurrunt, futuram paganorum victoriam
pertimescentes, & auxilium consolationis ab
eo, velut a patre filii, requirentes. Interrogant,
quid utilius consilii faciendum decernat,
aut servituti gentium sese tradere, aut ad
mortem usque pro salute urbis dimicare. Beatus
autem Nicasius cœlitus divina præsciens
revelatione, Remorum subvertendam civitatem,
consolans eos, infatigabiliter Domini supplicabat
clementiæ, quatenus hæc tribulatio
mortis temporariæ, non ad judicium, sed ad
indulgentiam, persistentibus in vera fidei confessione
proficeret: pro animæ pugnare salute,
non armis visibilibus, sed probis docens moribus,
non corporalium fiducia virium, sed spiritalium
exercitatione virtutum. Hanc supernam
justo Dei judicio, peccantium sceleribus
excitatam demonstrans indignationem. Certum
saluris id prædicans esse consilium, si ad divina
compuncti flagella converterent animum;
suscipientes hæc non inviti aut desperantes,
ut iniquitatis filii: sed patientes ac mansueti,
ceu filii pietatis, promissa regni cœlestia
præmia percepturi. Exhortans eos, spe salutis
æternæ præsentem devotissime sufferre tribulationem;
ultroque seipsos ad hanc offerre momentaneam
necem, qua debitam reatibus perpetuæ
damnationis evadere mererentur ultionem,
quatenus eis mors præsens, non supplicium,
sed animarum fieret perenne remedium.
Pro inimicis eos etiam admonens exorare, ut
tandem aliquando resipiscerent ab iniquitatibus
suis, & qui ministri tunc videbantur impietatis,
possent cultores nonnunquam pietatis,
sectatoresque fieri veritatis. Seipsum paratum
esse depromens, ut bonum decet pastorem,

A pro ovibus animam ponere, præsentemque vi- Joan. 10.
tam contemnere, quatenus ipsi peccatorum
veniam & salutem secum mererentur æternam
accipere. Aderat etiam germana sua B. Eutropia,
virgo Christi sacratissima, quæ ob castitatis
munitionem, sanctissimum semper imitando
& adhærendo sequebatur Episcopum, ut &
ab spiritalibus aliena nequitiis a Domino servaretur
puritas mentis, & a carnalium corruptione
delectationum regeretur immunis integritas
corporis. Ambo itaque plebem Dei pro
viribus ad coronam martyrii piis exhortationibus
animabant; & agonem victoriæ suæ Domino
precibus commendabant. Dei tandem decreto
judicio irruptionis die, dum paganorum
B furibundum beatus Præsul Nicasius irruere comperit
impetum, Sancti Spiritus virtute roboratus,
alma comitante sorore, cum hymnis &
canticis spiritalibus ad ostium basilicæ Sanctæ
Dei genitricis Mariæ (quam ab eodem in hujus
urbis arce fundatam memoravimus) traditur
occurrisse, dumque divinæ deditus psalmodiæ,
versum Domino Davidicum pia voce decantat
inquiens; *Adhæsit pavimento anima*
mea, mox insequente gladio cervicem, cæsi Psalm. 118.
verbum pietatis ab ore non defecit: capite
in terram cadente, immortalitatis, ut traditur,
sententiam prosequuto: *Vivifica me secun-* MS. I. addit
dum verbum tuum, inferendo. Domine.
C Sancta vero Eutropia videns impietatem S. Eutropia.
circa se quasi mitigatam, & pulchritudinem
suam ceu paganorum libidinibus reservatam, super
eundem sacerdotis interfectorem insiliens,
magnoque clamore increpitans, & ad martyrii
sui bellum provocans, sacrilegi alapa faciem
percussi, oculos divini virtute numinis evulsos,
in terram proditur effudisse. Quæ mox
insanientium ferro jugulata, sacro fuso sanguine,
palmam victoriæ cum germano suo Pontifice
Christi, cæterisque triumphatoribus sanctis,
adipisci promeruit. Fuere siquidem nonnulli,
tam ex clero, quam ex laicali cœtu,
constantiæ hujus consectatores ac comites, qui
D per præsentis tolerantiæ participationem, æternæ
beatitudinis cum hoc beatissimo patre
suo consequi certavere communicationem. In-
ter quos Florentius diaconus, & beatus Jocun- S. Fulgent.
dus extitisse clarissimi referuntur: quorum ca- S. Jocundus.
pita Remis post altare Sanctæ Dei Genitricis
Mariæ tumulata servantur. Barbaros igitur de
constantia virginis, & profani speculatoris subitanea
mulctatione stupefactos, expleta cæde,
sacro inundante cruore, terribilis omnes horror
invasit, quasi cælestes acies dimicantes,
tanti sceleris vindices, aspicientes, ipsa quoque
horrendo reboante basilica sonitu. Relictis
ergo passim spoliis, territa Wandalorum
agmina, dum divinam metuunt ultionem, ir-
E revocabiliter per diversa fugientes, invasam
trepidi deserunt civitatem. Qua diu sic manente
solitaria, Christianis qui ad munitiones
montium fugerant, incursionem paganorum
trepidantibus, paganis vero cælestes quos ibi
pertulerant horrores pertimescentibus, sub divina
duntaxat Angelicaque custodia, Sanctorum
servabantur inibi martyrum corpora; ita
ut in noctibus a longe cælestia cernerentur
lumina, & suavissimis sidereis supernarum soni
virtutum choreis dulciter reboantibus, audirentur
a nonnullis carmina. Unde & cœlestis
victoriæ revelatione confortari tandem con-

cives, qui ad fepelienda Sanctorum corpora, divina remanferant providentia, cum precum votis ad urbem regredientes, inæftimabilem fuavitatis odorem, ubi Sanctorum decorabantur funera, hauriunt, gaudioque permifcentes gemitum, lacrymofis Dominum laudibus magnificant, & ad tumulandum facra fe præparantes pignora, congruis ea circa civitatem locis venerantet recondunt. Beatiffimi vero Nicafii Præfulis ac fororis ejus, facratiffima folemniter in cœmiterio S. Agricolæ, templo quondam a Jovino, Chriftianiffimo Romanæ militiæ magiftro, longe fcilicet ante fundato, magnificeque decorato, collocant membra: ut appareat, inftinctu divinæ procurationis, ad celebritatis iftorum dignitatem magis, quam ad primæ præparatam fuiffe conditionis auctoritatem. Hanc autem bafilicam præfatus vir Jovinus, his verfibus, aureo prætitulavit honore.

Hæc eft hodie Ecclefia S. Nicafii quomodo infra vocatur c. 12.

Felix militiæ fumpfit devota Jovinus
Cingula, virtutum culmen provectus in altum:
Bifque datus meritis equitum, peditumque Magifter,
Extulit æternum fæculorum in fæcula nomen,
Sed pietate gravi tanta hæc præconia vicit,
Infignefque triumphos religione dicavit,
Ut quem fama dabat rebus fuperaret honorem,
Et vitam factis poffet fperare perennem.
Confcius hic fancto manantis fonte falutis,
Sedem vivacem moribundis ponere membris,
Corporis hofpitium lætus metator adornat,
Reddendos vitæ falvari providet artus.
Omnipotens Chriftus judex venerabilis, atque
Terribilis, pie, longanimis, fpes fida precantum,
Nobilis eximios famulis non imputat actus.
Plus jufto fidei ac pietatis præmia vincant.

Ubi pofteaquam funt horum depofita Sanctorum Martyrum corpora, innumerabilibus eadem Ecclefia conftat miraculorum fignis redimita: ut & eorum meritis ac precibus, multitudo languentium recuperationis inibi percipiat alacritatem, & exemplis ipforum plebs ad cœleftem * difcat properare fublimitatem. Meminit hujus barbaricæ perfecutionis beatus Hieronymus fcribens ad quandam adolefcentulam viduam Ageruchiam nobilem, & exhortans eam de perfeverantia viduitatis; ita memorando inter cætera. *Innumerabiles & ferociffimæ nationes univerfas Gallias occuparunt. Quicquid inter Alpes, & Pyreneum, quod Oceano & Reno includitur. Quadus, Wandalus, Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alamanni, & o lugenda refpublica! Hoftes Pannonii vaftaverunt. Etenim Affur venit cum illis. Magontiacus, nobilis quondam civitas, capta atque fubverfa eft, & in Ecclefia multa millia hominum trucidata. Wangiones longa obfidione deleti. Remorum urbs præpotens, Ambiani, Atrabates, extremique hominum Morini, Tornacus, Nemetes, Argentoracus tranflatæ in Germaniam. Aquitania, Novemque populorum Lugdunenfis, & Narbonenfis Provinciæ, præter paucas urbes, cuncta populata funt, quas & ipfas foris gladius, intus vaftat fames*, &c. In præfata denique bafilica B. Remigius morandi traditur habuiffe confuetudinem, quatenus fanctorum Martyrum meritis,

* C. devote.

Hieron. ep. 11.

Pfalm. 82.

Virg. 8. Æn.

ut erat fpiritu femper, ita proximus redderetur & corpore. Monftratur adhuc ædicula fecus altare ubi fecrete Domino vacare, & infpectori fummo, beatifsimæ fpeculationis hoftias, turbis remotus popularibus, devotiffime confueverat immolare. Iftuc enim intentus his degebat officiis, quando comperto urbis incendio, cum divinitatis invocatione deproperans, Sanctorum fultus fuffragiis, lapidibus Ecclefiæ graduum deinceps expreffa reliquit veftigia.

CAPUT VII.

De miraculis ipfius Ecclefiæ.

Diverfis etiam multimoda clarificatione fertur hæc illuftrata temporibus ædes. Sed nos unum tantum quod noftris fere diebus actum, referentibus noftris qui interfuere patribus, agnovimus, propalandum putavimus. Solemnitas hiemali tempore præfatorum agebatur Martyrum quæ folito XIX. Cal. Januarias celebrari confuevit. Ad cujus celebritatis vigilias fratres temperius exurgentes, cuftodes ipfius Ecclefiæ dormientes, oftia quoque diligenter obferata reperiunt. Quæque diutius obterendo pulfantes, dum neminem refponfa dantem deintus accipiunt, domum Presbyteri petunt, portamque crebris incutientes ictibus, & tecta lapidibus verberantes, ubi nullum fibi qui pandat excitare prævalent, templi januam repetunt, quam fponte patentem reperientes, accenfa luminaria cuncta vident; fed auctorem facti neminem intus afpiciunt. Sicque poft orationem Chrifto gratias agentes, nocturnas ineunt laudes. Quibus jam magna parte decurfis, ad horum voces Presbyter excitatur, rem cum fuis admiratus, hymnos dicturus cum cæteris ftupefactus approperat. Nullumque demum accenfionis hujus, vel refecationis reperire queunt adminiftratorem, nifi fummum divini duntaxat muneris largitorem, qui Sanctorum fuorum jugi mirorum fplendore, propagare non defiftit honorem. Hujus autem B. Pontificis & Martyris pignora quædam Noviomagenfium Epifcopus quidam obtenta, fuam pertulit ad civitatem. Quæ tam apud Noviomum, quam & apud Tornacum caftrum, ubi nunc quoque fervari perhibentur, claris multifque referuntur illuftrata miraculis. Poftea vero cætera corporis ejufdem Martyris Fulco Archiepifcopus, fimul cum corpore beatæ fororis ejus Eutropiæ intra Remenfia tranfvexit mœnia, retroque poft altare S. Dei Genitricis Mariæ, ubi ea modo veneramur, juxta B. Papæ Calixti membra, debita recondidit reverentia.

Feftum S. Nicafii & fociorum 14. Decemb.

CAPUT VIII.

De S. Oriculo & fororibus ejus.

Sub eadem Wandalorum, vel Hunorum perfecutione, quidam Dei fervus, Oriculus nomine, Deo vacabat, cum fororibus fuis * Oricola & Bafilica in hoc eodem Epifcopatu Remenfi, in pago Dulcumenfi, vico Siuduno in Ecclefia quam conftruxerat: ubi fertur quoque peremptus a Barbaris cum prædictis fororibus fuis. Traditur etiam caput fuum, poftquam decollatus eft, ipfe in quodam fonte lavifse. De fanguine quoque fuo fignum crucis

* m. i. Oricula

Senuc.

A

(quod adhuc manifeste parere dicitur , in quadam petra digito figurasse suo, & proprium manibus caput ferens , sepulchrum , quod sibi * construxerat expetisse: ad quod multa miracula referuntur ostensa. Erat olim quidam rusticus ibi maneos , cui revelatio in somnis facta est, ut fontem de quo capur sibi sanctus Dei, ceu diximus , laverat, tecto cooperiret . Qui postquam bis admonitus facere id distulit , in infirmitatem decidit, in qua integro anno ægrotans decubavit . Posthæc votis , ut jussa compleret, promissis, convaluit, & fontem ligneis tabulis circumdans, operuit : ex quo fonte putantes , a diversis multi curantur languoribus. Presbyter ejusdem loci, nomine Betto, balneum ex ipsius puteo, quem infra Ecclesiam hic S. Martyr edidisse traditur , sibi parari præcepit: quo postquam ablutus est balneo sic elanguit, ut usque ad anni terminum ægrotus jacuisse, nec adhuc perfecte postea revigiusse constiterit. Quorum Sanctorum corpora uno dudum sarcophago recondita, tempore Seulfi Archiepiscopi levantur e terra , humo prius sponte patefacta , & loculo , in quo jacebant, ultro sursum mirabiliter elevato.

Ms. i. condiderat.

B

CAPUT IX.

De successoribus B. Nycasii.

POst præmemoratam Wandalorum discessionem, B. Nicasio Baruc Episcopali sede traditur successisse, quem Barucius, inde Barnabas subsecuti feruntur: tum Bennadius, cujus tamen Bennagius nomen in testamento suo , propria ipsius manu (velut inibi legitur) perscripto, reperitur cataxatum. Hujus enim ipse testamenti auctoritate, rerum suarum hæredem Remensem fecit Ecclesiam cum fratris sui filio, quem in sacro fonte, sub gratiæ sempiternæ traditione , se commemorat suscepisse . Inter cætera vero vas argenteum ab antecessore suo sanctæ recordationis Episcopo Barnaba, sibi, ut meminit , testamento collatum , Ecclesiæ suæ delegat hæredi : quod ad ipsius ornamentum (cum illud proprios distrahere potuisset in usus) se asserit reservasse . Deputat & solidos viginti ad ejusdem Ecclesiæ reparationem, cum agellis & sylvis. Presbyteris ipsius Ecclesiæ solidos octo: Diaconibus solidos quatuor: ad captivos solidos viginti : Subdiaconibus solidos duos : Lectoribus solidum unum: Hostiariis & Exorcistis solidum unum , Sanctimonialibus & in matricula positis solidos tres. Hæredem suam subinferendo alloquens Ecclesiam, ut in se ducat esse collocatum , quidquid Presbyteris, Diaconibus, ac diversis clericorum scholis, captivis quoque & pauperibus pro refrigerio sui fuisset in commemoratione devotum.

Baruc. MS. Baructius. Barnabas. Bennadius.

C

D

E

CAPUT X.

De sancto Remigio.

PRæfato Bennagio Beatissimus succedens Remigius , imbuendis ad fidem præfulgidum surrexit lumen gentibus . Quem divina pietas (ut Fortunatus quoque Poeta noster asserit) non solum priusquam nasceretur, sed & antequam conciperetur , elegit: in tantum , ut Montanus quidam Monachus, dum levissimo sopore quiesceret, tertio * fuisset admonitione pulsatus, ut matri suæ benedictæ Ciliniæ , quod masculum conceptura esset, veridica relatione prædiceret, & nomen ejus vel meritum designaret. Hic itaque Montanus in reclusione solitariam vitam ducens, jejuniis, vigiliis & orationibus assidue vacans , cæterarum quoque virtutum insignibus divinitati se commendabilem reddens, dum supernam Christi clementiam pro pace sanctæ ipsius Ecclesiæ , quæ variis apud Galliarum provincias vexabatur afflictionibus, indefessis precibus exoraret ; ubi quadam nocte carnis compellente fragilitate , membra permittit sopori , quiete reparanda , Angelicis subito per divinam gratiam choris, sanctarumque sibi videtur animarum cœtibus interesse , celeberrimum quoque haurire colloquium, eosque de Gallicanæ dejectione vel restitutione Ecclesiæ conferentes, & quia jam tempus esset miserendi ejus, percensentes, audire. Interea vocem a superioribus atque a secretioribus suavissime intonantem excipit: Quod Dominus de excelso sancto suo prospexit, de cælo in terram aspexit, ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum , ut annuntietur nomen ejus in gentibus , in conveniendo populus in unum & Reges , ut serviant ei. Et quod Cilinia in utero concipiens, filium pareret nomine Remigium , cui salvandus foret populus committendus . Vir igitur iste venerabilis tanto percepto solamine, post tertiam divinæ super his præceptionis admonitionem , visionis æthereæ nunciat oraculum Ciliniæ. Hæc autem beata genitrix in flore dudum juventutis, ex unico viro suo Æmilio pepererat Principium. Suessorum civitatis postea sanctum Episcopum & patrem B. Lupi , ejusdem Principii successoris. Miratur beata Cilinia , utpote jam provecta , quonam pacto fit anus paritura , vel sobolem lactatura . Et quia tam vir ejus , quam ipsa diebus jam multis processerant, effœti & carne infœcundi , nec spes ejus ulterius procreandi, nec appetitus inerat pigneris . Beatus vero Montanus , ut meritis accresceret patientiæ , corporalium privatus oculorum ad tempus extiterat lumine . Qui dictis ut fidem faceret , oculos sibi lacte ipsius asserit perungendos , moxque lumen amissum, pueri sibi fotu recipiendum. Gavisis ergo de tanta consolatione parentibus concipitur futurus Christi Pontifex: cujus adminiculante gratia, feliciter editus, nomen sacro sumit e fonte Remigius. In cujus lactatione promissum pridem vati gaudium, veraciter adimpletur, dum ejus oculis beatæ Matris illius lacte tactis, lumen olim perditum reparatur . Ortus est autem puer iste , præconiis declaratus antequam natus , in pago Laudunensi, alto parentum sanguine, jam tamen senum, diuque sterilium resplendens, insigne mirificatus in ortu , qui magnifice disponebatur mirificandus in actu. Nomen illi digne divina imponitur jussione Remigius , utpote qui Ecclesiam Dei , specialiterque Remorum , in hujus fluctuantis vitæ salo remis erat doctrinæ recturus, & ad portum salutis æternæ, meritis & orationibus perducturus. Remedium tamen eum fuisse vocatum in veteribus quibusdam reperitur scriptis. Quod & merita vel acta ipsius attendentes , rite crederemus, nisi gestis

Fortunatus initio vitæ S. Remigii.

Orig. fuerit

Ps. 101.

B. Cilinia mater Sancti Remigii.

gestis emendationibus, oraculo illum divino, Remigium nuncupari debere cognosceremus. In versibus etiam ab eo compositis, & ejus præcepto in vase quodam per eundem Deo dicato sculptis, ita lectum asseritur.

Hauriat hinc populus vitam de sanguine sacro.
Injecto æternus quem fudit vulnere Christus:
Remigius reddit Domino sua vota sacerdos.

Nutrix ejus S. Balsamia, Mater S. Remigii.

Quod vas usque ad moderna tempora perduravit, donec fusum, Nortmannis dudum in redemptionem datum est Christianorum. Hujus beatissimi Remigii nutrix B. Balsamia fuisse traditur, quæ mater extitisse S. Celsini memoratur: qui & ipse B. Remigii discipulus fuisse familiaris asseritur, miraculis quoque postmodum claruisse dinoscitur, & æquorum maxime votis adhuc insignis habetur: in cujus & ipsa B. Genitrix ejusdem requiescit Ecclesia. Traditus a parentibus scholæ B. Remigius literis imbuendus, brevi coævis, sed & natu majoribus doctrina eminentior est effectus. Cunctos superans condiscipulos, morum maturitate ac benevolentiæ caritate, populorum studens turbas vitare, atque solitarius in reclusione Domino deservire: quod & obtinuit, habitaque, sanctæ conversationis studiis adolescens pius, inclusione, Lauduni Christo militavit.

Lauduni solitaria vivit

CAPUT XI.

De ordinatione ipsius ad Episcopatum Remensem.

AST ubi vigesimum secundum ætatis subiit annum, defuncto præfato venerabili Bennadio Archiepiscopo, in hac urbe Remensi, omnium generaliter votis ad apicem Pontificatus non tam electus, quam raptus fuisse dinoscitur. Fit siquidem populi concursus, diversi quidem sexus, conditionis, dignitatis, & ætatis, una eademque sententia, hunc vere Deo dignum, & qui populis præfici deberet, acclamantis. Sanctissimus igitur adolescens his depressus angustiis, quoniam nec fugæ locus ei uspiam patebat, nec populo ut ab intentione cœpta desisteret, ullo modo satisfacere poterat, super ætatis infirmæ cœpit conqueri tempore, & quod Ecclesiastica regula hanc ætatem ad tantam non admitteret dignitatem, voce publica prædicare. Sed cum irrevocabiliter populi adclamaret frequentia, & vir Dei magna retineretur constantia, placuit omnipotenti Deo manifestissimis indiciis propalare, quod ipse de eo judicium dignabatur habere. Traditur enim cælestis radii lumen super ipsius sanctum subito descendisse verticem, & cum ipso lumine cœlitus ejus infusum capiti unguinis divini liquorem, cujus sacri nectaris, ejusdem totum videretur caput infusione delibutum. Omni ergo posthabita dubitatione, Præsulum Remensis unanimitate Provinciæ, Pontificali consecratur benedictione. Ad quod officium mirifice mox devotus & aptissimus apparuit exequendum: largus in eleemosynis, sedulus in vigiliis, attentus in orationibus, in humanitate profusus, in caritate perfectus, in doctrina præcipuus, in conversatione sanctissimus. Mentis purissimæ sinceritatem, pii vultus præferebat alacritate: clementissimique cordis benignitatem sermonis judicabat tranquillitate. Salutis æternæ munia non minus implens opere, quam edocens prædicatione. Reverendus aspectu, venerandus incessu, metuendus severitate, amplectendus benignitate censuram districtionis permixtione temperabat mansuetudinis. Minari quidem frontis videbatur austeritas, sed cordis blandiebatur serenitas: ut erga devotos Petrus appareret in vultu: contra delinquentes Paulus videretur in spiritu: sicque gratiarum diversitate in unum conveniente, illius pietatis, hujus erat imitator auctoritatis, neglector quietis, refugus voluptatis, appetitor laboris, patiens abjectionis, impatiens honoris, pauper in pecunia, dives in conscientia, humilis ad merita, superbus ad vitia. Et ut ante nos de ipso prædicatum legitur: sic in se diversas excoluit gratiarum virtutes, ut vix ita pauci tenerent singulas, quomodo ille implevit universas. Semper in sancti operis exercitio, semper in compunctionis affectu, nulla illi ex omnibus propensior cura, nisi aut de Deo in lectione, atque sermone: aut cum Deo in oratione loqui: sicque attenuato continuatis jejuniis corpore, de persecutore certabat inimico, jugi triumphare Martyrio. Inter hæc tamen omnia intendebat vir beatissimus, ut etiam ab aliis de ipso jamdudum prædicatum legitur: Jactantiam virtutum fugere, in quo non poterat gratia celsa latere. Præeminebat enim ad admirationem omnium, veluti civitas supra montis verticem sita: nec sub modio voluit Dominus hanc oculi lucernam, quam supra candelabri constituerat eminentiam, igne divinæ tribuens eam caritatis ardere, claraque splendidarum Ecclesiæ suæ virtutum lumina ministrare.

Catalogus virtutum ejus, & in eo descriptio boni Episcopi & Pastoris.

Hincmarus in libro de vita ipsius.

Hincm. ibid & Fortunatus.

Matt. 5.

CAPUT XII.

De diversis ab eo patratis miraculis, & doctrina ipsius.

AD cujus sanctitatis innocentiam, non solum rationabilium, sed etiam irrationabilium * consueverant agrestia corda mansuescere, adeo ut dum inter domesticos secretius eum contigisset habere convivium, & delectarentur in hilaritate carorum, passeres ad eum sine trepidatione descenderent, & mensæ reliquias ab ejus manu colligerent: discederent alii saturi, accederent alii saturandi. Quod ab eodem nequaquam jactantia propalabatur meritorum: sed id Dominus agi certa disposuerat utilitate conniventium, ut hoc, aliisque frequentissimis per hunc Christi famulum visis miraculis, sese dominicis ferventius studerent mancipare servitiis.

S. Consueverant.

Hic vir beatiss., cum ex more, quodam tempore pastorali solertia parochias circumiret, ut si negligenter aliquid in divinis cultibus ageretur, fidelis Christi servus agnosceret, in vicum Calmiciacum nomine, ipsius accessit studii devotione. Ubi dum quidam cæcus ab eo misericordiæ postulasset opem, cœpit qua dudum captus extiterat infestatione dæmonis, vexatione torqueri corporis. Tunc S. Remigius in oratione, qua Deo semper sancta intentione vacabat, corporea se dejectione prostravit, statimque pristinum cæco lumen redhibens, immundi quoque pestem spiritus effugavit; triplici remedio, nimirum victu solans egenum, munerans visu cœcatum, restituens libertati captivum.

Alio quoque tempore, dum pontificali sollicitudine parochiam peragraret, rogatus a quadam sobrina sua nomine Celsa, Deo sacrata, vil-

Gal. Cernay

jam ipsius, vocabulo Ceitum, adiit. Ibi dum beatus vir, spiritalibus colloquiis vitæ propinat hospiti de more pocula, minister præfatæ Celsæ, vini sufficientiam dominæ suæ nuntiat non adesse. Re hujuscemodi cognita, S. Remigius hanc hilari consolatur vultu & post blanda verbi solamina ejusdem sibi domus ostendi præcepit habitacula. Sicque de industria prius perlustrans cætera, tandem ad cellam pervenit vinariam: quam sibi faciens aperiri, rogitat si forte remanserat in aliquo vasorum quidpiam vini. Et designato sibi vase, in quo tantillum vini, pro salvando scilicet eodem, relictum fuerat, claudi præcepit ostium, jussoque consistere loco cellerarium: ipse vero ad alteram accedens vasis frontem, super idem, quod erat non modicæ quantitatis Christi annotat Crucem, flectensque genua secus parietem, cœlo devotam dirigit precem. Cœpit interea (mirum dictu) vinum per foramen superius exundare, ac supra pavimentum abundanter effluere. Exclamat hoc viso Cellerarius, stupore perculsus. Sed mox a sancto viro repressus, ne id palam faciat, inhibetur. At quia tam clari lumen operis minime valuit abscondi: ubi consobrina sua factum comperit, eandem villam ipsi, & Ecclesiæ ipsius perpetim possidendam tradidit, ac legali jure confirmavit.

Huic simile ferme miraculum ab eodem domno Remigio in olei refertur liquore patratum. Cum ægrotus quidam familiæ non ignobilis, nec tamen baptizatus, a sancto Remigio se visitari postulasset, & jam velut in ultimo spiritu se credere fateretur, & baptizari deposceret, beatus Pontifex a Presbytero loci oleum & chrisma requirens, jamque penitus in ampollis utrumque defecisse comperiens ipsas ampullas pene vacuas super altare posuit, ac sese in oratione prostravit. Surgens autem ab oratione vascula plena repetit: & sic infirmum oleo divinitus dato perungens, Ecclesiastico de more baptizavit, & chrismate cœlitus collato linivit, redditaque sanitate, tam animæ salute, quam corporis incolumitate donavit.

Humani denique generis hostis, ostendere nequitiam non desistens suæ malignitatis, urbem Remorum, surgentibus flammarum subito globis, immissione dira succendit: crudelique vastatione, jam partem fere tertiam concrematio peracta consumpserat: & quod residuum erat victrix flamma lambebat. Cujus rei nuncium beatus Antistes accipiens, ad solita sese confert orationis præsidia, & in B. Nicasii martyris basilica, ubi tunc temporis morandi consuetudinem fecerat, Christi prostratus exposcit suffragia. Surgensque ab oratione, oculos ad cœlum attollit, & exclamans cum gemitu ait: Deus, Deus meus adesto voci meæ. Sicque cursu concito, per gradus, ante ipsam lapidibus stratos Ecclesiam descendens, civitatem petiit: in quibus gradnum lapidibus, ac si supra molle lutum depressa, hodieque ad memoriam divini miraculi, signata visuntur vestigia. Celerique festinatione deproperans se flammis objecit, statimque, ut extensa contra ignem dextera, signum crucis cum invocatione Christi nominis edidit, totum illud incendium, fracta & in sese relisa virtute, cedere, atque ante viri Dei præsentiam quasi fugere cœpit. Quod B. Remigius insequens, & se in- **A** ter ignem & ea quæ adhuc videbantur intacta, cum signo sanctitatis opponens, hanc omnem flammarum immanitatem ante se fugientem, per patentem portam, fultus divinæ potentiæ præsidiis, expulit, & eandem portam clausit, atque nunquam aperiretur ab aliquo, cum interminatione vindictæ in eum quæ vetita hæc præsumpsisset, inhibuit. Post aliquot vero annos civis quidam, nomine Fercinctus, secus ipsam portam commanens, maceriem qua eadem porta fuerat obstructa, ut suæ domus hinc ejiceret rudera, perforavit. Sed mox ultio tanta fertur ejus audaciam consecuta, ut non pecus, nec homo, clade superveniente in eadem remanserit domo.

B Quædam puella præclaris ab urbe Tolosa natalibus orta, maligni spiritus ab infantia tenebatur obsidione captiva. Quam cum tenero genitores amore diligerent, ad sepulchrum S. Petri Apostoli cum magna devotione duxerunt. In eisdem namque partibus eminebat tunc virtute Ven. Benedictus, plurimis effulgens virtutibus. Cujus comperta fama, puellæ parentes hanc ad eundem perducere satagunt, qui multis jejuniis & orationibus pro ipsius emundatione laborans, cum diri serpentis virus ab ea non valuisset ejicere, hoc tantum responsi, **C** nominis divini obtestatione, ab antiquo extorquere potuit hoste, quod nunquam alterius de eodem habitaculo, nisi hujus B. Remigii Pontificis orationibus posset expelli. Tunc parentes ejus, tam ipsius beati Benedicti, quam etiam Gothorum Regis Alarici affatibus suffragati, eorumque literis ad beatum Remigium datis, ut traditur, freti, ad eundem Sanctum Antistitem cum devicta sobole pervenerunt, virtutem deprecantes ejus in purgatione prolis agnoscere, quam latronis jam præsciverant confessione. At beatus Remigius, cum diuturna reluctatione se non esse dignum assereret, & humilitate solita repugnaret, preci- **D** bus est populi supplicantis evictus, ut orationem pro ipsa funderet, ac parentum lacrymis condoleret. Meritis itaque sanctitatis armatus, verbi præcipit imperio, ut iniquus prædo per quod ingressus fuerat discedens, Christi famulam relaxaret. Sicque cum nimio vomitu & obscœno fœtore, per os quo fuerat intromissus, abscessit. Sed paulo post recedente Pontifice, dum nimio labore fessa nutaret, vitæ calore privata, spiritum vitalem amisit. Iteratis ergo precibus, turba supplicantum recurrit ad Medicum. Beatus autem Remigius se potius **E** accusat facinus perpetrasse, quam sanitatis remedium indulsisse, homicidiique reum extitisse, non remedium contulisse. Igitur ad Sancti Joannis Basilicam, ubi corpus jacebat exanime, populi obtentus deprecatione regreditur: ibique cum lacrymis ad pavimenta Sanctorum in oratione prosternitur, & reliquos ut ita facerent adhortatur. Hinc effuso lacrymarum imbre consurgens, suscitavit mortuam, quam prius purgarat obsessam. Quæ protinus, apprehensa manu Pontificis, cum integra incolumitate surrexit, & ad propria feliciter remeavit.

Curat dæmoniacam.

Suscitat mortuam.

Cujus vero doctrinæ, cujus sanctitatis, atque sapientiæ beatissimus hic pater nitore radiaverit opera testantur ipsius: quia vera proculdubio sapientia esse dinoscitur, quæ operum exhibitione, velut arbor fructibus, approbatur.

A Testatur gens Fraocica per eam ad fidem Christi conversa, & baprismi sanctificatione consecrata. Testanrur diversa prudentissime ab ipso tam facta, quam prædicata. Testaotur diversæ ipsius, persooæ, temporis: ex qaibus Sidooii Arvernorum Episcopi, viri eraditissimi tam genere, quam religione ac sermone clarissimi, epistolam hanc Beatissimo Pontifici directam inserere placuit.

Sidonias Domioo Papæ Remiglo salutem.

Sidonius lib. 9. ep. 7.

*Quidam ab Arvernis Belgicam petens (persana mibi cagaita est, caufa ignata, aec refert) postquam Remas adveaerat, scribam taam, sca bibliopalam, pretia fors fuat sfficiave demeritum, capiosissima velis aolis declamaciamum tuarum schedio emunxit. Qai redux aobis atque oppida gloriabandas, qaippe perceptis tot voluminibas, qaieqaid detalerat, qaaaqaam mercari paratis, quod eivis, aec erat injustam pra manere ingessie. Caræ mibi e vestigio fait, usqae qui stadeat, cam merito lecturiremas, plarima tenere, cancta traaferibere. Omniam assensu pronanciatam, paucas nuac passe similia dictare. Etenim rarus aut aullas est, eui meditatara par assistat dispositio per eaasas, positio per literas, campasitio per syllabas. B Ad hoc appartaaitas in exemplis, fides in testimoaiis praprietas in epithetis, arbanitas in figaris, virtus in argumentis, paadus in sensibus, flamen ia verbis, falmen ia claufulis. Structara vera fortis & firma, conjanctionumque perfacetaram noxa ceusaris iasolubilibas: sed nec hinc miaus lubrica & * levis, ac madis omnibus e-*

j. leuis.

rotaadata: quaqae lectoris liagaam insffensam decenter expediat, ne salebrosas passa juncturas, per cameram palatii volutata balbutiat. Tata deaique liquida prorsat & ductilis, veluti cum crystallinas crastas, aat oavehiatiaas aon impacto digitas ungue perlabitur: qaippe si nihil eum rimasis obicibus exceptum tenax fractura remoretur. C Qaid plara? Naa extat ad prasras vivi hominis aratia, qaam peritia taa aau sine labore traasgredi queat, ac supervadere. Unde & prope suspicor, damine Papa, prapter eloqaiam exundans & ineffabile (venia sit dicta) te saperbire. Sed licet boaa falgeas ut conscieutia, sie dictisais araatissima, nos tibi tamen minime sumas refugiendi, qui bene scripta laudamus, etsi laadanda aau scribimus. D Quocirca desiae in posteram aostra deeliaare judicia, qua nil mordax, aibilque miaantar increpatarium. Alioqui si distuleris nastram sterlitatem facnudis fœcuadare eollaquiis, aucapabimur uaadinas iavolantum; & ultra scrinia taa, eaaaiventibus nobis ae subornantibus, effractorum maaus arguta povalabitur: inchoabisque tuae frastra maveri spoliatus furto, si nunc rogatus nau moveris afficia.

CAPUT XIII.

De conversione Fraucorum.

CUjus autem prudentiæ, quam saocti studii oostec hic pater ac pastor almas extiterit, quam fidelis & prudens in erogaoda Domini sui pecunia viguerit, Francorum, ut prætulimus, ab idolis ad Deum veram facta per ipsum probat cooversio, qui Gallicas eo tempore traosito Reno depredabaotar provincias, & Agrippinam jam Coloosam, quasdam quoqae alias occupaverant Galliæ civitates. Ar postquam Rex ipsoram Clodoveus Siagrium, B Romaoum quendam principem, qai Galliis tunc præerar, evicit atque peremie, omni pene Galliæ dominari cœpit. Comperra beatissimi gestoram sama Remigii, quod scilicet eniterer virrute sanctitaris ac sapientiæ, miraculorum præclarus exbibitione, reverebarur eam: & licet paganus, diligebat tamen illum. Qao quondam secus urbem Remoram transitum facieote, a quibusdam militibas ejus agminis ablata quædam Remensis Ecclesiæ vasa referuntur. Ea inter urceas eriam magnus argenteas, & decora pulcritadine comptus, pro quo B. Re- C migius legatos ad eum direxisse traditar, ut illam saltem recipere mereretur. Ast ubi ad locam divisionis prædæ ventum est, rogat Rex milites suos, ut ipsum sibi dare ne renuant urceum: Pluribus igitur annaentibas, quidam Francus bipenni percutiens orceam, nibil hinc a rege nisi sorte tollendam proclamat. Obstupefactis hac temeritate cæteris, Rex injuriam patienter ad tempas tolerans, apprehensum, plurimis faveotibus, vasculum Ecclesiastico reddidit misso iram sub corde tectam reservans. Peracto denique anno cunctum sui exercitus apparatum solitu prodire jubet in campum, D ut armorum specaletor de more nitorem: qaem conventum, a Marte Martium vocare consaeverant. Rex ergo instructas circumiens cito phalanges, ad eum qui dudum percusserat arceum pervenit, spretisqae ipsius armis, ejus tandem fraocisam projecit io terram, ad quam recipiendam incl nato milite Rex in caput suam defigit bipennem, qaam pridem in vase perpetraverat, cum increpationis acerbitate, rememorans præsumptiooem. Quo sic interempto, timor ingens Regis hac saper ultione, ceterurum perstringit corda Francorum. At postquam Clodoveos Thoriogiam sibi Pro- E vioeiam subjugavit, & regnam vel ditionem suam dilatavie, etiam Rothildim, filiam Chilperici, fratris Gandebaudi Bargondiooum Regis in matrimonium sampsit. Quæ cam esset Christiana & filius ex Rege susceptos baptismate consecrari (marito quoque noleote) fecisset, eriam viram ad Christi fidem perducere conabarur. Sed aoimam barbari malier ad credendum flectere non valebat. Interea bellum Francis adversus Alemannos accidit, & Francis cæde nimia corruentibus. Rex ab Aureliaoo consiliario suo suadetur, ut credens in Christum, ipsumqae Regem Regum, & cœli ac terræ Deum confitens, invocet, qai ei victoriam pro velle possit conferre. Quod cam fecisset, Christique suffragium jam devotus expetisset, fiendumque se Christiaoum vovisset, si virtutem ipsius in capiendo victo-

Locus divisionis fait civitas Suessionani.

Id factum an. 10. regni si.

Anno 15. regni sui.

riam expetiri metuisset: post hujus voti pollicitationem in fugam vertuntur Alemanni, Regemque suum competientes interfectum, Clodovei se subdunt ditioni. Quos ille sub jugo constituens tributario, revertitur victor in sua, gaudium referens magnum reginæ, quod ad invocationem, scilicet, Christi nominis, victoriam meruit obtinere. Tunc regina B. Remigium vocat, deprecans, ut Regi viam salutis ostendat. Quem sanctus Sacerdos doctrina vitæ salutaris informans, ad baptismi commonet venire sacramenta. Ille sa populum super his exhortatum ire respondens, affari studet exercitum, ut Deos qui eis subvenire non poterant, deserentes, ipsius cultum susciperent, qui tam præclaram largitus eis victoriam fuerat. Conclamat multitudo, divina se præveniente gratia, mortales se Deos relinquere, atque in Christum qui sibi præsidio fuerat, credere. Nunciantur hæc sancto Remigio, qui magno repletus gaudio, Regem populumque, qualiter diabolo & operibus ac pompis ipsius abrenuncisntes, Deum verum credere debeant, instruere satagit: & quia Paschalis solemnitas imminebat, indicit eis jejunium juxta morem fidelium.

Die vero Passionis Dominicæ, pridie scilicet antequam baptismi gratiam percepturi erant, post hymnos, precesque nocturnas, Præsul regium cubile petiit, ut absoluto curis sæcularibus Rege, liberius ei committere sacra valeret mysteria verbi. Quo reverentee a cubilarus admisso, Rex prosiliens obvius alacriter occurrit, & oratorium Beatissimi Apostolorum Principis Petri, cubiculo Regis forte contiguum, pariter ingrediuntur. Cumque dipositis sedilibus, Pontifex, Rex, atque Regina consedissent, intromissis quibusdam clericis, sed & aliquibus Regi necessarlis ac domesticis, & venerabilis parer Regem monitis imbueret salutaribus, ad corroborandam salutiferam fidelis servi sui doctrinam, Dominus etiam visibiliter dignatus est ostendere, sese fidelibus in nomine suo congregatis ut promiserat, semper adesse. Repente namque lux tam copiosa totam replevit Ecclesiam, ut solis videretur evincere claritatem. Mox cum luce vox facta est, inquirns: Pax vobis, ego sum, nolite timere. Manete in dilectione mea. Post quæ verba lux quæ advenerat, abscessit, sed ineffabilis odor suavitatis in eadem domo remansit. Ut evidenter valeret agnosci lucis, pacis, atque piæ dulcedinis illuc auctorem advenisse. Beatus etiam Præsul ex eodem lumine, non modicum etiam visus est vultus fulgorem traxisse. Rex igitur atque Regina pedibus almi Sacerdotis adstrati, cum magnu pavore ipsius requirunt consolationem audire, opere adimplere parati quæ propalarentur ore patroni. Delectabantur etenim verbis quæ audierant, interius illuminati, quam viderant, luce, licet exteriore territi luminis claritate. Sanctus autem pater supernæ repletus splendore sapientiæ de cœlestis eos instruit visionis consuetudine, quæ adventu quidem suo corda mortalium terret, sed timorem præcedentem subsequenti consolatione demulcet: ut quibus apparuit patribus, primam quidem pavorem incusserit: at postea per pietatis gratiam lætitiæ blandimenta refuderit. Irradiatus quoque vir beatissimus Remigius, ut exterius, veteris exemplo legislatoris, vultus illustratione, ita, multoque magis, interius, divini fulgoris illuminatione, spiritu prophetico, quæ ipsis, vel eorum futura eventura prosapiæ, traditur prædixisse. Quomodo videlicet eorum posteritas Regnum nobiliter esset propagatura, Ecclesiam quoque Christi sublimatura, Romanaque dignitate vel regno potitura, & victorias contra impetus aliarum gentium perceptura, si a non bono degenerantes, salutis viam forte relinquerent, & quibus Deus offenditur scelera consectati, pestiferorum vitiorum laqueos incurrerent, quibus regna subverti, atque de gente solent in gentem transferri. A domo denique Regis eundi ad baptisterium via præparatur, vela cortinæque appenduntur, hinc inde plateæ sternuntur, Ecclesia componitur, Baptisterium balsamo, cæterisque odoramentis aspergitur, tantamque Dominus populo gratiam subministrabat, ut odoribus se paradisi refoveri gauderet. Sicque præcedentibus sacrosanctis Evangeliis, & crucibus cum litaniis, hymnis & canticis spiritalibus, S. Pontifex manum tenens Regis, subsequente Regina cum populo, ab aula pergit ad baptisterium. Et inter eundum Rex cogitasse fertur Episcopum, an id erat Dei, quod sibi promiserat regnum. Non hoc, Præsul inquit, illud est regnum: sed initium viæ, qua pervenitur ad ipsum. Ubi vero ad præparatum baptisterii perventum est locum, clericus chrisma ferens a populo interceptus ad fontem pertingere penitus est impeditus. Sanctificato denique fonte, nutu divino chrisma defuit. Sanctus autem Pontifex oculis ad cœlum porrectis, tacite traditur orasse cum lacrymis. Et ecce subito columba, ceu nix, advolat candida, rostro deferens ampullam cœlestis doni chrismate repletam. Cujus odoris mirabili respersi nectare, inæstimabili qui aderant super omnia quibus antea delectati fuerant replentur, suavitate. Accepta itaque S. Præsul ampulla postquam chrismate fontem conspersit, species mox columbæ disparuit. Rex autem tantæ gratiæ conspecto miraculo lætus, actutum diaboli pompis & operibus abnegatis; a reverendo se petit Pontifice baptizari. Quo vitæ fontem perennis ingressio, beatus profatur Præsul ore facundo. *Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendisti, incende quod adorasti*. Sicque post orthodoxæ confessionem fidei, trina tinctus mersione, divino summæ individuæque Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti sub nomine, suscipitur ab eodem sancto Pontifice, divoque consecratur insignitus unguine. Baptizantur sorores Regis Albofledis & Landehildis, simulque de Francorum exercitu virorum tria millia, præter mulierum, parvulorumque nomina. Quo die magnum in cœlis celebratum sanctis gaudium credere possumus Angelis, & hominibus lætitiam non modicam in terra devotis. Exercitus autem pars magna Francorum necdum ad fidem Christi conversa, cum quodam Raganario Principe, trans Somnam fluvium post aliquandiu in infidelitate versata est, donec superna disponente gratia, præfato Rege Ludovico gloriosis potito victoria, idem Raganarius flagitiorum sectator & turpitudinum, vinctus a Francis traditus est, & interemptus, omnisque Francorum populus ad Christi fidem per Beatum Remigium convertitur, ac baptizatur.

Est Ecclesia vetus S. Petri.

Matth. 18.

Joan. 15. *Luc.* 24.

Exod. 34.

Eccl. 10.

CAPUT XIV.

De possessionibus quas ei Rex Ludovicus & Franci contulerunt.

REx igitur, Francorumque potentes, plurimas B. Remigio possessiones per diversas contulere provincias, ex quibus ille, tam Remensem, quam reliquas nonnullas Franciæ * dotavit Ecclesias. Non modicam necnon earundem partem rerum, Ecclesiæ S. Mariæ Lauduni clavati, Remensis parochiæ castri, ubi nutritus fuerat, tradidit: ibique Genebaudum, carne nobilem virum, tamque sacris, quam sæcularibus literis eruditum, qui relicta conjuge, S. Remigii, ceu traditur, nepte religiosam subierat vitam, ordinavit Episcopum, Comitatusque Laudunensis eidem castro subjecit parochiam. Qui Genebaudus de ante acta vita nimium, gradusque sublimitate confidens, ab uxore quam reliquerat, incaute, quasi pro instruenda ea, se crebrius visitari permiserit. Sed ut divina testantur eloquia: *Lapides excavant aquæ, & alluvione terra consumitur, & * rupis transfertur de loco suo*: ita quoque huic contigit, ut frequentes mulieris visitationes blandaque colloquia, durum validumque contra libidinem pectus emollirent Episcopi, & quasi rupem de loco sanctitatis ad cœnum transferrent luxuriæ. Qui suasione diabolica in libidinis flammas exagitatus erupit, veterique se miscens sodali, filium ex eadem progenuit, quem velut in latrocinio procreatum, Latronem nominari præcepit. Et quia culpa pluribus ignota (ne in suspicionem hinc forte procederet, si a solita se Præsulis visitatione femina submoveret) cœpit, ut antea, domum frequentare Pontificis. Sicque factum est, ut hominibus culpa celata, taetrusque tam viri quam mulieris ardor, in corde, libidinis, compunctum prius contra peccatum, ad culpam retraxerit Episcopum. Qui velut oblitus quod planxerat, iteravit crimen quod deflevérat. At ubi exortam de flagitio compesit filiam, nomen ei mandat imponi Vulpeculam, utpote fraudibus argutæ matris generatam. Domino denuo, qui B. Petrum respexerat, hunc quoque respiciente, compunctus mente Genebaudus, S. Remigium petit non ire Laudunum. Quo cum debita veneratione suscepto, postquam cubilis iniere secretum, magnum prorumpens in ejulatum, stulam deponere nititur reus, sancti se patroni prosternens pedibus. Quo doloris tanti causam diligenter indagante, lacrymis singultuque præpediente, vix admissa transgressor narrat ex ordine. Quem vir Dei contritum videns, ac pene desperatum, blande consolari satagit, dolere se protestans, non tam de perpetrato facinore, quam quod ille de Domini videbatur benignitate diffidere, cui constat nihil quod voluerit impossibile: qui nullum ad se revertentem peccatorem despicit, qui pro peccatoribus etiam sanguinem suum fudit. Diversis itaque vir benignus & prudens erigere lapsum certat exemplis, quod apud Deum scilicet facile, reatus hujus veniam valeret obtinere, si dignos pœnitentiæ fructus Deo studeret offerre. Sic demum dignis exhortationibus indicit animam pœnitentiam, structaque mansiuncula, fenestellis parvis illuminata, cum oratorio (quæ adhuc secus Ecclesiam S. Juliani manere feruntur) in ea pœnitentem concludit Episcopum. Ejus quoque per annos septem gubernans parochiam, unam Remis Dominicam, Lauduni celebrare consueverat alteram. Qua sub reclusione, quantæ contritionis ac continentiæ districtione se vir præfatus coartaverit, quam dignos inibi pœnitentiæ fructus exegerit, divina postmodum propalavit clementia. Anno siquidem septimo, cum in vigilia cœnæ Dominicæ pœnitens pernoctaret in oratione, seipsum deflens in hoc, quoniam qui ad id usque provectus fuerat, ut Domino pœnitentes reconciliaret, hac die nec inter pœnitentes ipse, criminibus suis exigentibus, in Ecclesia merebatur consistere: Angelus Domini circa mediam noctem magna cum luce venit ad eum, ubi pronus jacebat in oratorio, talique decumbantem compellasse fertur alloquio: *Genebaude exauditæ sunt pro te orationes patris tui Remigii. Suscepit Dominus pœnitentiam tuam, & dimissum est peccatum tuum. Surge, & hinc egrediens fac ministerium Episcopalis officii, & reconcilia Domino pœnitentes de criminibus suis.* Genebaudus autem nimio terrore perculsus, respondere non poterat. Tunc Angelus Domini confortans eum, ne timeat hortatur: immo gaudeat de Domini misericordia sibi collata. Roboratus tandem respondisse fertur, non se posse hinc egredi, quia domnus & pater suus Remigius ostii clavem secum haberet, quod & sigillo suo signasset. Et Angelus ad eum, *Ut non dubites*, inquit, *a Domino me missum, sicut patet tibi cælum, sic & ostium istud patebit*. Et statim salvo sigillo ac sera ostium illud apertum est. Tunc Genebaudus in modum crucis se prosternens in limine, sic traditur asseruisse. Etiamsi Dominus ipse Jesus Christus dignatus fuerit ad me peccatorem venire, non hinc egrediar, nisi venerit ille, qui me in ejus nomine sub hac reclusione constituit. Ad quæ responsa mox Angelus abscessit ab eo. Beatus autem Remigius in crypta, quæ subter Ecclesiæ sanctæ Mariæ sedem Remis habetur, in oratione pernoctabat. Quam postea cryptam Præsul Heriveus in honore consecravit ejusdem beatissimi Remigii, ubi tunc ipse vir sanctus, vigiliis fatigatus, & quasi dormiens, in excessum raptus, videt Angelum sibi assistentem, qui hæc ut acta fuerant ita narrat eidem, jubens, ut quantocius Laudunum petat, atque Genebaudum sedi datæ restituens, ei coram se Pontificali fungi ministerio persuadeat. Ilico vir beatus nihil hæsitans adit magna cum celeritate Laudunum. Quo perveniens, in ostii limine, salvo sigillo seraque reserati. Genebaudum jacentem reperit: quem protensis brachiis cum gaudii lacrymis Domini clementiam collaudans, erexit, eumque sedi & officio sacerdotali reddens, Remos cum gaudio repedavit. Genebaudus autem in sanctitate postea cunctos vitæ suæ dies, Dei fretus gratia, peragens, palam quæ sibi Dominus fecerat, prædicabat. Obiit igitur Genebaudus in pace sanctis Dei connumeratus, tamdiu Episcopatu perfunctus, ut ei successerit Latro filius ejus, Episcopus & postea sanctus.

Rex denique Ludovicus in civitate Suessionica sedem suam constituens, delectabatur præsentia & colloquio S. Remigii. Sed quia vir

[Margin notes: ms. ditavit — Job 14. — * rupes. — Lapsus Genebaudi Laudun. Episc. — Matth. 26. — 1. ut eae. — Ejusdē pœnitentia. — S. Genebaudus sedi suæ restituitur. — S. Latro eidem succedit.]

A hic sanctus in civitatis hujus vicinia villas non habebat alias, nisi quandam parvam quæ sancto Nicasio data fuerat, Rex (suggerente Regina, locorumque petentibus incolis, qui multiplicibus erant aggravati xeniis, ut quod Regi debebant, Ecclesiæ Remensi persolverent) sancto proposuit Remigio, ut quantum circumiret dum ipse meridie quiesceret, illi totum donaret. Beatus igitur Remigius per fines qui videntur adhuc manifesti, profectus, itineris sui signa dimisit. In qua determinatione quidam possidens molendinum repulit sanctum virum, ne intra ipsos illum concluderet fines. Quem vir Domini leniter affatus ait: Amice, non sit tibi durum, ut habeamus simul hunc molendinum. At ille ut eum rejecit, statim in contrarium rota molendini
B verti cœpit. Repulsor autem clamare cœpit post sanctum Remigium; Serve Dei, veni, & habeamus pariter Molendinum. Cui vir sanctus: nec mihi, nec tibi. Mox tanta profunditas in eodem loco, tellure se subducente, facta est, ut nunquam deinceps inibi molendinus haberi posset. A quibusdam quoque repulsus, ne sylvulam quandam suus intra terminos comprehenderet, dixit, ut nec folium unquam de ipsa sylva, (licet esset contigua) trans fines ipsos evolaret, neque fustis ex ea versus eosdem terminos caderet. Quod & observatum voluntate Dei traditur, donec ipsa sylva perdurasse dinoscitur. Abinde quoque
C Chavignon. procedens, venit ad villam, nomine Caviniacum, quam finibus suis nitens concludere, prohibetur ab hominibus ejusdem villæ. Tunc ille miti vultu modo rejectus, modo repropinquans, signa quæ parent adhuc per suum dimisit iter, Tandem repulsus dixisse fertur ad illos: *Semper laborate, & egestatem sustinete.* Quod hodieque compleri, manentis sententiæ virtus ostendit: Surgens autem Rex a somno meridiano, quæcunque B. Remigius ambitu suæ circumitionis incluserat, eidem præcepto regiæ dedit auctoritatis. Quarum rerum sunt Juliacus & Codiciacus capita, quæ Remensis
D Juilly & Coucy. adhuc jure quieto retinet Ecclesia.

Eulogius denique vir quidam præpotens convictus apud Regem Ludovicum super regiæ majestatis crimine, ad intercessionem B. confugit Remigii. Cui vir sanctus suam vitam, quam rerum obtinuit possessionem. Ipse vero, quasi recompensationis beneficio, benefico patrono Sparnacum villam suam obtulit in proprietatem. Espernay. Beatus autem Præsul, temporalem pro suæ intercessionis munere vitans retributionem recipere, prædictum virum, quoniam verecundiæ confusione depressus (quia contra natu-
E ralium decus suorum, vita donari per indulgentiam meruisset) in habitu sæculari manere nolebat, salubriter exhortatus est, dicens, ut si perfectus esse vellet, vendens omnia sua daret pauperibus, & sequeretur Christum. Matth. 19. Sicque taxatum, de thesauris Ecclesiasticis pretium, quinque millia scilicet argenti libras, Eulogio fertur dedisse, ipsamque villam in Ecclesiæ possessionem comparasse. Bonum cunctis relinquens exemplum Episcopis, cæterisque sacerdotibus, ut dum pro his qui ad Ecclesiæ sinum, vel servorum Dei præsidia confugium faciunt, intercedunt, aut bona qualibet agunt, hæc pro temporali recompensatione non expleant, nec transitoria velint recipere; sed juxta

A mandatum Domini, qui gratis acceperunt, studeant quoque gratis impendere. Matth. 10.

CAPUT XV.

De victoriis Ludovici per auxilium S. Remigii, & fine ipsius Regis.

Rex itaque Ludovicus contra Gondebandum & Godegisilum fratrem ejus ducens An. 501. Sigeb. exercitum, percepta benedictione a B. Remigio victoriam sibi prædicente, accepit in mandatis ab eo sibi datis, ut tamdiu contra hostes dimicaret, quamdiu benedictum sibi vinum, quod ei vir Domini dederat, in usu quotidia-
B no sufficeret. Contra quem Burgundiones cum prædictis ducibus pugnaturi, venerunt super Oscaram fluvium, secus Divionem castrum. Ubi confligentes atrociter Burgundiones in fugam vertuntur, & in Avinione castro se Gondebaudus concludens, a Ludovico pacem per Aredium consiliarium suum, multis datis thesauris, obtinuit. Ludovicus autem cum exercitu Francorum præda potitus maxima, revertitur ad propria. Sic etiam constituta Parisius Hodie est S. Genovefa. in honore beatorum Apostolorum Petri & Pauli basilica, & Synodo per sancti patroni sui Remigii consilium, in urbe Aurelianensi habita, pergens contra Regem Alaricum Arianum & accipiens a B. Remigio benedictionem, redditur de victoriæ perceptione securus. Cui vir
C quoque sanctus, ut & pridem fecerat, vas, quod vulgo flasconem vocant, vini a se benedicti plenum dedit; hoc idem quod antea mandans, ut eo usque ad bellum procederet, donec sibi suisque, quibus exinde dare vellet, hoc vinum de prædicto flascone non deficeret. Bibit igitur Rex ex eo, pluresque suorum, vas tamen vini non patitur detrimentum. Bellum vero cum Gothis conferens, eos in fugam vertit, & ipse, beato Remigio se suffragante, victor extitit. In qua pugna dum duo Gothi contis eum in latera feriunt, hujus patroni sui se protegentibus meritis, illum læ-
D dere nequiverunt. Multis autem civitatibus suæ ditioni subactis, usque Tolosam perrexit, an. 509. Sig. & Alarici thesauros accipiens, per Engolismam civitatem (cujus ante conspectum ipsius muri corruerunt) interfectis Gothis qui erant intus, ad propria cum gloriosa redit victoria, vino flasconis non deficiente, donec reversus est in sua.

Denique Rex Ludovicus, exhortante S. Remigio, regnum, hoc est coronam cum gemmis pretiosis auream, donum beato Petro Apostolo misit: & * Codicillus ab Anastasio Imperatore MS. I. Codicellos.
E pro consulatu sibi missos, cum corona aurea tunicaque blattea, sumpsit, & ab inde Consul appellatus esse memoratur. Hormisda quoque Romanæ sedis Pontifex, Sancto Remigio vices suas in regno Ludovici, literis suis ad ipsum directis commisit. Post hæc mortuus Ludovicus Rex in pace, ac sepultus in basili- an. 514. Sig. Baronius. Haræus. ca S. Petri Apostoli, quam Parisius ædificaverat, eodemque momento quo spiritum emisit, revelante Spiritu Sancto, B. Remigius Remis positus, eum obisse cognovit, & assistentibus sibi manifestavit.

CAPUT XVI.

De Synodo ubi convertit hæreticum.

GAlliæ quondam Præsules ad Synodum fidei gratia convenientes, beatum Remigium, utpote virum divinis eloquiis eruditissimum, & doctrinis Ecclesiasticis exercitatissimum, ad idem Concilium venire petierunt. Cui conventui Arianus quidem Episcopus acerrimus disputator, & dialecticis propositionibus ac conclusionibus confisus; hincque nimis elatus, intererat. Ingrediente vero Concilium S. Remigio, & a multitudine fratrum, reverenter ei cunctis assurgentibus, excepto, superbus hæreticus illi assurgere dedignatur. At mox ut beatus Remigius ante ipsum transiit, ille locutionis officium ore obstructo amisit. Expectantibus universis, ut post allocutionem Sancti Remigii loqueretur ille, ne ullum quidem verbum proferre potuit. Sicque beati viri vestigia pronus tandem petens, nutibus veniam postulavit. Cui sanctus Remigius, *In nomine*, inquit, *Domini nostri Jesu Christi, veri filii Dei vivi, si sic de eo recte sentis, loquere, & de illo, sicut catholica credit Ecclesia, crede & confitere*. Ad cujus vocem hæreticus antea superbus, humilis jam factus atque Catholicus, orthodoxam fidem de divina & inseparabili Trinitate, ac de incarnatione Christi catholice confessus, in eadem confessionis suæ fide se permansurum repromisit. Sicque anima per infidelitatem perdito, & corporali voce propter superbiam juste condemnato, virtute divina venerabilis Pontifex, & animæ reddidit & corporis sanitatem: cunctis qui aderant, vel hæc cognituri forent, sacerdotibus patenter ostendens, in hoc male sentiente de Christo (qui proximus & frater nobis per humanitatem fieri dignatus est) qualiter contra peccantes in ipsum, vel in Ecclesiam atque rebelles, & erga post recognoscentes ac pœnitentes debeant agere.

CAPUT XVII.

De mitigatione ignis, & obitu ejusdem, vel sepultura ipsius.

SEnescente jam S. Remigio, Deique spiritu sibi revelante, quod abundantiam tunc præsentem, fames secutura foret, de frugibus villarum Episcopii nonnullos jussit acervos fieri fame laboraturæ postmodum profuturos plebi: quorum in villa, quæ Celtua vocatur, sancti sunt plures. At homines ipsius villæ seditiosi & rebelles erant: qui die quadam inebriati cœperunt inter se dicere: Quid ille Jubilæus (ita virum sanctum propter ætatis prolixitatem vocitantes) facere vellet ex his quas aggregaverat metis? An civitatem de ipsis facere cogitaret: quia sicut turres per muros civitatis, ita per circuitum cortis dispositi cer-
Bazancourt. nebantur acervi. Tandem suadente diabolo se mutuo cohortati, miserunt in eos ignem. Quod cum B. Præsuli nunciatum fuisset in propinqua villa, quam Basilicæ cortem vocant, tunc forte consistenti, ascenso protinus equo, celeriter ad tantam compescendam præsumptionem devenit Celtum. Quo cum pervenisset, ardentesque fruges reperisset, ad ipsum calefacere se cœpit ignem: Semper, inquiens, est bonus focus, si non super potest. Veruntamen omnes qui hoc egerunt, & qui de ipsorum germine nati fuerint, viri ponderosi fiant, & fœminæ gutturis calamitate plectantur. Quod ita quoque constat impletum. Usque ad tempora siquidem Caroli Magni, qui hujuscemodi homines de Celto, quoniam Vicedominum Ecclesiæ Remensis in eadem villa necarunt, exterminavit, cædis auctoribus interfectis, & consentientibus per diversas provincias dispersis, atque perpetuo condemnatis exilio: ac de cæteris hujus Episcopii villis eandem restaurari fecit. Ita viri feminæque generationis hujus mulctati permanserunt, ut sancti viri sententia promulgavit. Et apte quidem vir Dei (quoniam posteros eorum rebelles ac seditiosos fore prævidit) hujusmodi vindicta non solum præsumptores, sed etiam genus ipsorum plecti decrevit.

Post hæc igitur, aliaque multarum magnalia virtutum, quæ Dominus operari per hunc fidelem suum famulum dignatus est, gemitus illius exaudiens atque suspiria, quibus dicere
consueverat: *Quando veniam, & parebo ante* Psal. 41.
faciem Dei? Satiabor dum manifestabitur gloria Psal. 16.
ejus: illi pia consolatione Dominus obitus sui diem revelavit imminere. Qua revelatione fretus, rerum suarum condidit testamentum, ad illam pertingere festinans hæreditatem, de qua
dicit Propheta. *Cum dederit dilectis suis som-* Psal. 126.
num, hæc est hæreditas Domini. Sic ergo sanctus hic vir Dei, terrenam derelinquens hæreditatem percepit æternam. Condito siquidem
testamento, & suis omnibus rite dispositis, quia Joann. 15.
verus agricola omnem vitis veræ palmitem fructum ferentem purgat, ut fructum plus af-
ferat, oculorum corporalium lumine privatus S. Remigius fit cæcus.
est aliquandiu, quo superna, mentis oculis, ad quæ toto anhelabat desiderio, contemplari valeret attentius. Ipse vero studebat in suæ probationis tentatione semper gratias agere, laudibus, hymnisque Deo diebus ac noctibus vacare, fideli mente pertractans: Quoniam qui patienter humiliterque flagella suscipiunt, post flagella sublimiter ad requiem suscipiuntur. cujus æternæ gloriæ pignus in eo Dominus volens ostendere, priusquam decederet, ei visum
restituit. Unde, sicut & de amissione, nomen Recipit visum.
Domini benedixit. Et post longum spatium, sciens adesse sui transitus diem, per missarum celebrationem, & sacræ communionis participationem, valefaciens, & dans pacem filiis suis, postquam septuaginta quatuor annos in Episcopatu religiosissime fidelis servus & prudens Domino ministraverat, nonagesimo sexto æta-
tis suæ anno, * Idibus Januarii, cursu sancti MS. j. id. 9
certaminis consummato, fide servata, cum multiplici bonorum operum fructu, & animarum lucro, ut diu desideravit, anima cœlos penetrans, terræ corpus reliquit: accipiens stolam candidam, beatitudinem scilicet animæ sempiternam, percepturus in resurrectione alteram, beatam videlicet ad gloriam resuscitati corporis immortalitatem; possessurus partem societatemque cum præcipuis Christi membris in regno cœlesti, sicut attestatur, Apostolica sibi collata gratia. Gens siquidem Francica per ipsum ad fidem Christi conversa, martyrii palma, longanimitas patientiæ in longævitate ip-

A ſius vitæ, confeſſionis gloria, orthodoxæ fidei prædicatio, magnaliumque tam in vita corporis, quam poſt obitum præclara manifeſtatio. Cum vero funus ipſius ſanctiſsimum deferretur ad ſepulturam ſanctorum martyrum Timothei & Apollinaris in Eccleſiam præparatam, ita feretrum in medio vico eſt aggravatum, ut nullo modo poſſet, hominibus quantumlibet annitentibus, amoveri. Stupefactis omnibus, Deique miſericordiam poſtulantibus, ut dignaretur oſtendere, quo in loco Sancti ſui vellet recondi corpus, deſignant ad baſilicam præfatorum Martyrum, nec feretrum movere poſſunt. Proponunt ad Eccleſiam S. Nicaſii, nec capulum vallet attolli. Decernunt ad ædem B ſanctorum Sixti & Sinicii, nec ſic poteſt moveri. Tandem coacti, quoniam parva ſupererat Eccleſia in honore beati Chriſtophori martyris, & nullius propalati corpus ſervabatur in ea Sancti, circumjacentibus tamen atriis, Eccleſiæ cœmiterium ferebatur ex antiquo Remenſis, petierunt ut Dominus declararet, utrumnam in eadem Eccleſiola pignus illud ſacratiſsimum reponi decerneret. Ad quæ vota tanta facilitate loculum levant, ut nullum portantes onus ſentirent. Recondita ſunt autem reverendiſsimi patris hujus membra in hac Eccleſiola, divina moderante diſpoſitione, C in loco ubi nunc habetur altare beatæ virginis Genoveſæ. Ubi vero feretrum conſtat ipſius aggravatum, multa feruntur oſtenſa miracula poſtmodum. Hic etiam crux extat abinde poſita, columnæ monumentis his inſignitæ præfixa.

Cum tranſiſſet ex hoc mundo ad cœleſtem patriam
Præſul magnus B. Remigius.
Hac a plebe ſancta digne delatus eſt, corpore
In Eccleſia quadcadus Timothei Martyris.
Tunc hoc loco moram fecit; nec moveri potuit,
D *Donec quo locandus eſſet revelavit Dominus:*
Ubi nunc favente Chriſto præpollet virtutibus,
Præſtans hic Deo devotis apta beneficia,
Cæcis viſum, claudis greſſum, & ægris remedium.
Igitur profuſis votis exoremus Dominum,
Veniam ut delictorum piis ejus precibus
Mereamur adipiſci, & cœlorum gaudia.
Sancte Remigi confeſſor pretioſe Domini,
Adelaldi quoque tui miſerere famuli.

E

CAPUT XVIII.

Teſtamentum ab ipſo editum.

IN NOMINE PATRIS ET Filii, & Spiritus ſancti, Gloria Deo, Amen.

EGo Remigius Epiſcopus civitatis Remorum, ſacerdotii compos teſtamentum meum condidi jure prætorio, atque id codicillorum vice valere præcepi, ſi ei juris aliquid videbitur defuiſſe. Quandoque ego Remigius Epiſcopus de hac luce tranſiero, tu mihi hæres eſto Sancte & Venerabilis Eccleſia Catholica urbis A Remorum, & tu fili fratris mei, Lupe Epiſcope, quem præcipuo ſemper amore dilexi: & tu nepos meus Agricola Presbyter, qui mihi obſequio tuo a pueritia placuiſti, in omni ſubſtantia mea, quæ mea ſorte obvenit antequam moriar: præter id quod unicuique donavero, legavero, darive juſſero, vel unumquemque veſtrum voluero habere præcipuum. Tu ſancta hæres mea Remenſis Eccleſia, colonos quos in Portenſi habeo territorio, vel de paterna maternaque ſubſtantia, vel quos cum fratre meo ſanctæ memoriæ Principio Epiſcopo commutavi, vel donatos habeo, poſſidebis, Dagaredum, Profuturum, Prudentium, Temnaicum, Mantiiionem, Baudoleiſum, Provinciolum: Naviatenam, B Lautam, Suffroniam colonas, Amurinum quoque ſervum, cum omnibus quos inteſtatos reliquero, tuo dominio vindicabis. Necnon villas, agroſque quos poſſideo in ſolo Portenſi, Tudiniacum ſcilicet, & * Balatonium, m. Balatonum. ſive Plerinacum, & Vaculiacum, vel quæcunque in eodem ſolo Portenſi qualibet auctoritate poſſedi, integre cum omnibus campis, pratis, ſylvis, paſcuis ad te teſtamenti hujus auctoritate revocabis. Simili modo, ſanctiſsima hæres mea, quæcunque tibi a propinquis & amicis meis, in quocunque ſolo & territorio collata C ſunt, ſicuti diſpoſuero in ptochiis, cœnobiis, martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, omnibuſque matriculis ſub tua ditione degentibus, ordinationem meam futuri ſucceſſores mei, ordinis ſui memores, ſicut ego prædeceſſorum meorum, ita quoque inconvulſe, & abſque ulla refragatione ſervabunt. Ex quibus Celtus, * quam Briſſ. quem ſup. cap. 12. per manum meam Celſa ſobrina mea tibi tradidit, & Huldriciaca villa, quam Huldericus Comes, ei loco ubi oſſa mea ſancti fratres & Coepiſcopi diœceſeos tuæ ponenda elegerint, in tegumentis deſerviant. Sitque locus ille ſucceſſoribus meis Remorum Epiſcopis peculiariter proprius & in alimoniis ibidem Deo mili- D tantium, vicus ex proprio, in Portenſi, & . . . villanis quoque ex Epiſcopio in Remenſi Deeſt dictio deſerviant. Blandibaccius villa in Portenſi, quam a cohæredibus meis Benedicto & Hilario, datis pretiis emi de theſauro Eccleſiæ, & Albiniacus ex Epiſcopis, in alimoniis Clericorum Remenſis Eccleſiæ communiter deputentur. Quibus etiam Berna ex Epiſcopio, quæ peculiaris prædeceſſoribus meis eſſe ſolebat, cum duabus villis, quas Ludovicus a me ſacro baptiſmatis fonte ſuſceptus, amore nominis mei, Piſcofesheim ſua lingua * vocatis, mihi tradi- al. vocatas E dit, ſive cum Coslo & Gleni, vel omnibus ſylvis, pratis, paſcuis, quæcunque per diverſos miniſtros in Voſago infra, circum, & extra; tam ultra quam citra Rhenum pretio dato comparavi, picem annuatim miniſtret, cunctiſque locis regularibus, tam a me, quam ab anteceſſoribus meis ordinatis, ſive in futuro ab Epiſcopis ſucceſſoribus meis ordinandis, pro neceſſitate locorum ad vaſcula vinaria componenda annuatim diſtribuat. * Cruſciniacum al. Crucinia- tum. vero & Faram, ſive villas quas ſanctiſsima virgo Chriſti Genoveſa, a Rege Chriſtianiſsimo Ludovico pro compendio itineris ſui, cum Remenſem Eccleſiam ſæpiſsime viſitare ſoleret, adipiſci promeruit, alimoniiſque ibidem Deo famulantium deputavit, ſicut ab ea ordinatum eſt, ita confirmo, ut Cruſiniacus futuri Epiſcopi ſucceſſoris mei obſequiis, & ſarta-

sartatectis principalis Ecclesiæ deputetur. Faram vero eidem Episcopo, & sartatectis Ecclesiæ ubi jacuero, perpetualiter servire jubeo. Sparnacus villa, quam datis quinque millia libris argenti, ab Eulogio comparavi, tua (sanctissima hæres mea) non extraneorum hæredum meorum esse cernitur, eo quod cum criminis accusatione regiæ majestatis idem teneretur obnoxius, & se minime purgare posset, non solum ne occideretur, dato jam dicto pretio de thesauris tuis, sed ne pecunia ejus publicaretur, una tecum obtinui: & ideo ut præfata Sparnacus perpetualiter tibi ad restituendum thesaurum, stipendiisque tui Pontificis deserviat, liberali sanctione firmavi. Duodeciacus vero, sicut a Clodouvaldo nobilissimæ indolis puero confirmatum est, tibi hæres mea perpetualiter famuletur. Villas quas mihi dominus illustrisque memoriæ Ludouvicus rex quem de sacro baptismatis fonte suscepi, cum adhuc paganus Deum ignoraret, ad proprium tradidit, locis pauperioribus deputavi: ne forte, cum esset infidelis, cupidum terrenarum rerum me arbitrari posset, & non potius suæ salutem animæ, quam exteriora ab ipso bona requirere. Quod & admiratus, intercedere me pro quibuscumque necessitatem patientibus & fidelis, & ante fidem, benigne liberaliterque concessit. Et quia ex omnibus Episcopis Galliarum, pro fide & convocatione Francorum potissimum me laborare cognovit, dedit mihi Deus tantam gratiam in conspectu ejus virtusque divina, quæ per Spiritum sanctum me peccatorem plurima signa ad salutem præfatæ gentis Francorum operari fecit, ut non solum ablata omnibus Ecclesiis Regni Francorum restitueret, sed etiam de proprio, gratuita bonitate, plurimas ditaret Ecclesias. Neque prius de regno ejus, quantum passus est pedis, Ecclesiæ Remorum jungere volui, donec ut hoc omnibus Ecclesiis adimpleret obtinui. Sed neque post ejus baptismum, nisi Codiciacum & Juliacum, super quibus jam dictus puer sanctissimus & unanimus mihi Clodouvaldus, & incolæ loci illius multiplicibus xeniis gravati, obnixe deprecantes, quod Regi debebant Ecclesiæ meæ solvendum, me petere compulerunt. Quod idem piissimus Rex & gratanter accipiens, promptissima voluntate largitus est, usibusque tuis, sanctissima hæres mea, juxta ejusdem piissimi datoris præceptum, Episcopali auctoritate firmavi. Res etiam quas sæpe dictus Rex, piissimusque Princeps, tibi in Septimania & Aquitania concessit, & eas quas in Provincia Benedictus quidam (cujus filiam mihi ab Alarico missam, gratia Sancti Spiritus per impositionem manus meæ peccatricis, non solum a diabolicæ fraudis vinculo, sed ab inferis revocavit) ad usum luminis tui, & loci ubi corpus meum jacuerit, continuatim deservire præcipio, villasque in Austria sive Toringa. Futuro Episcopo successori meo amphibalum album paschalem relinquo, stragula columbina duo, vela tria, quæ sunt ad ostia diebus festis triclinii, cellæ, & culinæ. Vas argenteum, triginta, & aliud XVIII. librarum, inter te, hæres mea, & diœcesin tuam Ecclesiam Laudunensem, factis patenis atque calicibus ad ministerium sacrosanctum, prout volui, Deo annuente distribui. Illud quoque vas aureum decem librarum, quod mihi sæpe nominatus dominus, illustrisque memoriæ Ludouvicus Rex, quem, ut prædixi, de sacro baptismatis fonte suscepi, donare dignatus est, ut de eo facerem quod ipse voluissem, tibi hæredi meæ Ecclesiæ supra memoratæ jubeo turriculum & imaginatum calicem fabricari, & epigrammata, quæ Lauduni in argenteo ipse dictavi, in hoc quoque conscribi volo. Quod faciam per me, si habuero spatium vitæ * si autem clausero ultimum diem, tu filii fratris mei Lupe Episcope, species ante dictas, tui ordinis memor, efficias. Compresbyteris meis & diaconibus qui sunt Remis, XXV. solidos æqualiter dividendos in commune dimitto. Vitis plantam super vineam meam ad suburbanum positam, simili modo communiter possidebunt cum Melanio vinitore, quem do in loco Ecclesiastici hominis Albovichi, ut Albovichus libertate plenissima perfruatur. Subdiaconibus solidos duodecim, Lectoribus, Ostiariis, & junioribus solidos octo jubeo dari. Pauperibus duodecim in matricula positis, ante fores Ecclesiæ expectantibus stipem, duo solidi unde se reficiant, inferentur, quibus Corcellum villam dudum deservire præcepi. Aliis pauperibus tribus, ubi fratres quotidie pedes lavare debent, quibus etiam Balatoforum, quod dicitur Xenodochion, ad hoc ministerium statui, solidus unus dabitur. Viduis quadraginta in porticu Ecclesiæ alimoniam præstolantibus, quibus de decimis villarum Calmisciaco, Tessiaco, Novavilla stipendia ministrabantur, superaddo de villa Huldriciaca superius memorata, eis in perpetuum stipendia inferri, & tres solidos, & denarios quatuor dari jubeo. Ecclesiæ S. Victoris ad portam Suessionicam solidos duos. Ecclesiæ S. Martini ad portam Collatitiam, solidos duos. Ecclesiæ S. Hilarii ad portam Martis, solidos duos. Ecclesiæ Sanctorum Crispini & Crispiniani ad portam Trevericam, solidos duos. Ecclesiæ S. Petri infra urbem, quæ Curtis Dominica dicitur, solidos duos. Ecclesiæ quam in honore omnium Martyrum supra Cryptam Remorum ædificavi, cum per auxilium virtutis Dei, ab igne dæmonis pene jam totam urbem concrematam eripui, solidos duos. Ecclesiæ, quam pro eodem signo virtutis Dei, in honore S. Martini, & omnium Confessorum infra urbem ædificavi, solidos duos. Diaconiæ infra urbem, quæ dicitur ad Apostolos, solidos duos. Titulo S. Mauricii in via Cæsaria, solidos duos. Ecclesiæ * Jovinianæ tituli beati Agricolæ, ubi ipse vir christianissimus Jovinus, & sanctus Martyr Nicasius, cum plurimis societatis suæ Christi Martyribus requiescunt, ubi etiam quinque Confessores proximi antecessores domni Nicasii, cum sanctissima Virgine, & Martyre Eutropia conditi sunt, solidos tres. Eidem quoque Ecclesiæ proprium quod fuerat Jovini in solo Suessionico, cum Ecclesia beati Michaelis, rebus prioribus superaddidi. Ecclesiæ Sanctorum Martyrum Timothei & Apollinaris, ubi etiam Domino dante, si fratribus ac filiis meis Episcopis Diœceseos nostræ visum fuerit, ossa mea ponere disposui, solidos quatuor. Ecclesiæ Sancti Joannis, ubi virtus Christi, me orante, filiam Benedicti suscitavit, solidos duos. Ecclesiæ Sancti Sixti, ubi cum tribus successoribus suis requiescit, solidos tres, cui etiam de proprio meo Plebeias supra Matronam adjunxi. Ecclesiæ Sancti Martini

ms. Spernacus.

Sup. c. 14.

Briss. Sin ante.

Relatoforii.

m Jovianæ.

in eodem solo sanctæ Remensis Ecclesiæ positæ, solidos duos. Ecclesiæ S. Christophori, solidos duos. Ecclesiæ S. Germani, quam ipse in solo Remensi ædificavi, solidos duos: Ecclesiæ SS. Martyrum Cosmæ & Damiani in præfatæ matris solo positæ, solidos duos. Matricolæ S. Mariæ, quæ dicitus Xenodochion, ubi duodecim pauperes stipem expectant, solidus dabitur. Quam denique matriculam loco ubicumque fratribus meis & filiis ossa mea ponere placuerit, perseverare præcipio, & ut * diu noctuque pro peccatis atque criminibus meis Dominum deprecentur de proprio hæreditatis meæ jure, rebus quas antecessores mei in eorum stipendiis Domino dederunt, superaddo etiam villam Soladronam, & villam S. Stephani, & quidquid in villa Herimundi mihi per successionem evenit. Quod vero pretio ibidem comparavi, Ecclesiæ S. Quintini Martyris jam diu delegavi. De jam dicto Vacculiaco, Fruminium, Dagaleifum, Dagaredum, Ductionem, Baudowicum, Udulfum, Vinoseisam, liberos esse præcipio. Temnaredus qui de ingenua nascitur matre, statu libertatis utatur. Tu vero fili fratris mei Lupe Episcope, tuo dominio vindicabis Nisastem & matrem suam Nuciam. Vineam quoque quam Æneas vinitor colit. Æneam & Monulfum ejus filium juniorem jubeo libertate perfungi, Mellosicum porcarium & Pasebasidem conjugem suam, Vernivianum cum filiis suis, excepto Widragasio, cui tribui libertatem, tuo juri deputabis. Servum meum de Cesurnico tuum esse præcipio. Agrorum partem ad te, quam frater meus Principius Episcopus tenuit, cum sylvis, pratis, pascuis, revocabis. Servum meum quem Mellovicus tenuit, Viteredum tibi derelinquo, Teneursolum, Capalirum, & uxorem suam Thodorosenam, tuo juri dominioque transcribo. Theodonima quoque ex mea præceptione sit libera. Edoneisam quæ homini tuo sociata fuit, & ejus cognationem retinebis. Uxorem Attegildi, & cognationem suam ingenuos esse jubeo. Partem meam de prato quod Lauduni juxta vos habeo, ad imitatem montium posito, quæ Jovia sunt pratella quæ tenui, ad te revocabis. Labrinacum tibi, ubi ossa genitricis meæ posui, cum præfixis terminis deputavi. Tibi autem, nepos meus Agricola Presbyter, qui intra domesticos parietes meos exegisti pueritiam tuam trado atque transcribo Meroувastem servum, & uxorem suam Merateuam, & eorum filium, nomine Mareovicum. Ejus fratrem Medovicum jubeo esse liberum. Amantium uxorem suam tibimet derelinquo. Eorum filiam esse præcipio liberam Dasoundam. Alasieum servum tuæ deputo portioni, cujus uxorem, quam redemi, & manumisi, commendo ingenuam defendendam, Bebrimodum & uxorem suam Moriam tuo dominio vindicabis. Eorum filius Monecharius gratulabitur beneficio libertatis. Mellaricum & uxorem suam Placidiam ad tuum dominium revocabis, Medaridus eorum filius sit libertus. Vineam quam Mellaricus Lauduni fecit, tibi dono: Britobaudem servum meum, necnon etiam Gibericum. Vineam quam Bebrimodus facit, tibi eatenus derelinquo, ut diebus festis, & omnibus diebus Dominicis, sacris altaribus mea inde offeratur oblatio, atque annua convivia Remensis Presbyteris & Diaconibus præbeantur. Delegoque Nepoti meo Prætextato Moderatum, Totticionem, Narcovicum, Innocentium servum, quem accepi a Profuturo originario meo, cochlearia, quatuor de majoribus, acetabulum, lacernam, quam mihi tribunus Friaredus dedit, & argenteam cabutam figuratam. Filiolo illius Parovio, acetabulum, & tria cochlearia, & casulam cujus fimbrias commutavi. Remigii cochlearia tria, quæ meo sunt nomine titulata, mantile ipsius quod habeo feriale transcribo: hichinaculum quoque dono illi, de quo Godebodo dixi. Delegoque benedictæ filiæ meæ Hilariæ Diaconæ ancillam nomine Nocam, & vitium pedaturam, quæ suæ jungitur vinea, quam Catusio facit, dono: & partem meam de Talpusiaco transcribo, pro obsequiis quæ mihi indesinenter impendit Aetio nepoti meo partem de Cesurnico, quæ mihi sorte divisionis obvenit, cum omni jure quod tenui atque possedi, Ambrosium quoque puerum ad jus illius, dominiumque transmitto. Vitalem colonum liberum esse jubeo, & familiam suam ad nepotem meum Agathimerum pertinere: cui vineam dono quam posui Vindonissæ, & meo labore constitui, sub ea conditione, ut a partibus suis, omnibus diebus festis ac Dominicis pro commemoratione mea sacris altaribus offeratur oblatio: & Laudunensibus Presbyteris atque Diaconibus annua convivia, concedente Domino præbeantur. Dono Ecclesiæ Laudunensi ex villis quas mihi sanctæ recordationis præfatus Rex Ludovicus dedit, duas, Anisiacum, solidosque decem & octo, quos Presbyteri & Diaconi inter se æquali divisione distribuant. Partem meam de Secio ex integro ad se revocet Ecclesia Laudunensis, & Lauscitam, quam mihi carissima filia & soror mea, virgoque, ut credo, Christi sanctissima Genovefa, in usibus pauperum Christi tibi dandam ad integrum delegavit. Commendo sanctitati tuæ, fili fratris mei Lupe Episcope, ex præfatis villis, quos libertos esse præcipio, Catusionem & Aulianetam conjugem suam, Nonnionem qui meam vineam facit, Sonnoveisam, quam quam captivam redemi, bonis parentibus natam, & ejus filium Leutiberedum, Mellaridum, & Mellatenam, Vasantem, Cocum, Cæsariam, Dagarasenam, & Baudorosenam Leonis neptem, & Marcoleisum filium Totnonis: hos tutos, fili fratris mei Lupe Episcope, sacerdotali auctoritate liberos defensabis. Tibi autem, hæredi Ecclesiæ meæ, Flavianum & uxorem suam Sparagildem dono. Eorum filiolam parvulam Flavarasenam, liberam esse constitui. Fedamiam uxorem Melani, & eorum parvulam Remenses Presbyteri & Diaconi possidebunt. Crispiciolum colonum liberum esse præcipio, & ad nepotem meum Aetium ejus familiam pertinere: ad utrumque, id est ad Aetium & Agathimerum pervenire colonicam Passiacum. Pronepti meæ Prætextatæ dono Modorosenum. Profuturo Leudocharium puerum trado. Profuturæ dari jubeo Leudoneram Laudunensibus Subdiaconibus, Lectoribus, Ostiariis, & Junioribus quatuor solidos derelinquo. Pauperibus in matricula positis solidus dabitur ad eorum refectionem. Delegoque ex dato præfati Principis Salvonarias supra Moram, & decem solidos Ecclesiæ Suessionicæ pro commemoratione nominis mei; nam Sablonarias supra Matronam hæredibus meis deputavi.

MS. j. die.

Catalaunensi Ecclesiæ ex dato sæpe dicti filii mei, Geilonos supra Matronam, & solidos decem. Ecclesiæ S. Memmii, Fascinarias ex donis præscripti Principis, & solidos octo. Mosomagensi, solidos quinque. Vongensi, agrum apud officinam molinarum, quæ ibi est constituta. Catarigensi Ecclesiæ, solidos quatuor: totidemque Portensi pro commemoratione mei nominis inferentur. Ecclesiæ Attrabatensi, cui, Dominu annuente, Vedastum fratrem meum carissimum Episcopum consecravi, ex dono jam dicti Principis villas duas in alimoniis Clericorum deputavi, Orcos videlicet, & Sabucetum: quibus etiam pro memoria nominis mei solidos viginti dari jubeo. Ursi Archidiaconi familiaribus usus obsequiis, dono ei domitextilis casulam subtilem, & aliam pleniorem, duo saga delicata, tapetum quod habeo in lecto, & tunicam quam tempore transitus mei reliquero meliorem. Hæredes mei, Lupe Episcope, & Agricola Presbyter, porcos meos inter vos æqualiter dividetis. Friaredus, quem ne accideretur quatuordecim solidos comparavi, duos concessos habeat, duodecim det ad basilicæ domnorum Martyrum Timothei & Apollinaris cameram faciendam. Hæc ita do, ita lego, ita testor. Cæteri omnes exhæredes estote, suntote.

Huic autem testamento meo dolus malus abest, aberitque in quo si qua litura, vel casaxatura fuerit inventa, facta est me præsente, dum a me relegitur & emendatur. Neque ei duo priora testamenta, primum quidem quod ante XIV. & alterum quod ante septem condidi annos, obsistere, obviare, aut ullatenus nocere poterunt: eo quod quicquid in ipsis continebatur, in præsentia fratrum meorum hic inserta, & quæ deerant adjuncta, insuper & quæ Dominus mihi largiri in posterum dignatus est, superaddita noscuntur. Sed inconvulsum & incontaminatum præsens hoc quod condidi testamentum, a fratribus meis successoribus, videlicet Remorum Episcopis, * conservandum; a Regibus quoque Francorum, filiis scilicet meis carissimis, quos per baptismum, Jesu Christi dono & gratia Spiritus sancti cooperante, Domino consecravi, ubique defensum, atque protectum contra omnia, & in omnibus inviolabilem perpetuamque semper obtineat firmitatem. Et si quis, in ordine clericali, a Presbytero usque ad tonsum contradicere, aut obviari ei præsumpserit, & correptus a successore meo satisfacere neglexerit, convocatis ex vicinioribus locis Remorum Diœceseos tribus Episcopis, deponatur a gradu. Si vero (quod non opto, nec cupio, sed neque spero) successor quilibet mihi in hac sede Remorum Episcopus execrabili cupiditate ductus, res præfatas, sicut a me, auctore Domino meo Jesu Christo, ad illius honorem, & ejus pauperum consolationem ordinatæ sunt, aliorsum distrahere, immutare, commutare, seu quolibet obtentu in usus laicorum, beneficii gratia dare, aut quolibet datas favere, aut consentire præsumpserit, convocatis totius diœceseos Remorum Episcopis, Presbyterisque ac Diaconibus, necnon & ex filiis meis carissimis Francis religiosis quamplurimis, reatus sui pœnam, privatione sui Episcopatus persolvat; & nequaquam ultra recuperationem gradus amissi, in hoc seculo promerebitur. Quicunque vero ex laico habitu a nobis statuta parvipendens, sibique favens, quæ pauperibus Ecclesiæ attributa sunt abuti, aut usurpare quolibet obtentu præsumpserit, pari simul perpetuaque damnatione alienator, petitor, dator, acceptor, pervasor, anathematis vinculo ab Ecclesia Catholica sejungantur; donec valeant, Deo miserante, condignæ satisfactionis emendatione indulgentiam promereri. Sin autem in hoc perseverare cujuscunque donationis occasione quilibet delegerit, spes ei præsentis ac futuræ restitutionis a successore meo, Remorum scilicet Episcopo, omnimodis auferatur. Generi tantummodo regio, quod ad honorem sanctæ Ecclesiæ, & defensionem pauperum una cum fratribus meis & Coepiscopis omnibus Germaniæ, Galliæ, atque * Neustriæ, in Regiæ majestatis culmen perpetuo regnaturum statuens, elegi, baptizavi, a fonte sacro suscepi, donumque septiformis spiritus consignavi, & per ejusdem sacri chrismatis unctionem ordinato in Regem, parcens, statuo, ut si aliquando genus illud regium per benedictionem meam toties Domino consecratum, mala pro bonis reddens, Ecclesiarum Dei pervasor, destructor, depopulator, gravis, aut contrarius existere voluerit, convocatis Remorum diœceseos Episcopis, primum moneatur: & deinde Ecclesia * Remensi præfata, adjuncta sibi sorore, Ecclesia scilicet Trevirensi, iterum * conveniatur. Tertio vero, Archiepiscopis tantummodo Galliarum tribus aut quatuor convocatis, Princeps ille, quicunque fuerit, moneatur: itaut usque ad septimam monitionem, si prius satisfacere renuerit, paternæ pietatis longanimitate differatur. Tandemque, si postpositis omnibus præfatis * benedictionibus, incorrigibilis contumaciæ spiritum non deposuerit, & se per omnia, Deo subdi nolens, benedictionibus Ecclesiæ participare noluerit, elogium segregationis a corpore Christi, ab omnibus ei porrigatur, quod per Prophetam & Regem David longe ante, eodem qui in Episcopis est, dictante Spiritu sancto, noscitur decantatum: Quia persecutus est, inquit, hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde, & non est recordatus facere misericordiam, & dilexit maledictionem, & veniet ei; & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Totumque ei quod in persona Judæ traditoris D. N. J. C. & malignorum Episcoporum Ecclesia decantare solet, per singulas ei decantetur Ecclesias: quia Dominus dixit: Quamdiu fecistis uni ex minimis meis, mihi fecistis: & quamdiu his non fecistis, nec mihi fecistis. Et ideo quod probatur in capite, in membris intelligendum esse non dubitetur. Unum tantummodo ibi verbum per interpositionem commutetur: Fiant dies ejus pauci, & principatum ejus accipiat alter. Quod utique si successores mei Remorum scilicet Archiepiscopi, operari, sicut a me ordinatum est, neglexerint, in se quidquid in Principibus resecandum fuerat, maledictionibus depravati reperiant: ut fiant dies eorum pauci, Episcopatum eorum accipiat alter. Si vero Dominus meus Jesus Christus vocem orationis meæ, quam quotidie pro genere illo in conspectu divinæ majestatis specialiter fundo, audire dignatus fuerit, ut sicut a me accepit, ita in dispositione regni, & ordinatione sanctæ Dei Ecclesiæ perseve-

Marginal notes: MS. j. conservatum. — Pœnæ violatoribus hujus test. indictæ. — Hæc postea dicta est Nordmannia. — j. Remensis. — j. conveniat — f. monitionibus. — Ps. 108. — Matth. 25. — Ps. 108.

A ret, benedictionibus, quas Spiritus sanctus per manum meam peccatricem super caput ejus infudit, plurimæ super caput illustius per eundem Spiritum sanctum superaddantur: & ex ipso Reges & Imperatores procedant, qui in præsenti, & in futuro, juxta voluntatem Domini, ad augmentum sanctæ suæ Ecclesiæ, virtute ejusdem in judicio & justitia confirmari, & corroborati, regnum obtinera atque augere quotidie valeant: & in domo David, hoc est in cœlesti Hierusalem, cum Domino in æternum regnaturi, sublimari mereantur. Amen. Peractum Remis, die & consule supradicto, intercedentibus & mediis signatoribus.

Ego Remigius Episcopus testamentum meum
B relegi, signavi, subscripsi, & in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, Deo adjuvante, complevi.

Vedastus Episcopus: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque atque subscripsi.

Genebaudus Episcopus: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Medardus Episcoput: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Lupus Episcopus: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedi-
C xi, interfui qunque, atque subscripsi.

Benedictus Episcopus: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Eulogius Episcopus: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Agricola Presbyter: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Theodonius Presbyter: cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit, benedixi, interfui quoque, atque subscripsi.

Celsiuus Presbyter; cui pater meus Remigius maledixit, maledixi: & cui benedixit,
D benedixi, interful quoque, atque subscripsi.

V. C. Pappolus interfui, & subscripsi.
V. C. Eulodius interfui, & subscripsi.
V. C. Eusebius interfui, & subscripsi.
V. C. Rusticolus interfui, & signavi.
V. C. Eutropius interfui, & signavi.
V. C. Davveus interfui, & signavi.

Post conditum testamentum, immo signatum, occurrit sensibus meis, ut basilicæ dominorum Martyrum Timothei & Apollinaris missorium argenteum sex librarum ibi deputem, ut ex eo sedes futura meorum ossium compo-
E natur.

CAPUT XIX.

De remedio pestis inguinariæ, & cæteris per ipsum collatis.

POst hujus beatissimi patris obitum, *cum lues inguinaria*, veluti Gregorius Turonensis enarrat, *populum primæ Germaniæ devastaret, & omnes hujus cladis terrerentur au-* Gregorius Tur.de glo-
ditu, concurrit Remensis populus ad sancti se- ria confess.
pulcrum, congruum hujus causæ flagitare re- cap. 79.
medium. Accensis cereis, lychnisque accensis non paucis, hymnis, Psalmisque cælestibus per totam excubat noctem. Mane autem facto quid adhuc precatui desit in tractatu rimatur. Reperiunt etenim, revelante Deo, qualiter oratione præmissa, majori adhuc propugnaculo urbis propugnacula munirentur. Assumptam igitur pallam de beati sepulcro componunt in modum feretri, accensisque super cruces cereis, atque Ceroferariis, dant voces in canticis: circumeunt urbem cum vicis, nec prætereunt ullam hospitium, quod non hac circumitione concludant. Nec post multos dies fines hujus civitatis lues aggreditur memorata. Verumtamen usque ad eum locum accedens, qua beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, iatro ingredi non est ausa: sed etiam quæ in principio pervaserat, hujus virtutis repulsa reliquit. Multa denique postmodum ad ipsius sepulcrum sunt divinitus ostensa miracula, quæ per negligentiam non habentur scripta.

CAPUT XX.

De translatione corporis ipsius, & quibusdam denuo patratis miraculis.

SEpulto igitur in præmemorata basilica, beatissimi Remigii corpore, cum multa stupendaque in eadem per Domini gratiam fierent miracula, dilatata & exaltata est ipsa Ecclesia, factaque crypta post altare in qua transferretur pignus venerabile. Detegunt humo loculum, quo præparatum deponant in antrum, sed ipsum penitus movere non possunt. Superveniente vero nocte multis accensis luminaribus, circa noctis medium sopor excubantes occupat omnes. Quibus evigilantibus, invenitur transvectus sacer cum thesauro sarcophagus, in præparatum (nonnisi manibus angelicis) habitaculum deportatus. Tantaque cuncti replentur odoris suavitate, quantam lingua non valet humana propalare. Quæ delectationis amœnitas in eadem per totam diem illam, sed & in crastina, perseveravit Ecclesia. Hac igitur die translationis ejus, scilicet Calendis Octobris, cum divinis laudibus sumptæ sunt reliquiæ de capillis ejus, & casula, tunicaque ipsius: & integrum, licet exsiccatum, corpus ejusdem rubeo constat brandeo involutum. Cap. 27.

Hic itaque pater reverendus, & in vita corporis, & post obitum, sicut infirmis sanitatum gratiam contulit, sic & in pervasores vel præsumptores sæpissime vindex apparuit. Idem ibid.
de quo præfatus Episcopus Gregorius referre studuit, quod ex ipsius hic verbis indere pla- fe. S. Remi-
cuit. *Erat enim haud procul a basilica * fun-* gii.
dus tellure fecundus (tales incolæ Olcas vo-

cant) & hic datus basilicæ Sancti fuerat: quem unus e civibus pervadit, despiciens hominem qui eum loco sancto contulerat. Qui cum ab Episcopo ac loci Abbate crebro conventus fuisset, ut quæ injuste pervaserat redderet: parvipendens verba quæ audiebat, pertinaci direpta defensabat intentione. Denique causa extitit, & non devotio, ut urbem adiens, properaret ad sancti basilicam. Arguitur iterum ab Abbate pro campi pervasione. Sed nihil dignum ratione respondet. Explicitisque negotiis ascensa equo domum redire disponit. Sed abstat nimis (m. satiatus.) *fui ejus sacerdotis injuria. Nam * sauciatus a sanguine, diruit in terram: abligatur lingua quæ laxata fuerat campum tolli: clauduntur oculi, qui concupierant: manus contrahuntur, quæ apprehenderant. Tunc balbutiens, & vix sermonem explicare valens, ait: Deferte me* (ij. apud ma.) *ad basilicam Sancti, & quantumcumque * super me auri est ad sepulcrum ejus projicite: peccavi enim auferendo res ejus. Aspiciens autem dator campi hunc cum muneribus deferri, ait: Nec accipias quæso, sancte Dei, munera ejus, quæ nunquam cupide accipere consuevisti. Ne sis deprecor adjutor ejus, qui inflammante concupiscentia rerum tuarum nequam possessor extitit. Nec distulit Sanctus audire vocem pauperis sui. Nam bona ille licet dedisset munera, ostendit Sanctus Domini se illa non accepisse, dum rediens pervasor domum amisit spiritum, & recepit Ecclesia res suas.*

Temporibus Chilperici Francorum Regis extitisse fertur Moderamnus, Redonensis Ecclesiæ Præsul, vir nobili prosapia ortundus: qui per licentiam prædicti Regis limina S. Petri adire disponens, divertit in Monasterium beati Remigii situm in suburbio Remensis urbis. Ubi liberaliter a fratribus ejusdem loci susceptus, impetravit a Bernehardo sacrorum custode reliquias de stola, cilicio, atque sudario sancti Remigii. Quibus gratanter acceptis, iter inceptum lætus agens, dum permeat Italiam, in monte Bardonum quadam nocte metatum habens, memoratas in ilicis ramo suspendit reliquias. Cumque diluculo surgens, iter cœptum arriperet, immemor harum (nutu, ceu creditur, divino) hæc ibidem remansere pignora. Procedente vero aliquanto longius Episcopo, ubi relictarum memor fit reliquiarum, suum statim ad has recipiendas dirigit clericum, nomine Wlfadum. Quo ad has perveniente, nullo valet eas ingenio contingere, dum mirabili signo, ut eas attingere vellet, elevarentur in sublime. Hoc præfatus Episcopus audito miraculo, regrediens, in eodem loco fixit tentorium: sed relicta pignora eadem nocte minime valuit recipere; donec facto mane, in Monasterio quod vocatur Bercetum, in honore S. Abundii Martyris inibi constructum, Missam celebrans, prædictorum partem munerum devoveret ibidem se relicturum. Sicque rapta sibi recipiens, impleto venerabiliter voto, cœptum repetit iter. Cui obvius factus (Luidbrandus.) * Luithbrandus Italorum Rex strenuus, qui haec auditu jam compererat sacrorum virtutem, amore B. Remigii ductus, idem Monasterium, Bercetum scilicet, cum omnibus adjacentiis, omnique Abbatia, mansos * octingentos (c. octu.), ut tradunt, continenti, præfato Præsuli Moderamno delegavit, eique in præsentia fidelium suorum, legali de more, vestituram ex ea, & chartam fecit. Remeans autem ab urbe Roma memoratus Præsul, accessit ad venerandum B. Remigii sepulchrum: atque sicut illi præmissus Rex hanc terram tradidit, ita nihilominus ille S. Remigio eandem contulit. Sicque prospere in suum reversus Episcopium, successorem sibi ordinari fecit, & vale faciens filiis suis, Bercetum monasterium repetiit, & usque ad obitus sui diem in loco illo moderate & honeste, ut servus Dei, conversatus vixit. Qui quoque nonnullis deinceps locus miraculis illustratus claruit.

Processu denique temporis Pippinus Rex, Karoli Magni pater, Episcopii Laudunensis villam, quæ dicitur Anisiacus, accipere nisus quasi sub censu, velut alias quasdam fecerat, venit in eam, ubi cum dormiret, apparuit ei S. Remigius, dicens: *Tu quid hic facis! Quare tu hanc villam intrasti, quam mihi bona te devotior dedit, & quam ego Ecclesiæ Dominæ meæ Dei Genitricis donavit* & flagellavit eum satis acriter, ita ut livores in ejus postea corpore parerent. At ubi disparuit B. Remigius, surrexit Pippinus, & correptus valida febre, quantocius ab ipsa villa recessit, De qua febre non parvo tempore laboravit. Deinceps vero Regni Princeps inibi usque ad moderna tempora non mansit, ut nec in Codiciaco vel Juliaco, nisi Ludovicus Rex Germaniæ, qui quando fratris sui Karoli regnum pervasit, in Juliaco mansit, & inde turpiter in castrum fugiens ante ipsum fratrem suum, vix evasit.

Partem quoque magnam sylvæ in saltu Vosago beatus hic pater, dato comparuit pretio: (Id patet ex test. ipsius.) villulas etiam quasdam inibi constituisse fertur, quæ Cosla & Glenl vocantur: incolasque de vicina Episcopii villa, nomine Berna, dudum sibi a Francis data, in eas transferens, ibidem manere disposuit, & ut picem religiosis annuatim locis Ecclesiæ Remensis administrarent, instituit. Quibus & pensam tribuit, quæ hodie ab ipsorum successoribus accipitur, cum qua suum quoque persolvunt debitum. Hujus etiam suæ coemptionis fines ita per gyrum determinavit, & ut omnibus videntibus pateat ipsa determinatio, & hactenus ipsi fines ab eo denotati nomine tenna vocitentur & assignentur. In quibus determinationibus ligni cujusdam concavo, manu sua petram conjecisse traditur: quam quicunque voluerint contrectare, manum in ipsam cavernam valent inferre, lapidem devolvere, sed ab eadem concavitate nullo modo queunt educere. Post aliqua vero tempora quidam beati viri laudibus invidens, ipsam manu petram de ligno nisus est evellere: quod explere non valens, ipsum securi foramen tentavit ampliare. Sed elevato ferro, ut arborem percuteret, arefacta mox jam dextera, quam procaciter extulit, * ipsum quoque lumen oculorum amisit: & (MS. l. ipsa) qui famam sancti Patris hujus extinguere voluit, venerationem laudis adauxit invitus.

Istius partem sylvæ hujus almi patroni nostri studiis emptæ, duo quidam fratres custodes regii saltus invadentes, asserebant quod (Contigit tẽpore Ludovici I. Imperatoris) potius ad fiscum, quam ad jus S. Remigii pertineret. Accidit autem dum quondam cum incolis Ecclesiæ Remensis ditioni subditis, ob id altercarentur, ut unus eorum veniens ad porcos suos, quos in eandem sylvam pastum miserat, lupum inter eos inveniret:

quem ascenso equo celeriter insecutus, cumque percotere molitus, equo pavefacto caput ad quandam collisit arborem, cerebroque ipsius in terram defluente mortuus est. Frater vero ipsius in alteram pergens partem, pervenit ad quandam petram, dicens: *Omnibus notum sit, quia usque ad hanc petram est ista sylva Imperatoris:* eoque sic lapidem cum dicta bipenni, quam manu gestabat, percutiente, saxi particulæ in ejus oculus ab ipso prosiliunt, & cæcus efficitur. Sicque præsumptionis uterque mercedem recipit & mendacii sui.

Quidam vir nobilis ex territorio Nivernensi, B. Remigii reliquiis obtentis, oratorium in sua proprietate sub ipsius ædificavit honore: Ubi Dominus nonnulla, propter hujus dilecti sui merita propalanda, dignatus est ostendere signa. Cum denique Ludovico Imperatore defuncto, Aquitanii absque Principis jugo facti, gentilitiaque mobilitate permoti, prout quisque poterat, efferre sese, mutuoque impugnare, ac per contiguos pagos debacchari cœpissent, pauperes quique res suas in Ecclesiis reponere studuerunt. Unde confisi, virtutum quæ ioibi fiebant, opinione, sua multi servanda in eodem certatim recondunt oratorio. Audientes autem prædones hoc opibus oratorium pluribus refertum plurimorum, eas vi diripere nituntur. Quorum quodam obserati seram conante frangere ostii, mox ut januam calce percussit, eidem cohærente pede ipsius ostio, resupinus in terram præsumptor cecidit. Quod alii cernentes, aufugiunt. Ipse vero miser, cogente cruciatu, cum maximo suos ejulatu cœpit exprimere dolores, & amarissimis promittere cum lacrymis, quia si Deus per merita S. Remigii pedem ipsius ab hac compede solveret, ulterius nunquam, vel de illa, vel de qualibet aliquid Ecclesia tolleret, aut tolli, quantum ex ipso esset, ullo modo consentiret. Caballum quoque suum cum sella, & alia quæ potuit ad eandem donavit Ecclesiam. Sicque post confessionem, lacrymas, & votum, pes ejus ab ostio, cui adhæserat est solutus. Veruntamen eo postmodum pede claudus permansit, dum crure, femoreque computrescente, morte decessit.

Quando tres fratres Lotharius, Ludovicus, & Karolus regnum sibi Francorum post patris obitum divisere, villas Episcopii Remensis, quod tenebat Fulco Presbyter, Karolus suis distribuit militibus. Ex quibus villam Juliacum cuidam Ricuion dedit. Cujus uxor nomine C. i. Beata. * Berta, dum in ipsius villæ cubiculo jaceret, venit ad eam S. Remigius in somnis, dicens: *Non est locus tuus iste ad jacendum. Alterius meriti & officii debet esse, qui hanc villam habere, & in hoc cubiculo debet jacere. Surge quantocius, & hinc abscede.* Quod illa parvipendit, putans inane se visum vidare. Iterum quoque apparuit ei sanctus Domini, dicens: *Cur hinc non abscessisti, sicut tibi præcepi? Vide ne hic amplius inveniam.* Quod ipsa ceu prius, etiam nunc pro nihilo duxit. Tertio venit ad eandem beatissimus Præsul, & dixit: *Nunne jam semel & secunda tibi jussi, ut hinc abscederes? Sed quia pergere contempsisti, aliorum deportatione discedes.* Et percussit illam virga quam tenebat in manu, quæ mox in maximum toto corpore conversa tumorem, viro suo quod viderat, aliisque nonnullis di-

A xit, & per aliquot dies severissime cruciata, vitam finivit. Cujus corpus vir ejus in Ecclesia S. Remigii deportari, & ibidem sepeliri fecit. Quod autem funus ipsius in Ecclesia sua pater hic almus receperit, non adeo mirabitur, si quis digne perpenderit, qua Sancti vindictas in delinquentes exercere soleant intentione: videlicet, ut si pœnituerint, hic recipiant quod merentur, ne post æternis suppliciis addicantur, ut in Regum libro de Propheta legitur, qui ori Domini inobediens extit, & a leone percussus interiit: atque post ultionem perceptam corpus ipsius intactum a fera remansit. Quod vero præmissam mulierem ter admonere curaverit, nec eam primo vel B secundo visitans percutere voluit (quam tamen ultione plectendam utpote Deo conjunctus, non ignoravit) qui aliud quam patientiæ nobis exempla proposuit? ac scilicet ad proferendam in quemque scientiam faciles simus, qui Deo per diversa disjungimur, eam & eum patienter expectare probemus, quem Deo cohærere, atque cum ipso judicare confidimus. a. Reg. 13.

Moderno tempore colonus quidam villæ Remensi Episcopi, quæ pumblea Fontana dicitur, manens juxta regii villam Fisci, quam Rosetum C vocant, neque messem, neque pratum, cæterumve peculium, propter fiscalinorum infestationem, habere quiete valebat. Unde sæpe justitiam apud ministeriales regios sibi fieri petiit, nec obtinere potuit. Invenit autem tandem sibi salubre consilium. Nam coxit panes & carnes, & accepta cerevisia prout visum fuit in vascalis, hæc omnia vehiculo, quæ vulgo benna dicitur, imposuit, & junctis bobus ad basilicam S. Remigii, candelam manu ferens properavit. Quo perveniens, cibariis quæ detulit matricularios pavit, ad sepulcrum Sancti candelam posuit, & ejus auxilium contra suos oppressores expetiit. Pulverem quoD que de pavimento Ecclesiæ colligens, panno colligavit, & in prædicta benna ponens, linteum desuper (ut supra corpus mortui solet fieri) composuit, & ad propria remeare cœpit. Si qui vero de obviantibus eum interrogabant quid in illo carro duceret, respondebat se S. Remigium ducere. Mirabantur autem omnes in dictis & factis illius, amentem hunc esse setentes. In pratum vero suum perveniens, pastores inibi de Roseto diversi generis animalia pascentes invenit. Ast ubi sanctum Remigium ferre sibi suffragia postulans, E invocavit, cœpere boves, hirci, capræque invicem se cornibus impetere, porci cum porcis confligere, verveces cum vervecibus se collidere, pastores se fustibus & pugnis mutuo percutere. Maximoque surgente turbine pastores ejulantes, animalia quæque juxta genus suum magno sonitu perstrependo, ita cœperunt Rosetum versus fugere, ac si multitudo persequentium flagris videretur insistere. Quod cernentes fiscalini, terrore perculsi, mortis imminere sibi pericula veriti, tandemque correpti, cessarunt, ab afflictione pauperis S. Remigii. Sed quia secus amnem Saram loco lutoso manebat, & in suis habitaculis a serpentibus molestiam magnam sustinebat, accipiens pulverem quem secum ab Ecclesiæ pavimento collectum detulerat, per habitacula sua respersit: ac postea serpens in eisdem locis non apparuit, Sette.

Compertum quoque traditur, quod in omnibus Ecclesiæ B. Remigii circumjacentibus atriis, vel cœmiteriis coluber nunquam soleat inveniri: sed & si delatus hoc aliquo modo fuerit, nullatenus hic vivere possit.

Tempore domni Hincmari Præsulis, quidam Blitgarius Ecclesiæ mansum in villa Tenoilo, apud ipsius Ecclesiæ custodem impetravit pretio, unde famulos Sancti Remigii ejecit cum flagellis, conclamantibus eis S. Remigium sibi ferre subsidium. Quibus idem Blitgarius cum irrisione dixit: *Modo patebit qualiter vos S. Remigius adjuvabit: Videte quomodo in adjutorium vestrum venit.* Moxque inter hæc verba, maximo clamore ingemiscens, mirabili turgore distentus intumuit, & expirans crepuit medius. Qua vindicta commonemur ultionem divinam pertimescere, crudeliter Ecclesiasticam non tractare familiam, & in Deum ac Sanctos ejus summopere cavere blasphemiam.

Nostris olim diebus quidam Warnerius pagi Vormacensis Comes, res S. Remigii præmissas, in Vosago sitas, invadens, hominibus suis distribuerat. Veniens autem B. Remigius ad Herigarium Moguntiæ Præsulem, in somnis ei visus est, præcipiens, ut iret ad Conradum Regem, commonens eum, jubere sibi subjectis, quatenus dimitterent terram suæ ditionis. Qui consurgens a somno, licet miratus de visione Regi tamen omisit indicare. Rursus post aliquot dies apparens ei S. Remigius redarguit eum, quare mandata non adimplesset illius, admonens iterum ne differat, quin Regi jussa denunciet. Item, ceu prius, ille visum reputans inane, neglexit perficere jussionem. Tertio hunc jam cum flagello Sanctus adiens, ipsius increpavit contumaciam, quemque per brachium comprehendens, lecto visus est extraxisse. Sicque flagello, quod tenebat, eum verberans, acriter cæsum dimisit, & humiliatum. Non amplius enim jam temnere jussa præsumens, Regem mox adit, secretum petit, vestem deponit, lividum corpus ostendit, & dicta vel acta fideliter ex ordine pandit. Accidit autem, ut ea die legatus domni Præsulis nostri Herivei, nomine Teudoinus, ab eodem seniore suo pro ipsis rebus repetendis ad Regem cum muneribus deveniret, atque horam qua Regi præsentari possit extra stans, expectaret. Cumque rem gestam Rex admiratus, requiri præcepisset, si quis illic inter suos forte nostris e partibus inveniretur, ille pro hac eadem re foris sustinens reperitur adesse, Regi nunciatur, eo jubente coram deducitur, & ei res quæ propalata fuerat aperitur. Ille gratias agens, pro rebus ipsis se missum retegit, res, Rege reddente, recipit, & eodem favente præfato Pontifici Herigario tutandas ad fidelitatem S. Remigii committit. Posteaque domnus Præsul Heriveus dum advixit, ex iisdem rebus annuatim debitum sine contradictione censum recepit.

Easdem res domnus Artaldus Episcopus dudum Conrado duci commiserat: quas ille Ragenbaldo cuidam suorum delegaverat. Qui Ragenbaldus earundem rerum colonos valde affligebat. Ipsi vero pro afflictione sua sæpe ad Sanctum Remigium clamabant, Remis venientes, & ipsius patroni sui patrocinia requirentes. Pro qua re nuper anno præterito, cum Rege Ottone & præfato Duce locuti sumus, quando Aquis ad eundem Regem missi fuimus. Sed ut idem Ragenbaldus ab ipsarum rerum direptione desisteret impetrare nequivimus. Unde contigit * horno, ut dum quondam sabbato eosdem colonos ad opus quoddam peragendum congregatos haberet, præciperetque Presbytero, ne signa vespertinalia usque prope noctem pulsaret, operique implendo insisteret; percuteretur percussore inviso. Qui dum requireret quis eum percussisset; omnesque se vidisse negarent, furiis exagitatus, seorsum amisit, graviterque vexatus, spiritum exhalavit. Quo comperto dux Conradus nimium territus ad Sanctum Remigium venit, eique res ipsas reddidit, quas præmissus Præsul Artaldus Hincmaro Abbati, ac cæteris monachis ad supplementum victus attribuit.

* l. hoc anno,

In Vulfiniaco Rivo, pago Laudunensi, habetur Oratorium in honore S. Remigii dedicatum. In quo dum Rodulfus Rex Heribertum Comitem persequeretur, qui Episcopatum Remensem a Rege sibi commendatum tenebat, homines ipsius villæ res suas propter hostiles incursus recondere studuerunt. At dum Rex præfatus ad obsidendam Remensem venisset urbem, & in Culmissiaco metatus esset, exercitus ejus vicinas occupavit villas. Quidam vero illorum, qui in prænotata villa, scilicet Vulfiniaco Rivo, metatum habebant, vinum quod in Ecclesia timoris causa reconditum fuerat, invadit: & quasi tabernam constituens in eadem Ecclesia, paribus suis illud vendere cœpit. Hæc dum ageret, percussus morbo, repente sensum amisit, ore sibi ad aurem usque pene retorto: diuque cruciatus tormento, vitam finivit. Quod cernentes cæteri, eidem loco sacro debitam deinceps exhibentes reverentiam, ab hujusmodi sese cohibuere præsumptione.

CAPUT XXI.

De altera vel iterata translatione, seu relatione corporis ejus ad urbem.

HUjus beatissimi patris nostri venerabile pignus, domnus Hincmarus Archiepiscopus, adhuc ampliata ipsius Ecclesia, cryptaque opera majore atque pulcriore præparata, præsentibus & annitentibus Episcopis diœceseos hujus Remensis, transtulit: integrumque illud cum brandeo, quo prius repertum fuerat involutum, in argento locello transposuit. Sudarium vero quod super caput ipsius erat, cum parte prædicti brandei, scriniolo reconditum eburneo, Remis abinde reservatur, in Ecclesia Beatæ Dei Genitricis Mariæ. Denique cum corpus ipsius sacratissimum de lapideo sarcophago in præmisso transponitur loculo, Rado quidam Suessonicæ tunc Ecclesiæ Subdiaconus, qui cum Episcopo suo Rothado illuc advenerat, adeo dolore dentium per integrum vexatus annum, ut doloris nimietate perditurus metueretur sensum, maxillam peste gravatam loco ubi sanctum pignus jacuerat, apposuit: & mox ab hac liber redditus ægritudine, dolorem deinceps hujuscemodi meruit non sentire. Hac eadem die duo quidam homines morbo contracti apud pagum Ribuarium, in oratorio quodam memoriæ hujus Beati nostri patroni dedicato sanitatem nunciantur recepisse. In ipsius autem qua cor-

an. 852. Kal. Octobr.

Bruieres in Launoit.

pore quiescit, basilica, continua fieri non omittuntur insignia, dum advenientes ægroti sanantur, perjuri dæmone pervaduntur, energumeni liberantur, illuminantur cœci, eriguntur claudi: ut in cælis gloriose cum Christo vivere demonstratur, qui tot miraculorum signis, ubi corpus exanime servatur, in terra vivere comprobatur. In loculo vero ubi tunc depositum corpus ejus est, hi versus a domno Hincmaro editi, leguntur insculpti.

Hic famulus Hincmar Domini sacra membra locavit,
Dulcis Remigii, ductus amore pio.
Qui prius est sanctus, munda quam matre creatus,
Et magnus dictus culitus ore Dei.
Bis denos, binosque gerens feliciter annos,
Sorte Dei sumpsit pontificale decus,
Sexaginta simul bis septem remanserat annis
Istius urbis honor, Præsul, & orbis amor.
Vitam defunctis, reddens quoque lumina cæcis:
Egerat & vivens plurima mira satis.
Nam domuit fera corda anima pius, ore profusus,
Sicambræ gentis, regia sceptra sacrans.
Nonaginta quidem sex cum compleverat annos,
Splendida lux nostras deseruit tenebras.
Idus jam plenas cum Janus mensis haberet,
Emeritus miles præmia digna capit.
Isdem Hincmarus primus hac sede Sacerdos
Post triginta, loca constitit & numera:
Qui sextus decimus sub hac radiante lucerna
Remigio, Remis munia cara dedit.
Annis septenis, quinis ac mensibus egit
Pastoris curam, hæc recolenda patrans.
Octingentena quinquagenoque secundo
Qua Deus est anno virgine natus homo:
Tertius & Karolus Regni componeret actus,
October primam cum daret atque diem,
Ac ter centenus octavus tangeret annus
Hic justus Domini qua petit astra poli.
Ter centum fuerant, tres & deni quater anni,
Quo vitæ Francos gurgite lavit avans.
Ipsius is precibus cælesti in sede locetur,
Quem terris coluit verus amator. Amen.

Accidit autem postea, peccatorum meritis exigentibus ut Dominicæ Incarnationis anno DCCCLXXXII. sub Rege Karlomanno, prædicto domno Hincmaro Archiepiscopo satagente, transferretur venerabile pignus corporis hujus sacratissimi patris & domni nostri Remigii (propter infestationem paganorum) ad villam ipsius jam supra taxatam, nomine Sparnacum: quia civitas Remorum tunc temporis non habebat in ambitu sui murum. Cujus obtentu totius tunc pagi ad quem delatum habetur munus hoc amantissimum: provisa probatur salus a pervasione Barbarorum, vel incursu prædonum. Post Hincmari denique Pontificis obitum, desiderabilis hic sacrorum thesaurus membrorum, ad Orbacense perducitur Monasterium. Hic quoque beatissimi hujus patroni nostri suffragiis omnis commoditas aeris circumquaque degentibus attribuitur incolis, cum insolita fertilitate telluris.

Obiit anno anno 882. ut est in fina lib. 3.

Post decessum vero sæpedicti Præsulis Hincmari cum Pontificatus subiisset honorem Fulco, sui primo præsulatus anno referre decrevit alma beatissimi hujus nostri patris ossa.

A Quod ubi aggreditur, perveniente jam eo cum coepiscopis & cleri plurimis ad locum ubi pignus servabatur pretiosum, cum esset magna cœli serenitas, sed fervens admodum siccitas, subito se tantus effundit imber, ut totius hujus superficiem terræ videretur ubertim irrigasse. In crastinum vero dum sacra referre promovent munera, cuncta clara, cuncta jocunda, cuncta mundanæ speciei redduntur amœna: prosperoque progressu confluentibus undique populis, ad vicum deveniunt Calmiciacum, in quo nonnulla pater hic eximius adhuc carne septus, virtutum dinoscitur exhibuisse magnalia. Hic membra veneranda in Ecclesia deponentes ejus nomine dedicata, noB ctis quiete fessa levant corpora. Post requiei subsidium, jam terra solis illustrante jubare, voces undique Deum benedicentium concrepant atque laudantium, quod eis pastorem, patronum, ac protectorem redderet corporaliter proprium, quem semper apud divinam clementiam intercessorem, & assiduum se habere confidant advocatum. Præfatus interea Præsul cœlestium sacramentis mysteriorum rite celebratis, imminentis juga cum laudibus scandit montis, comitantibus undique secus populorum stipatus catervis. Hic ubi pro populi delictis, & iræ mitigatione cœlestis ad Dominum fudisset orationem, paululumque processissent, adhuc clarificare Christus, mirificare, atque glorificare disponens hunc beatissimum patrem C nostrum in terris, quem magnificare cum Angelis elegerat in cœlis, quanti sit apud se meriti concurrenti propalare decernit multitudini.

anno 883.

CAPUT XXII.

De remediis subinde pluribus impensis.

Accedit itaque mulier cœca, nomine Doda, manu sibi gressus regentis innixa, quæ mox ut cominus approperat, visum sibi restitui coram omnibus impetrat. Quod PræD sul audiens, hymnum laudis Dei cum populo, magno repletus concelebrat gaudio. Nedum finierant odas exultatione cœlum replentes, & ecce frustratus quidam multis gressu diebus cum integra procedit incolumitate lætabundus.

Transiere cum laudibus inde paulisper: & mulier quædam manuum potita sanitate succedit. Duplicant ergo, triplicantque comitantia gratiarum actiones agmina. Tremefacti proximi quique mirabilium magnitudine tantisper a tantæ deliberant secedere sanctitatis sublimitate. Nec vox reciproca laudantium defecerat ab ore, dum quidam puer, Grimoldus nomine E diu lumine privatus, os quoque miserabiliter a rectitudinis loco distortus, invisaque deformitate turpatus a parentibus obviam delatus, pristinum quem dudum amiserat, est visum consequutus, & in propriam sanctissimi patris hujus opitulatione mirabiliter est effigiem restitutus. Interjecto velut unius horæ spatio, puer alius a contractione corporis ejusdem patroni suffragiis feliciter est erectus. Cohors igitur devota, melodiis Davidicis nequaquam sufficiens reboare carmina, maximo cordis affectu permota, inter laudum voces, eliciente gaudio lacrymis ora rigare profusis, & suspiria, singultusque formare pro canticis. Concurrentium

tium quoque nimia stipatio plebium, sacri muneris gerulum deosculari cupieotium loculum, importnoitate valida veheutium cœpit figere gressnm. Mirorum siquidem quæ gerebautur, percrebrescebat opinio; certarimque tam sani, quam diversis calamitatibus attriti, properare studebaut, cupientes intueri magnalia quæ Dominus omuipotens, in Sancti sui clarificatione, multiplicare proposuerat. Pro maguo uamque sibi damno quisqne reputabat, imo delictum deputabat, nou modo, si nou procederet, verum si postremus accederet. Approperanter autem cives obviam, dum grata deferri cernunt munera, se prosternentes, soli deosculantur terga: suspicientesque, obi coutemplanrur locum, pretiosæ divini diadematis gemmæ bajulum, muirss inter eximia gaudia lacrymas fundunt: obsecrautes ue amplius ejusdem parris affici ceuseautur absentia, quio perpetua mereantur gratulari præsentia. Pater interea beatissimus filiorum devorioni præclaris faveos uutibus, addit adhuc divinis plebem suam multipliciter exhilarare mirabilibus. Erenim dum clerus cum sacerdotibur, Psalmir, Hymnis, & Canticis iotonaut spiritalibus, populus etiam jubilationis immensæ reboat vocibur, ut mirabilem Deum iu Sanctis snis, jocundioribus adhuc præconarentur auimis, pristioam multitudo lauguentium sospitatem manifeste conspicitur recuperare, levatis pluribus varia peste corporibur: adeoque per singala pæne momeota, cœlestia paodebantnr miracula, ut ad hæc locorum vel temporum vix euumeranda censeri valerent interstitia.

Tuuc igitur Osanna quædam mulier, cum admiratione gaudentium, celeri meruit prosperitate recipere visam. Et post pusillnm claudus qnidam felici munere consequitur gressum. Deodata quædam patefactis aurium jauuis, adipiscitur auditum. Quidam, nomine Teuto, desiderabili potitur illuminationis dono. Item quædam mulier eodem gavisa lætatnr benefi-

j. Ausol. cio. Similiter Ausoldus, quoque lumine, quodnimio flagrabat assequi desiderio, fidocau credidit animo, patris hujur piissimo perfruitur suffragio. Quidam Gerbertus, paralysis est a dissolutione sauatus. Quidam quoque alius ejusdem muneris exultat hic largitate perfunctus.

Cumqne certatim qoiqne, studio piæ devotionis obviam studerent occurrere, ac non modo benigni cordis iutentionem, quin eriam rerum temporalium exhibirionem, prout cuique facultas supperebat, afferrent: muliet quædam paupercula, de civitate properans in occurlum, manu cereum ferebat, qui accensus ouuquam fnerat. Mirabile dictu, subito cœlitus nutu divino cereus in manu gerentis est illuminatus: illumque dum pet toram defert illa viam, Dei confidendo miraculum, nequaquam superni lumiuis amittit ille beneficium, donec mirifici pignora patris in stationis propriæ perferrentur domum, hicque a Pontifice solemnia celebrarentnr missarum. Tuuc fœmina cereum lumine flagrantem mirabili, basilicæ tradit custodi: qui ob supernæ gratiæ quod contigerat gaudium, luminaria quæcunque per Ecclesiam videbantur ardere, mandat extingui, lumineque divinirus hoc dato rursur accendi: hojus vero partem cerei cœlo dati miraculi decreuit in testimonium reservari.

ms. Totgardis. Rotgardus quædam semina de pago Castricio, gradiendi carens officio, pristioæ gaodet cum incolumitatis dono: ut quæ plaustro devehenre fuerat adducta, propriir postmodum pedibus remeare valeret ad sua. Præterea mulier quædam secum parvnlam sex anuorum fere defert filiam, nomine Wlfidem: quæ dum quadam die cam coævir luderet, ab aliqua trauseunte forte muliere percussa fuerat in capite. Quo ictu læsa, ita ne ejur rerro reflexum inhærere cervi videretur occipirium, nec in aliam capnt reclinare partem valeret: cibi vero nullam, nisi liquidam sumere posset susteutationem, quæ iotegrum sub tali ferme labore duxerat anui curriculum. Quam mater affectu diligenr tenero, deque salurir ipsius sollicita recuperatione, studuit obviam deducere. Dumque comions ob deusitatem multitudiuis non valet accedere, procurat aliquaurulum vulgus autecedere. Mox io via per quam iter erat agendum, sese prosternens simul cum lobole, fulta valida fide, preces ad Domioum devota dirigit mente. Necdum ab oratioue cessarat, & ecce ipsius cœpit vociferare filia. Quam geuitrix, ne maternis consoletur blanditiis, surgeur, intuita, caput ejns ub inflexione videt ad propriam rectitudiuir lineam remeasse. Tunc nimia hilaritare repleta, sed & de prolis saoitate confisa, perlustrans vulneris locum, cernit sauguine madidum, nervosque diu contractos, ac si fuoes extendi, prodnctos. Sic accepta misericordiæ quam quæsierat benedictiooe, domum læta cum gratiarum revertitur actioue.

Hac igitur diguitate clarificationis, & rernm gestarum admiratione cohors stipata, votoque gratulatiouis, arreptum toto fervoris iter annisu, cum Canticis Hymnisque percurrere satagebat. Præcesserat eqoidem Præsul, sed reversur cleri comitantibus choris pretiosissimom propriis thesaurnm sumit bumerus: & sic ad ipsius propriam beatissimi domum patris, cum magna perfert gloria jabilationis. Ast ubi pervenitur iu Ecclesiam, quæ competere visa fnne rite dispositis, inchoata jam victimæ spiritalis immolatione muliet quædam de pago Trecasino membrorum omoium agitatione mulctata; venieus coram altari ruit iu pavimento: ibique miserabiliter diu vexata, hujus piissimi consolatoris miseratione surgit incolumis effecta. Quæ super eventu tantæ consalta calamitatis, necem se propriæ confitetur perpetrasse matris. Missarum deoique solemnibar ex more peractis, suu quique repetuot, seversuri mature iu crastinum, ad hoc tutelæ suæ præsidium in civitate perfereudum. Mane jam facto, dum ad coudictum studiose cooteoditur, Erluidis qnædam muliet, baud procul ab urbe degens, ad taotæ processionis spectaculum disponebat exire: quatenus optatæ sospitatis uti mereretur mnnere. Quæ quia jam per qainqnenniom languore pressa, partem corporis dextram præmortuam, peneque gestabat inutilem, oisu quo poterat accedere, & ad visendum sacri hujus mnneris locolnm, sese molitur promovere. Cumque tali conamine jam fere medium peragrasset itiueris bujus sparium, uon valens ultra procedere, gravi corruit confecta labore. Meditatur domum redire, sed uequit hoc ullateous adimplere. Quæ postquam hac aliquandia nutans jacuit hæsitatione; demum resumpto moliminis ansu, tentat an valeat adhuc aliquantulum propinquare. Moxque divina miserante clementia, vigor ægris addirur nisibus; viribusque cum salubritate receptis, libera festi-

nans celeritate, nimiaque tripudians hilaritate, quo decreverat ægrota se trahere, agili cœpit incessu gaudens approperare. Infirmitatis etiam suæ solamen manu ferens baculum, iter peragit destinatum, non ut ejus amplius egeret auxilio, sed ut in hujus datæ sibi sanitatis ostenderet testimonio. Perveniensque quo desideraverat, laudabunda devotas interventori suo rependit gratias: hicque perlatum dimittens baculum, priscæ calamitatis suæ solatium, alacris jam, nec opis hujus indigna, repetit iter emensum, referens læta quæsitum divinæ consolationis suffragium.

Adveniens Pontifex, cleri, magnatumque stipatus agmine, victima salutis oblata, vestibus albis indutus, cum choris psallentium gratissimum deducit ad mœnia civitatis thesaurum. Illis autem feliciter eo progredientibus, & gratanter ad destinatum locum tendentibus, omnipotens Deus in hujus carissimi sui glorificatione fontem suæ benignitatis ac largitatis abunde est dignatus effundere: ut vix lingua quælibet effari valeat, quæ hoc tunc itinere per ipsa pene momentanea gesta probantur horarum intervalla. Nam tantam Dominus hic operatus est hac die miraculorum magnitudinem, ut viri quatuor, fœminæ vero novem, visum: viri quoque duo gressum recipere mererentur. Cum hujus itaque præclaræ gratulationis admiratione, in civitatem ad Ecclesiam Dei Genitricis, prosperrima pervenitur exultatione. Sicque lucerna hæc lucens & ardens æternaliter, in altaris sistitur crepedine. Dum Præsul igitur ad sacrandum vivifici munus accedit mysterii, quis tam ferreum pectus, tam lapideum cor gessit, qui non gemitus ederet, pectus tunderet, lacrymas funderet, dum tam stupenda divinarum dona charismatum conspiceret? Quis etenim queat enumerare mirorum copiam, cælitus hic ea die profusam? Nemo revera, qui prævaleat expedire sermone, quot ægrotantes sanati, quot titubantes erecti, quot ipsa die diversis hic sunt cladibus absoluti.

Post expleta mysticorum discedentes sacra, maturabant quique repetere sua. Sed inter abscedendum minax oriri territatio, nubes teterrimæ, terribilesque consurgere truculenta polum caligine claudere, micare fulgura, concrepare tonitrua, grandoque solum verberare cœpit non minima. Quo terrore perculsi redière plurimi, clementiam deprecantes Altissimi, quatenus hujus intercessione patris beatissimi mererentur ab his imminentibus periculis erui. Mirum in modum perturbatio, quæ terrorem incusserat, immutari nubium *rarescere tenebrositas, cessare fulgura, mitigari tonitrua, cunctaque sedari cœpit ac dissipari tempestas, & ex truci conversa in exoptabilem pluviam grandine, telluris ubertim superficies, quæ nimio solis exusta fervebat ardore, perfusa fœcundo salubriter refovetur humore. Sicque manifeste dignosci datur indignationis ad horam concitata permotio, salutis immutata subsidio. Denique benignissimi patris hujus solatio totius diræ pestis nostris videtur finibus eliminata corruptio. Salubris aer, pluvia data congruens; timor etiam qui regnum pervaserat hostilis, in spem paulatim securitatis tranquillitate vertitur pacis.

*S. i. Clarescere.

Hac eadem præfata scilicet illationis sacri corporis in urbem die, tingui fervida jam solis Oceano rota petente, quidam Nivolus nomine, de villa quæ vocatur dominica, Remorum montis in latere sita, surdus & mutus, manibus quoque per annos novem debilis ac pedibus, qualicunque valuit per totam diem conamine, ab ipsius surgentis auroræ lumine, per quinque ferme passuum repens millia, vix ad ipsius ædis sepulcri limina, qua decima tandem pervenit hora. Qui dum veniens, sacrum corpus ibidem non adesse comperisset, templique fores seris diligenter obfirmatis clausas perspiceret, cadens in faciem super terram, quadam præsumptionis importunitate, sanctitatis aures clandestino cœpit clamore pulsare, tam magno se conquerens labore fatigatum, nec sibi fore permissum videre saltem loculum sacri pignoris bajulum, qui tamen ejus sibi posse subvenire celsum nequaquam diffideret præsidium. Talia denique dum tacita secum volutat mente salutis vigor ipsius per membra quæque celsim cœpit irrepere, priscaque simul stupet omnium se vires sensuum recuperare. Cumque rumor hujuscemodi operationis, quibusdam nuntiantibus, aures percelleret plurimorum, certatim quique procurrunt, admiranda Dei magnalia lætantes aspiciunt: ovanter hominem ad locum venerandi sepulcri perducunt, campanas pulsant, lætebundis Deo laudes vocibus intonant. Hujus miraculi permoti fama quamplurimi, domum petunt Ecclesiæ, videre cupientes magnalia Dei. Videntes ut audierant, divinarum signa virtutum, manibus gratanter in cœlum porrectis, benedicunt Dominum. Quod divinæ benignitatis miraculum valde tunc profuisse dinoscitur ad eorum solatium, qui se corporaliter deseri tanto querebantur patrono. Quibus tamen spiritaliter se non deesse tali patris sæpietatis declaravit indicio.

In Ecclesia quoque Beatæ Dei Genitricis, ubi venerabile patris hujus servabatur pignus, nonnulli diversis ægroti sunt interim curati languoribus. Nam quidam nomine Natalis de Burdensco, mulier etiam quædam dicta Leutberga, item mulier altera nomine Gonthildis hujus patrocinio patris visum recipere meruerunt. Alia quædam quoque mulier unius oculi visum in eadem domo recuperavit amissum. Quædam præterea puella cognomine Flotgildis ex villa quæ vocatur Ceucella secus Libram rivulum sita, quatuor circiter ætatis annos gerens, lubricando prolapsa, utrumque sibi genu debilitaverat: ita clauda facta, ut omnino nec gressum figere, nec pedibus valeret insistere. Quam parentes ejus quamvis pauperes: de sospitate tamen ipsius solliciti, per diversas deferre SS. curaverunt Ecclesias. Ast ubi jam per duodenum fere annorum spatium tali vexaretur languoris acerbitate, nec remedium posset doloris invenire; comperiens de relatione sacri corporis, operumque miraculis, quo valuit nisu, repere cœpit, nec se carpento permittit imponi, sed tractu, pro ut valet, illud agere gestit iter. Ad templum vero perveniens, quo pretiosum saluti audierat munus inesse, fusis Domini clementiam votis pro sui flagitat liberatione. Sed & propriis fertur pavimenta lacrymis humectasse. Quæ postquam per tres ita dies egisset, dum denuo precibus incumberet, divina sibi gratia superveniente, vim medicinæ vix valens ferre magnis cœpit vocib. strepere, & ejulatus edere. Sicque nodis ner-

vorum resolutis, omnique poplitum contractione relaxata, unius horæ ferme spatio viribus exhausta, jacuis quasi mortua. Sed qui contulit absolutionis opem, roborea addidis quoque vigorem. Moxque ceu de gravi evigilans somno, ubi supernum sibi sentit obvenisse beneficium, pignoris almi patis loculum, cujus gratia sibi contigisse non hæsitabat remedium. Dehinc gratias hic agens, ibidemque degere gratifica decernens, & precibus crebris insistens, debitas medicatori suo celebrat excubias, ac salutatis quotidie libaminis offert oblationes.

Fuit autem Remis in præfata Dei Genitricis Ecclesia corpus illud sacratissimum Beatissimi patroni nostri Remigii, dum præmemoratus Antistes domnus Fulco præsulatus fungitur officio, scilicet usque ad Episcopatum venerabilis Herivei Episcopi, qui cessante Nordmannorum persecutione, per solam Dei clementiam pace recuperata, munus idem supernum propria sepulturæ ipsius referre decrevit intra mœnia. Quod dum convocatis quibusdam regni proceribus agere maturaret, accumulare Dominus ejus non distulit clarificationem, suorum repetentis ossium sedem. Contigit enim, dum magnu populi confluentis stiparetur caterva, postquam sunt urbem egressi, quidam claudus & ariditate nervorum poplitumque contractus, Abraham nomine, qui scabellulis hærens, per terram se tantummodo trahebat, ut poterat, ubi secus urbem veniens, iter ad S. Basilicam inchoasset intendere, divina tactus potentia compagum duritia resoluta, cœpit ad salutis extendi remedia. Quem sospitate recepta pluribus vidimus annis incolumen, erectum gradientem, collataque sibi prosperitate gaudentem. In eo vero loco ubi hoc salutis accidit donum, posita deinceps extat columna cruce præfixa, glorificationis hujus continens monimenta. Sed & tam prius crebertime, quam postea, clarissimis sæpe multiplicibusque miraculis ejus sepulcri decoratur Ecclesia, quæ nequaquam literis habentur comprehensa: sunt namque multimoda.

anno 901.

CAPUT XXIII.

De discipulis ejusdem B. Remigii.

FUerunt hujus denique beatissimi Patris nostri temporibus, in hac urbe viri clarissimi, Deoque virtutibus accepti, tam ex clero, quam ex ordine laicali, utpote qui tali, tam venerando, tamque sanctissimo famulabantur patti. Quorum videtur eximius, Agricola nepos ipsius, Presbyter venerandus, & eidem obsequiis, ut ipse testatur, a pueritia placitus, quam domesticos ejus exegit intra parietes: quem etiam cum Ecclesia Remensi, beatoque Lupo Episcopo fratris sui filio, in omni substantia sua, præter id quod specialiter unicuique donaverat, darive jusserat, hæredem constituis. Ei quoque mancipia nonnulla com vineis peculiariter deputans, tradidit, hoc illi fidenter injungens, ut diebus festis & omnibus Dominicis, sacris altaribus ejus offerretur oblatio, annuaque convivia Remensibus Presbyteris atque Diaconibus præberentur. Erat & alius nepos ejus, Etius nomine, cui partem de Cesurnico, quæ sibi forte divisionis obvenerat, cum omni jure quod ibi tenuerat atque possederat. Ambrosium quoque puerum, cum familiis quibusdam designans, ad jus illius dominiumque transmittit. Aderat & Agathimetus, æque nepos ipsius cui familias quasdam delegans, vineam quoque, quam pater idem beatissimum Vindonissæ posuetas, & suo labore constitueras, sub ea conditione donavis, ut omnibus diebus festis ac Dominicis pro commemoratione sua sacris altaribus offerretur oblatio, & Laudunensibus Presbyteris atque Diaconibus annua convivia pararentur. Archidiaconi sui Ursi se familiaribus afferens obsequiis usum, donas ei casulam quandam subtilem, & aliam pleniorem, duo saga delicata, tapete quoque quod habebut in lecto, & tunicam quam tempore transitus sui reliquares meliorem. Erant & alii probati viri tunc Remis ex clero tam Presbyteri quam Diaconi, quos munere suo dignos ostendit, quibusque dona largitus, & vineam delegat communiter possidendam com vinitore, addens eis alia quædam quoque mancipia. Aderat Hilaria Diacona, quam benedicens idem pater sanctissimus, filiam vocas: cui ancillam quandam deputat, & vitium pedaturam, quæ suæ jungebatur vineæ, donas, partemque suam de Talpusciaco pro obsequiis quæ sibi indesinenter ab ea impensa testatur, ei transcribit. Erat & Remigia, cui dat cochlearia tria, quæ ipsius B. Patris fuerant nomine titulata: delegans illi alia quædam quoque munuscula. Sed & laici clarissimi nonnulli renitebant viri, quorum Pappolus, Eulodius, Eusebius, Rusticolus, Eutropius, & Davveus privatis B. Viri rebus interfuerunt, & ipsius testamento subscribentes nomina propria subdiderunt.

Eximius etiam vir præclarus Attolus, qui, sicut in ejus epitaphio legitur, amore studioque S. Remigii, Xenodochia XII. rebus e propriis struxit: sepultusque cum filio & filia post altare in Ecclesia B. Juliani Martyria, hunc sepulturæ declaratur habere titulum templi pinnaculo innotatum.

Hic igitur nullum lateat, quid terra retentat,
Ne quis si cupiat discere, cassus eat.
Subdus enim tria consistunt monumenta petrina,
In quibus almarum corpora candita sunt.
Hic pater est Atolus, nata, nataque sepultus,
Expectantque diem nunc Domini propteram.
Illius certe natus memoratur Elanus,
Nata deinde sua dicitur Eufrasia.
Qui placuere Deo, dictis factisque supremo,
Nunc pariter, quorum membra tenent loculum.
Is struxit bis sena suis Xenodochia rebus,
Jure fovens plebes, divitiis inopes.
Sic proprium censum cælum transvexit ad altum,
*In qua suscepit quod * miseranda dedit.* m. miserēdn
Hoc totum sub amore sacri studioque Remigii,
Ob quod prærutilum detinet ipse palum.

Hanc esse quoque reor Ecclesiam, de qua Gregorius Turonensis refert, quod quidam Belgicæ secundæ provinciæ in suburbio Remensis urbis in honore B. Martyris hujus Basilicam studiose construxit. Cujus reliquias post perfectam fabricam, fideliter expetens ac devote, percepis: acceptisque viatim psallendo regrediens, dum Remensem cum his Campaniam ingreditur, a pervasione dæmonis homo quidam, sancti sibi Martyris hujus pignoribus applicitis, liberatur.

lib. 2. mirac. qui est de passione & mirac. S. Juliani c. 32.

CAPUT XXIV.

De sancto Theoderico.

EXtitit his etiam beatissimi Remigii temporibus beatus vir Theodoricus, almi magistri pius discipulus, quem non ex alto voluit adeo sanguine generari, qui sublimiter hunc in generatione justorum decreverat nobilitare. Ortus autem pago Remensi, villa, ut traditur, Alamannorum corte, patre latrone, veluti rosa spinarum procreatur horrore. Ad declarandam vero castitatis ejus munditiam, quo infantilium ejusdem * panniculi feruntur abluti, non sordidum jactu, non alicujus immunditiæ puteus inquinamento, licet os ejus ex tunc de more pateat, astruitur infici. [MS. panniculi.] Beatus itaque Theodoricus ad annos usque pubertatis laudabiliter educatus, juxta morem propagationis humanæ, studio parentum coactus, sponsam cœpit habere nomine tenus uxorem, ceu non habiturus. Amore siquidem cœlestium latenter inflammatus, fieri studebat Dei cultor occultus: Hujus igitur Angelici cultus habuit in proximo, quo sanaretur medicum, quo juvaretur patronum, quo doceretur magistrum, beatissimum videlicet patrem religionis suæ Remigium. Cujus piissimi præceptoris irradiatus exemplis, ardens desiderio virtutum, certatim crescebat in virum perfectum. Copulæ nuptialis amor amarescit, & castitatis dilectio indulcescit, desiderium desiderio restinguitur, & ardor carnis ardore spiritus superatur. Abrenunciat amator pudicitiæ mundo, fœdus init cum Deo. Bellum continentiæ indicitur hosti, singulari locus quæritur certamini. Alloquitur beatus Theodoricus sponsam, & ad sponsi cœlestis hortatur amorem perpetuumque pro virginitate pollicetur honorem. Sed sponsa tabescens amore carnalis desiderii, spernit salutaria monita sponsi: & amaro animo respondet, dum se despectam videt. Cumque Dei servus cerneret, quod ejus in animo sponsæ cohortatio locum non haberet, dissentientem deserit, & urbem Remensem proprie petens, Abbatissam quandam cœlibis vitæ cultricem, nomine Susannam, requirit. Sobrius adit sobriam, pudicus pudicam, virgo virginem; quæ sub tutela B. Remigii puellari præerat congregationi, femina virilis animi, virago profundi consilii, consiliatrix altioris ingenii. Ad cujus piissimæ matris sinus mitissimos sanctus se contulit Theodericus, solo sternitur ante pedes spiritalis matris, eique prodit arcana soli Deo cognita sui cordis, erumpentibus lacrymis gemitu conturbatur, singultu concutitur, atque salubre consilium sibi cum subsidio precum subnixe ferri precatur. Ad hunc compunctionis mœrorem devotissimi juvenis commota sunt viscera benignissimæ matris, flenti compatitur, lugentem consolatur, mœrentem lætificat, & ut eum voti compotem faciat, Dominum pietatis exorat. Communis itaque pater utriusque piissimus, ab utroque simul hac de causa sanctus consulitur Remigius; cujus institutione sublimiter jam beatos profecerat Theodericus. Pro sponsa denique mittitur, æternæ præmium retributionis in virginitate perseverantibus a patre servari demonstratur: & quia virginitas Angelicæ grata munditiæ sit amica, propalatur. Adquiescit sponsa demum prudentissimi patris, imo complectitur affamina, vitæ cœlestis dulcedine mollita: seseque pollicetur, si Christo mereatur adhærere, incorruptam salva pudicitia permanere. Lætus tandem castitatis decore sponsus amplexatur sponsam quam videt a voluntate seductoris, & voluptate carnis ereptam, conditurique jam sub integritatis honore mancipatam.

Dirigitur ad providendum sibi locum habitationis cum virgine virgo, Susanna cum Theoderico. Est silvula in monte sita tribus a civitate millibus separata, in quo visum est venerabili semper in divinis flagranti patri Remigio construi cœnobium: quo sub pii regimine ductoris, quem proficere probabat exemplo virtutum, catervam Christo militantium colligeret fratrum. Conscenso denique silvosi montis vertice, dum circumferentes oculorum aciem, de monasterii corde volutant positione subito sublimi cœlorum mittitur aliger index a culmine, per quem cœlos scansuro locus in terris beato depromeretur Theoderico. Nam mysticus ales aquila spatiando gyrans, & gyrando circumvolans, quantum in ipso fuit, locum monasterii capacem secans aera designavit. Et ut expressius ostenderet quid Dominus vellet, unius fere horæ spatio, supra ubi Ecclesia construi debuit, leoris volatibus stetit, & ne hoc ab incredulis casu contigisse putaretur, ipso natalis Domini die, quadriennio continuo supervolando, monasterium circumire, mirantibus plurimis, eadem aquila cernebatur. Quæ vero virtutum opera quanta miraculorum miles Christi Theodericus inibi gessit insignia, non humanus sermo valet enarrare per singula.

Post successum denique temporis, ubi Presbyteralis subiit onus honoris, implere volens officium sacerdotis, prædicare cœpit omnibus præcepta salutis. Specialiter autem tangit animum piissimæ prolis carissimi cura genitoris. Filius sapiens lætificat patrem, cœloque regenerat, terræ se generantem. [Prov. 10.] De lubrico monachum, de latrone datorem largissimum, de servo diaboli Christi facit libertum. Jam jamque viritim de eo sancta per populos divulgabatur opinio. Et ne veluti lucerna contecta lateret sub modio, sed omnibus in Dei luceret domo, quantum sublimis erat meritis, tantum coruscis cœpit insignis effulgere miraculis. Ejus namque beatissima fama pervenerat usque ad Francorum Regis palatia, quorum Rex tunc erat Theudericus, Cloduvei filius, cujus oculus doloris subiti nimis cruciatibus ita fuerat oppressus, ut nullis diversi generis medicaminibus ad sanitatem pristinam posset ullus eum reducere medicus. Unius oculi lacrymabilis ægritudo, multorum lacrymas provocaverat in populo. Mentem Regis varii conturbant exitus cladis. Hinc metus stimulat amittendi luminis: illinc imminentis pudor deformitatis. Nam si Rex adforet luscus, maximum fuisset in populo dedecus. Aut enim turpiter, regnando, fœditatis gestaret opprobrium: aut cum luminis amissione forte perdidisset & regnum. Unum ergo restabat Regi consilium, quatenus ubi remedium cessabat humanum, divinum requireretur auxilium. Mittit igitur ad venerabilem Theodoricum, cui venienti pandit

miserabilis oculi morbum. Prodit pœnam quam patitur: prævenit precibus pericula quæ vertetur. At vir Dei virtutem sciens operationis esse divinæ, non fragilitatis humanæ, corpus solo sternit animum supra cœlos erigit, orationi se totum committit. Tandem finitis, surgens, precibus, ad sidera vultu sublato, sanctæ Trinitatis nomen invocans, olei sanctificati paululum summitati pollicis infundit, & oculo mala habenti signum salutiferæ crucis imprimens, simul cum sospitate lumen in momento restituit. Regem regum magnificat rex lætus, celebri sepletur lætitia populus, axultat ingenti gaudio senatus: laudatur Theodericus Dei servus, & glorificatur ab omnibus mirabilis in sanctis suis Deus. Convocantur a rege primates populi, de magnitudine congratulantur miraculi, quod tam cito Rex sensetit virtutem spiritalis medicamenti, * & nullius cicatricis vestigia, nullius caliginis, vel glaucomæ sesideret in oculo saluti reddito macula. Quantis honoribus Rex sublimaret famulum Christi si vellet, ac quantis muneribus, vel dignitatibus remuneraret, si contemptor ipsa dignitatum permitteret. Qaid enim oculo in corpore carius? Sed humanæ laudis, & mundanæ retributionis refugius, gratis dare maluit quod gratis accepit: atque vir magnæ humilitatis, sollicitus ne regi foret anivocus, petit ut non Theodericus de cetero, quin vocetur Theodorio. Tunc Rex admiratus purissimæ simplicitatis humilitatem, venerabiles manus deosculans, sacerdotis benedictionem devote postulat, & eum honorifice ad suum deduci Monasterium mandat. Quantas tunc cerneres ad eum confluere debilium multitudines, quæ sine mora quæsitas recepere sanitates!

* ut.

Reperitur etiam præfati Regis filiam vita defunctam magnificus hic Domini præco vitæ reformasse spiraculo, pro qua languente Rex ad sanctum direxerat Remigium, petens ut ad se veniret, atque cum precibus ægrotanti filiæ manum imponeret. At pius Præsul molestia quadam corporis, ut fertur, detentus, B. Theoderico (quem pie casteque nutrierat, & spiritalibus doctrinis instruxerat, quemque gratia curationum repletum videbat) negotium quod petebatur, ut pater filio commendat. Qui magistri jussa cupiens solerter explere, dum festinus iter ad palatium Regia ageret, adfuturam sibi divinam confidens clementiam, nuntiis accipit obiisse puellam: & ne fatigari debeat, suadetur propriam repetere cellam. Ille vero præceptoris parere non desistens imperio, pervenit ad palatium: mœrore parentes affici, luctu palatinos invenit *comprimi. Quorum lacrymis & ipse sanctus Dei permotus, plures secedere præcipit, cum paucis ad funebria resedit. Cor & oculos ad cœlum cum manibus extendit, devotas in cubiculo mentis Deo preces compunctionis, perfusus faciem lacrymis, effudit. At ubi exauditum se spiritu sentit, ad exanime corpus accedit, oleo sancto sensuum vias cum tactu pollicis illinit: mirumque in modum membra mortua in rediviva reparantur officia. Oculi lumen hauriunt vox admoto pectoris impulsu prorumpit, & puella se beati Theoderici votis redditam paudit saluti. Accurrunt genitores cum gaudio miraculum stupentes, omnis exultat aula, tripudians lætatur familia. Veneratur sanctus

m.j.opprimi

A tam a Rege, quam a proceribus, glorificatur a Palatinis omnibus. Laudibus effertur a turmis vulgaribus. Rex itaque non solum discipulum, sanctum scilicet Theodericum, sed & B. Remigium cupiens munificentiæ sublimare dono, villam quam dicunt Venderam, sitam super fluvium Maternam, Reverendo Patri Remigio: Gaugiacum vero in pago Remensi, præcepto suæ auctoritatis, sancto contulit Theoderico. Processu denique temporis, Karolo, Ludouvici Imperatoris filio, sceptra regni Francorum gubernante, Angilrannus aulicorum quidam, traditionis hujus ignarus, a Rege Venderam sibi postulat dari. Quod ubi Rex annuisset, audiens domnus Hincmarus Præsul, qui sedem tenebat Ecclesiæ Remensis, hanc

Vendier.

B infiscari villam, regalis præcepti chartam in Ecclesiæ hujus archivio repertam, dationis hujusce seriem continentem Karolo mittit, & ne contra legem Canonicam res usurpet Ecclesiæ, commonefacere satagit. In quo præcepto manifeste legitur, quomodo Rex Theodericus, pro resuscitatione filiæ S. Theoderici precibus obtenta, non solum prænotatam conferens ei villam, Dei servum sui muneris honore prætulerit, quin & magistro, præstantissimo scilicet Remigio, cui Dominus tantam gratiam contulerat, ut talem discipulum haberet, qui Spiritus sancti dono, sicut & magister, mortuos resuscitaret, benificentiæ gratia, villam Venderam obtulerit. Hæc ut ita se habere,

C ex ipsius chartarum monimentis animadvertit, a pervasione villæ destitit, & Ecclesiæ propriis libere uti permisit.

Traditur hujus beati viri suggestione sanctus Remigius collectionem meretricum, quæ ad id usque temporis prostribula fertur extra civitatem retinuisse, subversis fornicibus, in viduarum quadraginta congregationem permutasse, sumptusque quotidiano victui necessarios instituisse, ipsumque numerum viduarum perpetim manere, ut adhuc quoque manet, decrevisse. Nam dum sanctus Remigius Monasterium sancti Theoderici visitans, secus meretricium, Psalmos cum eodem carissimo discipulo suo concinnendo transiret, ac S. Theode-

D rico vox faucibus hæsisset, iterumqua, in redeundo scilicet, idem in eodem, ceu memoratur, loco & versiculo contigisset: admiratus pater sanctissimus, & requirens cur discipulus solers in Dei laudibus contra morem titubaverat, accipit dolere beatum virum de animarum dispendio perditarum, & in tam sancti vicinia, tam fœdæ turpitudinis tanta diabolo crescere lucra. Sicque persuasum patri piissimo, discipulo suggerente castissimo, subvertere latibula diaboli, & deceptas atque decipientes animas in castimoniam transducere Christi. Multas præterea constat virtutum per hunc

E fidelem Dei famulum patratas operationes. Cæcis nempe visum, surdis auditum, claudis gressum restaurans, aridas contractasque manus relaxans, obsessos a dæmonibus liberans, mille nocendi Sathanæ fraudes per divinæ medicinæ destruebat oppositiones. Et revera felicem gregis Christi ductorem, cui datum est, tum corporibus, quam animabus conferre salutem. Perseveravit autem in Dei famulatu usque in finem, & quod ore docuit, exemplis evidentissimis demonstravit. Qui post multarum virtutum opera, post miraculorum insignia, bono

certamine ad victoriam perducto, felici cursu, consummato, sanctis ei obviantibus spiritibus & gaudenter eum Angelis suscipientibus, die Kalendarum Juliarum cum gloria migravit ad Christum. Cujus audito transitu pretiosissimo, præfatus Rex Theodericus ad monasterium propere cum magna venit multitudine, prærogatique sibi beneficii memor, sed & debitæ servitutis non immemor, ad tumulum beatissimi corpus Abbatis propriis evehere studuit humeris. Nec mirum, si Rex hominum illius membra condiderit tumulo, cujus animam cum gaudio Rex Angelorum suscepit in cœlo. Ad cujus venerabile sepulchrum divina virtus usque in hodiernum diem multimodam dignatur operari salutem.

Desidia vero, vel raritate scriptorum, plurima silentio constat neglecta miraculorum. Nos tamen unum, quod nuper comperimus actum, decrevimus inserendum. Quadam denique sabbatorum die, jam vespera Dominici diei accedente, quædam paupercula, nomine *Gillaidis, ex familia sancti Dionysii, villæ Corris superioris, dum molam manu verteret, manubrium molæ ipsius inhæsit dexteræ, ut divelli posset a nemine. Tandem molæ manubrium ex utraque parte manus abscindere cogitur, indicium nolens secum deferre miserabilis operæ. At salutis suæ sollicita, quoniam B. Dionysii tunc Remis ob infestationem paganorum servabantur membra, veloci ingressu ad ejusdem sancti Martyris Domini sui contendit accedere pignora. Perveniens ergo, cum magno timore ac reverentia solo prolapsa, liberationem deprecatur a tantæ confusionis miseria. Id cum die peregisset ac nocte, remedium inde non desperans accipere, apparuit in somnis ei quidam clericali habitu, veste indutus candida, facie jocunda, capillo admodum albo, vultu paulisper macilentu, dicens illi: *Surge hinc, & vade ad sanctum Theodericum: quia secunda feria, quæ est post cras, ipsius erit festivitas celebranda, & vide ne in domo ejus appareas vacua: sed accipe ceram prout tibi ad præsens suppetit facultas, & sic ad Ecclesiam ipsius perge, & illius quod imploras obtinebis interventione.* Illa mox evigilans, hac de visione stupefacta, orat ex voluntate Dei sibi confirmari visa, & cum gaudio festinat peragere jussa. Venit igitur ad Ecclesiam Sancti, venerandæ solemnitatis die, beati scilicet Theoderici, tres hebdomadas habens, ex quo id discriminis acciderat illi. Tunc se ante sepulcrum ipsius cum lacrymis sternens, pro salute sua preces effundit: ibique tota nocte perseverans in oratione veniam de piaculis suis humiliter ac *fidenter exposcit. Dumque adhuc ante tumbam jaceret beati confessoris Christi, divina jubente gratia, per intercessionem sancti cœpit manus ipsius fœminæ paulatim a ligno disjungi, & absque læsione cujuslibet doloris aperiri. Sicque dein tota manus expanditur, & lignum dicto citius in pavimento prolabitur, ac si nunquam adhæsisse videretur. Multi vero qui aderant, hoc supernæ pietatis cernentes miraculum, glorificaverunt mirabilem in sanctis suis Deum.

j. Gislaidis.

ms. fideliter.

CAPUT XXV.

De sancto Theodulfo.

TErtius post beatum Theodericum S. Theodulfus ejusdem Monasterii rector exstitit, qui conspicua fulsisse fertur aulicorum propinquitate, & venerabilium Monachorum, atque sacerdotum dignitate, quique nobilitatis pompam pro nihilo ducens, elegit in sanctificatione Deo servire, relinquensque devios anfractus, viam recti callis expetiit, illa secutus vestigia, per quæ turgidos mundi fluctus pertransiens, properat ad cœlestia. Ingressus itaque monasterium B. Theoderici, gloriam hujus sæculi tradidit oblivioni, dignitatemque natalium suorum humilitate despexit, & ultimæ servitutis famulatui se subjugavit, humum rastro fodiens, & aratri vomere telluris terga scindens: illud Psalmographi factis implere satagens: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit.* Hoc autem quotidiano per viginti duos annos insistens operi, cum duobus juvencis ad hoc sibi commissis, duros & varios temporum pertulit invictus labores. Quod vero memorabile traditur, iidem juvenci nec ætate, nec lassitudine, deficientes, quod alii ruricolæ cum quatuor, vel sex, aut octo vix poterant perficere, hic cum duobus infatigabiliter explebat. Cumque paululum cessaret ab aratro, rursum studebat insistere rastro. Stupendum quoque valde, quod cum tam duro servitio intentus esset, nec deficeret, ab agro rediens unam sæpe noctem, frequenter duas pervigil hymnorum, psalmorumque laudibus traditur excubare solitus.

Psalm. 127.

Quadam denique die, dum laboris intermittendi tempore domum rediturus ab agricultura cessasset, monasterium reperenti quodlibet opus emendandi aratri accidit, virgamque stimuli figens in terram, domum quo tendebat, immemor ejusdem forte, imo sic divina disposuit fieri moderatio, pervenit. Mirabile dictu, spinea virga sub nocte radices in terram dedit, & mane, cum ad consuetum beatus vir opus rediret, atque resumere vellet, turgentem frondibus invenit. Quæ plurimo tempore, cumulando robur, in excelsum crevit, & factum multis enituit, donec iter agens quidam pœna plectendus, eandem abscindit, oculorumque sibi lumine cum abscissione pariter adempto, juges incurrit tenebras.

Ejus post hæc aratrum a fidelibus in Ecclesia villæ Colnbrosæ suspensum, ibi, donec eandem inimico impellente vorax flamma cremavit basilicam, permansit. De quo quisquis dolorem dentium patiens hastulam præcidisset, ac de loco doloris parum sanguinis fluere fecisset, statim medelam salutis exoptatam, beati Theodulfi meritis percipere merebatur. Hæc beneficia non audita solum, sed a plurimis etiam visu noscuntur, & sanitate recuperata, sunt certissime propalata.

Defuncto denique Abbate, qui beato Theodulfo præerat tertius (ut præmissum est) idem vir venerabilis in loco sanctæ recordationis domni Theoderici est ordinatus Abbas, Præsule annuente, & Monachorum caterva petente. Qui adepto regiminis honore, quasi rudis tiro noviter addictus exercitio, nullam se-

te præstabat artubus requiem. Quin ut infatigatus in opera manuum præstiterat, se exercendo se, non sibi parcens, ad divina totum dupliciter aptabat ministeria. Fabricavit enim basilicam in honore S. Hilarii, quo cursum sui duplicaret laboris. Signo siquidem dato, cum fratribus conveniens, harum laudes persolvebat hymnologiarum. Sed ne duplex esset corona meriti, quasi nihil ante gessisset, iterum prædicta vota reddebat in Ecclesia: qui licet clam, taliter agendo, vellet habere quod meruit, opera tamen cultoris sui non est passa divinitas oculi.

Accedit itaque quadam die, ut sus circa puteum, quo loci hujus vicini adaquabantur, deambulans, rueret in ipsum. Circumfluentibus undique monachis, cum nullus esset qui percuntem posset eripere de profundo, præsertim cum ipse puteus centum pedum feratur altitudinis, vir Dei supervenit: factoque comperto, de coinquinatione aquæ, si animal idem ibi moreretur, anxiari cœpit, oculisque ad cœlum porrectis, atque animo cum precibus in Domino fixo dum Christi suffragia devotus exposcit, ante pedes ipsius subito, limpha super os putei redundante, animal inlæsum pervenit. Videntes cuncti stupore vehementi repleti, gratias egerunt Deo, qui tantam benignitatis suæ gratiam fideli suo contulit servo.

Quadam quoque die, cum idem vir Dei iter ageret, a Monasterio ad quendam locum properans, agricolam quemlibet arantem viam publicam, per quam transire solitus erat, invenit. Cui & dixit: *Non est bonum, o homo, viam aratro scindi, quæ debet a viatoribus inoffensa pede calcari.* Regrediens autem vir sanctus per eandem viam, rursus agricolam, viam ut cœperat arantem offendit. *Nonne*, inquit, *dixi tibi, quia viam istam arare non debes?* appropiansque manu sancta caput rustici tetigit dicens: *Per istud caput te, homo, contestor ne viam istam amplius ares.* Retrahente autem eo manum, tota pars capitis * hominis, quam vir Dei tetigerat, candens apparuit, ut lana. Nec dubium, quod non homo Dei voluit, ut capilli caderent, sed ut signa per succedentem generationem promerentur hujus facti: ne quis agere simile præsumeret, quod S. Dei Theodulfus imperavit ne fieret. Nam dum generatio ipsius agricolæ mansit, signum quod a sancto viro pater accepit, & ipsa simili modo pertulit.

e. j illius.

Vir denique quidam venit ad virum Dei oculum habens virgulto percussum, & lumine privatum, cui nulla dabatur requies de cruciatione, nec spes erat de visus recuperatione. quem B. Theodulfus ad sacrosancta ducens altaria, docuit osculanda. Ille sacra velamina ore tangebat, & servus Christi precibus incubabat. Surgit Sanctus a pavimento, & nulla doloris vestigia remanserunt in juvenis oculo. Qui, ut erat dignum, viro Dei gratias referent pro medela, gaudens remeavit ad propria, collata sibi quam quæsierat medicina.

Quidam quoque Legatus Austrasiorum, nomine Offo (qui sunt superiores Franci) veniens a partibus Orientis, dum ad hujus tunc regni Principem mitteretur, orationis gratia Monasterium viri Dei videtur ingressus. S. vero Theodulfus, corpore laboribus vigiliisque confecto, fessus forte quiescebat in lecto. Legatarius animi felle commotus, quod Abbas loci non sibi dedisset occursum, rancore turbidus mentis, dabat ore proferens quæ non decebant. Cumque abiret indignans, ut ira iræ misceretur, potentissimus ejus equus, a puero mortuus nunciatur. Ipse denique frendens in semetipso, cumulansque furorem furori, geminos dat cruciatus animo, de indignatione videlicet, & damno. Cumque vir sanctus id post soporem nuntio cognovisset, ad hominem consulandum non distulit exire, suetoque de more blando conatur alloquio efferos ejus animos mitigare: invitansque ad orationem monet in Deo spem ponere, ac de hoc quod accidisset minime conturbari. Pergentibus autem illis ad basilicam Christi confessoris Hilarii, dum veniunt in locum ubi signum crucis adoratur, in via prece solito data, blande vultum vertens in prædictum Legatarium: *Noli*, ait, *vereri, quia equum tuum invenies ante fores monasterii sanum, qui si ita furibundus, ut cœperas, recessisses, cadaver equi mortui reliquisses.* Legatario vero animum non apponente, præsertim cum viderit eum mortuum, ac toto corpore tumidum, decurrit puer ejus affirmans ita se rem habere, ut ei sacerdos Christi Theodulfus studuerat indicare: sicque quod non credebat, miraculo virtutis probato mentis furore deposito gratias refert Domino, vera se testans oculorum experiri probatione, quæ de servo Domini quorundam dudum perceperat relatione. *Non*, inquit Sanctus Dei, *hæc meis, cum sim homo peccator, adscribas meritis, sed Deo gratias age, Sanctorumque merita non cesses venerari, qui tibi possunt in omnibus auxilium largiri.* Talibus itaque virum instruens monitis, data benedictione permisit abire. Unde liquido patet, eum cum virtute mirabilium spiritu quoque viguisse prophetiæ, qui animal, quod mortuum dimiserat, esse vivum prænunciabat.

Nec ullatenus omnia virtutum ipsius enumerare sufficimus insignia. Quot enim diversis detenti languoribus per ejus intercessionem, plenissimam receperunt sanitatem, solus ipse novit, qui hæc fieri præstitit. Inter cætera quoque bona quæ Christus huic servo suo concessit, illud memorabile spectabileque prædicatur, quod cum usque ad nonaginta vixerit annos, canitie præclarus, aspectu jocundus, moribus temperatus, caritate plenus, eleemosinis largus, contemptor sæculi gloriosus, nullo febrium dolore, nulla corporis lassitudine, nullo rerum variarum casu confectus, nulla mentis molestia motus, ab oratione vel operum Dei exercitio cessavit, quousque beata ejus anima corpus vegetavit. Cum vero divina clementia fidelem famulum senio detentum, pro laboribus suis, quietis refrigerio, meriti præmio vellet remunerare, febrium calore aliquatenus eum permisit æstuare. Ingressusque basilicam die quadam dum matutinorum solemnia celebrarentur, orationibus profuse incumbens, Deo commendare studebat animam, quam corporeo ergastulo cito prænoverat absolvendam. Depulsis itaque noctis tenebris, aurora rutilante, comitantibus secum quibusdam monachis, cellulam repetit, hilaris de visitatione sibi facta Sanctorum, ac de revelatione, qua sui transitus horam sibi gaudebat intimatam. Ad quam dum se pervenisse cognovit,

cum fratribus pacem faciens, oculos ad cœlum cum manibus elevavit: & animam ſanctam mundi naufragiis ereptam conditori lætus reddidit, quam Chriſtum cum curiæ cæleſtis exultarinne ſuſcepit.

Horum denique beatorum monaſterium patrum, pro monachis modo clericos habet. Quorum quidam nuper, Otbertus nomine, priuſquam Gallia gladiis Hungarorum laceranda traderetur, ad extrema deductus, dum certamina dæmonum pro ſe litigantium, & eum ad interitum rapere conantium pateretur, almi patroni ſui domni Theoderici tandem ſe videt aripi meritis: dæmones vero per invocationem Chriſti nominis & ſanctorum ejus, a ſe eum magno ſtrepitu & indignatione recedere. Vidit etiam & quendam fratrem, dictum Berericum, qui non longe ante deceſſerat, ſe crebro viſitantem: conſolando quoque monentem; ne hic apud ſæculum ultra manere cupiat: immo ad eum quantocius ire gaudeat, ut ea quæ nunquam potuit cogitare, valeat videre. Qunniam ſi demoraretur in ſæculo diutius, nequaquam tantum malum vidiſſet aliquando, quantum viſurus eſſet in proximo. Cujus dicta, probatio conſtat veritatis inſecuta. Iſte ſiquidem levi dolore corporis tactus, ad Eccleſiam properans, exitum ſuum precibus Domino commendat, fratres advocat, Miſſam quoque, quam debito properantius celebrarant, illos repetere facit: quæ viderat, narrat, & eos coram ſe caritatis gratia potum ſumere rogat. De ſervitio Dei ſtudioſius agendo, & pſalmodiam cum devotione canendam monet, atque jam quaſi ſecurus & hilaris migrat. Poſt cujus obitum gens Hungarorum Galliam ingreſſa, cædibus, incendiis, ac rapinis pena cuncta devaſtat: ipſumque monaſterium flammis exurit, & proxima quæque circumpoſitarum ſpinis fere villarum proterit. Intuemurque modo jam manifeſte, quam vera fuerint quæ ille audierat ex revelatione.

CAPUT XXVI.

De fonte in horam Sanctorum monaſterio nuper exorto.

IN ſilvula huic contigua monaſterio, fons dudum noviter exortus eſt. Ad quem febricitans quidam caſu deveniens, vidit ſupra ipſum fontem inclinatum quendam ſenem in clericali habitu ſtantem, aureum baculum manu tenentem. Qui eum ſonitu advenientis motus ſe videretur erexiſſe a fonte, tanto iſte pavore concuſſus eſt, ut attonitus in terram caderet, & nihil omnino videre valeret. At poſt modicum rediens ad ſe, ſurrexit, & ſplendorem qua ſenior abierat monaſterium verſus, magnum vidit: ſicque ſalvatus ab infirmitate ſua, lætus abſceſſit. Cæci tunc temporis hoc in loco illuminati nonnulli, claudi erecti, muti locuti ſunt, & ſurdi receperunt auditum.

Nuper quoque ordinato Hugone Remis Epiſcopo, quædam paralytica, quæ jacebat in civitate ad januas Eccleſiæ S. Mariæ, Magenildis nomine, admonita per viſum, illo ſe deferri petiit, atque ut aqua ipſius fontis perfuſa eſt, incolumitatem recepit. Quædam nihilominus Adelwidia nomine, arida brachiis, ut eadem lota eſt aqua, ſoſpitate potita receſſit. Cæca quidam de caſtro Moſomo tunc adveniens, mox ut Eccleſiam S. Theoderici viſus eſt introiſſe, lumen recipere meruit. Quædam paupercula de ipſo loco, ut oculos ſibi hoc fonte diluit, lumen, quod jam ab annis ultra quam ſexdecim perdiderat, recepit. Fulbertus quidam brachium gerens aridum, & inutile ſibi membrum, ut ſe hac aqua perfudit, ſanitatem, brachiique recepit utilitatem. Tunc etiam quidam cæcus, nomine Amalricus, ibi viſum recepit, mox ubi ſe hoc fonte lavit: aliaque plura nunc ibi refulſiſſe probantur miracula, & ex diverſis ægritudinibus diverſa ſunt collata remedia.

FLODOARDI HISTORIÆ REMENSIS ECCLESIÆ

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

De successoribus Beati Remigii.

Romanus. Flavius. Mapinius. BEato Remigio successisse tsaditur Romanus, Romano Flavius, post quos Mapinius, cui potestas regia quædam cessisse seperitur prædia, deinceps ah Ecclesia Remensi possidenda. Hujus quoque temporibus Suavegotta Regina Remensi Ecclesiæ tertiam pastem villæ Virisiaci, (Verzy.) per testamenti paginam, delegasse seperitur. Quam parrem villæ ipse quoque Præsul Teudechildi præfatæ reginæ filiæ, usufructuario, per precariam, salvo Ecclesiæ jure, concessit: ita duntaxat, ut post ejus obitum, absque ullo præjudicio, sicut ab eo meliorata fuisset, ad ditionem Remensis revocaretur Ecclesiæ. Quæ scilicet Teudechildis regina postmodum nonnulla, per testamenti sui auctoritatem, tempore domni Egidii, Remensi contulit Ecclesiæ prædia.

CAPUT II.

De Egidio Præsule.

QUi Præsul Egidius in Episcopatu Mapinium legitur secutus, Episcopiumque invenitur auxisse: arva scilicet & mancipia nonnulla emisse, quarum ejus emptionum adhuc quædam quoque reperiuntur instrumenta, ut illud quo campos duos ab Oboleno super fluvium * Rotumnam legitur dato pretio comparasse, (o.). Rotonā. Retourne.) quorum unus modios mille renere sementis, alter inscribitur quadringentos. Villarem etiam quemdam a Bertulso quodam, cum adjacenti campo modios centum tenente. Partem quoque cujusdam silvæ a Charibodo quodam repetitur emisse. Nec non apud Regiam majestatem immunitatis præceptum Ecclesiæ suæ obtinuie, ut ab omni fiscali functione, vel mutilatione, prossus haberetur ac permaneret immunis: omnia quoque data Ecclesiæ stabilem obtiuerent firmitatem. Childebertus etiam Rex villarem quendam situm in Vosago, prope fluvium Saroam, tam ipsi quam Ecclesiæ suæ possidendum, instrumentis adhuc manentibus, invenitur tradidisse. Hujus Præsulis tam vitam quam prædicationem Fortunatus Italicus (qui tunc apud Gallias in metrica insignis habebatur) his studuit commendare versibus.

Actibus egregiis venerabile culmen Egidi,
Fortun. lib. 3. Carm. 18. *Ex cujus meritis crevit honore gradus.*
Subtrahor ingenio, compellor amore parato,
Laudibus in vestris prodere pauca favens.
Namque reus videor tantis existere causis,
Si solus taceam quicquid ubique sonat.
Sed quamvis nequeam digno sermone fateri,
Da veniam voto me voluisse loqui.
or. mundum *Exiit in * mundo gestorum fama tuorum,*
Et propriis meritis sidus in orbe micas.
Clarior effulges quam Lucifer ore sereno.
Ille suis radiis, tu pietate nites.
Nil lupus insidiis cauto subducit ovili,
A *Te pastore sacro pervigilante gregem.*
Facundo eloquio cælestia dogmata fundis,
Ecclesiæ crevit te monitore domus.
Pontificis studio correctio plebis haberis,
Ne tenebræ noceant semita lucis ades.
Cunctorum recreas animos dulcedine verbi,
Qui satias epulis, pascis & ore greges.
Præcepta implentur, non solo pane cibamur.
Delicias capimus, quas tua verba ferunt.
Ut gaudet corpus cui mitior esca paratur:
Sic animæ gaudent, si tua lingua sonet.
*Hæresis * illa cadit forti te milite Christi:* or. itta.
*Adquiris regi, * qui dedit arma tibi.* or. quæ.
Qui purgat spinis agros sermone colente,
Et mundata Deo surgit ubique seges.
B *Qui venit huc exul, tristis, dessessus, egenus,*
Hic recipit patriam te refovente suam.
Quæ doluit tollis, gemitus in gaudia vertens:
Exilium removens reddis amore lares.
Pauper habere cibum, meruit quoque nudus amictum.
Invenit hic semper quæ bona quisque cupit.
Consultum tribuis generaliter omnibus unum,
Qui populi pater es, tot pia rite Regis.
Hæc tibi vita diu, Domino tribuente supersit,
Atque futura micet lucidiore die.

Ab hoc Præsule Gregorius etiam Turonensis benigne quondam se narrat fuisse susceptum, (Lib. 2. mirac. S. Martini cap. 17.) quando Siggo quidam Sigeberti Regis Referendarius, C virtute B. Martini, cujus idem Gregorius tunc secum habebat pignora, in sacrario domus Ecclesiæ Remensis auditum surdæ recepit auris. Qui tamen Gregorius in historia (Lib. 6. cap 3.) gentis Francorum de hoc Præsule narrat, quod Legatus ex parte Childeberti Regis Sigeberti filii, ad Chilpericum regem patruum ipsius Childeberti, cum aliis legatis missus fuerit. In qua legatione constitutum fuisse refert, ut ablato Guntramni regis Chilperici fratris regno, in se conjungere pacem deberent. Qua pactione firmata, (Ibid. c. 31.) Legati cum magnis ad Childebertum sunt muneribus regressi. Item quod postquam Chilperico filius natus est, & ipse Parisius pervasit, Legatis Childeberti ad eum D venientibus, primus inter eos hic Pontifex fuerit, qui data suggestione, pacem, quam Chilpericus cum præfato Childeberto fecerat, ut conservaretur, Childebertum petere promunt: cum fratre vero ipsius Chilperici Guntramno pacem habere non posse Childebertum: quia partem Massiliæ post mortem abstulerit patris, fugacesque suos retinens, nolit ei remittere. Adjecit etiam Chilpericus, in multis eundem fratrem suum esse culpabilem, cujus colludio pater hujus Childeberti fuerit interfectus. Unde legati quoque permoti ultionem debitam super eum velocius inferri petunt: idque ut est juramento firmatum, datis & ac-

ceptis obsidibus, discessarunt. Pro quibus legarionibus Rex Gontramnus huic Archiepiscopo semper erat infensus. Unde & cum pacem postea fecisset cum Childeberto, hortatus est eum, ut nullo modo crederet, aut haberet hunc Præsulem, convicians eum perjurii crimine. Postea deniqua dum quidam reus torqueretur, qui ad percutiendum Childebertum Regem a Fredegunde regina fuerat missus, confessus est hunc Episcopum socium fuisse, in quorundam consilio ad interficiendum eundem Childebertum Regem. Nec mora, Episcopus rapitur, & ad Metensem urbem, cum esset valde ab ægroratione longinqua defessus, adducitur. Ibique dum sub custodia degeret, Rex Episcopos accersiri ad ejus examinationem præcepit, & apud Virdunensem urbem initio mensis octavi * adesse jussit. Tunc a quibusdam * clam sacerdotibus increpatus, cur hominem ab urbe rapi absque audientia, & in custodiam retrudi præcepisset, permisit eum ad urbem suam redire, dirigens Epistolas ad omnes regni sui Pontifices, ut medio mense nono ad eum discutiendum in urbe supradicta deberent adesse. Denique convenientes pertracti sunt ad Metensem urbem, ibique & Egidius Præsul adfuit. Tunc rex inimicum sibi eum religionisque proditorem esse pronuncians, Ennodium Ducem ad negotium dirigit prosequendum. Cujus propositio prima hæc fuit. Dic mihi, o Episcope, quid tibi visum fuit, ut relicto Rege, in cujus urbe Episcopatus honore fruebaris, Chilperici te regis amicitiis subderes, qui semper inimicus domino nostro regi fuisse probatur, qui patrem ejus interfecit, matrem exilio condemnavit, regnumque pervasit, & in his urbibus, quas ut diximus, iniquo pervasionis ordine suo subjugavit, tu ab eodem possessionum fiscalium prædia meruisti? Ad hæc ille respondit. Quod fuerim amicus Regis Chilperici, negare non potero, non tamen contra utilitatem Regis Childeberti hæc amicitia pullulavit. Villas vero quas memoras, per istius Regis chartas emerui. Quo proferente easdem in publico, negat se Rex hæc largitum fuisse. Requisitus Otto, qui tunc Referendarius fuerat, cujus ibi subscriptio meditata tenebatur, adfuit, negans se subscripsisse. Hæc igitur causa primum fallax Episcopus repertus esse dicitur. Post hæc Epistolæ prolatæ sunt, in quibus multa de improperiis Brunechildis tenebantur, quæ ad Chilpericum scriptæ fuerant. Similiter & Chilperici ad Episcopum delatæ, in quibus inter reliqua habebatur insertum, quia si radix cujuslibet rei * incisa non fuerit culmus qui terris est editus non arescit. Unde prorsus manifestum est ideo hæc scripta, ut superata Brunechilde filius ejus opprimeretur. Item alia nonnulla eidem Præsuli objiciuntur, tam de pactionibus regum, quam de perturbatione patriæ, quorum quædam negavit, quædam negare non potuit. Et dum altercatio diutius traheretur, adfuit etiam Abbas Epiphanius basilicæ sancti Remigii, dicens, quod duo millia aureorum, speciesque multas pro conservanda Chilperici regis amicitia idem Præsul accepisset: & cum legatis, qui cum Episcopo missi fuerant ad memoratum regem, propalat idem Abbas, qualiter de excidio regionis ac regis Gontranni conventum fuerat, & ut gestum est ex ordine narrat. Hæc audientibus contuentes, tridui temporis spatium dederit Episcopi, & in tantis malis sacerdotem Domini...

Gregor. lib. 10 cap. 13.

1. Augusti. *Clam* deest in MS. & Gregorio.

c. escisa.

mini contuentes, triduani temporis spatium dederes Episcopi, & in tantis malis sacerdotem Domini reperire posset Episcopus, per quem se ab obprecantur tractandi: scilicet ut ullum modum jectis excusare valeret. Sed illuscente die tertia, convenientes in Ecclesiam interrogant Episcopum, ut si aliquid excusationis haberet, ediceret. At ille confusus ait: *Ad sententiam dandam super culpabilem ne moremini. Nam ego novi me ob crimen majestatis reum esse mortis, qui semper contra utilitatem hujus regis, matrisque ejus egi: ac per meum consilium multa fuisse gesta certamina novi, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata sunt.* Hæc Episcopi audientes, ac lamentantes fratris opprobrium, obtenta vita, ipsum ab ordine sacerdotali, lectis Canonum sanctionibus, removerunt. Qui statim ad Argentoratensem urbem, quam nunc Strateburgum vocant, deductus, exilio condemnatus est. In cujus loco Romulfus filius Lupi Ducis, jam Presbyteri honore præditus, Episcopus subrogatus est, Epiphanio ab Abbatis officio, qui Basilicæ sancti Remigii præerat, remoto. Multa enim auri, argentique in hujus Episcopi regesto pondera sunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis militia erant, regalibus thesauris sunt illata: quæ vero de tributis, aut reliqua ratione Ecclesiæ inventa sunt, ibi relicta.

c. confusus.

CAPUT III.

De sancto Basolo.

HUjus Egidii tempore sanctus Domini Basolus, e territorio Lemovicino, regione Armoricana, nobili prosapia oriundus, a partibus Aquitaniæ patrocinia beatissimi Remigii desiderabiliter appetens, Remensem devenit ad urbem. Cui advenienti comes itineris apparuisse traditur Angelus Domini, quem constat habuisse præducem, dum destinatam ingreditur urbem. Hunc dignissime præfatus Præsul Egidius suscipiens, cognito peregrinantis desiderio, petitusque secretioris conversationis habitaculum concedere, libentissime cessit, sicubi sibi placitum Dei famulus infra Episcopium Remense valuisset reperire. Invenit tandem, superna disponente gratia, locum sibi congruum in vico Viriziaco, ad radices montis Remorum, quem nemus inde incipiens obumbrat Rigetium. Eo loci tunc temporis erat cœnobium, numero duodecim monachorum. Hic igitur benigne susceptus a fratribus, traditur ab Abbate litteris imbuendus. Nec longum, sic doctrina emicuit, ut coæraneos & contubernales sapientiæ luce præiret. Nulla illi propensior cura quam, aut in lectione vel sermone de Deo, aut in oratione loqui cum Deo. Transitoria despiciens, & æterna concupiscens, victus pensam pauperibus erogabat, pauxillum sibi duntaxat reservans, ad infirmitatem corporis sustentandam.

Ita virtutum crescens culmine, solitariam concupiscit vitam, fastigiumque, ad secretius habitandum, contigui deligit montis, in quo cellulam cum oratorio construit, ubi liberius cœlesti deserviret contemplationi. In qua inclusionis habitatione per XL. traditur annos Deo militasse, & contra serpentis antiqui tentamenta viriliter dimicasse, jejuniis, eleemosynis, vigiliis, orationibus, atque lectionibus indesinenter vacans, & ad se venientes doctrinæ sanctæ luce perfundens.

Dum hic igitur almifica converſatione decertat, placuit ſupernæ pietari virture fui militis evidentibus oſtendere ſignis. Nam orante illo Dominus aquam ei montis in vertice produxit e ſilice, quæ ſub ſancti ſepulchro fertur exilire, ac per Eccleſiæ fundamenta quaſi de vaſculo ſeſe profundere, hauſtu dulcis, & ad potandum ſalubris. De quo videlicet fonte multi ſanitatum remedia, potantes, vel balneis utentes, ſeu capita diluentes, conſequuntur ægroti.

Quodam denique tempore, cum puer quidam privatus oculorum ab ætate primæva lumine, Anurgiſelus nomine, ante forea eacubaret ipſius, duodecimo ſuæ cæcitatis anno, lapſa virtute cælitus, orante viro Dei, luminis eſt honore donatus. Quod divinæ claritatis miraculum comperientes monachi, magnis gratiarum actionibus Deum glorificant in clarificatione fidelis ſervi ſui.

Accidit etiam quodam venatore, Attila nomine, in ſaltu ejus cellulæ contiguo aptum inſequente, ut uſque ad ipſius præſentiam ſera perveniret, & quaſi liberandam per ſeipſum credens, ad pedes ejus, depoſita feritate procumberet, caneſque naturalis obliti ſagacitatis, eam inſequi parcerent. Exinde mos, immo victus Chriſti, ad honorem dilecti famuli ſui, adhuc modu ſervatur, ut * promota quælibet venatio, ſi aggeſtum in circuitu ſylvæ ipſius prominentem fuerit ingreſſa, nec canum ulterius inſequatur aviditate, nec venatorum appetatur audacitate.

* j. petmota.

Fertur & aliud non contemnendæ rei miraculum, hujus beati Confeſſoris ſui meritis, a Domino prærogatum, quod ſuſpenſus laqueo quidam, nomine Ragenulſus, ab adverſariis, cum in ſupremo mortis periculo oculos ad cœlum intenderet, invocato voce lacrymabili B. Baſolo, mox a morte dira rupto meruit liberari laqueo. Poſt multa denique pietatis inſignia in vita ipſius ab eodem patrata, prænoſcens per ſpiritum ſuæ vocationis imminere ſibi tempus, miſit ad nepotem ſuum, nomine Balſemium, qui eum ad ſe a Lemovicina regione perduceret, ſignificans illi quod poſt obitum ſuum in prædicto ſuæ converſationis habitaculo deberet vitam ducere, juxta quod revelatum ſibi fuerat a Domino. Cujus ſalutaribus præceptis, ut bonus filius obtemperans, & ad ſupernam hæreditatem pervenire deſiderans, uſque ad exitus ſui diem in eadem permanſit habitatione. Deceſſit autem beatus pater Baſolus VI. Kal. Decembris ſupernis aggregatus civibus. Ad cujus ſepulcrum multa poſtea monſtrata ſunt miraculorum inſignia, quæ tamen per negligentiam, & ob ſui frequentiam non ſunt litteris comprehenſa.

Proceſſu denique temporis, poſt obitum ſancti viri, advenit huc homo quidam natione nobilis, ſed ferox tumore mentis: qui poſt orationem baculum hujus beati patris accipiens, & illum ſuper pedem ſuum ponens, ut erat procerus corpore, quaſi ſubſannando protulit dicens: En manifeſtat iſte baculus, quam parvæ ſtaturæ fuerit Baſolus. Nec mora, pes idem cui ſuperpoſitus ſancti baculus fuerat, emarcuit: quoque putrefacto, divina vir idem perculſus ultione cum gravi decedit labore. Cujus corpus ad tumulandum ferri diſponitur ad hujus Sancti Dei monaſterium: ſed aggravatum nullomodo valet moveri feretrum. Proponitur ferri ad cimiterium ſancti Remigii, ſed nec ſic poteſt moveri. Cogente tandem neceſſitate, in Catalaunicum defertur territorium, ibique demum permittitur habere ſepulcrum.

Non longe quoque valde a noſtra ætate; tempore ſcilicet domni Ebbonis Archiepiſcopi, ejus ordinatione quidam vir religioſus, Benedictus nomine, Abbas conſtituitur hujus Abbatiæ. Qui cum modeſtia familiam ſancti Baſoli tractans, & in ſimplicitate Domino ſerviens, diverſis Eccleſiam donariis ornavit, & poſt non modica vitæ ſuæ ſpatia, divina præceptione vocatus, ad Dominum tranſiit. Cui carne frater, cognomine * Spervus, Abbas in eodem loco ſubrogatur. Qui moribus fratri diſſimilis, & diræ facibus ardens cupidinis, dum temulentus aliquando ſederet, cœpit dicere, quod frater ſuus de Abbatia illa nihil boni ſciverit habere, præcipiens villarum procuratoribus, in craſtinum ſibi ruricolas exhibere, quos variis faceret ſuppliciis torqueri, ut facultates ipſorum ab eis poſſet extorquere. Audientes ergo villarum incolæ, quantæ intentabantur ſibi pœnæ, omnes ſancti Baſoli * flebiliter expetunt ſuffragium, ne tam crudeli lanio traderentur ad dilacerandum, lugubreſque in gemitu pernoctantes, non ceſſabant ſancti Baſoli implorare ſolatium. Nec renuit audire Sanctus Domini querelas ſuæ plebis. Nam facto mane Spervus idem reperitur mortuus: quem lecto nitentibus extrahere ſuis, crepuit medius, tantuſque fœtor eumdem locum replevit, ut nemo inibi remanere valuerit. Sicque familia Sancti Baſoli trepidatis eripitur defenſa ſuppliciis.

* j. Speraus & infra.

* e. i. ſuppliciter.

Avunculus matris meæ, * Flavardus nomine, duos filios in hujus ſancti viri cœnobio Deo ſervientes habuit: quorum juniorem, nomine Tetbertum, caritate ſupra vires etiam exuberantem vidimus, qui Presbyter dudum apud nos obiit. Is denique de patre ſuo quod dicturi ſumus, narrare nobis ſolebat: cui rei teſtis adhuc ſupererat nuper * Ratoldus Presbyter, horum tertius frater. Conſueverat ſiquidem ſemel in anno vir præfatus ad monaſterium venire, fratribuſque de ſuis facultatibus miniſtrare. Qui cum aliquando de more veniret, latrones eum properantem invadunt, caballum cui ſedebat, cum cæteris quæ ſibi viſa ſunt, ſed & pecunias, quas ſervis Dei diſtribuendas ferebat, ornamenta quoque uxoris ſuæ pariter auferunt. Cumque de præda lætantes aliquantulum proceſſiſſent, uxor ejus, quæ ſimul aderat, ingemiſcens pro injuria, queruloſis ſanctum Baſolum cœpit inclamare vocibus, dicens: Non ultra ſe venturos in ejus vel famulorum ipſius ſervitium ſi ſic eos abjiceret non ferendo præſidium. Poſt quas lamentationis voces, equi latronum, qui cum ſpoliis concite ferebantur, ſubito defiguntur, nec ullo modo promoveri poſſunt ad gradiendum. Ipſos quoque latrones caligo quædam perfudit, ut quonam ſeſe verterent ignorarent. Reſipiſcentes tandem prædones, conferunt inter ſe, ob innocentum factam injuriam ſibi talia contigiſſe: initoque conſilio, ad eos, quos rebus injuſte privatos dimiſerant, revertuntur: ſua illis cuncta reſtituunt, & ut veniam facinoribus ſuis deprecentur, expoſcunt. Ita conſolatione, domini Baſoli ſuffragante ſibi patrocinio, rece-

* ms Flaaardus.

* al. Ratuoldus.

pta, rapacibus ire dimissis, devotiores ad destinatum properant cœnobium: gratias Deo & sancto suo Confessori pro indultis sibi beneficiis referunt, & læti servis Dei ministrare satagunt, pecuniis honorant, ac deinceps annis singulis idem promptiores quod cœperant, peragunt.

Quando nuper hæ Galliarum patriæ, peccatis nostris impellentibus, Hungarorum gladiis dilacerandæ sunt traditæ, quidam Barbarorum sancti Basoli Monasterium ingressi, dum clerici jam cum patroni sui pignoribus ad civitatem confugissent, habitacula cœnobii hominibus pene vacua repererunt, ibique metatum suum constituentes, huc undecunque prædatu reverti cœperunt. Quorum quidam in Ecclesiæ signorum turricula, deaurata conspiciens relucere metalla, cupidus auri pecuniæ, tectum conscendit basilicæ, nisusque dissipare turriculam, subito delapsus ad terram corruit, membrisque confractis interiit. Alius horum super aram ipsius Ecclesiæ, in honore B. Martini consecratam, conatus ascendere, dum manum supra cornu altaris apposuisset, ipsa manus ejus ita inhæsit marmori, ut nullo modo ab eo postea potuisset avelli. Et quia hic eum sui noluerunt relinquere, partem lapidis circa manum ipsius bipennibus abscindentes, eum secum particulam marmoris, quæ manui ejus adhæserat, invite ferentem deduxerunt. Qui etiam (ut captivi qui reversi sunt referunt) usque ad terram suam, arente jam brachio, hunc lapidem ferens, & Basoli virtute factum proclamans, reversus est.

Floard. in an. 937.

CAPUT IV.

De Romulfo Præsule.

POst Egidium Romulfus Remense rexit Episcopium, vir carne nobilis, germanus Joannis tunc temporis Ducis: quorum pater Lupus multas eis possessiones æqualiter inter se dividendas reliquit. De qua divisione pari jure gerenda præceptum obtinuerunt regale. Multis siquidem excellebat patrimoniis, maximeque trans Ligerim, & in pago Pictavensi: quorum ex parte majore, per paginam testamenti Ecclesiam Remensem fecit hæredem, quædam dimittens fratribus vel nepotibus suis, quædam matriculæ quoque sancti Martialis deputavit, quædam ad basilicam sancti Remigii. Villam vero Lantiniacum super fluvium Calaionem, contulit Monasterio puellarum Remis in honore S. Petri constructo: quam villam dato pretio se memorat comparasse. Quædam præterea donaria testamento diversis attribuit Ecclesiis, tam Remensis Episcopii, quam Suessionici: sed & Turonici, aliorumque quorundam. Familiæ suæ partem maximam ingenuitate donavit. Cujus adhuc testamenti pagina in archivo Remensis Ecclesiæ reservatur, cum auctoritate Childeberti Regis: qua petitus idem Rex a præfato Præsule per Sonnatium Diaconum virum venerabilem hoc testamentum confirmare decrevit: Scilicet, ut terras, vineas & mancipia, quæ ad Ecclesiam præcipue Remensem, vel ad cetera loca SS. prædictus Pontifex delegaverat, si quis hæredibus ipsius injuste usurpare præsumpsisset, omnimodis ea recipiendi Sacerdotes eorumdem locorum liberam valerent habere potestatem. Quasdam quoque villas in territorio Metensi constitutas, quarum caput est * Ortivallis, quas domnus Egidius a Vincentio quodam traditur coemisse, cum Childeberto Rege commutavit, pro aliis villis in pago Remensi sitis, id est Marciliana & Arbidogilo. Res quoque, vel mancipia, in pontificatu posiras ad augmentum Ecclesiæ invenitur emisse. Oratorium denique sub honore B. Germani construxit in atrio sancti Remigii. Quasdam quoque res a quibusdam pervasas, apud regiam majestatem, agente præfato Sonnatio Archidiacono, evindicasse reperitur, regiæ auctoritatis super his evindicationibus, adhuc manentibus instrumentis.

l. Orcivallis

f. Margilly & Ardevil.

CAPUT V.

De Sonnatio Episcopo.

ROmulfum sequitur in Episcopatu Sonnatius, qui Synodum celebrasse reperitur cum aliis quadraginta, vel eo amplius Galliarum Episcopis. Ubi etiam S. Arnulfus Metensium Præsul invenitur interfuisse, cum Theoderico Lugdunensi, Sindulfo Viennensi, Sulpitio Bituricensi, Medegiselo Turonensi, Senoco Elosanensi, Leontio Xantonensi, Modoaldo Treverensi, Chuncberto Coloniensi, Richerio Senonensi, Donato Vesontionensi, Auspicio Augustidunensi. Item Modaldo Lingonensi, Ragneberto Baiocensi, Childoaldo Abrincatensi, Bertegiselo Carnotensi, Palladio Antisiodorensi, Gondoaldo Meldensi, Leudrberto Parisiacensi, Chainoaldo Lauduni Clavati, Godone Virdunensi, Ansarico Suessionensi, Claudio Reiensi, Berthoaldo Cameracensi, Agomaro Silvanectensi, Cæsario Arvernensi, Vero Rutenensi, Agricola Gabalensi, Lupoaldo Mogontiacensi, Willegiselo Tholosano, Constantio Albiensi, Nammatio Egolemensi, Rustico Caturcensi, Auderico Auscensi, Emmone Aresetensi, Felice Catalaunensi, * Hadoindo Cenomannensi, Magnebodo Andegavensi, Joanne Pictavensi, * Leobardo Namnetico. In qua Synodo multa leguntur utilia constituta.

ms. t. Chadoindo.

al. Leubardo

De rebus scilicet Ecclesiæ, qualiter tractandæ sint: & de his quæ per precatoriam impetrantur ab Ecclesia, ne diuturnitate temporis ab aliquibus in jus proprium usurpentur, & Ecclesiæ defraudentur. I.

De clericis si qui rebellionis ausu sacramentis se, aut scripturæ conjuratione constrinxerint, atque insidias Episcopo suo callida allegatione confecerint, ut si admoniti emendare contempserint, gradu proprio omnino priventur. II.

Ut capitula canonum Parisiis acta in generali Synodo, in basilica sancti Petri, Lotharii Regis studio congregata, omni firmitate custodiantur. III.

Ut si qui hæretici adhuc esse suspicantur in Galliis, a Pastoribus Ecclesiarum perquirantur: & si veraciter fuerint inventi, ad fidem catholicam revocentur. IV.

Ut temere nullus excommunicetur; & si excommunicatus existimat se injuste damnatum, in proxima Synodo habeat licentiam reclamandi: & si injuste damnatus fuerit, ab- V.

solvatur: sin autem juste, impositum pœnitentiæ tempus exsolvat.

VI. Ut si quis judex cujuslibet ordinis clericum publicis actionibus inclinare præsumpserit, aut pro quibuslibet causis, absque conscientia & permissu Episcopi distringere, aut contumeliis, vel injuriis afficere præsumpserit, communione privetur. Episcopus tamen de reputatis conditionibus clericorum negligentias emendare non tardet.

VII. Hi vero, quos publicus census spectat, sine permissu principis, vel judicis, se ad religionem sociare non audeant.

VIII. Si quis fugitivum ab Ecclesia absque sacramento, quo ei jurandum est, ut * de vita, tormento, & truncatione securus exeat, qualicunque occasione abstraxerit, communione privetur.

c. devirato.

IX. Similiter si quis jus sacramenti præstitum violaverit, communione privetur. Ille vero qui sanctæ Ecclesiæ beneficio liberatur a morte, non prius egrediendi accipiat libertatem, quam pœnitentiam se pro scelere acturum esse promittat, & quod ipsi canonice imponeretur impleturum.

X. De incestis conjunctionibus, si quis infra præscriptum canonibus gradum incestuoso ordine cum his personis, quibus a divinis regulis prohibetur, se conjunxerit, nisi pœnitentiam sequestratione testentur, communione priventur, & neque in palatio militiam, neque agendarum causarum licentiam habeant. Et quando prædicti incestuosi se conjunxerint, Episcopi seu Presbyteri, in quorum diœcesi vel pago actum fuerit, Regi vel judicibus scelus perpetratum adnuncient, ut cum ipsis denunciatum fuerit, se ab eorum communione aut cohabitatione sequestrent, & res eorum ad proprios parentes perveniant, sub ea conditione, ut antequam sequestrentur, per nullum ingenium, neque per parentes, neque per emptionem, neque per auctoritatem regiam, ad proprias perveniant facultates, nisi præfati sceleris separatione pœnitentiam fateantur.

XI. Si quis homicidium sponte commiserit, & non violentiæ resistens, sed vim faciens impetu hoc fecerit, cum isto penitus non communicandum: sic tamen ut si pœnitentiam egerit, in exitu ei communionis viaticum non negetur.

XII. Clerici etiam vel sæculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas retinere præsumpserint: aut id, quod ipsi donaverint Ecclesiis aut monasteriis, crediderint auferendum, sicut ante Synodus sancta constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant, ab Ecclesiis excludantur.

Conc. Paris. 3. c. 5.

XIII. Ut Christiani Judæis vel gentilibus non vendantur: & si quis Christianorum necessitate cogente mancipia sua Christiana elegerit venundanda, non aliis nisi tantum Christianis expendat. Nam si paganis aut Judæis vendiderit, communione privetur, & emptio careat firmitate. Judæi vero si Christiana mancipia ad Judaismum vocare præsumpserint, aut gravibus tormentis afflixerint, ipsa mancipia fisci ditionibus revocentur. Qui tamen Judæi ad nullas actiones publicas admittantur. Judæorum vero convitia in Christianos penitus refutanda sunt.

XIV. Item si clericus proficiscens de civitate ad alias civitates voluerit, aut provincias pergere, Pontificis sui Epistolis commendetur. Quod si sine Epistolis profectus fuerit manifestis, nullo modo recipiatur.

Item ut Episcopus mancipia vel res ad jus Ecclesiæ pertinentes neque vendere, neque per quoscunque contractus, unde pauperes vivunt, post mortem alienare præsumat. XV.

Item de his qui auguria, vel paganorum ritus inveniuntur imitari, vel cum paganis superstitiosos comedunt cibos, quos benigna placuit admonitione suaderi, ut ab erroribus pristinis revocentur. Quod si neglexerint, & idololatris vel immolantibus se miscuerint, pœnitentiæ dignum tempus exsolvant. XVI.

Item ut serviles personæ ad accusationem non admittantur: & qui personam susceperint accusantis, cum unum crimen non probaverint, ad alia accusandum non admittatur. XVII.

Item si quis in quolibet gradu vel cingulo constitutus, aut potestate suffultus, decedente Episcopo res cujuslibet conditionis in domos vel agros Ecclesiæ positas, ante reserationem testamenti, vel audientiam ausus fuerit occupare, vel Ecclesiæ repagula effringere, & supellectilem infra domum Ecclesiæ positam contingere, vel scrutari præsumpserit, a communione Christianorum penitus abdicetur. XVIII.

Item si quis ingenuum aut libertum ad servitium inclinare voluerit, aut fortasse jam fecit, & commonitus ab Episcopo se de inquietudine ejus revocare neglexerit, aut emendare noluerit, tanquam calumniæ reum placuit sequestrari. XIX.

Item ut clerici cujuslibet ordinis, neque pro propriis, neque pro Ecclesiasticis causis aliter adire debeant forum, nec causas dicere audeant, nisi quas cum permissu & consilio Episcopi agere eis fuerit omnino permissum. XX.

Item ut in parochiis nullus laicorum Archipresbyter præponatur, sed qui senior in ipsis esse debet, clericus ordinetur. XXI.

Item Pontifices quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis duntaxat aliquid, aut cum Ecclesia, aut sequestratim, aut dimittitur, aut donatur (quia ille qui donat, pro remedio animæ suæ, non pro commodo sacerdotis probatur offerre) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ inter facultates Ecclesiæ computabunt, quia justum est, ut sicut sacerdos habet quod Ecclesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat quod * reliquerit sacerdos. Sane quicquid per fidei commissum aut Sacerdotis nomini aut Ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicunque aliis postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computatum retinere non poterit. XXII.

j. relinquitur sacerdoti.

Item si quis Episcopus res, quæ ab alia Ecclesia * præsentaliter possidentur, quocunque ingenio aut callida cupiditate pervaserit, aut sine audientia præsumpserit usurpare, ac suis vel Ecclesiæ suæ ditionibus revocare, dum communione privari non potest, ut necator pauperum, ab officio deponatur. XXIII.

e. præsentialiter.

Item si quis Episcopus (excepto, si evenerit ardua necessitas, pro redemptione captivorum) ministeria sancta frangere pro qualicunque conditione præsumpserit, ab officio cessabit Ecclesiæ. XXIV.

Item viduas, quæ se Domino consecrari petierunt, vel puellas Domino consecratas, nul- XXV.

Ius, neque per auctoritatem regiam, neque qualicunque potestate suffultus, aut propria temeritate rapere aut trahere audeat. Quod si utrique consenserint, communione priventur.

Judices, qui super auctoritate & edicto do-
XXVI. minico canonum statuta contemnunt: vel edictum illud dominicum, quod Parisiis factum est, violaverint aut contempserint, placuit eos communione privari.

Item ut decedente Episcopo in locum ejus
XXVII. non alius subrogetur, nisi loci illius indigena, quem universale & totius populi elegerit votum, ac comprovincialium voluntas assenserit, aliter qui præsumpserit, abjiciatur e sede, quam invasit potius quam accepit. Ordinatores autem tsiennio ab officio administrationis suæ sedis cessare decernimus.

Præterea ses Ecclesiæ præfatus præsul domnus Sonnatius probabiliter ordinasse legitur, augens etiam Episcopium, terris ac mancipiis dato pretio coemptis, quarum adhuc emptionum nonnulla reperiuntur monimenta. Quasdam quoque res, quas pravi quidam pervaserant, apud regiam majestatem, tam per seipsum, quam etiam per suos actores, Marco Presbytero quoque legato suo causas agente, repetitas & obtentas Ecclesiæ rite restituit. Colonias etiam villarum quarumdam Episcopii depositis ordinavit servitiis. Præcepta nec non regalia super Ecclesiasticarum immunitate rerum, sed & traditionum quarumdam obtinuit firmitate. Sed & res invenitur quasdam cum sepina Brunechilde commutasse, pro utriusque partis opportunitate.

Testamentum quoque rerum suarum condidit, in quo plura diversis donaria contulit Ecclesiis. Basilicam tamen beati Remigii præcipue sibi hæredem instituit, ubi & sepulturam se habiturum delegit: ibique missorium argenteum deauratum deputavit. Cochlearia quoque duodecim, & salarium argenteum, ac portionem suam de villari quodam cum mancipiis, vineis, pratis, cæterisque adjacentibus, & alia nonnulla, quæ se dato pretio meminit comparasse. Ad basilicam sanctorum Timothei & Apollinaris delegavit casas quasdam tam juxta ipsam Ecclesiam, quam infra civitatem. Ad basilicam sancti Martini quem peculiarem patronum suum dicit, villam Mutationis, quam comparavit, ad integrum sicut a se possessa est, tradidit. insuper & aurum dedit, unde calix inibi fieret. Ad basilicam sancti Juliani recuperandam auri solidos v. Ad basilicam S. Nicasii similiter solidos quinque. Ad basilicam S. Joannis solidos quinque. Ad basilicam sancti Sixti similiter in auro solidos tres. Ad basilicam sancti Mauricii solidos tres. Ad basilicam S. Medardi solidos tres. Ad Monasterium puellarum vineam in Germanico sitam, cum quibusdam vasis ipsi basilicæ profuturis. Ad basilicam, quæ dicitur ad Apostolos, auri solidos tres, cum aliia munuscullia unde calix fieret. Ad basilicam S. Petri in civitate auri solidos tres. Ad basilicam S. Theoderici portionem suam de villa Germiniaco, cum mancipiis, vineis, & cæteris ad ipsam pertinentibus: argentum quoque ad sepulchrum domni Theodulfi fabricandum, vel exornandum. Ad basilicam S. Viti vas quoddam argenteum ad calicem faciendum, & in auro solidos xv. Ad basilicam sanctorum martyrum Rufini & Valerii in auro solidos xv. Ad basilicam sanctorum martyrum Crispini & Crispiniani auri solidos xv. Ad matriculam præterea sanctæ Remensis Ecclesiæ nonnulla contulit donaria.

Germiny.

Cæteris quoque matriculis, vel congregationibus diversa delegavit munera. Quibusdam hæredum quoque suorum personis prædia quædam eo tenore dereliquit, ut ad loca Sanctorum a se destinata post eorum reverterentur decessum. Mancipia nonnulla libertate donavit, additisque ditavit peculiis. Quod viri Dei testamentum regalis præcepti reperitus pagina soboratum.

CAPUT VI.

De Leudegiselo Episcopo, Angleberto, & Landone.

Post hunc beatum virum Leudegiselus, Attilæ Episcopi frater, tempore Dagoberti Regis Episcopium rexit, quod etiam rebus emptis, scilicet silvis, pratis, ruribus auxit. Quædam quoque cum Abbone Tricassino Episcopo, pro utriusque partis opportunitate, commutavit: sed & alia quædam cum aliis quibusdam personis. Res etiam quasdam Ecclesiæ ordinatis disposuit colonis.

Hunc sequitur Anglebertus. Ipse quoque rebus emptis auxisse reperitur Episcopium. Cui successit Lando vir illustrissimus, & multorum possessor prædiorum: quorum nonnulla junxit Ecclesiæ, quædam vero propinquis suis distribuit. Sed & ea quæ trans Ligerim Remensis habuerat Ecclesia, & Felix Abbas quidam Ecclesiæ S. Juliani martyris indebite retinebat, apud majestatem regiam legibus evindicata recepit: pro quibus jam antea prædecessor ejus Anglebertus Episcopus cum Gallo Arvernensi Episcopo, coram rege controversiam habuisse reperitur. Hinc Lando Præsul Ecclesiam Remensem rerum suarum per testamenti paginam rite fecit hæredem: & quæcunque aliis dedit personis, vel Ecclesiis, eidem Ecclesiæ, vel successori suo constituit dispensanda. Diversorum siquidem sanctorum basilicis diversa delegavit donaria. Basilicæ scilicet S. Remigii, ubi sepulturam sibi fieri delegit, villas & munera. Basilicæ S. Gaugerici & S. Quintini argenti varia dona. Item Basilicis atque matriculis Remis: sanctorum scilicet Timothei & Apollinaris. Item sancti Martini. Item sancti Nicasii, Item sanctæ Genovefæ. Monasterio quoque SS. Theoderici & Theodulfi. Item ad basilicam S. Germani, & matriculam ipsius. Item S. Juliani. Item SS. Cosmæ & Damiani. Item S. Petri ad cortem. Item sancti Petri ad Monasterium puellarum. Item ad basilicam S. Symphoriani, quæ vocatur ad Apostolos. Item S. Medardi, & SS. Crispini & Crispiniani. Item S. Victoris. Item S. Mauricii. Item S. Basoli diversa contulit donaria. Ecclesiæ quoque Laudunensi cujusdam villæ portionem suam delegavit, & basilicæ sanctæ Geoovesæ ibidem constitutæ villam Appiam, cum omni re ad se pertinente tribuit. Turrim quoque auream, quam ad votum suum fabricari fecerat, super altare posuit S. Mariæ Remensis Ecclesiæ, & patenas tres, & brachiale aureum. Fuit autem Sigeberti regis tempore.

Le village D'Eppe.

CAPUT VII.

De sancto Nivardo.

POst præmissos, ad Episcopale culmen eligitur beatus Nivo, qui & Nivardus. Utroque namque reperitur vocitatus nomine. Hic prius in aula regis, utpote vir illustrissimus, traditur conversatus. In Episcopatu vero positus, emptis per diversa loca tum fundis, quam domibus, necnon mancipiis dilatasse res invenitur Ecclesiæ. Disposuit etiam nonnullas ordinatis colonis villas Episcopii: quasdam quoque res commutasse reperitur cum Attila Lauduneosi Præsule, pro utriusque partis opportunitate. Commutavit etiam a Bavone & Theoderamno fratribus locum quendam super

Haut-villiers.

fluvium Maternam de rebus Remensis Ecclesiæ, ubi construxit Monasterium, quod dicitur Altum villare, petente Berecario Abbate, qui ab eo petierat locum sibi dari, ubi cum fratribus suis Monachis, sub regula patrum sancti Benedicti & sancti Columbani vivere posset: quod & idem Præsul facere studuit, ut infra continetur. Sed & cum aliis quibusdam personis, prout congruum visum fuit, res quasdam commutavit. Dedit quoque, sub jure privilegii, ad monasterium sancti Basoli Ecclesiam in Viriziaco in honore sanctæ Mariæ constructam, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, simulque locellum qui Wasciutus dicitur. Immunitatem quoque ipsis monachis, sub Petrone Abbate ibidem Deo servientibus instituit, ut nullus Ecclesiasticorum judicum eos indebite in aliquo inquietare præsumeret, sed eis quieto ordine sub sancta regula vivere, ac Deo servire liceret. Præceptum etiam immunitatis a

Childebertus 3.

Childeberto Rege super teloneis & quibusdam tributis, Ecclesiæ Remensi obtinuit. Cui Ludovicus quoque Rex, sub Ecclesiæ suæ nomine, res quasdam in Malliaco super fluvium Vidulam, quas quibusdam infidelibus suis ejectis receperat, auctoritatis suæ præcepto concessit. Hujus etiam tempore tradidit Grimoaldus vir illustris sancto Remigio villas suas Calmiciacum & Victuriacum, pro animæ suæ remedio.

Mally.
Veelle.

Hic beatus Nivardus, dum ex communi consensu totius Concilii Præsulum Galliæ, Namnetis, Romani jussione Pontificis, exhibiti, Rege favente, restruxisset Ecclesiam Monasterii super ripam Maternæ fluminis, in loco nuncupato Villari, dudum siti, sed a Barbaris diruti, & ab eo constructa hæc funditus cecidisset Ecclesia, in alio loco rursus ab eo restructa, rursum traditur corruisse. Quadam vero die veniens de villa Sparnaco, simul comitante secum præfato Abbate Berecario, visum sibi est, transito flumine, debere paululum requiescere: sicque caput in sinum sedentis reclinans Berecarii, obdormivit, & visum vidit, scilicet columbam locum silvæ circumire, & in fago quadam post hanc circumitionem resedisse: idque tertio columbam videt eandem egisse, tumque cœlos petisse. Quam visionem, sicut ipse in somnis, ita prædictus quoque Berecarius vigilans fertur accepisse. Quo viso compunctus idem cœpit Abbas fundere lacrymas. Experrectus autem B. Præsul a somno, ex lacrymis ejus sibi faciem reperit

Idem latius refertur in vita S. Berchari.

A udam: & interrogans quæ illi causa fletus existeret, accipit eum propter sui ruinam flevisse operis. Invicemque sibi visa referentibus, traditur Pontifex hæc etiam cuidam Dei servo, nomine Bavoni, cujus erat ipsa possessio, visa narrasse. Qui oratorium in honore sanctæ crucis illic habens, ibi conversabatur. Qui etiam postquam visionem Præsulis, & ejus agnovit voluntatem, obtulit eidem eandem possessionem suam, partem quoque possessionis cujusdam fratris sui, nomine Baldini. Alterius vero fratris, Theoderamni nomine, causam retulit, quod esset scilicet in factione contra Reolum Comitem, qui Remensis post extitit Episcopus, pro filiis ejus, quos occiderat in ultione filiorum suorum, quos Reolus pro la-

B trocinio, quod exercebant, suspendio necaverat. Unde dominus Nivardus eum cum Reolo, qui neptem suam filiam Childerici habebat uxorem, pacificavit, & sic ipse Theoderamnus simul cum cæteris fratribus suis eandem possessionem sancto Nivardo, commutatione ab eo sumpta, tradidit. Mox idem Præsul succidi sylvam jubens, in honore sancti Petri, & omnium Apostolorum ibi construxit Ecclesiam, & ubi resedisse columbam viderat, altare instituit, collectisque servis Dei Monasterium ordinavit. Ubi etiam præfatus Theoderamnus monachus efficitur. Sed & Reolus filium suum nomine Gedeonem, de nepte sancti Nivardi susceptum, ibi monachum fieri petiit, &

C rerum suarum partem ad idem monasterium condonavit. Beatus autem Nivardus, constituto monasterio, quicquid possessionum ante Episcopatum fuerat visus habere ad ipsum locum tradidit, & exhortatus beatum Reolum, religionis ei suasit assumere habitum. Privilegium quoque, poscente præfato Abbate Berecario, eidem contulit monasterio ut scilicet ipse Præsul idem Monasterium in sui juris dominatione dum adviveret, conservaret, & ut post suum decessum Remensis Episcopus ipsum cœnobium gubernet, & eosdem monachos contra omnes adversitates defendat: ipsi vero monachi potestatem habeant Prælatum sibi regulariter eligendi, prout in descriptione ipsius pri-

D vilegii continetur. Post hæc in Ecclesiola S. Mariæ, quam in eodem monasterio construxerat, obiisse fertur, & ad Ecclesiam sancti Remigii Remis deportatus, ibidem sepultus est.

CAPUT VIII.

De translatione sanctæ Helenæ ad ipsius sancti Monasterium.

AD prænotatum hujus sancti viri cœnobium beatæ Helenæ reginæ constat corpus ab urbe Roma devectum. Quod quidam

E Presbyter Remensis parochiæ, Tergisus nomine, Romam profectus, noctis inopinus in Ecclesia remanens tempore, furatus cautissime secum studuit deferre. Qui dum jam secundam mansionem haberet in sylva quæ civitati adjacet Sutriæ, in crastinum unus e comitibus ejus pignora sancta levare super asellum gestiens, ea minime valuit movere. At stupidus hæc magistro notificat: qui concitus pergens, thesaurum pavidus apprehensum jumento sinu gravitate ponderis imposuit, cum esset inferior repulso viribus corporis. Confessus est autem

idem minister nocturno se pollutum fuisse somnio. Venientes ad rapidissimum fluvium Tarsam, cum illum non auderent ingredi, propter validissimum ipsius impetum, animal, sacru tutum manere, sponte descendit in flumine. Quem sequutus alter asellus ferens Presbyterum, licet undis pene videretur immersus, transiit tamen fluvium, cum latera fluctibus non tinxisse probaretur almi pignoris bajulus. Item dum superant alpium juga quædam comes hujus itineris puella in præceps labitur acta. Quæ dum miserabiliter volvitur per devexa, socii beatæ Reginæ proclamantes expetunt patrocinia: Cum subito in prærupto montis hæsit latere dilapsa: sicque demissis fasciolis retrahitur incolumis ad superiora, nullam, ceu visum sibi est, læsionem perpessa. Quibus compertis nonnulli miraculis, devotius hujusmeris famulabantur obsequiis. Inter quos equo quidam desiliens, beata superimponit pignora, descensusque montis artam ingressus semitam, propriis onus extollit humeris. At subito labrica pede secutu ruit in præceps, sacra tamen brachiis astricta nullatenus omittens munera: cum protinus, turba sequente numen Reginæ precibus ingeminante, equus, qui sacra gesserat, suam nihili pendens ruinam, ruentem anterioribus hominem cruribus amplexus tandiu eum, Deo se sustinente, tenuit, donec ab incolis subter degentibus glacies ferru crispata, & tam homo quam equus in callem sunt funibus revocati. Pervenientes autem ad pagum Lingonicum in vicum, qui vocatur Ossimus, Ecclesiæ beati Winebaldi, almas intulerunt reliquias. Ubi quædam contracta genibus repens muliercula, mox ut horum gestamen pignorum attigit, ad sua revocatis officia nervis, sanitati perfectissime redditur. Inde itinere unius diei peracto, quidam omnibus jam per sexennium dissolutus artubus, linteum beatæ Reginæ cum gladiu mittit in munere. Sed antequam conjux ejus ad eum, quæ hæc deferret munuscula, rediret, insitmus idem membrorum omnium recuperat munia. His auditis quædam matris ab utero cæca puellula deducitur huc ad sancta præsidia, moxque dum feretrum beatæ contigit dominæ, depulsa lumen recepit cæcitate. Ingressis villam Avergam quædam muta, sed & officio manuum destituta, progreditur obviam, quæ statim, recuperatis membrorum muniis, optatam meruit invenire medelam.

Deinde venerando hoc in Ecclesia villæ Falesiæ posito munere, quidam lunaticus eandem basilicam est ingressus. Tum novissime vexatus, merita beatissimæ petentibus cunctis plenissime regreditur absolutus, integra scilicet sospitate donatus. In eadem villa quidam morbo attritus tria grabatu exegerat lustra, carne jam ita putrefacta ut viginti tria e corpore ipsius cecidisse feratur ossa: qui ad divam perlatus medicatricem virtute divina erectus stupente populo redditur sanus. Quædam quoque puella nomine Bava, genibus attracta repens, utpote utroque poplite contracto matris ex utero, basibus hic solidatis, recto recessit vestigio, quæque postmodum Remis in sancto permansit proposito. Accedit quoque fœmina, quæ paralysi resoluta linguæ penitus amiserat officia, laxisque nervis, dextræ manus inutilia dependebant vincula. Cujus allatus in munere linteolus, ut thecam sacri contigit corporis, mulier pristinæ munia perfectæ recipit salutis. Quidam surdus a nativitate vervecem adduxit, Ecclesiam ingressus ad missarum solemnia stetit. Ut ad Evangelium ventum est recitandum, verba vitæ insolita cœpit aure percipere: quo perlecto curatus confessus est, Evangelium se nunquam prius audisse. Pater quidam lactentis advenit pueri, quem ad exitium jam jamque vis impellebat ægritudinis. Genitor ergo, votum pro vita vovens nati, rediit, & puerum, qui per quinque jam dies fomenta spreverat mammæ, reperit incolumem, lacque sugentem. Paralyticus quidam Trevirorum e finibus est advectus, qui septem dudum vicibus omnium membrorum soliditatem adeptus, toties, carnis se prementibus desideriis, miserabiliter est recontractus. Qui postquam propria confessus est facinora, quod non egerat jam vicesimus volvebatur annus, permansura deinceps est sanitate potitus. Adlata est item mulier quædam dextro latere pestis immanitate resoluta, quæ perfectam consecuta medelam, reversa est sana. Item adducitur mane mulier cæca, quæ hora rutilante tertia, gemina regreditur illuminata lucerna.

Denique ut perlata est ad præfatum Altamvillarensem Monasterium sacratissima gleba, quibusdam dubitantibus, an ipsa foret Helena Constantini Augusti genitrix, vitalisque ligni repertrix, id probabili Christus asseverare dignatur aquæ indicio, triduano supplicatus jejunio. Mittuntur etiam tres fratres ex eodem monasterio Romam, ad indagandam translationis hujus Beatæ Reginæ certitudinem: qui redeuntes & veritatis hujus indaginem, & geminarum gaudium, corpus videlicet Beati Polycarpi Presbyteri, collegæ S. Sebastiani, huic attulere cœnobio.

Hujus Beatæ Reginæ quondam natali die imminente, piscatores monachorum noctu capturæ instabant piscium in Materna flumine, cassoque frustrati per totam fere noctem labore, tandem conquesti, Sanctam Helenam pro sua cœperunt inclamare fatigatione. Tum in Dei, & in ipsius nomine laxantes rete, gemino ditati gaudent esoce. Sed mox unus horum repetens matrem, quodam gaudia interpolavit mœrore. Dumque rursus queruntur, iterumque dominam inclamando turbantur, piscis elapsus mirabiliter dans saltum ab imo, superiorem retis funem tenacissimo corripit morsu, & sic inhærens funi pependit, donec stupefactus eum tandem piscator gratanter excepit.

CAPUT IX.

De translatione Sancti Sindalsi ad idem Monasterium.

AD hoc monasterium beati Sindulfi translata sunt ossa, quæ in villa, quæ dicitur Alsuntia, fuerant posita, ubi Deo idem sanctus vir sacerdotali servierat officio, & ubi pluribus post obitum claruerat miraculis. Cujus pignora ut perlata sunt ad villam, quæ dicitur Spida, mulier quædam cæca pristinum gavisa est lumen adepta. Cumque appropinquaterent jam portæ civitatis Remensis, obviam properante populi multitudine, accessit quædam

dam mota & debilis manu puella: quæ ut se terræ prostravit, ab utraque sanari peste promeruit. Allata est illuc quædam muliercula manibus, genibusque contracta, quæ continuo ut est ad terram deposita, sanitati lætatur restituta. Sed ubi victa luxu gloriari cœpit, quod eam vellet, nollet, vir suus reciperet, qui eam infirmitatis hujus causa dimiserat, sd depulsam rursus est miseriam revoluta. Item ut posita sunt Beati viri membra in Ecclesia, coram altari sanctæ Mariæ, advenit quædam puella repens genibus contracta, quæ virtute erecta, hujus sancti meritis astitit sana. Adducitur etiam quædam jam per annos septem cæca, quæ mox ut valvas templi attigit, lumen recipere meruit. Celebratis Missæ sacramentis, defertur inde corpus Beati Viri ad basilicam S. Remigii. In crastinum perfertur ad monasterium Avennacum, & occurrentibus sanctimonialibus, advenit quidam jam duobus annis claudus: qui ubi se prostravit in humum, surgens priscum cœpit figere gressum. Affertur etiam quædam contracta, membrisque resoluta, quæ sine mora sospitati gaudet restituta. Tum perlatum est munus hoc venerabile ad monasterium Altumvillarense, ubi quædam puellola advecta a primo nativitatis suæ anno cæca, ut ad januam monasterii pervenit, lucem videre cœpit. Duo Germani provectæ fratres ætatis sub uno anno luce privati oratorium ingressi, ut se dederunt in orationem, cruor eis pro lacrymis fluere cœpit ex oculis, moxque lumine recepto, lætantur sepulcrum videre sanatoris. Quædam Deo sacrata votum habuit cum sociis, ut iret ad locum pignoris: quæ de itinere medio cæteris iter peragentibus cœptum, reversa, ut ad suæ locum cellulæ pervenit, poplitibus, brachiisque contracta diriguit. Postea, plaustro ad præfatum devecta cœnobium, postquam aliquandiu ibidem in hac est ægritudine remorata, exultat tandem pristina sibi sospitate redhibita.

CAPUT X.

Gal. S. Rieul

De sancto Reolo Episcopo.

POst S. Nivardum præfatus domnus Reolus Episcopium hoc est adeptus, quod tam hæreditariis, quam emptitiis invenitur auxisse rebus. Qui ex præcepto domni Nivardi causas apud Regiam majestatem pro rebus Ecclesiasticis, vel colonorum legibus egisse ac vicisse reperitur. Ipse vero beatus Reolus in Episcopatu jam positus magnam habuit intentionem, pro rebus præmissi sancti Nivardi Episcopi, cum Gundeberto Regis optimate, ipsius domni Nivardi fratre germano, dicente Gundeberto quod villæ germani sui Nivonis Episcopi, tam de paterna, quam de materna hæreditate, quas Nivo moriens dereliquerat, ipsi jure legitimo deberentur. At contra domnus Reolus vel agentes sui dicebant, quod domnus Nivardus omnem rem suam, pro animæ suæ remedio, ad loca Sanctorum per sua instrumenta contulisset, scilicet ad Ecclesiam S. Mariæ, & S. Remigii, atque ad monasterium Altumvillare, necnon & Viriziacum, ubi domnus Basolus in corpore requiescit: quæ monasteria ipse domnus Nivo suo construxerat, vel restruxerat opere. Item Remis ad monasterium puellarum, ubi Boba præesse videbatur Abbatissa. Item sanctis Rufino & Valerio, vel per reliqua loca Sanctorum. Sed dum inter utramque partem hæc intentio verteretur, meditantibus pacificis tandem personis, eo tenore ad pacem concordia redierunt, ut Gundebertus ea quæ ultra Ligerim fuerant Emmæ genitricis ipsorum, absque repetitione Reoli Episcopi, vel agentium ipsorum, in sua reciperet potestate. Reliqua vero quæcunque bonæ memoriæ domnus Nivo ad loca sanctorum per sua instrumenta delegavit, ad integrum eadem Sanctorum loca perpetualiter absque repetitione Gundeberti, vel hæredum suorum cum Dei adjutorio possiderent. Unde conventiale quoque scriptum digestum apud nos adhuc reservatur, utriusque partis assignatione roboratum.

Hic partem villæ Diciaci positus in Episcopato emit. Item mansum & campos in villari * Bersiniaco. Item mansos aliquos plusquam quatuor infra civitatem Remensem a diversis personis, & alia quædam. Item portionem de villa, quæ dicitur Mons Allonis. Item partes villarum Rosiciaci & Popiciaci, & alia nonnulla, tam prædia quam mancipia, ejus temporibus tradidit vir illustris Waratus ad Ecclesias S. Mariæ, & S. Remigii Remis Cruciniacum montem, Curbam villam, cum Acciniaco, in pago Tardonensi. Quædam denique hic B. Præsul Reolus ex rebus Ecclesiæ invenitur cum quibusdam personis commutasse, partium scilicet liberata opportunitate.

ms Hersiniaco.

Cruny, Conruille & Arcini en Tardenois.

Habuit filiam Deo sacratam in monasterio, quod Ebroinus Suessionis construxit, sub sancta regula conversantem, nomine Odilam, quam ex legitimo susceperat ante clericatum matrimonio: cui villas quasdam tam in pago Remensi, vel Bellovagensi, quam etiam in partibus Translationis, eo tradidit jure, ut ad idem monasterium res ipsæ post ejus decessum proficerent omni tempore.

Construxit hic venerabilis Præsul monasterium Orbacense, in loco quem promeruit dono Regis Theoderici, per ipsius licentiam, suffragante quoque Ebruino Majore domus. Impetravitque domnus idem Reolus a monasterio Rasbacensi sex monachos, qui regimina sanctæ regulæ ibidem tenerent, & alios ea docerent. Ex quibus unum, * Landemarum nomine, in eodem loco Abbatem constituit, qui rexit idem monasterium donec vixit. Nam licet ab Odune quodam fuerit expulsus, a Childeberto tamen rege postea restitutus est. Post cujus obitum domnus Rigobertus Archiepiscopus ipsum recepit & texit. Hujus monasterii monachum nomine Hucboldum, nuper Hungari comprehensum trucidare nisi sunt: sed nequaquam ferro incidere potuerunt. Nam ut idem refert, & nonnulli captivi, qui viderant, reversi nunc quoque restantur, dum sagittis eum undique Barbari petissent, ut ab adamante relisæ, sic ab ejus corpore resiliebant sagittæ, nec signum ictus ullum apparebat in cute: sed & omni conatu gladio percussus, nihilominus mansit intemeratus. Unde & Deum dicentes eum esse, duxerunt reveriti secum, donec redemptus a quodam Episcopo, atque dimissus revertitur.

Orbacense fundat Monasterium.

i. Leudomarum, & i. Abbas Orbas

Hucboldus lædi non potuit. Idem refert auctor in chronic. an. 937.

CAPUT XI.

De sancto Rigoberto.

Pais de Ribemot.

PRæfato domno Reolo Beatus Rigobertus successit in Episcopatu, ejus, ut traditur, etiam carne propinquus in regione Ribuariorum nobili prosapia genitus: patre siquidem ex eodem pago, nomine Constantino, matre vero ex Portensi oriunda territorio: vir piis moribus instructus, & virtutum insignibus adornatus. Qui nonnulla in Episcopio collapsa reperiens, reparavit. Sed Canonicam clericis religionem restituit ac sufficientia victualia constituit, & prædia quædam illis contulit, nec non ærarium commune usibus eorum instituit. Ad quod has villas delegavit: Gerulacam cortem, Museejum Rocejum, Wlfiniacum Rivum, Curecllas: Ecclesiam quoque S. Hilarii, cum suburbio ad eam pertinente: scilicet ut in annua transitus sui die sufficientes eis inde refectio pararetur: quæ superessent, ipsis communiter dividenda cederent. Famulos quoque, & eorum colonias ad necessaria Canonicorum servitia deputavit, & eosdem Christi pauperes rerum suarum hæredes fieri destinavit. Harum vero summa rerum in XL. vel amplius mansos colligitur. Nonnullas etiam Episcopii villas, descriptis earum coloniis, servitiisque, rite dispusuit.

Gerncouri.

Res etiam quibus Episcopium auxit quasdam dato pretio comparavit, ut villam nomine Cartubram, in pago Tardonensi, a Gomnoaldo, pro qua dedisse traditur auri solidos quingentos: & in villa, cui nomen Turba, mansos duos, a diversis personis. Item portionem de villa, quæ dicitur Campaniaca, super fluvium Vidulam, ab * Hosomo, pro qua dedisse reperitur in auro solidos CXL. Item a quadam consobrina sua, nomine Gilsinda, portionem de villa Bracaneio super fluvium Rotumnam, cum mancipiis, ædificiis, & omnibus ad ipsam possessionem pertinentibus. Item ab eadem Gilsinda partem quandam de villa Bobiliniaca supra fluvium Suippiam, cum domibus, mancipiis, pratis, campis, & cæteris ad eandem possessionem pertinentibus: pro quibus rebus in auro solidus centum invenitur dedisse. Quasdam quoque res trans Ligerim non modico auri dato pondere reperitur emisse. Quædam quoque cum aliquibus personis invenitur commutasse, pro partium scilicet opportunitate. A Dagoberto denique Rege præceptum immunitatis suæ obtinuit Ecclesiæ, suggerens eidem regi, qualiter ipsa Ecclesia sub præcedentibus Francorum Regibus, a tempore domni Remigii & Cloduvei Regis, quem ipse baptizavit, ab omni functionum publicarum jugo liberrima semper extiterit. Qui præfatus Rex hoc beneficium confirmare vel innovare disponens, cum consilio procerum suorum statuit, ad prædecessorum formam Regum, præcipiens ut omnes ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ res, tam in Campania, & infra urbem, vel suburbanis, quam in Austrasia, seu Neustria, vel Burgundia, seu partibus Massiliæ, in Rudonico etiam, Gavalitano, Arvernico, Turonico, Pictavico, Lemovicino, vel ubicunque infra regna ejus ipsa Remensis Ecclesia, vel basilica Beatissimi Remigii villas aut homines habere videbatur, sub integra immunitate omni tempore possent manere. Sic quoque ut nullus judex publicus in ipsas terras auderet ingredi, ut mansiones intrando faceret, aut quælibet judicia, vel xenia ibidem exigare ullatenus præsumeret: sed quodcunque a prædecessoribus suis Regibus Ecclesiæ Remensi vel basilicæ S. Remigii fuerat concessum, cunctis diebus eadem Ecclesia valeret habere conservatum. Sed & a filio ipsius super hujusce auctoritatis corroboratione, & a cæteris sui temporis regibus, immunitatis, ac teloneorum remissionis præcepta Ecclesiæ suæ studuit obtinere. Item Theoderici Regis specialiter pro villa Calmiciaco, quam Grimoaldus vir illustris Ecclesiæ Remensi contulerat. Quarum adhuc regalium monimenta præceptionum in archivo S. hujus Remensis conservantur Ecclesiæ.

ms. Hosonia

Brigneuay.

Boul sur Suippe.

Dagober. II.

Pippinus Herstaltus qui & Grossus.

Hic venerabilis Præsul Pippinum Majorem domus Regiæ traditur amicissimum habuisse; cui eulogias pro benedictione crebro solebat mittere. Ad quem collocuturus, dum venisset aliquando, cœpit idem Princeps requirere, quid huic sancto patri gratum potuisset offerre. Morabatur autem tunc apud Germacam cortem, quam villam eidem oblatam, ubi gratam haberi B. Pontifici comperit, offert ei, ut quantum vellet in gyro acciperet, vel quantum circumiret, dum ille meridie quiesceret. Beatus itaque Rigobertus, exemplum beatissimi Remigii secutus, per fines qui manifestissime patent, pergens, passim itineria sui limitem poni præcepit, ut litem discerneret avis. Cui regresso surgens Pippinus a somno, largitus est omnem quem circuitu suo conclusarat locum. Ad indicium vero memorabile super hoc itineris sui vernantior omni tempore quam in cæteris circa locis, visitur herba virere. Est & aliud non enarrandæ rei miraculum, quod procul dubio meritis ipsius constat eisdem rebus a Domino prærogatum. Siquidem postquam ejus cessere dominio, fertur eas nunquam læsisse tempestas, nec cecidisse super illas grando: & cum in locis contiguis videbatur cadere, fines eorum non præsumit attingere.

Denique res istas, vel cætera quæ visus est obtinuisse, nullo mundanæ cupiditatis impetravit obtentu: sed Ecclesiæ suæ in cunctis consulens utilitatibus, illam constituit hæredem. Plures etiam rerum suarum participes fecit Ecclesias, ut variis chartarum docemur instrumentis. Sub ipsius Episcopatu dedit Ado quidam Abbas ad Ecclesiam S. Mariæ Remensis res suas sitas in pago Laudunensi, in vico qui dicitur * Rausidus, cum adjacentiis earum, domibus scilicet, coloniis, campis, vineis, pratis sylvis, piscinis, aquis, aquarumve decursibus, & omnibus appendiciis. Item ad matriculam S. Remigii res quasdam in pago Tardonensi in villa Curueciaco constitutas. Diversæ quoque personæ in locis diversis res suas pro animarum remedio Ecclesiæ Remensi sub hoc patre beatissimo tradiderunt, ut * Beroaldus & Sairebertus in monte Betelini, & Taxonariis domos, arva, mancipia, vineas, ac sylvas: Gairefredus & Austreberta in pago Laudunensi, in villa Waroeio, mansos cum terris adjacentibus, vineis, ac mancipiis. Abbo res suas sitas in pago Portensi, villa Augusta. Laudemarus in Camariciaco, in pago Remensi, mansos cum ædificiis, mancipiis, ructibus, vineis,

c.l. Raosidur.

ms. Heroaldus.

silvis, pratis, & cæteris adjacentiis. Rodemarus res suas sitas in vico Castricensi. Item Anstrebertus suas in eadem villa. Quarum adhuc exemplaria traditionum apud nos condita reservantur.

CAPUT XII.

De expulsione ipsius ab urbe Remensi.

an. 717. Sigeb. 718. Chilperic. ij. Carolus Martellus.

ORta denique simultate inter Regem Chilpericum & Karolum præfati Pippini filium, Majoremque domus Ragemfridum, Karolus iste prope urbem transiens Remorum, clamasse fertur ad beatum Rigobertum supra portam civitatis situm, ut ei juberet eandem portam aperiri, quatenus ad Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis oratum posset abire. Cui crebris in idipsum vocibus instanti respondisse vir Domini perhibetur, quod non illi eam prius aperiret, donec sciret quem finem lis cœpta perciperet: ne forte urbem sibi commissam ipsi diripiendam proderet, qui aliarum res nonnullas urbium diripuisset. Ad hæc Karolus cominatus asseritur furibunde, quod si reverteretur victor in pace, non ultra idem vir Dei tutus maneret in eadem civitate. Supra portam siquidem, quæ dicitur Basilicaris, vel quod basilicis in gyro sui dispositis abundaverit, vel quod euntibus ad basilicas in vico sancti Remigii sitas pervia fuerit, hic benedictus Domini consuevisse traditur commorari: quod apertis cœnaculi sui fenestris, loca Sanctorum beati Remigii, cæterorumque orandi gratia solitus fuerat contemplari.

Porta Basilicaris.

Oratorium quoque super eandem portam construxerat in honore S. Michaelis Archangeli, de quo in contiguam sancti Petri Ecclesiam descendere morem fecerat orationis amore. Quod oratorium non pauco tempore perseveravit ibidem, donec Ludovicus Imperator idem S. Petri monasterium Alpaidi filiæ suæ dedit. Cujus mulieris vir, nomine Bego, præfatum dirui jussit oratorium: quia scilicet quadam die caput in superliminari ejusdem ostioli graviter eliserit, eo quod statura procerus fuerit, & erecto collo ambulaverit, nec ad introeundum seipsum humiliaverit: prætendens quod fenestram obnuberet Ecclesiæ præ sui celsitudine. Quod tamen oratorium ut cœpit everti, mox ille corripitur a dæmone, ut erat in pago Laudunensi, procul ab urbe Remensi. Porro per hujus portæ viam pulvis & venti mixtim ferebantur, unde & tenebræ urbi videbantur illatæ: nec per eandem viam facile valebat quisquam incedere. Hoc autem oratorium modo reparatum, & in prænotato beati Michaelis veneratur honore restitutum.

Præfatus itaque Karolus ut principatum bello adeptus est, hunc virum Domini Rigobertum patronum suum, qui, ut traditur, eum de lavacro sancto susceperat, Episcopatu deturbavit, & cuidam Miloni sola tonsura clerico, * quod secum processerat ad bellum, dedit hoc Episcopium. Hic Karolus ex ancillæ stupro natus, ut in annalibus Regum de eo legitur, cæteris qui ante se fuerant audacior Regibus, non solum istum, sed etiam alios Episcopatus regni Francorum laicis hominibus &

r. j. qui.

A comitibus dedit: ita ut Episcopis nihil potestatis in rebus Ecclesiarum permitteret. Verum quod contra hunc virum sanctum, & alias Ecclesias Christi perpetravit malum, justo judicio Dominus refudit in caput ejus. De quo Patrum scripta relatione traditur, quod sanctus Eucherius, cujus in monasterio S. Trudonis humatum est corpus, Aurelianensium quondam Episcopus, dum in oratione positus, mente cælestibus intenderet, ad alteram vitam raptus, inter cætera quæ Domino sibi velante conspexit, hunc Karolum in inferno inferiori torqueri vidit. Cui de hoc sciscitanti responsum est ab Angelo ductore suo, quod Sanctorum judicio, qui in futuro examine cum Domino judicabunt, quorum res abstulit, sempiternis sit B pœnis deputatus. Qui beatus Eucherius ad seculum reversus, sancto Bonifacio, qui tunc Galliis, ad restituenda jura canonica, fuerat ab Apostolica sede prælatus, & Fulrado Abbati monasterii sancti Dionysii, & summo Capellano Regis Pippini, hæc indicare studuit, dans in assertione, ut ad sepulcrum ejus accedentes, si corpus ipsius inibi non reperierint, quæ de illo referebat, vera esse scirent. Quibus ad locum, ubi corpus ejusdem Karoli sepultum fuerat, venientibus & sepulcrum ipsius aperientibus, subito visus est serpens egressus: & totum illud sepulcrum vacuum reperitur interius, sicque denigratum, ac si fuisset flammis exustum. De præfato denique Milone C Zacharias Papa Romanus, prænovato S. Bonifacio inter cætera, quæ ad eum mandata dixerit, ita scribit: *De Milone autem, & ejusmodi similibus, qui Ecclesiis Dei plurimum nocent, ut a tali nefario opere recedant, juxta Apostoli vocem opportune, inopportune prædica. Si acquieverint admonitionibus tuis, salvabunt animas suas: sin vero, ipsi peribunt obvoluti in peccatis suis, tu autem, qui recte prædicas, non perdes mercedem tuam.*

Pippinus Rex filius Car. Martel.

Zachari.s ep. 12. 2. Tim. 4.

Cæterum sanctus Domini Rigobertus, dominicis obtemperando præceptis, quibus jubetur sub persecutione de civitate in civitatem fugere, secessit in Vasconiam. Ibi exulando, dum multorum sancto fervore memorias Sanctorum D lustraret, quandam ingressus basilicam, donec insistit orationibus, campanæ pulsantur ex more, ibidemque duo pulsata signa sonitum nullum reperiuntur dedisse. Tunc sacerdos & alii circumstantes sollicite perscrutantur, quis sit, & unde advenerit. Ille se profitetur clericum, & de Francia profectum. Adjicientes illi, super novæ rei sciscitantur eventum: cur scilicet impulsa eorum consuete non resonent signa. At ille duo pandit sibi de quadam Ecclesia sua furtim ablata, arbitrarique se, ne forte sint ea. Quibus sibi ostensis, ut asserit sua fuisse, experimenti gratia rogatur pulsare illa. E Ad cujus impulsum his altisone reboantibus, vera dixisse comprobatur. Ita cunctis super hujuscemodi facto stupentibus, suæ sibi nolæ redduntur: & ipse tam admiratione quam veneratione dignus habetur, quæ postmodum in Franciam relatæ, & Ecclesiæ Gerniacæ cortis sunt restitutæ.

Matt. 10.

Fertur hunc virum Dei præfatus Milo (cui Episcopium Remense datum fuerat a Karolo) functus legatione apud Vascones in hac regione reperisse, eique ut in Franciam reverteretur suasisse, suumque sibi redhibendum

Episcopum spopondisse. Qui regressus petitura Milone, ut res quas Ecclesiæ jam delegaverat in jus proprium sibi traderet. Quod eo nullatenus assentiente, & Milone se de pollicitatione mutante altare tantum vir Dei sibi rogat concedi sanctæ Dei Genitricis Mariæ, ut scilicet in eo Missas sibi liceat celebrare. Quo demum obtento, habitavit in Gerniaca corte tempore non pauco, vitam in humilitate, parcitate, vigiliis, orationibus, & eleemosynis, cæterorumque bonorum operum exhibitionibus agens. Motisque fuit ei, civitatem Remorum frequenter invisere, & in ara beatæ Mariæ Missas, ut optaverat, celebrare. Tum per Ecclesiam sancti Mauritii ad sanctum Remigium orandi gratia pergere. Inde sancti Theoderici monasterium visitare, ac per Ecclesiam sancti Cyrici de Culmisciaco ad S. Petrum in Gerniacam cortem redire.

CAPUT XIII.

De miraculis in vita ipsius ostensis.

Contigit itaque quodam, dum ad S. Cyricum oratum venisset in Culmisciacum, locutum eum cum Œconomo Remensis Ecclesiæ qui aderat: rogatusque ad prandium, recusavit, utpote Missas acturus ad S. Petrum. Interea mulier quædam anserem attulit Vicedomino, quem ille offerens Episcopo, petit ut jubeat recipi, secumque deferri. Quem puer viri Dei suscipiens ferebat, cum subito de manibus ejus evadens avolavit, spemque resumendi puero abstulit. At pater sanctus puerum vehementer anxiatum conspiciens, blande, ceu vir mitissimus, consolatur, docens de temporalium amissione rerum nequaquam flendum vel contristandum; quinimmo semper in Domino, qui dat omnibus affluenter, sperandum. (*Jac. 1.*) Et ecce post aliquod spatium, avis ultro revolans, ad terram coram sancto Præsule descendit, eumque quasi prædux præiens, nusquam a tramite deviat, donec ad Gerniacam cortem, quo ibant, pervenit. Quam vir Domini non passus occidi, præviam habebat itineris. Fertur enim ante se cursitare solita, dum civitatem adibat, aut redibat. Hujus beati Præsulis Adrianus, sedis Apostolicæ Pontifex (*Adrian. 1. ep.*) meminit in Epistola sua Tilpino, post Episcopo Remensi directa, in qua & querimoniam facit super eo, scribens in hunc modum: *Tua fraternitas nobis retulit, quia faciente discordia inter Francos, Archiepiscopus Remensis, nomine Rigobertus, a sede contra canones dejectus & expulsus fuit, sine ullo crimine, & sine ullo Episcoporum judicio, & sine ulla Apostolicæ sedis consensu, vel interrogatione: sed solummodo quod antea non consensit in * parte* (ut. partem.) *illius, qui postea partem illam de illo regno in sua potestate accepit, in qua parte Remensis civitas est ** (Id est in regno Australi, &c.) *& donatus, atque magis usurpatus contra Deum & ejus auctoritatem fuit ille Episcopatus, simul cum alia Episcopata, & aliis Ecclesiis, a sæcularibus potestatibus Miloni cuidam, sola tonsura Clerica nihil sapienti de ordine Ecclesiastico, & alii Episcopatus de ipsa Remensi diœcesi diverso modo essent divisi, & aliqui ex magna parte sine Episcopis consistentes, & ad alios Metropolitanos Episcopi & Clerici ordinationes aliquando accipientes erant, & refugia indebita habebant, & a suis Episcopis judicari & distringi non sustinebant, & Clerici, & Sacerdotes, & Monachi, & Sanctimoniales sine lege Ecclesiastica pro voluntate & licentia vivebant, &c.*

CAPUT XIV.

De obitu & sepultura ipsius.

Hic denique beatus Præsul Rigobertus actibus egregiis, magnisque virtutibus pollens, annos plures in hac exegit conversatione, consummataque viriliter præsentis vitæ militia, decessit pridie nonas Januarii. Humatus est autem venerabiliter a sacerdotibus in præfata villa, in qua morari solebat, in Ecclesia sancti Petri, ad Australem plagam altaris. Qui multis hic post sanctam depositionem suam refulgens miraculis, quanti sit apud Deum meriti, patenter innotuit: quæ tamen mira ob incuriam, vel scriptorum raritatem, non fuere descripta.

Tres siquidem claudi ab incolis ejusdem loci memorantur inibi fuisse curati. Cujus redhibitæ sanitatis indicia bacilli videlicet ac scabella, in eadem Ecclesia diu sunt reservata donec exinde beata ejus sunt pignora translata. Quædam quoque mulier cæca, nomine * Ansildis (l. Aufildis.), ipsius loci habitatrix, ibi pristinum meritis hujus patrocinantibus lumen recepit oculorum. Puer quidem, scholaribus apud loci presbyterum studiis deditus, lascive quondam ludendo supra tumulum ejus subsilire cœpit, non dans honorem Deo, neque sancto ipsius ibidem sepulto. Sed ut sepulti meritum panderetur, & hujusmodi præsumptio cohiberetur, continuo pes illius indoluit: moxque claudus effectus, officium pedis unius amisit. Quo comperto, Presbyter cancellos inibi circa tumbam, ne quis ignarus simile quid pateretur, fieri procuravit. In eadem basilica voces tantæ dulcedinis post ejus sepulturam sæpius auditæ narrantur, ut omnino Angelicæ comprobentur. Lux quoque tantæ claritatis mediis inibi noctibus emicuit, ut solis fulgorem vicisse videretur, quæ magno etiam quondam jubare, Sacerdotis contiguam penetravit ædiculam. Quo viso tantus timor invasit Presbyterum, ut abinde majorem huic loco reverentiam exhibuit, quam antea solitus fuerit. Ad hoc viri Dei sepulcrum diversis ab ægritudinibus multi curantur infirmi. Frigoritici quidam cum fide venientes, candelam in votis offerunt, & abrasum sepulcri pulverem sumunt, quem aquæ mixtum bibunt, & sanitatem hujus sancti meritis adipiscuntur. Dentium vero doloribus cruciati hunc debita cum veneratione tumulum deosculantur, & ita curari merentur.

CAPUT XV.

De translatione corporis ejusdem.

ITaque dum in hoc loco inclytus Domini confessor pluribus clarificarus signis raniteret, domnus Præsul Remensis Hincmarus hinc eum transtulit, & ad cœnobium sancti Theoderici detulit, ac secus ipsius beati viri tumbam posuit. Ubi dum aliquod annis veneratur, plura per eum Dominus mira patrare dignatus est. Multi siquidem febribus vexati, vel dolore dentium fatigati, ejus hic quoque cum fide petentes auxilium, divinum gavisi sunt adepri remedium. Ex quibus mulier quædam, nomine Audinga, de quadam proxima monasterio villa, nomine Colmelecta, febribus attrita, hæc apud se super recuperanda sibi sanitate fecisse traditur experimenta. Tres enim candelas unius fecit quantitatis, quarum unam nomine sancti Theoderici, alteram sancti Theodulfi, tertiam sancti Rigoberti constituit; quas simul accendens, quæ superaret ardendo, probare disposuit. Quo facto, dum superdurat flagrando quæ beati fuerat nomine Rigoberti, mulier id reputans Deo placitum, eidem Sancto fieri votum suum instituit. Continuo aliam instaurans candelam, hujus almi viri duntaxat venerationi dicatam, veniensque ad locum designatum, munusculum obtulit: & ante quæsita sancti Dei pignora post orationem dormivit, evigilansque desideratatam se sospitatem recepisse probavit.

[Secunda translatio.] Post annos novem hujus beati Præsulis ossa Remorum perferuntur in urbem, & in basilica sancti Dionysii honore dicata locantur, ubi Canonicorum sepultura Remensium tunc habebatur. Erat tunc quædam mulier cæca, in villa, [Aumenco-urt.] quam vocant Alamannorum cortem, quæ dormiens audivit in somnis vocem dicentem sibi: Quid hic facis? cur jaces? Crastina die Pontifex Hincmarus & Canonici Remenses S. transferent Rigobertum: Vade ad illum, & ille te adjuvabit. At illa diluculo consurgens acceleravit, candelam secum deferens advenire. Quæ mox ad loculum beati pignoris accessit, lumen olim amissum recipere meruit. Surdus etiam quidam translationis hujus æque die veniens, ut locellum sacri corporis bajulum tetigit, auditum statim recepit, qui tali quoque modo se retulit accersitum. Noctu siquidem in diversorio quiescentem persona quædam incognita * leviter hunc in latere percussit & excitavit, excitatumque vocavit. [j. leniter.] Sensit ille tangentem, sed non audivit, utpote surdus, vocantem. Audierunt tamen qui secum aderant in domo vocem ad sanctum Rigobertum ire quantocius eum admonentem, licet viderint neminem. Qui confestim abiit, & salutem diu desideratam invenit.

[Tertia translatio.] Hujus beati Patris membra veneranda, quoniam Ecclesia prænotata necessitate muri civitatis, ob infestationem paganorum construendi, evertebatur, Fulco Præsul urbi postmodum intulit, & in medio Ecclesiæ beatæ Dei Genitricis Mariæ post altare sanctæ crucis collocavit: ubi plures etiam cum fide accedentes optatam reperere medelam. His fere diebus monachus quidam cœnobii beatissimi Remigii, nomine Sigloardus, validissima febre correptus, impus quoque mentis effici videbatur. Qui dum quadam nocte cubitum perrexisset, incœnatus tamen, & quiescere nullatenus sineretur, arctatus undique, beatum Rigobertum auxilium sibi ferre clamans, invocat & optatam protinus sanitatem recuperat.

Post aliquantum temporis deferuntur hujus sancti viri pignora in pagum Veromandensem ad villam Nemiocum, quam Odalricus comes Ecclesiæ Remensi tunc temporis contulerat, & Fulco Præsul Canonicorum victui deputarat, ubi quidam commanebat in proximo Presbyter, nomine Siguinus, qui magno cruciabatur dentium dolore. Hic audiens hæc pretiosa illuc delata membra, quoniam victus ægritudine impediebatur adire, candelam illo studuit transmittere. Ac licet absens corpore, precibus tamen & lacrymis sanctum Domini Rigobertum non distulit exorare, quatenus per ipsius interventum medelam mereretur accipere. Qui mox ut munusculum ejus ad sancti loculum pervenit, medicum cælestem sibi adesse, recepta sanitate, sentire promeruit. Et confestim ad locum medicatoris profectus est, totumque se in lacrymis ante ipsius effundens memoriam, gratias retulit, & quanta sibi per hujus invocationem patris fecerit Dominus, indicavit. Nec longum post hæc urbi Remorum sacra membra revocantur, & Ecclesia sancti Dionysii extra murum civitatis Canonicorum Remensium studio, sumptibusque restructa, ibidem cum B. Theodulfi pignoribus honorifice venerantur illata. [Quarta translatio.]

CAPUT XVI.

De Abel ejus successore.

BEatum Rigobertum secutus Abel in Episcopatus ordine reperitur, quamvis eum quidam Corepiscopum tantum fuisse tradant. Pontificem tamen illum extitisse diversis invenimus assertionibus, & maxime in epistolis Zachariæ Papæ ad sanctum Bonifacium directis: [Zachar. epist. 85. Tom. 3. Concil.] in quarum una commemorat, indicasse prædictum beatum Bonifacium suis literis inter cætera, quod tres Episcopos per singulas Metropolitanas urbes ordinasset, id est Grimonem in civitate quæ dicitur Rodomus: secundum vero Abel, in civitate quæ dicitur Remorum: tertium denique Hartbertum in civitate quæ dicitur Senonis: *Qui & apud nos, inquiens, fuit, & tua nobis pariter, & Karlomanni atque Pippini detulit scripta, per quæ suggessisti, ut tria pallia iisdem tribus prænominatis Metropolitanis dirigere deberemus, quod & largiti sumus pro adunatione & reformatione Ecclesiarum Dei.* Item in alia ipsius ad eundem epistola: [Idem epist. 9.] *De Episcopis vero Metropolitanis, id est Grimone, quem nos jam compertum habemus, Abel, sive Hariberto, quos per unamquamque Metropolim per provincias constituisti, hos per tuum testimonium confirmamus, & pallia dirigimus ad eorum firmam stabilitatem, & Ecclesiæ Dei augmentum, ut ita meliori proficiat statu. Qualiter * enim mos pallii sit, vel quomodo fidem suam exponere debeant hi qui pallii uti licentia conceduntur, eis direximus, informantes eas, ut sciat * quod sit pallii usus, & subjectis viam prædicare salutis, ut Ecclesiastica disciplina in Ecclesiis co-* [j. etiam.] [m. j. quid.]

*ram immutilate servetur, & maneat inconcussa: & sacerdotium, quod in eis fuerit non pollutum, ut antea fuit, sed mundum, & acceptum Deo esse possit, quantum humana * conditione valet: ita ut nullus reperiri possit sacris deviare canonibus, & sacrificium mundum coram ab eis immoletur; ita ut Deus in eorum placetur muneribus, & populis Dei purificatis mentibus ex omni squalore sincerum exhibere valeant Christianæ religionis officium.*) Sed & quædam chartæ ipsius Episcopi reperiuntur nomine titulatæ.

or. ms. conditio.

De quo etiam præfatus Adrianus Papa in præmemorata epistola ad Tilpinum Archiepiscopum, post illa, quæ superius præmissa sunt, ita subinfert. *Sanctæ memoriæ Bonifacius Archiepiscopus & Legatus sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & præfatus amabilissimus Fulradus Franciæ Archipresbyter, tempore antecessorum nostrorum Zachariæ & Stephani successoris illius, multum laboraverunt, ut bonæ memoriæ prædecessor noster domnus Zacharias pallium Archiepiscopo Remensi, Abel nomine, per deprecationem suprascripti Bonifacii transmitteret, * quod ab illo constitutus fuit, sed ibi permanere permissus non fuit, sed magis contra Deum ejectus est & Remensis Ecclesia per multa tempora, & per multos annos sine Episcopo fuit, & res Ecclesiæ de illo Episcopatu ablatæ sunt, & per laicos divisæ sunt, sicut & de aliis Episcopatibus, maxime autem Remensi Metropolitana civitate.*

Adriana. 2. noi sup. c. 13.

Steph. II.

j. qui.

CAPUT XVII.

De Tilpino Episcopo.

PRæmissos in Episcopatu sequitur Tilpinus, ex Monasterio sancti Dionysii assumptus, cui magnus Karolus ab Adriano Papa impetrasse pallium reperitur, sicut ejusdem Papæ ad ipsum directa pandit epistola, quæ ita incipit.

Adrianus Episcopus servus servorum Dei reverendissimo & sanctissimo confratri nostro Tilpino Ecclesiæ Remensis Archiepiscopo.

Non extat hæc ejus epistol.

QUia ad petitionem spiritalis filii nostri & gloriosi Regis Francorum Karoli, præbente tibi bonum testimonium de sanctitate & doctrina Fulrando amabilissimo Abbate, Franciæ Archipresbytero, pallium secundum consuetudinem tibi transmisisse nos cum privilegio ut Metropolis Ecclesia Remensis in suo statu maneret, * & bene memoramus:) Et post aliquanta, quæ de sancto Rigoberto, & Abel superius jam præmissa sunt, cum de rebus Ecclesiæ Remensis ablatis loqueretur: (Ecce, *inquit*, fraternitas jam ex magna parte ipsas res apud gloriosum filium nostrum Karolum, & ante ad Carlomannum fratrem ejus impetratas habes, & ordinem ex aliqua parte, & in Episcopis, & in aliis secundum Canonicam, & sanctæ sedis Romanæ auctoritatem directum habes: propterea petisti a nobis, tibi & Ecclesiæ tuæ fieri privilegium ex auctoritate B. Petri principis Apostolorum & sanctæ sedis Romanæ, ac nostra, ut quod perfectum habes in ante valeas permanere, & quod adhuc perfectum non habes, per nostram auctoritatem possis, auxiliante Deo, & B. Petro Apostolo ad perfectionem perducere. Pro quo & nos ardenti animo, & divino juvamine Apostolica fulti auctoritate, non solum vetera, secundum sacros canones, & Apostolica hujus sanctæ Sedis decreta statuimus, sed & nova tibi pro tuo bono studio concedimus, atque auctoritate B. Petri Principis Apostolorum, cui data est a Deo & Salvatore nostro Jesu Christo ligandi, solvendique potestas peccata hominum in cœlo & in terra, confirmamus atque solidamus, Remensem Ecclesiam sicut & antiquitus fuit, Metropolim permansuram, & primam suæ Diœceseos sedem esse, & te qui in eadem sede, cooperante Deo, ordinatus es, primatem ipsius Diœcesis esse, cum omnibus civitatibus quæ ab antiquo tempore Remensi Metropoli Ecclesiæ subjectæ fuerunt, atque etiam perpetuis temporibus tibi & successoribus tuis sit confirmatum. Et hoc interdicentes, ut nullus audeat juxta sanctorum canonum eruditionem, ex alio Episcopatu ibidem translatare, aut constituere Episcopum post tuam de hoc sæculo evocationem. Neque aliquis tuas parochias aut Ecclesias, vel civitates subtrahere, neque Diœcesim Remensem ullo unquam tempore dividere, sed integra maneat, sicut antiquitus fuit, & sacri Canones & prædecessorum nostrorum firmavit, & nostra firmat auctoritas. Et te, aut futuris temporibus Remensem Episcopum, & primatem illius Diœcesis, non præsumat, neque valeat, unquam aliquis de Episcopatu dejicere sine canonico judicio, & neque in * illo judicio sine consensu Romani Pontificis, si ad hanc sanctam sedem Romanam, quæ caput esse dignoscitur orbis terræ, appellaveris in ipso judicio. Sed in sola subjectione Romani Pontificis permanens, Diœcesim & parochiam Remensem adjuvante Domino, & nostra atque B. Petri fultus ex ista sancta sede auctoritate, secundum sanctos Canones, & hujus sanctæ sedis præceptiones, tibi subjectos ita certes & studeas gubernare, ut illam desiderabilem vocem D. N. J. Christi valeas cum electis ejus audire: Euge serve bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Et quod ad nostram notitiam perduxisti, quia ad alios Episcopos de ipsa Diœcesi Remensi quiddam accipiebant ordinationes & habebant indebita refugia, & hoc per omnia prohibemus, sed sicut sacra docet auctoritas, & in Synodis comprovincialibus convocandis & faciendis, & in ordinationibus, ac dijudicationibus, Remensis Ecclesia, & Archiepiscopus, qui in ea constitutus fuerit, talem habeat auctoritatem, sicut sacri Canones, & hujus sanctæ Ecclesiæ constitutiones docent. Et nullus per ullum unquam tempus tibi, vel Remensi Ecclesiæ, de rebus ad illam debite pertinentibus divisionem vel violentiam, sicut antea factum fuit, facere præsumat. Nam si, quod non credimus, quis ille fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerario ausu venire tentaverit, nisi se cito, & maxime post commonitionem correxerit, sciat se æterno Dei judicio anathematis vinculo esse innodatum: si quis vero Apostolica servaverit præcepta, & normam rectæ & orthodoxæ fidei fuerit assecutus, benedictionis gratiam consequatur. Hæc a nobis diffinita per hujus con-

ms. j. omit. &.

Matt. 16. Joan. 21.

ms. j. ullo.

Matt. 25.

stræ confirmationis paginam, in tua Ecclesia perpetuis temporibus pro sui confirmatione conservanda esse mandamus. Injungimus etiam fraternitati tuæ, ut quia de ordinatione Episcopi oomioe Lul sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ ad nos quædam pervenerunt, assumptis tecum Viomago & Possessore Episcopis, & missis gloriosi ac spiritalis filii nostri Karoli Francorum Regis, diligeoter inquiras omnia de illius ordinatione, & fidem ac doctrinam illius, atque conversationem & mores, ac vitam investiges: ut si aptus fuerit & dignus ad Episcopalem cathedram gubernandam expositam & conscriptam, & manu sua propria subscriptam catholicam & orthodoxam fidem per missus suos cum literis ac testimonio tuo, seu aliorum Episcoporum, quos tecum esse mandavimus, ad nos dirigat, ut pallium illi secundum consuetudinem transmittamus, & ordinationem illius firmam judicemus, & in eadem sancta Ecclesia Moguntina Archiepiscopum constitutum esse faciamus. Bene vale.)

Qui Præsul res Ecclesiæ diversa per loca disceptas, tam per se apud regiam majestatem, quam per auctores Ecclesiæ, diversos apud judices legibus obtinuit, & Ecclesiastico jure restituit: maximeque per quendam Acbabbum, qui tam in Francia, quam etiam trans Ligerim pro rebus Ecclesiæ revocandis operose laboravit, & tam prædia, quam mancipia multa legibus evindicata Ecclesiæ reformavit. Possessionibus quoque vel mancipiis a quibusdam dato pretio coemptis, res auxisse Præsul iste reperitur Ecclesiæ: nonnullarum quoque jura villarum dispositis ordinasse colonis. Sed & sacrarum codicibus scripturarum, quibus adhuc aliquibus quoque utimur, hanc instruxit Ecclesiam. In cœnobio denique sancti Remigii Monachos ordinasse, ac monastica vita eos traditur instituisse, cum Canonicos prius idem cœnobium a tempore Gebehardi Abbatis, qui eandem congregationem, ob amorem Dei & S. Remigii reperitur aggregasse, ad hoc usque tempus habuisse feratur. Immunitatis denique præceptum a Karlomanno Rege filio Pippini, primo mox regni ejusdem anno, Ecclesiæ Remensi obtinuit, ad exemplar immunitatum, quas ipsius prædecessores Reges huic contulerant Ecclesiæ: quarum ostendere quoque curavit ei monimenta: ut nullus scilicet judex publicus in hujus Ecclesiæ terras auderet ingredi ad mansiones parandum, vel quælibet judicia facere, aut penitus xenia ibi requirere. Sed quæcunque antecessores ejus eidem concesserant Ecclesiæ, perpetualiter habere valeret indulta. Postea quoque aliam ejusdem Regis de omnium teloneorum remissione impetravit præceptionem. Item aliam de ponte Baisonensi. Item de chartis concrematis, quarum tunc temporis per negligentiam acciderat exustio, ut res, & facultates Ecclesiæ, quas eo tempore possidebat, ita permanerent absque diminutione confirmatæ ipsi Ecclesiæ per regiam ejus auctoritatem. Item de militibus, qui in villa Juviniaco residentes erant super terram sanctæ Mariæ, & sancti Remigii, concessa, remissaque ipsis omni quam debebant exactione militiæ. Item aliud de his qui in Crucioiaco, Curba villa, vel in omni pago Tardonensi infra terram Remensis Ecclesiæ residebant. Dedit etiam idem Karlomannus Rex sub hoc Pontifice per chartarum instrumenta, pro loco sepulturæ vel remedio animæ suæ, villam Novilliacum in pago Urtiose sitam, cum omnibus terminis vel aspicientiis suis, omnique integritate, ad basilicam vel monasterium Sancti Remigii, ubi sepulturam quoque habere dinoscitur. Cujus germanus Karolus Imperator magnus huic Præsuli Tilpino pallium per Legatos & literas suas obtinuit ab Adriano Papa, sicut in ejusdem Papæ literis ad ipsum Regem super hac ipsius petitione directis continetur. Immunitatis quoque præceptum ab hoc etiam Rege, juxta præcedentium exemplaria Regum, Remensi Ecclesiæ idem Præsul impetravit. Item aliud Præceptum de militibus pagi Tardonensis, juxta cessionem germani sui Karlomanni Regis. Item de chartis concrematis. Item de confirmatione traditionis præfati germani sui Regis, qua Noviliacum, & Bebriacum villas idem rex ad basilicam S. Remigii condonavit. Præterea multi sub hujus Præsulis Episcopatu res suas ad Ecclesiam Remensem, tam sanctæ Mariæ, quam sancto Remigio contulerunt. Qui Præsul defunctus est anno sui Episcopatus XLVII. cujus corpus ad pedes S. Remigii tumulatum, hujusmodi cernitur habere titulum.

Hac requiescit humo Tilpinus Præsul honoris,
Vivere cui Christus vita & obire fuit.
Hunc Remi populo martyr Dionysius almus
Pastorem vigilem misit, & esse patrem.
Quem pascens quadragenis est amplius annis.
Veste senectutis despoliatus abit.
Quartas cum nonas mensis September haberet;
Mortua quando fuit mors sibi vita manet.
Et quoniam latus atque gradus hos junxerat,
Hincmar
Huic fecit tumulum, composuit titulum.

Monast. S. Remigii.

CAPUT XVIII.

De Vulfario Episcopo.

Tilpinum sequitur Vulfarius, qui ab Imperatore præfato Magno Karolo Missus dominicus ad recta judicia terminanda fuerat ante Episcopatum constitutus super totam Campaniam: in his quoque pagis, Dolomense scilicet, Vongense, Castricense, Stadonense, Catalaunense, * Ormense, Laudunense, Vadense, Portiano Tarduneosa, Suessionense, sicut & alii quidam sapientes, & Deum timentes habebantur Abbates per omnem Galliam & Germaniam a præfato Imperatore delegati, quo diligeoter inquirerent, qualiter Episcnpi, Abbates, Comitas, & Abbatissæ per singulos pagos agerent, qualem concordiam, & amicitiam adinvicem tenerent, & ut bonos & idoneos Vicedomnos & Advocatos haberent, & undecunque necesse fuisset, tam regias, quam Ecclesiarum Dei justitias, viduarum quoque & orphanorum, sed & cæterorum hominum inquirerent, & perficerent, & quodcunque emendandum esset emendare studerent, in quantum melius potuissent, & quod emendare per se nequivissent, in præsentiam Imperatoris adduci facerent, & de his omnibus eidem principi fideliter renunciare studerent. Residens igitur præfatus vir illustris Vulfarius ad injuncta sibi definienda judicia, cum quibusdam

al. Ormense.

A Comitibus in mailis publicis, jam quoque vocatus Episcopus, adhuc etiam antequam ordinaretur, res quasdam Remensi Ecclesiæ, sed & mancipia nonnulla, vel colonos reimpetrasse, ac legibus per Ecclesiæ advocatos evindicasse reperitur. Nec non etiam postquam Præsul ordinatus est, plura invenitur Ecclesiæ conquisisse, & res, & colonos, tam apud regiam majestatem, quam apud colonos, & judices publicos, nec solam per auctores Ecclesiæ, sed etiam quando per sui præsentiam. Cui valde credidisse Karolus Imperator magnus ex eo probatur, quod illustres Saxonum obsides XV. quos adduxit de Saxonia, ipsius fidei custodiendos commisit.

B Hic Synodum invenitur habuisse anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCC. XIV. in Ecclesia Noviomensi, regnante Ludovico filio Karoli, (Ludov. Pius) congregatis secum coepiscopis suis Hildoardo, Ermenone, Jesse, Ragomberto, Grimoldo, Rorhardo, Wendilmaro, Ostroaldo, & Chorepiscopis Waltario, Sperno, necnon & Abbatibus Adalbardo, Nantario, Fulrado, Ericho, Hilderico, Remigio, Ebbone, Sighaldo, cum cætero clero, Presbyteris & Diaconibus: convocatis etiam Comitibus, Gunthardo, Rotfrido, Gisleberto, Otnero. His omnibus residentibus, sententia ventilata est inter Wendilmaram & Rothardum Episcopos de terminis parochiarum suarum, & requisitum ac definitam est, quod hæc loca trans fluviam Isaram (Oise.) C in pago Noviomensi pertinere deberent ad parochiam Ecclesiæ Noviomensis: id est, varinæ, Urbs campas, Trapiacus, Jerusalem, Harbaudianisva sive Ecclesia sancti Leodegarii, cum reliquis villis ad has Ecclesias convenientibus. Cætera vero loca trans supradictum fluviam, in prædicto pago, omnia pertinere deberent ad parochiam Ecclesiæ Suessionicæ. Hæc diligentissime investigata consenserunt suprascripti Episcopi, & Chorepiscopi, Abbates, Presbyteri, & Diaconi, & pars Ecclesiæ Noviomensis, clerici, & laici: & pars Ecclesiæ Suessionicæ, similiter clerici & laici & uno animo unoque consensu confirmare decreverunt. D Nec suæ tantum Dioeceseos, quinetiam Trevericæ urbs Archiepiscopum Amalarium, cum Adalmaro ipsius Coepiscopo, & Herilando, jussione Imperatoris magni Karoli, ab eodem scilicet Wlfario Metropolitano convocatum ad ordinationem Episcopalem cujasdam Frotharii præfatæ Treverensis Ecclesiæ Presbyteri, eidem paruisse reperimus. Hoc etiam Wlfario Præsule ordinante, congregatum reperitur Remis ab Imperatore Karolo magno Concilium plurimorum patrum, in quo constituta XLIII. leguntur capitula, in quibus de fidei ratione, atque Dei Ecclesiæ honore, rectorumque ipsius ac ministrorum dispositione, E Regisque fidelitate, atque totius regni utilitate tractatum est.

Quasdam præterea villas Ecclesiæ, Remensis rite distributis atque descriptis ordinavit coloniis. Sed & res Ecclesiæ aliquas, mancipiaque, cum personis quibusdam pro partium commutavit opportunitate. De thesauris etiam S. Mariæ, ac Sancti Remigii nonnulla cum testimonio virorum illustrium, tam clericorum quam laicorum * mutavit, (al. mutuavit.) & ornamenta vel vasa Ecclesiastica exinde, prout dignum sibi visum fuit, fabricari fecit. Eundi denique Ro-A mam causa orationis ad Sanctum Petrum licentiam ab Imperatore se accepisse in quadam sua designat epistola: sed utram ierit, certam non habemus. Reditus autem villatam quarumdam Ecclesiæ in eleemosyna probabiliter, pro sui corporis & animæ salute, distributi, quibusdam adhuc descriptionibus tunc factis leguntur: in quibus inveniuntur inter Termidum, pratum, Vindicum, * Forvillam, (ms. Furnillā) * Gramadum, (Graviagum.) Pidum, Cadevellum, & Cortem Magnaldi, in distributione eleemosynæ de annona modii M. DCCCC. LXXV. De animalibus inter majora & minora capita * CLXVIII. (l. clxvii.) Item inter villas Fagum, sive Boleticum, & alias quasdam annonæ modii M. LII. vini modii LXIV. salis modii V. cum diversis animalibus, & aliis variis rebus expensa. B Ad opus quoque fratrum Orbacensis cœnobii quantum sufficeret eis. Unde datur intelligi, in majoribus quoque locis multa tunc plura fuisse dissipata. Immanitatis quoque præceptum ab Imperatore Ludouvico, secundum præceptionem Karoli Augusti Patris ipsius, Ecclesiæ Remensi, Monasterioque sancti Remigii obtinuit.

CAPUT XIX.

De Ebone Præsule.

HUic successit Ebo, vir inlustris & liberalibus disciplinis eruditus, patria Transrhenensis ac Germanicus, C Imperatoris, ut fertur, Ludouvici collectaneus, & conscholasticus, qui multis Ecclesiam curavit instruere commodis, & præcipue artificibus: quibus undecunque collectis sedes dedit, & beneficiis muneravit. Mancipia vel colonos quosdam Ecclesiæ desertores tam per seipsum, quam per Radulphum Vicedominum & Ecclesiæ Advocatum, apud judices publicos legibus evindicatos & obtentos, Ecclesiastico juri restituit. Quasdam quoque res Ecclesiæ, atque mancipia, cum aliquibus personis pro partium commoditate commutavit. Sed temporalia super ejusdem commutationibus præcepta obtinuit. Ab Imperatore quoque Ludouvico literas ad Robertum D Comitem pro Ecclesiasticarum reram defensione, (quas quidam pervadere moliebantur) impetravit. Colonias vero nonnullas Ecclesiæ, descriptis per strenuos viros colonis, eorumque servitiis, ordinavit.

Archivum Ecclesiæ tutissimis ædificiis, cum crypta in honore sancti Petri, omniumque Apostolorum, Martyrum, Confessorum, ac Virginum dedicata, ubi Deo propitio deservire videmur, opere decenti construxit: ubi multorum tam Apostolicorum, quam cæterorum Sanctorum condita pignora reservantur. In qua E nonnullæ illustrationes ostensæ noscuntur. Vidi siquidem nutritoris mei Gundacri, in prospectu ipsius Ecclesiæ commanentis, servum, dum temere prope fenestram hujus cryptæ accelsisset mingere, terribili quadam quasi armati cujasdam viri visione ita deterritum, ut putaretur amittere sensum. Sed & Rohingum quemdam, hujus loci Diaconum a simili præsumptione pari ferunt visione cohibitam. Unde cautum deinceps ac prohibitum, ne quis talem præsumere gestiat ausam.

Hujus Ecclesiæ pinnaculum talem videtur præmonstrare titulam, personis etiam vel imaginibus

ginibus Stephani Papæ, ac Ludovici Imperatoris insigoitum.

Ludovicus Cæsar factus coranant: Stephana
Hue in sede, Papa magna, tunc & Ebo Pantifex
Fundamenta renavavit cuncta loci istius,
Urbis jura sibi subdent, Prasul auxit omnia.

Matris ejusdem Eboois hujusmodi habetur epitaphium.

Mea forte si requiris temporis initia,
Scita Karoli fuisse regni sub primardia:
Ludavica triumphante dies fluxit ultima.
Rhenus primas lavit mores, alveus Germanicus.
Hinc nutrivit & secundos Liger amnis Gallicus.
Sequana fovit juventam, sordes fordens Vidula.
Præsul erat urbis hujus mihi natus unicus,
Idem me conduxit sibi socium laboribus,
Praximum ruina locum renovandi cupidus,
Decem ferme nuper annos simul hic peregimus.
Ebo rector, ego mater Himiltrudis humilis,
Fundamenta sedis sancta pariter ereximus,
Deo debitum laborem dum gerebat Pontifex,
Fessa quietem quærebam: ecce sub hac tumula
Quinto me September mensis Kalendarum rapuit.
O viator, esto cantus semper ab excessibus.
Fateor non prafuisse ut debui, dum potui:
Veniam dic pro vindicta da Deus peccantibus.

Hujus Præsulis hostatu Halitgarius Camasaceosis Episcopus sex libellos de remediis peccatorum, & ordioe vel judiciis pœnitentiæ cooscripsit. Ad quem talis ejus extat Epistola.

Reverendissima in Christo fratri ac filia Halitgaria Episcapa, Ebo indignus Episcapus salutem.

NOn dubito tuæ id notum esse caritati, quanta nobia Ecclesiasticæ disciplinæ, quantisque nostrorum necessitatibus subditorum, & insuper mundialium oppressiooibus, quibus quotidie agitamur, eura constringas. Idcirco, ut tecum contoli, ex patrum dictis, canonumque senteotiia ad opus Consacerdotum oostrorum excespere Pœnitentialem minime valui, quia animus eum dividitus per molta, fit minor ad singula. Et hoc est quod in hac re me valde sollicitat, quoniam ita coosusa sunt judieia pœoiteotium in Presbyterorum nostrosum opusculis, atque diversa, & inter se discrepantia, & nullius auctoritate suffulta, ns vix proptes dissooantiam possiot discerni. Unde fit ut concurrentibus ad remedium pœoitentiæ, tam pro librorum confusione, quam etiam pro ingenii tarditate nullateoos valeaot subvenire. Quapropter, earissime frater, noli teipsum nobis oegare, qui sempes io divinis ardenti animo diseiplinis, ac sollerti eura scripturatum meditationibus perfectissimo otio floruisti. Arripe, quæso, sioe axeusationis verbo,
Matt. 11 hujus faseioæ pondus a me quidem tibi impositum, sed a Domino cujus onus leve est, le-
Psal. 80. vigandum. Noli timere, neque formides hujus operis magnitudinem: sed fidenter accede, quia aderit sibi qui dixit: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Scis enim optime patvis parva sufficere, nec ad mensam magnatorum pauperom turbam posse accedere. Noli tuæ
Matt. 5. devotionis oobis subtiahere scieotiam: uoli ac-
Matt. 13. censam in te sub modio pooere lucernam, sed
A præcelso eam superpone candelabro, ut luceat omoibus, qui in domo Dei suot fratribus tuis, & profer nobis veluti scriba doctus quod accepisti a Domino. Aderit tibi hujus laboris iti- Luc. 24.
nere illius gratia, qui duobus diseipulis euntibus tertium se socium addidit in via, & aperuit illis sensum, ut sanctas intelligerent scripturas. Spiritus paracletus omni veritatis doctrina & perfecta caritatis scientia tua resplendeat pectora, earissime frater. Vale.

Ad quæ idem talia seseribit Halitgarios.

Domno & venerabili Patri in Christa Eboni Archiepiscopo Halitgarius minimus Christi famulus salutem.

B POstquam, venerande pater, directas beatitudinis vestræ accepi literas, quibua me hortari dignati estis, oe mentis acumen inerti, torpentique otio submitterem, sed cognitioni ac meditationi quotidie sacræ Scripturæ me vigilantes traderem: & insuper ex Sanctorum Patrum, canonumque sententiis Pœoitentialem in uno volumine aggregarem, durum quidem mihi, & valde difficile, tremeodumque hoc fuit imperium, ut hanc susciperem sareinam, quam a prudensibus cognoseo relictam. Multumque renisus sum voloötati vestræ, non velut proeaciter durus, sed propriæ infirmitatis admonitus. Hac etenim cura sollicitus, necessarium
C duxi, ut aliquamdio me a scribendi temeritate suspeoderem: quia sicut perpendi injuncti operis difficultatem: ita & injungentis auctoritati nec volui, nec deboi usquequaque resistere, certus quia imbecillitatem meam multo amplius vestra adjuvaret præcipieotis dignitas, quam gravaret meæ igooratiæ difficultas. Valete.

Hic Ebo Præsul supra memotatum Papam Stephanum cum Ludovico Rege Remis susce- Stephan. V.
pit, postquam Rex idem Sclavos io Oriente Ludov. Pius
positos directo devicit, & oppressit exercitu: Rex & Imp.
quaodo præfatus Papa Stephanus, qui Leoni Leo III.
D successerat, legatos suos ad euodem Principem destinans, intimavit ei, quod libenter eum videre vellet in loco ubieunque ipsi placuisset. Quod audiens Rex, magno repletus gaudio, jussit obviam missos suus ire summo Pontifici, & servitia præparare. Post quos & Rex ipse perrexit: obviaveruntque sibi in eampo magno Remensium, & descendit uterque ab equo suo, Et Princeps prostravit se io terram tertio ante pedes tanti Pontificis: salutaveruntque se iovieem magnifiee, & amplexantes se deosculati suot paeifiee, perrexeruntque ad Eeclesiam, ubi eum diu orassent, erexit se Pontifex, &
E excelsa voce eum ehoro suo fecit Regi laudes regales. Postea Pontifex honoravit eum magnis & multis honoribus, ac Reginam pariter Hirmiogardim, dein & optimates atque ministros eorum. Proximaque die Dominiea, io Ecclesia ante Missarum solemnia, coram elero & omni populo, conseeravit & unxit eum io Imperatorem, coronam miræ pulchritudinis auream, pretiosissimis gemmis oroatam, quam secum detulerat, imponens super capus ejus. Reginam appellavit Augustam, & eoronam auream posuit super caput ejus. Et quamdiu mansit ibi Apostolicus Papa, quotidie eolloquium habuere de utilitate S. Dei Ecclesiæ. At postquam

Imperator eum maximis muneravit donis, amplioribus multo quam susceperat ab eo, dimisit eum cum legatis suis Romam reverti, quibus præcepit ubique in itinere honestum ei servitium exhibere.

Cupiens ergo præfatus Pontifex Ebo domum Ecclesiæ sanctæ Dei Genitricis Mariæ diuturna pene lapsabundam vetustate reparare, in qua etiam secundus Stephanus Papa Pippino Regi dudum, & Leo tertio Karolo magno Imperatori Apostolica reperiantur munia contulisse, ut in epistola commemoratur Imperatoris Lotharii, Leoni quarto pro causa commendationis Hincmari Archiepiscopi directa, petiit a præmisso Imperatore Ludovico ad renovandam & amplificandam eandem basilicam murum civitatis sibi concedi. Quod idem princeps quietissima pace fruens, & imperii præclarissima potestate subnixus, nullas barbarorum metuens incursiones, nequaquam refutavit, sed benignissime ob amorem Dei, & ipsius almæ Genitricis honorem concessit, atque jussionis suæ monimento fieri delegavit, hujusmodi super hoc suæ dans præceptionis decreta.

Inf. lib. 3. c. 10

(In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus. Si locis venerabilibus ea quæ exinde a prædecessoribus nostris, Regibus vel Imperatoribus, ad reipublicæ usus exigebantur, religiosa liberalitate in utilitatibus & necessitatibus eorundem sanctorum locorum expendendis remittimus, & fidelium nostrorum saluberrimis pro hac eadem re suggestionibus ac petitionibus benignum commodamus assensum maximum & animæ nostræ, & regi ac regno providemus consultum: quia nihil cernitur reipublicæ imminutum, quicquid ex eadem republica piis actibus, & locis religiosis, ut Ecclesiarum Dei utilitatibus, seu servorum Dei fuerit commoditati indultum. Quapropter notum esse volumus omnibus Dei fidelibus, præsentibus scilicet & futuris, præcipue quoque successoribus nostris in potestate culmine, in quo sumus, auctore Domino, constituti, ab eodem dominorum Domino deinceps constituendis: quia Ebo venerabilis Archiepiscopus Remensis Ecclesiæ, & reverendissimæ sedis sancti Remigii, gloriosissimi Pontificis, & specialis patroni nostri Præsul, clementiæ nostræ innotuit, quia vetustatis senio contrita jam dictæ metropolis urbis sancta mater nostra Ecclesia, in honore sanctæ, semperque virginis ac Genitricis Mariæ consecrata, existeret, in qua auctore Deo, & * cooperatore S. Remigio gens nostra Francorum, cum æquivoco nostro Rege ejusdem gentis, sacri fontis baptismate ablui, ac septiformis Spiritus S. gratia illustrari promeruit. Sed & ipse Rex nobilissimus ad regiam potestatem perungi Dei clementia dignus inventus fuit. Ubi etiam & nos divina dignatione per manus domni Stephani Romani summi Pontificis, ad nomen & potestatem imperialem coronari meruimus. Quam pro tantis beneficiis nobis ibidem a Deo collatis renovare cupientes, & ad id exequendum loci incommoditatem cernentes, concedimus ad hoc opus, & ad cætera quæque pro servorum Dei ibidem degentium necessitatibus ædificanda, murum omnem cum portis ipsius civitatis, & omnem operam cum cunctis impendiis, quæ ex rebus & facultatibus ipsius Ecclesiæ & Episcopatus Remensis Aquis palatio nostro regio peragi & exolvi solitum fuerat, in eleemosyna videlicet nostra, & pro remedio animæ domni ac genitoris nostri, atque cæterorum prædecessorum nostrorum, qui eundem Episcopatum contra salutem suam aliquandiu tenuerant, & in suos usus contra Ecclesiasticas regulas, & res ac facultates Ecclesiæ ipsius expenderant: & ob hoc minus quam debuerat utilitatis sacris locis in eodem Episcopatu constitutis exinde provenerat. Volumus etiam, ut vassalli, & quicunque fideles nostri ex rebus ejusdem Episcopatus aliquid habent, eidem operi inserviant, sicut constitutum est a bonæ memoriæ domno & genitore nostro, & sicut decretum est a piæ recordationis domno & avo nostro Pippino, decimas & nonas eidem Ecclesiæ sanctæ ex rebus, quas exinde habent, persolvant. Vias etiam publicas omnes, quæ circa eandem Ecclesiam vadunt, & impedimento esse possunt ad claustra, & servorum Dei habitacula construenda, ut transferri atque immutari possint, concedimus. Et si aliquid ibi fisco nostro habetur, per hoc nostræ auctoritatis præceptum perpetuo æque concedimus, ut nullus Judex, Comes, aut Missus, sive aliquis ex judiciaria potestate, ullam inde eidem sanctæ Dei prædictæ Remensi Ecclesiæ inquietudinem, aut ullum calumniæ impedimentum inferre unquam præsumat, obsecrantes successores nostros, ut memores salutis suæ, præsentis scilicet & æternæ, memores etiam beneficiorum, quæ nobis & genti nostræ ac prædecessoribus nostris in eodem sancto loco, per B. Remigium, meritis S. Mariæ collata sunt, sicut sua bene gesta a suis successoribus conservari voluerint, ita quæ pro amore Dei, & Sanctæ ejus genitricis ac beati protectoris nostri Remigii sæpe fato sancto loco contulimus, perpetuo inviolabiliter conservare procurent. Et ut hæc nostra concessionis auctoritas per futura tempora pleniorem in Dei nomine obtineat firmitatis vigorem, annuli nostri impressione subtersignari decrevimus.

MS. cooperante.

Sed & quendam fabrum servum suum, nomine Rumaldum, ad petitionem ejusdem, Præsulis Ecclesiæ Remensi concessit, ut hic de talento a Domino sibi collato, juxta vires diebus vitæ suæ proficeret; Quam etiam cessionem apicum adnotatione & annuli sui sigillatione roboravit. Aliud quoque præceptum de viis publicis transmutandis ob quasdam clausuras in locis vicinis ipsius urbis faciendas, & multimoda Ecclesiæ compendia, eidem Pontifici dedit, quod & annulo suo insignivit. Præterea de restituendis eidem sanctæ sedi prædiis, quæ illi quondam fuerant ablata, una cum filio Lothario Cæsare talem præcepti dedit auctoritatem.

(In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri J. C. Ludovicus & Lotharius divina ordinante providentia Impp. Augusti. Si liberalitatis nostræ munere locis Deo dicatis quiddam conferimus beneficii, & necessitates Ecclesiasticas nostro relevamus juvamine, id nobis & ad mortalem vitam temporaliter transigendam, & ad æternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Idcirco notum fieri volumus omnibus fidelibus nostris, præsentibus scilicet & futuris, quod sanctam Remensem Ecclesiam, in qua prædecessores nostri, Reges videlicet Francorum fidem, & sacri baptismatis gratiam

perceperunt, in qua & nos per impositionem manus domni Stephani Papæ imperialia sumpsimus insignia ob reverentiam fidei Christianæ, & ob animæ nostræ salutem, ab imo construi fecimus, eamque in honorem Domini nostri Jesu Christi Salvatoris mundi, simul & in honorem ejusdem sanctæ & intemeratæ Genitricis Mariæ consecrari decrevimus. Itaque divina inspiratione compuncti, & cœlestis patriæ amore succensi, quædam prædia, quæ eidem sanctæ sedi quondam ablata fuerant, devota mente restitui jussimus, id est, in suburbanis ipsius sanctæ Ecclesiæ titulum S. Sixti, necnon & titulum S. Martini, cum appendiciis eorum. Exterius etiam in eadem parochia, in castro Voozensi titulum baptismalem, & titulum in eadem parochia S. Joannis similiter baptismalem, suis cum appendiciis, & Bretiniacum: villam quoque Sparnacum cum appendiciis suis, & in villa quæ vocatur Lucida, necnon & in Proviliaco in eodem pago Remensi. In pago vero Dulcomensi villam quæ vocatur * Cavera, necnon & in villa quæ dicitur Verna in pago Vertudense. Vel si forte deinceps de rebus prædictæ sanctæ Ecclesiæ temporibus nostris adhuc superaddendum decrevimus: statuimus per hoc nostræ auctoritatis præceptum, ut non tantum de istis restitutis, sed etiam restituendis, quicquid de ipsis vel in ipsis rectores & ministri præmemoratæ Ecclesiæ elegerint, ita debeant perpetualiter possidere, atque ordinare, vel etiam facere, proutcumque sibi propensius voluerint: ut absque ullius injusta contradictione ordinant atque disponant, & faciant quicquid utilitati prædictæ Ecclesiæ congruere & convenire prospexerint. Et ut hæc nostræ auctoritatis confirmatio præsentibus futurisque temporibus firmiorem in omnibus semper obtineat vigorem, manibus propriis subterfirmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus.)

Lude & Provilly.

j. Catera.

Obtinuit etiam idem Præsul ab eodem Imperatore Ludovico Remensi Ecclesiæ, secundum antiqua exemplaria priscorum Regum immunitatis præceptum. Aliud de ponte Bansionensi, & teloneis, vel exactionibus publicis. Item aliud de chartis concrematis secundum auctoritatem Imperatoris Karoli. Item a Pippino Aquitanorum Rege præceptum immunitatis de rebus Remensis Ecclesiæ in pago Arvernico sitis. De villa vero Sparnaco semotim quoque præceptum Ludovici, atque separatim postea præceptum Lotharii filii ejus reperitur accepisse. Hic Præsul Ebo cum consilio Ludovici Imperatoris, & auctoritate Paschalis Romani Pontificis prædicandi gratia ad terminos usque Danorum accessit, ac multos ex eis ad fidem venientes baptizavit.

Orta denique simultate inter patrem & filium Ludovicum scilicet Imperatorem & Lotharium, partibus filii favit, & cum cæteris Episcopis corripuit Imperatorem Ludovicum pro quibusdam erratis, quæ ei objiciabantur, quando filii sui comprehenderunt eum, & Lotharius adduxit secum patrem ad Compendium palatium, ubi eum afflixit cum Episcopis & cæteris nonnullis * optimatibus, qui jusserunt ut in monasterium iret, & esset ibi cunctis diebus vitæ suæ. Quod ille renuens, non consensit voluntati eorum. Tunc omnes Episcopi, qui aderant, molesti ei fuisse narrantur, & improperantes illi peccata sua, abstulerunt ei gladium a femore suo, induentes eum cilicio.

Compienne.

ms. primatibus.

Dum frequenter igitur Ebo Præsul in palatio tunc moraretur, hujusmodi de eo in monasterio sancti Remigii visio revelata est. Erat ibi Monachus quidam, nomine Raduinus, genere Longobardus, qui Abbas quondam extiterat monasterii, quod in monte Bardonis in Italia beatissimi Remigii celebri pollet memoria, Moderamni Redonensis Episcopi studio dedicata. In quo Monasterio, dum præfatus Raduinus monachicæ professionis gereret officia, ductus amore meritorum B. Remigii, sepulchri ejusdem limina petiit. Qui cum fratribus ejusdem loci vitam ducens religiosam, digne sese ad cælestem satagebat præparare militiam. Quadam vero die, sacræ scilicet Assumptionis sanctæ Dei Genitricis, post exactum matutinæ solemnitatis officium, reliquis fratribus quietem petentibus, ille precis gratia solus remansit in choro, custodibus Ecclesiæ quiescentibus. At ubi Psalmorum continuatione fatigatus, irruenti cœpit soporari somno, vidit a loco sepulchri sancti Pontificis * procedere beatissimam Dei Genitricem nimio lumine coruscantem, cujus hærebant lateribus Evangelista Johannes, & ipse sacer Remigius: sicque se visi sunt compositis adire gradibus. Superposita vero manu Virgo gloriosa leniter ejus capiti: Quid hic, inquit, agis frater Raduine? quo mox pedes illius osculari procumbente, adjecit: Ubi modo degit Ebo Remensis Archiepiscopus? Quo respondente: palatina jussu Regis exequitur negotia. Et cur, inquit, tam sedulo palatii terit limina? prorsus hinc nequaquam majore ditabitur sanctitatis efficacia. Veniet enim, veniet celerrime tempus quando non prosperabitur in talibus. Quem nihil ad hæc audentem respondere, tali prosequente affatur allocutione: Quæ vestrorum versatur apud homines Regum disceptatio? Tunc eo respondente: Domina Genitrix Salvatoris mundi, tuæ melius novit hoc sanctitatis incorruptio, ait, quid tantæ malo cupiditatis illecti vana nunc grassantur audacia? Illud enim tunc aderat tempus, quando filiorum suorum contumeliis agebatur Imperator Ludovicus, En, inquit, huic (astringens manum S. Remigii) auctoritas est a Christo tradita Francorum perseveranter imperii. Equidem sicut hanc gentem sua doctrina percepit ab infidelitate gratiam convertendi: sic etiam donum semper inviolabile possidet eis Regem vel Imperatorem constituendi. Quæ B. Dei Genitrice dicente, frater præmemoratus evigilavit repente.

sc. Remigii

CAPUT XX.

De Ebonis depositione.

ITaque postquam Ludovicus ab æquivoco filio suo restitutus est in regnum & honorem suum, Ebo propter hujuscemodi factum depositus est ab Episcopatu, pro infidelitate Imperatoris. Pro qua re ipse jam Jesse Ambianensium Præsulem dudum deposuisse traditur, sed nunc eum revocasse fertur in gradum priorem.

De Ebonis depositione, requirente postmodum Papa Nicolao ab Episcopis Galliæ, maximeq; Belgi-

A cæ provinciæ, hæc inter alia in responsis accepit. Quod Ebo Remorum Episcopus accepta a Lothario pro patris proditione Abbatia sancti Vedasti, falsarum objectionum incentor exstiterit, & taliter criminatum eundem Imperatorem idem Ebo a suis complicibus a liminibus Ecclesiæ projectum, ac publicæ pœnitentiæ mancipatum, custodiri fecerit, usque

an. 834.

dum in anno incarnationis Dominicæ octingentesimo tricesimo quarto, Lotharius territus conventu fratrum suorum, ac plurimorum fidelium patris Imperatoris, fuga lapsus patrem suum adhuc ab ingressu Ecclesiæ sequestratum dimisit. Cum quo inter alios etiam quidam Episcopi, fautores ipsius in adversitate patris sui, relictis contra sanctas regulas sedibus suis perrexerunt, Jesse videlicet Ambianensis, & Hereboldus Antissiodorensis, Agobardus Lugdunensis, & Bartholomæus Narbonensis Episcopus: & abscedente illo, qui affuerunt Episcopi Imperatorem in Ecclesia sancti Dionysii reconciliaverunt, & Ecclesiasticæ communioni restituerunt. Quod Ebo audiens, quibusdam familiaribus suis plenitudinem suorum delegavit hominum, & certum eis placitum dedit, ubi & quando iterum ad eum venirent. Adjicitur etiam, quod Ebo, plurima, quæ de facultatibus Ecclesiasticis ferre tunc in argento & auro potuit, secum assumens, cum quibusdam C Normannis, qui iter & portus maris ac fluminum mara infuentium notos habebant, cum paucis quoque aliis domesticis suis, nullo impetente vel persequente, noctu Remis aufugit, & non solum parochiam suam, verum & Belgicam regionem deseruit, & iter ad Normannos, quibus a Paschali Papa, necnon ab Eugenio successore ipsius, sicut Epistolis eorundem Præsulum ad ipsum pro hac re datis edocemur,

Paschal. I. E gen. II.

fuerat prædicator destinatus, arripuit. Quod manifestantibus eis, cum quibus hoc consilium iniit, Imperatorem latere non potuit. Quapropter Imperator eum per Episcopos, Rothadum scilicet Suessionicam, & * Erchenradum

al. Arkens.

Parisiorum Episcopum revocari fecit, & in Monasterio sancti Bonifacii, ei, & clericis ac laicis qui cum eo erant, necessaria ministrari, & Synodum expectare præcepit. Sed & Hildemannus Belvacensis Episcopus insimulatus, quod sicut præfati Episcopi, fugam ad Lotharium moliretur, in Monasterio S. Vedasti detentus, Synodum expectavit. Ad quam anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo tricesimo quinto venientes, omnes Episcopi qui convenerant singillatim libellos de restitutione Imperatoris communi consilio atque consensu ediderunt, & propriis manibus subscripserunt. Cum quibus & Ebo (ut re vera in statu suo adhuc manens) libellum manu sua cum additamento Archiepiscopi scriptum edidit. In quo libello professus est, quicquid in ipsius Imperatoris dehonoratione gestum fuerat, injuste fa-

Synod. Metensis.

ctum fuisse. Item post pauca. Et post datos libellos, venientes Episcopi cum Imperatore, & quamplurimis ejus fidelibus, ac regni primoribus, in urbe Metensium, in Basilica Bea-

Drogo Metens. Episc.

ti Stephani, publice a Drogone Episcopo relecta sunt, quæ de restitutione Imperatoris omnium unanimitate inventa fuere. Post hanc adnunciationem, Ebo Remorum Episcopus, qui ejusdem factionis velut signifer fuerat, conscendens eundem locum, ubi Drogo steterat, coram omnibus professus est, eundem Augustum injuste depositum, & omnia, quæ adversus eum patrata fuerant, inique & contra totius auctoritatis tramitem fuisse machinata, merito justeque proprio imperii solio reformatum. Et sic omnibus laudes Deo canentibus, & quæ tunc ibidem fuerant agenda peractis, ad Theodonis villæ palatium regressi sunt, ibique Hildemannus in Synodo præsens, se a calumnia sibi impacta regulariter exuens, satisfecit Synodo, & per eam Imperatori. Ebo vero in eadem Synodo præsens ab Imperatore præsente accusatus est, quod cum falso fuerat criminatus, & eisdem falsis criminibus appetitum a regno dejecerat, armisque ab eo ablatis, nec confessum, nec convictum, contra regulas Ecclesiasticas ab Ecclesiæ aditu ac christianorum societate eliminaverat: sicut & idem scripto subscriptione sua roborato, & verbis coram omnibus professus fuerat. Et cum essent alia etiam crimina, de quibus post hanc accusationem accusandus erat, & de quibus apud Imperatorem jam antea fuerat accusatus, & non canonice purgatus, sicut & epistola Episcoporum ad Sergium Papam demonstrat, & pro quibusdam eorum exstiterat a consilio Imperatoris ejectus: quæ patefacta veritate negare non valebat, petiit secessum, ut sine præsentia Imperatoris liceret ei in Synodo Episcoporum suam agere causam. Quod obtinens, convocavit ad se quosdam Episcopos, & nullo cogente, sed propria sponte, secundum eorum consilium sequentium Africanum Concilium, ut parceretur ipsius verecundiæ, ac propter Ecclesiæ opprobrium & insolentem insultationem sæcularium, ne dignitas sacerdotalis pollueretur, si publice de his, de quibus impetitus & adhuc impetendus erat, confessus aut convictus foret, libellum suæ depositionis dictavit, & scribi coram se fecit, & propria manu subscripsit, secundum traditionem Ecclesiasticam, eundemque libellum propriæ ac vivæ vocis confessione attestatum in abdicationem sui, nullo ab eo quærente vel exigente, Synodo ultro porrexit. Et sicut videri tunc ab his, qui interfuerunt, potuit, sacerdotio se sponte submovit, quærens remedium pœnitendi, sicut in eodem professionis ac subscriptionis suæ libello continetur hoc modo.

Synod. apud Theodonis villam. Gal. Thionville. Ger. Dietenhoffen.

(Ego Ebo indignus Episcopus recognoscens fragilitatem meam, & pondera peccatorum meorum, testes confessores meos, Aialfum videlicet Archiepiscopum, & Badaradum Episcopum, necnon & Modoinum Episcopum, constitui mihi judices delictorum meorum, & puram ipsis confessionem dedi, quærens remedium pœnitendi, & salutem animæ meæ, ut recederem ab officio & ministerio Pontificali, quo me recognosco esse indignum, & alienum me reddens pro reatibus meis, in quibus peccasse secreto ipsis confessus sum. Eo scilicet modo, ut ipsi sint testes * alii succedendi & consecrandi in loco meo, qui digne præesse & prodesse possit Ecclesiæ, cui hactenus indignus præfui. Et ut inde ultra nullam repetitionem, aut interpellationem auctoritate canonica facere valeam manu propria mea subscribens firmavi.

ms. alio.

Ebo quondam Episcopus subscripsi.

Et ut omnia secundum leges quibus moderatur Ecclesia, in Synodo legaliter adimple-

ret, ſimol cum eis, quos ſecundum Africæ Provinciæ canones legerat ſibi judices, dicente Apoſtolo: *Adverſus Presbyterum accuſationem noli recipere, niſi ſub duobus vel tribus teſtibus*, ut in ore duorum, vel trium teſtium conſtaret etiam ſuæ accuſationis, & ut alius ſe ſacerdotio defuncto ei ſuccederet, teſtificationis verbum, aſcivit & alios tres Epiſcopos, veritatis de ſua accuſatione, & teſtificatione conſcios in teſtimonium ſuæ profeſſionis. Theodericum ſcilicet Epiſcopum, & Achardum Epiſcopum diœceſeos ſuæ, & Nothonem Archiepiſcopum. Et ſic ipſe profeſſus, & ſex Epiſcopis ſuæ profeſſioni atteſtantibus, ut prædiximus, libellum Synodo porrexit, cunctique Epiſcopi, qui Synodo interfuerunt, * ſingilatim ac viritim dixerunt illi: Secundum tuam profeſſionem & ſubſcriptionem ceſſa a miniſterio. Et coram omnibus hanc notitiam cum præſcripto libello temporibus futuris conſervandam, Jonas Epiſcopus Heliæ notario (qui libellum Ebonis ſcripſerat, cui idem Ebo ſubſcripſit, ſecundum LIX. capitulum, & item ſecundum capitulum LXXIV. Concilii Africani) pro omnibus dictavit: & idem Helias hæc quæ ſequuntur conſcripſit. *Acta eſt hæc Ebonis profeſſio, ejuſque propria manus ſubſcriptione roborata in conventu Synodali generaliter habito apud Theodonis villam, anno Incarnationis Domini noſtri Jeſu Chriſti octingenteſimo triceſimo quinto, anno etiam imperii glorioſi Cæſaris Ludovici* XXI. Item poſt aliquanta: Libellum ſibi ab Ebone porrectum poſt damnationem ejus Synodus Fulconi Presbytero, qui eidem Eboni in Epiſcopii Remenſis ſuſceptione ſucceſſerat, cum Synodali notitia dedit, quique in Remenſis Eccleſiæ ſcrinio conſervatur, cujus exemplar ſanctæ memoriæ Papæ Leoni directum didicimus, &c.

Can. 63.
1. Tim. 5.
vet. num. 44

an. 840.

Igitur Ebo poſt hanc depoſitionem ſuam in Ciſalpinis fertur regionibus converſatus uſque ad obitum Ludovici Imperatoris, qui contigit anno Dominicæ incarnationis DCCCXL. Quo Imperatore defuncto Lotharius ab Italia in Franciam venit, cui Ebo ad Wormatiam civitatem occurrit, eique Lotharius poſt aliquot dies ſedem, & diœceſim Remenſem per edictum imperiale reſtituit. Cujus edicti hoc habetur exemplar.

(In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti Dei æterni, Lotharius divina ordinante providentia Imperator Auguſtus. Quia confeſſio delictorum non minus in adverſis neceſſaria eſt, quam in proſperis, & cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit, gaudium etiam eſſe Angelorum, in cœlo ſuper uno peccatore pœnitentiam agente non dubitamus, nos mortales in terris eos nequaquam deſpicimus, pro quibus gaudere Angelos in cœlo divino teſtimonio non ignoramus. Accuſantes & reprehendentes in exceſſibus ſemetipſos divina nos benignitas non condemnare, ſed recreare docuit, qui meretricem non ſolum a legali damnatione eripuit: verum etiam publicanum humiliatum & accuſantem ſe non condemnavit, ſed magis juſtificando exaltavit. Qui non dixit, omnis qui ſe humiliat condemnabitur, ſed exaltabitur. Poteſtatem ergo, quam pro cauſa noſtra raptus perdidiſti, repetentibus Eccleſiæ tuæ filiis, præſentibus quoque adſtantibus, ac decernentibus Præſulibus, ſedem ac diœceſim Remenſis urbis tibi, Ebo, reſtituimus, ut priſtino ſanctæ largitatis Apoſtolicæ pallio indutus concordiam atque gratiam divini officii nobiſcum, humili ſatisfactione expleta, ſolemni noſtra a largitate recipiendo, exerceas. Drogo Epiſcopus aſſenſi, Otgarius Archiepiſcopus, Hetti Archiepiſcopus, Amaluvinus Archiepiſcopus, Audax Archiepiſcopus, Joſeph Epiſcopus, Adalulfus Epiſcopus, David Epiſcopus, Rodingus Epiſcopus, Giſlebertus Epiſcopus, Flotharius Epiſcopus, Badaradus Epiſcopus, Hagano Epiſcopus, Hartgarius Epiſcopus, Ado Epiſcopus, Samuel Epiſcopus, Rambertus Epiſcopus, Haiminus Epiſcopus, Ratoldus Presbyter, vocatus Epiſcopus, Amalricus vocatus Epiſcopus, cum cæteris pluribus Presbyteris ac Diaconibus publice aſſiſtentibus. Actum in Engilenheim palatio publico, in menſe Junio VIII. Kal. Julii, regnante & imperante domno Lothario Cæſare, anno reverſionis ejus I. ſucceſſor factus patris in Francia, Indictione III.) Cui reſtitutioni præfata, quæ Sueſſionis habita eſt, contradixit Synodus, aſſerens quod damnatus a ſe atque a XLIII. Epiſcopis, a minori numero reſtitui non prævaluit. Quod edictum Regis Ebo ſecum detulit, & apud Epiſcopos & plures illud diverſæ profeſſionis & ordinis * dimulgavit, & in Eccleſia Remenſi publice recitari fecit. Et ita eo tempore, quo Lotharius Karolum a regno expulit, & ultra Sequanam fugavit, Ebo ſedem Remenſem poſt ſex annos ſuæ depoſitionis recepit, & Epiſcopale miniſterium agere cœpit: ſicque ordinationes celebrans quoſdam clericos ordinavit, & per totum circiter annum hoc Epiſcopium tenuit, donec Karolus reſumptis viribus in Belgicam reverſus eſt. Quod audiens Ebo, relicta ſede Remenſi, ad Lotharium profectus eſt, & in ejus familiaribus manſit obſequiis: donec una cum Drogone Metenſium Præſule Romam petiit, ubi a Sergio Papa reconciliari, ac pallium ſibi tribui poſtulavit. Cui idem Papa, communione tantum conceſſa, dare pallium renuit.

Pſalm. 50.
Luc. 15.
Joan. 8.
Luc. 18.
Ibid.
j. divulgavit.
ms. ordinationem.
Serg. II.

At Ebo Roma reverſus, Abbatiam S. Columbani in Italia dono Imperatoris Lotharii poſſedit, donec legationem in Græciam ab eodem Imperatore ſibi commiſſam exequi detrectavit. Quocirca rebus ſibi ab Imperatore, quæ datæ fuerant ablatis ad Ludovicum Regem Germaniæ demigravit. A quo in regione Saxoniæ quoddam Epiſcopium promeruit: ubi & Epiſcopi deinceps perfunctus eſt miniſterio.

FLODOARDI HISTORIÆ REMENSIS ECCLESIÆ

LIBER TERTIUS.

CAPUT PRIMUM.

De electione vel ordinatione Hincmari.

Carolus Calvus. Synodus Bellovacensis.

ANNO denique Dominicæ Incarnationis DCCCXLV. Karolus Synodum Episcoporum Regni sui apud Bellovagum civitatem Remensis Provinciæ convocavit. Ubi inter cætera Ecclesiæ, regnique negotia, de Remensis Ecclesiæ desolatione, quæ Fulcone Presbytero illam diu tenente, & Nothone in ea sibi succedente, tanto vacare pastore videbatur tempore, cum eisdem Episcopis cœpit tractare. Qui sicuti viderant, vel audierant, depositionem narrantes Ebonis, & auctoritatem sanctorum Patrum super hujusmodi negotiis ad memoriam revocantes, cogente necessitate, atque suadente auctoritate, communi decrevere consensu, quo tandem post decennium depositionis Ebonis in Ecclesia eadem ordinaretur Episcopus. Igitur a clero & a plebe ipsius Metropolis, nec non ab Episcopis ejusdem Provinciæ, Archiepiscopo Senonensis Ecclesiæ Wenilone, atque Erchamrado Parisiorum Episcopo annuente, cum consensu Abbatis sui & fratrum monasterii sancti Dionysii, in quo degebat, favente quoque Karolo Rege, Hincmarus electus est. Sicque decreto peracto, eligentiumque manibus roborato, Ecclesiæ Remensis ordinatur Episcopus. Is siquidem Hincmarus a pueritia in monasterio sancti Dionysii sub Hilduino Abbate monasteriali religione nutritus, & studiis literarum imbutus, indeque pro sui tam generis, quam sensus nobilitate, in palatium Ludovici Imperatoris deductus, & familiarem ipsius notitiam adeptus fuerat: ibique prout potuit, cum Imperatore, & præfato Abbate, sub Episcoporum auctoritate laboravit, ut ordo monasticus in prædicto monasterio, quorumdam voluptuosa factione diu delapsus, restauraretur. Et ut opere quoque adimpleret quod sermone suadebat, etiam ipse religiosæ conversationi cum aliis se subdidit, castigans corpus suum, & spiritali subjiciens servituti. Processu vero temporis, cum præmemoratus Hilduinus Abbas Imperatoris Ludovici Archicapellanus, offensam ipsius Augusti adeo cum aliis regni primoribus incurrisset, ut ablatis sibi Abbatiis, in Saxoniam fuerit exilio relegatus, iste per licentiam proprii Episcopi cum benedictione fratrum illum secutus est in exilium. Cui pro familiaritatis * propiore notitia (al. priore.) tantam Dominus apud Imperatorem, proceresque contulit gratiam, ut studere pro suo nutritore quiverit, donec ab exilio revocatus duarum fuerit Abbatiarum prælationi restitutus. Deinde quando Gregorius Papa in Galliæ (Greg. IV.) venit regiones, & regnum Francorum a præfato defecit Imperatore, voluit eum præmemoratus Abbas suus in obsequium suum contra fidelitatem Imperatoris ducere: quod nequaquam potuit ab eo exigere. Restituto postea Imperatore, prout potuit Abbati suo prodesse studuit. Sicque deinceps in monasterio sine querela custos sacrorum pignorum, Ecclesiæque sanctorum martyrum conversatus extiterat, donec regiis ascitus obsequiis regimen monasterii sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Germani regali, & Episcopali, atque Abbatis sui Ludovici Diaconi jussione suscepit: rerum quoque ac mancipiorum possessionem quandam regia liberalitate percepit, quam consecratus jam Præsul monasterio sancti Dionysii, ubi Christo militaverat, per testamenti paginam tradidit.

CAPUT II.

De reparatione judicii pro Ebonis depositione.

EMenso denique anno post ipsius Hincmari ordinationem, Lotharius Imperator pro contentione regni quam erga fratrem suum Karolum habebat, cujus obsequiis idem Præsul fideliter adhærebat, contra eum commotus, epistolas a Sergio Papa exegit pro reparando judicio de Ebonis depositione. Unde idem Papa (Sergius II.) literas Karolo Regi mittens, præcepit ut Guntboldum Rothomagensem Episcopum cum cæteris Episcopis Regni sui, quos ipse Guntboldus ad hoc sibi eligeret, Legatis ejus obviam Treveris ad hanc discutiendam querelam dirigeret, & Hincmarum Episcopum ad ipsam Synodum venire faceret. Ipse quoque Guntboldo literis mandavit, ut cum post diem sanctæ Domini resurrectionis missos suos in servitium Imperatoris mitteret ipse cum Episcopis prædictum locum, hanc causam diffiniturus, adiret. Sed & ipsi Hincmaro literas misit ut ad idem veniret Concilium. Legatis itaque Sergii Papæ juxta condictum non venientibus, Guntboldus, * annuente Rege Karolo, cum Episcopis Synodum condixit (al. annitente), ad quam Ebonem per literas & legatos ex auctoritate prædicti Papæ convocavit. Quo tamen Ebo neque venisse, neque vicariam pro se personam, vel literas canonicas misisse traditur. Guntboldus tamen, & cæteri Episcopi, qui apud Parisios tunc convenerant (Synod. Paris. an. 847.), Wenilo scilicet Ecclesiæ Senonicæ Metropolitanus cum Diœcesanis suis, * Lantrannus Turonensis cum suffraganeis suis (al. Laofrancus.), & specialiter Hincmarus cum omnibus Remensis diœceseos coepiscopis, literas suas ad eum miserunt, ei diœcesim Remensem interdicentes, ut non haberet deinceps licentiam ex ea quempiam sollicitare, nec scripto, nec verbo, nec misso aliquo, donec secundum jussionem Ser-

gii Papæ ipsis occurreret, & juxta canonica, & Apostolica statuta definitionis sententiam ab ipsis coram generali conventu perciperet. Sed illa ad nullum Synodum, vel ad sedem Apostolicam, vocem postea reclamationis, vel repetitionis de seda Remensi, aut de ordine suo emisit. Qui etiam (postquam res gestas Leoni Papæ referentibus Episcopis, & regalibus insuper epistolis, ordinatio Hincmari, quando fidei quoque suæ tenorem Romam misit rata est cum largitione pallii comprobata) per quinque circiter annorum curricula supervixisse fertur in corpore, usque ad annum videlicet incarnationis Dominicæ octingentesimum quinquagesimum primum.

CAPUT III.

De visione ejusdem Bernoldi.

DE quo postmodum talis ostensa est revelatio cuidam homini Remensis parochiæ, nomine Bernoldo, qui depressus infirmitate, pene usque ad mortem pervenit, itaut per quatuor dies nec cibum nec potum capere, nec loqui valeret. Quarto vero die hora nona, velut exanimis jacuit: adeo ut non posset in eo sentiri halitum remansisse, nisi per vices, dum quis manum misisset ad os ejus, vel super pectus illius vix sentiebat in eo adhuc spiritum esse. Rubor illi tamen in facia videbatur, & sic jacuit usque ad medium noctem. Tunc viriliter oculos aperiens, & affatus uxorem suam, atque circunstantes, jussit ut quantocius currerent, & presbyterum suum velociter ad se venire rogarent. Accito autem presbytero, antequam intraret ille domum, dixit infirmus ut apponerent sellam, quia presbyter jam domum intraturus esset. Illo vero ingresso postquam orationem pro eo fudit, dixit ei ut sederet juxta eum, & attenderet quæ dicturus erat, ut si ipse superstes illi non potuisset annunciare, saltem presbyter ea nunciaret. Tunc ergo cœpit vehementer flere, & cum singultibus dixit: Ductus de isto seculo ad alius veni ad quendam locum, inveni Episcopos quadraginta & unum, inter quos cognovi Ebonem, Pardulum, & Æneam pannosos, & denigratos, squaleotesque sicut & alios, ac si ustulati fuissent, & per vices nimio frigore horribiliter cum fletu, ac stridore dentium tremulantes: per vices autem calore nimio æstuantes. Et Ebo Episcopus me vocavit ex nomine, dicens: Quia tibi dabitur licentia redeundi ad corpus, precamur te ego & isti confratres nostri, ut adjuves nos. Et ego respondi: Quomodo vos possum adjuvare? qui ait: Vade ad homines nostros clericos & laicos, quibus benefecimus, & dic illis ut pro nobis faciant eleemosynas, & orationes, impetrent pro nobis offerri sacras oblationes: & ego dixi, quia nescirem ubi homines illorum essent. Ille vero ait: Nos dabimus tibi ductorem, qui te ad illos ducat. Et dederunt mihi ductorem quendam, qui me præcessit & duxit ad quoddam palatium magnum, ubi multitudo erat hominum eorundem Episcoporum qui de ipsis Episcopis inter se loquebantur. Quibus suggessi, quod mihi fuerat jussum ex parte Episcoporum. Inde cum ductore meo reversis, ad locum redii ubi erant ipsi Episcopi,

Vivorum suffragia prosunt defunctis.

A & quasi jam facta fuissent pro ipsis ea quæ postulaverant, inveni eos facie jocundos, ac si noviter rasos, & balneatos, albis vestitos, & stolis amictos, atque sandaliis calciatos. Et dixit mihi præfatus Ebo Præsul: vides quantum nos adjuvit tua legatio? Usque modo nimis durum custodem, & custodiam gravem habuimus sicut vidisti, modo vero habemus domnum Ambrosium custodem, * levem custodiam: & cætera quæ visa atque relata ab eodem Hincmarus Episcopus descripsit. j. lenem.

CAPUT IV.

B *De restitutione rerum Ecclesiasticarum a Karolo Rege peracta.*

ORdinato denique ceu præmissum est, Hincmaro Ecclesiæ Remensis Archiepiscopo, Rex Karolus res quas ex eodem Episcopio suis palatinis usurpare concesserat, ipsi sanctæ reddidit Ecclesiæ. Pro qua restitutione talem præcepti sui dedit auctoritatem.

(In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus Dei gratia Rex. Si ea quæ a prædecessoribus nostris vel fidelium devotione bene tradita, statuta, ac confirmata sunt, nostris oraculis roboramus: si etiam illa, quæ quacunque necessitate corrupta sunt regia nostra auctoritate corrigimus, & in melius commutamus,

C saluti nostræ consulimus, & regium ministerium susceptum a Domino exercemus. Proinde noverit omnium fidelium Dei, ac nostrorum solertia, quia res ex Episcopatu Remensi, quas magna necessitate, & per omnia inviti dum a Pastore sedes illa sancta vacaret, fidelibus nostris ad tempus, unde quoddam temporale solatium a nostro haberent servitio, commendavimus, electo & ordinato munere sancti Spiritus, per Dei & nostram dispositionem, in eadem sancta seda Hincmaro Archiepiscopo, hoc nostræ auctoritatis præcepto cum integritate quicquid exinde nos fidelibus nostris beneficiavimus, præsentaliter restituimus,

D tum Sparnacum & Juliacum, vel quicquid ex eodem Episcopatu Richuinus habuit, vel quicquid exinde Odo Comes habuit: quam & villam Culmisciacum, cum Capella quam Rabanus Presbyter habuit: seu & illa, quæ Pardulus, nec non & * Adalgardis Abbatissa, sive & Rotbertus, atque Amalbertus clericus, vel Altmarus, seu Joannes medicus, sive item Rabanus, atque pusillus pumilio, * Ratboldus quoque, Guderamnus, & Herenboldus, vel Donatus, seu Gilbuinus habuerunt: sive etiam illa omnia, quæ tam clerici quam laici, qui in nostra dominatione aliquandiu fuerant, quousque jam dicto Episcopo commandavimus, habebant. c.j. Algardis MS. Ratholdus.

E Et ut in calce omnia concludamus, quicquid ex eodem Episcopatu, quando de manu Fulconis illum recepimus, alicui præstito beneficio concessimus, per hanc nostræ confirmationis auctoritatem, inspecto coram cœtu fidelium nostrorum, tam ecclesiastici quam laicalis ordinis testamento sancti Remigii, præsentialiter casæ sanctæ Mariæ, & sancti Remigii, atque Hincmaro Archiepiscopo cum omni integritate reddimus vel restituimus, ut absque ulla refragatione, cassatis quibuscunque aliis conscriptionibus, easdem res per hanc nostram auctoritatem recipiat: ut sicut res Ecclesiæ

disponendæ sunt ad utilitatem ipsius Ecclesiæ Dei, tam ipse, quam successores ipsius disponant. Quam auctoritatem (in qua nos ulterius tale quiddam erga ipsam casam Dei non acturos spondemus, & ut nemo successorum nostrorum agere moliatur, per omnipotentem Dominum ejusdem Virginis filium obsecramus) ut per ventura tempora certior habeatur, & contra æmulos ipsius sanctæ Ecclesiæ sui notitia valeat, manu nostra subterfirmavimus, & annuli nostri impressione roborari decrevimus. Data Kalendis Octobris anno VI. regnante Karolo gloriosissimo Rege, indictione VIII.

Actum in pago Andegavensi, in villa Avegio.)

De cæteris quoque rebus, quæ tunc redditæ non fuerunt, hujusmodi postmodum invenitur * dedisse præceptum. **MS, edisse,**

(In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Karolus gratia Dei Rex: omnibus Comitibus, Abbatibus, Abbatissis, Missis, Vassalis, & cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus ac nostris, præsentibus scilicet & futuris, notum esse volumus, quia Hincmarus sanctæ Ecclesiæ Remorum religiosus, nobisque valde dilectus ac venerabilis Pontifex, accedens ad celsitudinis nostræ magnitudinem, innotuit mansuetudini nostræ, quod ex rebus sanctæ Dei Genitricis Mariæ, & sancti ac pretiosi confessoris Christi Remigii, quæ per parentum antecessorum videlicet nostrorum regum dationem, siva per rectorum ejusdem Ecclesiæ imprudentiam, vel concessionem, vel etiam quorumcumque malivolorum machinationem ab eadem sancta Ecclesia abstractæ esse cernuntur, tonæ & decimæ, ad eandem prædictam Ecclesiam minima (sicut rectum est) persolvantur. Unde magnificentiæ nostræ petiit dignitatem, ut nostræ auctoritatis præceptum ob Dei & sanctæ ipsius Genitricis, sive pretiosi patroni nostri Remigii amorem ei fieri juberemus. Cujus nobis amabilibus & necessariis petitionibus acquiescentes, & libere placideque obsequentes, hoc nostræ magnæ auctoritatis præceptum ei fieri jussimus. Per quod præcipientes expresse jubemus, ut quisquis fidelium Dei omnipotentis, nostrorumque, ex eisdem sanctæ Dei Genitricis Mariæ, vel sancti Confessoris Christi Remigii, Remorum Ecclesiæ rebus sive Episcopatus religiosissimi & dilectissimi nobis Hincmari venerabilis Archiepiscopi, aliquid habere dignoscitur, sive per largitionis nostræ concessionem sive per quorumcumque suprammemoratorum affectionem, vel machinationem, seu ariam & deprecarionem, aliquid tenore aliquo ex prædictis rebus tenere vel possidere cernitur, nonam & decimam in Missorum nostrorum præsentia, Misso Ecclesiæ sanctæ Mariæ, vel sancti Remigii Remorum, sive Hincmari venerabilis Archiepiscopi revadiet: & annis singulis ad eandem præfatam & memoratam Ecclesiam persolvere, absque ullius occasionis contradictione cum omni vigilantia studeat. Quicunque vero contra hanc nostræ auctoritatis præceptionem de hoc fieri præsumpserit, sciat secundum dignæ memoriæ avi, & piæ recordationis genitoris nostri capitula se emendaturum. & ipsas easdem res absque alicujus intercessionis impetratione amissurum. Et ut hæc nostræ **Lib. 1. c. 163. lib. 2. c. 11. lib. 4. c. 40.**

præceptionis auctoritas inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, & ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris, præsentibus scilicet & futuris, verius certiusque credatur, eam annulo nostro subter sigillari jussimus.

Data IV. Nonas Septembris anno VIII. indictione X. regnante Karolo gloriosissimo Rege.

Actum in Monasterio S. Quintini.

Immunitatis etiam secundum antecessorum suorum Regum exemplaria eidem sanctæ sedi suam contulit auctoritatem. Cessionem quoque genitoris sui Ludovici de exactione regia, vel operariis ac muro civitatis ob restaurationem ipsius sanctæ Dei Ecclesiæ delegata, hujusmodi confirmavit auctoritate. **Extat supra lib. 2. c. 19.**

(In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis Karolus gratia Dei Rex. Si petitionibus fidelium nostrorum, maxime Domini sacerdotum, præcipue in his, quæ Ecclesiasticis utilitatibus possunt præbere consultum, benignum commodamus assensum, nobis id ad æternæ remunerationis credimus provenire augmentum. Proinde noverit omnium fidelium Dei ac nostrorum, præsentium scilicet & futurorum industria, quia vir venerabilis Hincmarus Remensis urbis Archiepiscopus obtulit serenitatis nostræ obtutibus præceptum piæ memoriæ domni ac genitoris nostri Ludovici Imperatoris, quod in eleemosynæ suæ augmento Ecclesiæ sanctæ Mariæ atque sancti Remigii fieri decrevit, de opere & operariis, atque omni exactione, quæ tempore avi nostri domni Karoli Imperatoris ex eadem casa Dei exigebantur ad palatium, quod vocatur Aquisgrani, ut in ædificatione & restauratione ipsius Ecclesiæ Dei, per futura tempora usque ad finem seculi, ad utilitatem sæpedictæ sanctæ Ecclesiæ in eleemosyna illius proficerent, & nec ad eundem locum, vel ad alium quemlibet ipsæ redhibitiones, vel impensæ ullo unquam tempore exigerentur, sed remissa indulgentia illius in eodem loco proficerent. Cujus bene gesta rata judicantes, per hoc nostræ auctoritatis præceptum decernimus, ut quicquid de exactione, vel operariis prædictæ constitutionis supra scriptus domnus & genitor noster, seu & de muro civitatis ipsius, vel viis ad utilitates claustri Canonicorum proficientibus in suo præcepto concessit, hoc totum perpetua nostra indulgentia vel concessione, seu auctoritate concessum, vel confirmatum maneat in perpetuum. Et ut hæc nostræ confirmationis vel concessionis auctoritas per futura tempora certior cognoscatur, & permaneat inconvulsa, eam manu nostra subterfirmavimus, & de annulo nostro eam sigillari præcepimus.

Data VI. Kalendas Junias, anno X. regnante Karolo glorioso Rege, Indict. XIII.

Actum Vermeriæ in palatio regio, in Dei nomine feliciter. Amen.)

CAP.

CAPUT V.

De reparatione Remensis Ecclesiæ ab ipso Hincmaro patrata.

HUjusmodi regiæ benignitatis functus auctoritatibus, & in Episcopali sede confirmatus præfatus Hincmarus Archiepiscopus, templum beatæ Dei Genitricis Mariæ, quod a fundamentis Ebo renovare cœperat, iste pace gratiaque fruens regia, præclari consummavit decoris eminentia. Insuper & aram sanctæ Dei Genitricis auro vestivit, ac lapidibus pretiosis ornavit. His quoque versibus titulavit.

Hanc aram Domini genitricis honore dicatam
suis. *Cultor ubique * suus decoravit Episcopus Hincmar*
Muneribus sacris, functus hac sede sacerdos.
an. 845. *Jam bene completis septenis ordine annis,*
Quadragiata simul quinto volvente sub ipsis.
Cum juvenis Karolus regeret diademata regni,
Hunc sibi Pastorem poscentibus urbis alumnis.

Et ad imaginem Dei Genitricis in ipso altari.

Virgo Maria tenet hominem, regemque, Deumque
Visceribus propriis natum de flumine sancto.

C Tecta templi plumbeis cooperuit tabulis, ipsumque templum pictis decoravit cameris, fenestris etiam illustravit vitreis, pavimentis quoque stravit marmoreis. Crucem eminentiorem gemmis, auroque cooperuit. Alias etiam cruces tam auro quam argento paravit. Calicem majorem cum patena, sumptorioque fecit ex auro, lapidumque pretiosorum illustravit nitore. Qui calix postea pro redemptione ac salute patriæ Normannis datus est: patena adhuc reservatur ibidem. Libellum quoque de ortu sanctæ Dei Genitricis Mariæ, sed & sermonem beati Hieronymi de ipsius Dominæ D Assumptione scribi fecit, & tabulis eburneis, auroque vestitis munivit. Locellum etiam quendam, hoc est capsam majorem, quæ a duobus clericis ferri solet, fieri jussit, argentoque imaginato ac deaurato vestivit; ubi ad urbis hujus totius tutamen, multorum Sanctorum pignora recondidit. Insuper & alia altaris vasa, tam aurea, quam & argentea præparavit. Evangelium aureis argenteisque describi fecit literis, aureisque munivit tabulis, & gemmis distinxit pretiosis. His quoque versibus insignivit.

E *Sancta Dei Genitrix, & semper Virgo Maria,*
Hincmarus Præsul defero dona tibi.
Hæc pia quæ gessit, docuit nos Christus Jesus,
Editus ex utero, casta puella, tuo.

Librum quoque Sacramentorum, sed & Lectionarium, quos scribi fecit, ebore argentoque decoravit. Candelabra texit argento, & templum variis ornavit lampadibus, & coronis, diversisque tam palliorum, quam cortinarum, atque tapetium operuit ornamentis. Sacras etiam vestes altaris procuravit ministris. Pluribus denique convocatis Episcopis, sed & Karolo Rege in hanc civitatem adveniente, in

A honore incomparabilis & perpetuæ Virginis Genitricis Mariæ, ut & antiqua fuerat sacrata, basilicam solemniter dedicavit, & cum Coepiscoporum cooperatione sub omnipotentis invocatione Trinitatis almificæ consecravit.

CAPUT VI.

De miraculis in eadem Ecclesia postea declaratis.

IN hac igitur Ecclesia multa diversis temporibus Dei virtute sub ineffabilis Christi Genitricis Mariæ sunt honore patrata miracula. Quorum plurima, quæ ante nostram ætatem sunt gesta, nobis habentur incognita. Nos tamen ea, quæ coram positi vidimus, vel perso- B nis quæ viderant referentibus agnovimus, silentio hic quoque præterire incongruum tacti sumus, licet ea versibus olim exaravimus. Mulier quædam civis hujus urbis, nomine Alerudis, unicam parvulam nutriebat filiam, quæ adhuc sub ubere matris posita, efficitur cæca. Pro qua cum variis frustra æstuaret mater remediis, nec ulla posset juvari medela, ad summum cogitat se vertere medicum: ejusque probat non aptius per quempiam sanctorum poscere posse misericordiam, quam per ipsius unicam, cujus etiam erat ipsa famula, genitricem. Præparausque candelarum munuscula, tam pro se quam filia, templum hoc petit, cælitum Reginæ cle- C mentiam rogatura, præfigensque candelabris luminaria, tum pavimentis adstrata, cor supplex effundit in vota. Nec se posse præsumens sufficere, ministros suppliciter deposcit altaris, ipsius petitionem suis precibus adjuvare. Et quia devote ac fideliter postulavit, votum obtinere promeruit, lumenque sobolis impetravit. Unde gratias agentem Deo, ipsiusque Genitrici piissimæ, cum adjutoribus sibi sacris ministris eam vidimus postea, dum sanam, clareque contuentem suam nobis exhiberet filiam.

Quidam clericus nostræ congregationis, carne nobilis, Hugo nomine, ita nimio dentium D fatigabatur dolore, ut nec somnum, nec cibum præ nimietate valeret ægritudinis capere. Qui requisitus a quodam seniore, exposita suæ vexationis afflictione, hoc ab eo consilii accepit ut coram altari Dei Genitricis sese prosternens, ejus corde tenus super hac anxietate sua deprecaretur clementiam. Et surgens ab oratione, osculato altari, supra nudum ipsius marmor, in qua vexabatur deponeret maxillam, sicque sanandum se confidens, domum regressus cooperiri se vestibus faceret, atque sopori permitteret. Quibus ille per ordinem patratis, somnum iniit. Tempus autem erat so- E lemnitatis natalis Domini, & fratres post celebratum vespertinum officium in cœnaculo, ubi calefaciendi causa consueverant colligi residebant. Præfatus vero frater videt in somnis illic se præ gradibus cœnaculi adstitisse, atque Beatam Dei Genitricem in superioribus, ante ipsius ostium domus consistere. A sinistris in gradu infimo sub specie cujusdam chirurgi, malignum conspexit adstare spiritum. Non dubitans autem, quæ esset illa quam aspiciebat Domina, pavore teterrimi hostis abjecto, ad eam usque conscendit, & ante ipsius procidens pedes ejusdem susceptus est manu: ita ut mentum illius tenens, vexatam piissima Domina con-

tingeret maxillam. Et erigens eum blanda consolata est, asserens ideo se non inventam ab eo in Ecclesia, quoniam ibidem ad custodiam fratrum staret. Ille, inquiens, malignus, quem vides hic prope astantem, cogitat huc ascendere, & vult nostros fratres conturbare. Præcepitque eum redire, & de concessa sibi salute confidere. Qui rursus ad ejus se prosternens pedes erectus est ab ea, vestem tantum purpuream, qua ipsa erat induta, deosculans. Sicque mox excitatus, dari sibi præcepit manducare. Quod ut ejusdem domestici audiere, insanire illum putantes, quia tam alacriter sibi cibum dari peteret, anxiari cœperunt. Ille vero confirmabat, se a beata Dei genitrice sanatum, vel ægritudinis se, vel insaniæ pati. Sicque celerrime redditus sospitati, sæpe postea fidenter adstipulabatur, non se ulterius esse passurum talia, quem tanta saluti restituisset Domina. Quod & revera illi accidit, ut deinceps hujusmodi ægritudinem, nequaquam senserit, dum pluribus postmodum vixerit annis.

Hujus Hugonis clericus & diaconus, Ebrardus nomine, febris anhelæ vexabatur æstibus: qui hujus ægritudinis agitatus angoribus, in crypta, quæ sub ipsius Ecclesiæ sede in honore B. Remigii consecrata est, sessus residebat, dum illic missæ celebrarentur mysteria. Cui vi febrium fatigato (ut assolet febricitantibus) sopor irruit. Et ecce videt Beatam Dei Genitricem sibi adstantem, impositaque manu ejus capiti pertransisse, & post altare sese visa est intulisse. Mox ille patefactis oculis surgit, finitisque mysteriis jam sanus, Amen respondet, & alacer officiorum inservit explerioni. Cujus caput ad tactum mirabilis Dominæ ita delibutum, ac si oleo eadem fuisset hora perunctum. Quod nos quoque mirati sumus, qui eum ipsa die lætum, & comedentem nobiscum vidimus.

Tres denique claudos, & poplitibus contractis, nullo modo gressum figere valentes, in hac Ecclesia diversis* conspeximus erectos temporibus. [Margin: *ms. cognovimus.] Unum quidem sub Episcopatu domni Herivei Præsulis, qui aliorum manibus illuc delatus, propriis regressus est pedibus. Alium sub præsulatu Seulfi, nomine Maganetum, qui genere Britannus, utroque genu claudus, & scabellis inhærens, inter nos piorum eleemosynis sustentatus, transacto fere jam demorabatur anno. Huic dum nocturnas in omnium Sanctorum solemnitate celebraremus laudes, ita subito in medio populi jacenti genuum extensi sunt nervi, ut lora quoque, quibus crura cum coxis erant annexa, rumperentur, rupta etiam pelle ex poplitibus ei sanguis deflueret: surgensque, stupente populo, gressibus deinceps usus est propriis. [Margin: Idem refert in Chronico an. 934.] Tertium vero sub hujus domni Præsulis Artoldi Pontificatu, eoque Missarum sacra celebrante, die solemni ejusdem sacratissimæ Virginis, qua Gabriel Archangelus ad eam missus ab astris, partum illi mirabilem sæculis nunciavit: Qui claudus, pauper & miserabilis, dum per pavimenti sese marmora traheret, repente solutus extenditur, & tellurem corpore mensus, in pedes tandem erigitur, incessuque novo auxit lætanti gaudia populo, quique adhuc inter nos degens stipe sustentatur Præsulis.

Quartus quoque quidam ruricola, *Gerlaius nomine, ex familia hujus Ecclesiæ, hanc urbem adiens oraturus, beatæ Dei Genitricis Mariæ ingressus est basilicam. [Margin: *f. Gerlanis.] Ubi dum vota profundit, subito marcore diriguit, contractisque nervis, pene cunctis adstringitur membris, sicque coarctatus, ibidem se permansurum, & dum viveret serviturum, si relaxaretur, promisit. Tandem post mensem bis absolutis vinculis, Ecclesiasticis addicitur serviriis. Sicque partim in eadem Ecclesia, partim in basilica sancti Dionysii extra murum civitatis per quinquennium incolumis deservivit. Post quod temporis spatium, in eadem solemnitate, Hypapanti scilicet Salvatoris, hanc ingressus Ecclesiam, dum precibus incumbit, ita rigentibus membris visus est adhæsisse pavimentis, ut nec os, nec aliquod membrum ab his relevare valeret. Erectus autem a circumstantibus, tam cruribus, quam ambabus contrahitur manibus. Quintadecima deinde die iterum absolutus, nec multo post humanis exemptus est rebus. Sed quis enarrare prævaleat, quot hic languentes pene quotidie pia dono salutis sanentur? quot febricitantes, quot salvantur energumeni? quia vel edicere pestes hic liberatis hominibus effugatas? Sed de innumerabilibus saltem pauca commemorasse sufficiat.

CAPUT VII.

De visione cujusdam Gerhardi Presbyteri.

PResbyter quidam de pago Porcensi, Gerhardus nomine, in quandam dudum deciderat valetudinem, ita ut veneno potatus esse crederetur. In qua valetudine Sanctorum nonnullis consolatus est visitationibus, beati scilicet Petri Apostoli, qui suam ei, quem regebat, præcepit etiam bis, ut restaurare studeret Ecclesiam, atque redarguit per visa, cur toties medicos salutis suæ requisierit causa. S. quoque Remigium postea sibi videt adsistere, suam illi pandendo personam, & ægritudinis hujus remedia pollicentem. Qui mox urbem Remensem adiens, dum perlustratis orationis gratia B. Dei Genitricis, ac S. Remigii basilicis, in vico noctu requiesceret, ipsius B. Remigii videt se deductum in templum quoddam splendidissimum, ad quod B. contuetur Virginem Mariam properantem, S. Remigio, & S. Martino ab utroque latere stipantibus eam. In ipso vero templo multitudo Levitici ordinis atque sacerdotalis dignitatis eam expectabat, & diaconi induti dalmaticis, quidem cum palmis, quidam sine ipsis adstabant. Cæterorum quoque sanctorum plurimus hic ordo videbatur. Idem vero Presbyter nullius specialiter cognoscebat vultum, præter beati Petri, qui sibi jam pridem fuerat revelatus. At postquam beata Dei Genitrix ad prædictum templum pervenit, ubi ejus adventum hic frater se præstolari videbat, requirere cœpit, quis ille esset, aut quid quæreret. Cui B. Remigius: Famulus, inquit, meus est, Domina, quærens a tua pietate salutis remedia. Quid autem ipsa responderit, iste, ut retulit, audire non potuit. Velum vero quoddam oppansum ibidem videbatur: post quod ubi ipsa intravit, splendidius hanc sole lumen ab oculis ejus suscepit, itaut in id, præ splendoris magnitudine, intendere minime potuerit. Post aliquot denique dies apparuit illi beatus Martinus, missumque se a sancto

Remigio ad eundem testatus est, asserens etiam illi donatam vitam, concessamque medicinam. Restitit tamen postea huic dubietas aliqua de beatæ Dei Genitricis persona, quoniam nomen ipsius in visione revelatum non audierat. Sed precabatur assidue, ut Dominus sibi monstrare dignaretur, utrum ipsa fuisset, quam viderat, Dei Genitrix Virgo Maria. Contigit autem illi post sex fere menses, ut subito, dum noctu quiesceret, gravi premeretur ægritudine, adeo ut desperaret ulterius se posse vivere. Et dum valde anxiaretur, appensis supra se B. Mariæ pignoribus, hujusmodi cœpit effundere preces: O beata Dei Genitrix, cujus hic dependens pignora, si revera (ut credimus) de te nobis hæ superappensæ habentur reliquiæ: & si vere de te visio est, quam nuper vidi: si tu es illa domina, quam ad illud mirabile templum sanctus Martinus, & almus Remigius comitabantur euntem, ubi te clarissimus Sanctorum cœtus expectans, aspiciente me, lætanter excepit, fer opem mihi indigno famulo tuo, & tam diu impetra mihi vitam atque virtutem, ut Missæ mysteria Domino celebrem, & munera vitæ corporis Christi sumere merear: vosque, beati Pontifices Christi, quos cum eadem comitari conspexi, adjuvate me apud ipsam, qui me vestro piissimo consolare dignati fuistis alloquio. Interea inter angores precesque vix levis obrepsit somnus, cum subito sub eodem vultu habituque, quo prius eandem aspexerat, beatissima se videndam præbuit regina, eisdem columnis innixa, quibus & antea inniti fuerat visa, luce coruscans clarissima. At ille tanto tremefactus splendore, nihilque fari ausus, luminibus in terram demissis videbatur stupefactus hærere. Quem beatus compellans Remigius: Quid, inquit, nos huc advocasti? Nonne vides Dominam nostram Dei Genitricem te confortare paratam: quid dubitans tardas accedere ad illam? His dictis tremor abscedit, allevatur animus, elevansque oculos vires recepit, & ante pedes beatissimæ Dominæ frater ille corruisse se vidit. Quem manu ipsa levare dignata, fronti signum crucis imponit, & talia prosequitur: Ne timeas, neque desperes, confide in Domino, quia percipies donum ab ipso salutis, signumque pulsare jube ut sacra mysteria celebres, & gratias Deo referas, eum collaudans qui te post verbera sanat. His dictis, ab ejus recessit visibus, suis stipata comitibus. Sicque mox frater idem collata sibi salute læsus exsurgit, & ad explenda jussa festinans, ita sanus & alacer effectus est, ut nunquam alacrior esse potuerit. Hæc ut eodem Presbytero narrante didicimus, ita describere quoque dignum rati sumus.

CAPUT VIII.

De aliis quibusdam miraculis.

HÆc inclyta cæli regina, ut subvenire solet humili se corde petentibus: sic in præsumptores vel contemptores ultionis nonnunquam pœnas exerit. Quod pie quoque fieri credimus, ut hic in præsenti delinquentibus digna ingerantur verbera, ne in futuro graviora eos excrucient tormenta. Quod autem modo dicturus sum non ipse vidi, sed

A multorum relatu patrum narrari frequenter audivi. Quidam ex clericis nostræ congregationis, Bernardus nomine custos hujus erat Ecclesiæ: a quibusdam levibus personis (ut ipse post scripto monstravit) quatenus ipsis quædam sanctorum dedisset pignora: dum quadam die cum quodam puero hic solus esset in templo correpta quadam pixide, in qua Sanctorum continebantur reliquiæ, ausu temerario præsumpsit aperire. Quo facto nimio pavore concutitur, & nebula locus totus magna repletur: talique vallatur horrore, ut non putaret se amplius vivere. Sicque perdita voce, tam ipse, quam puer qui secum erat, ultra loqui, nec ea quæ viderant fari potuerunt.

B Quidam quoque custos hujus Ecclesiæ, ut ipse nobis narravit, dum die aliqua post matutinales laudes in Ecclesia requiescere vellet, arripiens templi tapetia, lectum sibi ex his stravit, ibique sese somno dedit. Et ecce matrona quædam sub habitu senili eidem apparuit, quæ herbas quasdam secum videbatur deferre. Hæc primo quidem blandis eum cœpit affari sermonibus. Ubi vero sacra subeo contemplatur tapetia, taliter infit, eum mutato quoque vultu terrens, aggressa. Et tu Dominæ sanctæ Dei Genitricis ausus es violare, ac pedibus sacra superbe conculcare ornamenta, nec tantam timuisti Dominam? Modo quidem C parcam: nunquam tamen ultra præsumas talia. Exemplumque dedit illi de quodam, qui sic sibi lectum solebat sternere, quem novimus olim ærumnis affectum in pauperrimo quoque statu obiisse. Ita deterritus surgit propriamque culpam confessus, scamnis tapetia reddit, & Dominum super hac correptione sua, ejusque collaudat Genitricem. Hanc autem Dominam quæ se visitaverat non agnovit: a beata Maria tamen fuisse credimus missam. Novimus etiam quosdam devotos, atque promissos a parentibus in hac Ecclesia fore Christo, ejusque Genitrici servituros. Quod votum dum vellent postea mutare parentes, prolis sunt coacti languore suam promissionem adimplere.

D Dudum cum agricolæ urbi vicini post Pascha, solito de more, hanc petissent urbem hujus admirabilis Dominæ requirendo suffragia, suaque vota ferendo, quædam villæ consueta quærere neglexere præsidia. Quarum messes cum jam tempus instaret metendi, tanta tempestatis sunt attritæ grandine, ut pene omnia eorum perierint sata: vineæ quoque, adustis fractisque pampinis, uvarum amiserint fructum. Eorum vero fines qui se hujus piissimæ dominatricis munire subsidiis, neque tangere, nedum intrare grando præsumpsit. Sicque deinceps tam hi, quam cæteri quique contigui, promptius libentiusque annuatim ejusdem Dominæ nostræ, sancti quoque Remigii, cæterorumque E Sanctorum hanc Remensem adeuntes urbem, consueverunt expetere patrocinia.

Peregrinationes factæ

CAPUT IX.

De secunda Beati Remigii corporis translatione.

PRæfatus deinde Præsul Hincmarus cryptam præclari operis ad pedes sancti Remigii construxit, & corpus ejusdem beatissimi patroni de loco cryptæ prioris, una cum sepulchro ipsius in eadem, collectis Remensis Diœceseos Episcopis, ut jam superius dictum est, transtulit: & ante ipsius sepulchrum opus egregium auro edidit, gemmisque distinxit, Lib. 1. c. 21. fenestram inibi, unde Sancti sepulchrum videretur, fecit, & circa ipsam fenestellam hos versiculos indidit,

Hoc tibi Remigi fabricavit magne sepulchrum
Hincmarus Præsul ductus amore tuo.
Ut requiem Dominus tribuat mihi, Sancte, precatu
Et dignis meritis, mi venerande, tuis.

Evangelium autem literis insignivit, ac paginibus aureis, gemmarumque nitore distinctis munivit, versibus etiam auro inclytis prætitulavit. Sed & crucem majorem cooperuit argento, gemmisque decoravit. Librum quoque sacramentorum sub eburneis tabulis, argento præfiguratis: sed & Lectionarium ad Missas librum, pari decore venustatum, ibidem contulit, aliosque libros & ornamenta nonnulla eidem venerabili loco delegavit.

De corpore autem ipsius beatissimi Remigii non est ausus aliquid movere, sicut ipse quoque testatur in epistola ad Ludovicum Regem Transrhenensem, qui id sibi ab eo petebat f. id. muneris. Sed * hic Pontifex pro maxima præsumptione asserit se duxisse, corpus ejus, quod Dominus per tanta tempora integrum conservaverat, disrumpere.

CAPUT X.

De pallii cotidiani usus a Romanæ sedis Præsule perceptione, & rebus Ecclesiæ sub eo concessis.

HIc denique venerabilis Præsul Hincmarus pro suæ sanctitatis ac sapientiæ reverentia, per interventionem Lotharii Imperatoris f. recepit. pallium ad cotidianum * suscepit usum a IV. Leone Papa, a quo jam aliud perceperat in designatis sibi solemnitatibus debite fruendum. Quem cotidianum pallii usum nulli unquam Archiepiscopo se concessisse, vel deinceps concessurum esse, idem Papa in epistola tunc ad eum directa testatur. Scripsit autem præfatus Pontifex ad eundem Papam Leonem sexies, ut ipse in quadam ad eundem asserit epistola, vel septies, sua dirigens ad eum scripta. In hac vero epistola de his, quos temeraras chorepiscopalis ordinare: vel quod Spiritum sanctum consignando tradere præsumebat, requisivit. Et quod terrena potestas hac materia sæpe offenderet, ut videlicet Episcopo quolibet defuncto: per chorepiscopum solis Pontificibus debitum ministerium perageretur, & res ac facultates Ecclesiæ sæcularium usibus expenderentur, sicut & in nostra Ecclesia jam secundo actum fuisset. Item de his, quos domnus Ebo post depositionem suam ordinaverat. In alia quoque epistola scribit de quodam Fulcrico, Imp. Lotharii vassallo, de quo etiam pridem ei significaverat, pro quo Ecclesiæ nonnullæ per hoc regnum maximum patiebantur impedimentum, qui uxore sua dimissa, postquam excommunicatus ab eo proinde fuerat aliam insuper ducere præsumpsit uxorem. Item in eadem de privilegiis hujus Remensis Ecclesiæ, quæ habuit ab initio, quo privilegia sedes habere cœperunt: & quia Remorum Episcopus primas inter primates semper, & unus de primis Galliæ primatibus extitit, nec alium se potiorem, præter Apostolicum Præsulem, habuit: ut scilicet ea, quæ tanto tempore ab antecessoribus ipsius huic sedi sunt concessa & conservata, conservare & augmentare dignetur. Ab Imperatore quoque Lothario præceptionis imperialis auctoritatem super quibusdam rebus conjacentibus in his locis, Mentavallis, Termedo, Roserolis obtinuit, quæ tempore Karoli Imperatoris, occasione quadam interveniente, a Remensi sunt abstractæ Ecclesia, & publicis usibus subactæ, quas hic Lotharius Imperator ad partem sanctæ Mariæ, ac S. Remigii sua restituit auctoritate. Qui Lotharius Imperator nonnullis hunc Præsulem Hincmarum apud Leonem Papam honorifice commendasse reperitur Episcopis atque Legatis. Sed & quando Romam petere idem Pontifex disposuerat, epistolam suam idem Imperator pro eo præmittens, suggessit præfato Papæ, ut ipsum decenter amabiliterque susciperet, & quicquid ab eo postulasset, libenter ei, liberaliterque tribueret. Item aliam pro synodalibus definitionibus, de ordinatis ab Ebone post suam depositionem, a sede Apostolica confirmandis, & quibusdam privilegiis eidem Hincmaro, sedique Remensi concedendis: & quia illum volentem Romam proficisci, tam ipse, quam frater suus Karolus Rex Franciæ, * quando valde necessarius eis erat ad sopiendas quæ tunc exortæ fuerant perturbationes, retinerent. f. quoniam. In qua epistola commemorat, quod in hac sede Remensi beati Sixti primi ejusdem Episcopi, & Apostolorum discipuli, prædecessores ipsius Papæ, Stephanus Pippino, & Leo Karolo magno, Steph. I. Leo III. Apostolica contulerint munia. Alius quoque Stephanus Ludovicum Augustum in eadem sede Imperiali diademate coronaverit. Steph. V. Ad hoc denique obtinendum, quod pro prædicto Præsule petebat, idem Lotharius Petrum Spoletinum Episcopum, mandatis super hac re per semet instructum, executorem direxerat, & alium Petrum Aretinum Episcopum literis exinde commonuerat, aliosque quosdam tam suos, quam præmissi Papæ fideles ad id peragendum destinaverat. Eidem Lothario Imperatori scribit præfatus Præsul Hincmarus de Fulcrico ejus vassallo, quem excommunicaverat, qualiter ad pœnitentiam venire debeat. Item aliam epistolam in qua continentur culpæ ipsius Fulcrici, & quomodo eum rationabiliter excommunicaverit, quia noluerit ad pœnitentiam venire. Item aliam, in qua valde collaudat eum congaudens ejus humilitati, quod ipsius obaudierit monitis super præfato excommunicato, absolvitque eum id humiliter deprecantem, pro participatione quam habuerat cum ipso. Item postquam convaluerat idem Imperator de infirmitate sua. In qua epistola eum satis e-

piscopaliter, licet succincte, de salute admonet animæ. Et alia nonnulla eidem scripsit. A Karolo denique Rege suo hic Præsul Hincmarus cellam in honore sancti Martini, in municipio Vongo constructam, cum omnibus ad eandem cellam juste pertinentibus, ad partem Remensis Ecclesiæ reimpetravit, ac per auctoritatis ipsius præceptum recepit. Ad ipsius suggestionem dedit idem Karolus Rex Ecclesiæ sancti Remigii, vel Monachis ibidem servientibus Deo, res quasdam: hoc est in pago *

j. Partinsa.

Pertinsa, in villa Baldronis curte mansa duo & in Dodelini monte massa duo, atque in Waldonis curte massa duo cum mancipiis, & omnibus ad easdem res legaliter aspicientibus. Præceptum quoque ipsius Karoli de via, quæ impediebat ad claustrum Canonicorum S. Remensis Ecclesiæ amplificandum (quoniam & numerum eorundem Canonicorum augmentaverat) idem domnus Hincmarus obtinuit. Res præterea quasdam quæ ab hoc Rege dudum fuerant Episcopio subtractæ, Ecclesiæ redintegrari laboravit: id est villam Noviliacum, quam Karlomannus ad Ecclesiam S. Remigii pro animæ suæ dedit remedio, tam ipsam villam quam res & mancipia, quæ diversi homines dono Regis retinebant, ad eandem pertinentia. Item res aliquas in Culmissiaco & Bairaco sitas. Item res super fluvium Rotomnam, & in aliis nonnullis locis conjacentes. Itemque a Rege Ladovvico Transrhenensi præceptum restitutionis accepit super quibusdam rebus sancto Remigio quondam legatis: hoc est in pago Wormacensi * Scavenheim cum omnibus ad se pertinentibus, Cosla & Gleni in saltu Vosago. In Thuringia quoque & Austria, in loco qui dicitur Schonerunstat, & in Helisaba, cum omnibus ibidem aspicientibus. Res quoque nonnullas, juraque Ecclesiæ ac mancipia legibus per Advocatos evindicata recepisse reperitur. Res etiam nonnullas Episcopii, terras scilicet atque mancipia, cum diversis personis, ad incrementum Ecclesiæ, pro partium opportunitate commutavit. Sed & præcepta regalia super pluribus earum rerum commutationibus obtinere curavit. Canonicis quoque hujus Remensis Ecclesiæ hospitale constituit ad susceptionem peregrinorum, vel pauperum congrua ad id rebus deputatis, cum consensu coepiscoporum Remensis diœceseos, atque subscriptionibus eorundem: ea conditione, ut nullo unquam tempore quilibet Episcopus, vel quælibet persona easdem res cuiquam in beneficium dare, vel in alios usus quoconque modo abstrahere præsumat: neque aliquem censum vel redhibitionem exinde accipiat: sed totum quicquid ex ipsis rebus juste adquiri potuerit, in usus pauperum atque Canonicorum, secundum modum præscriptum in privilegio, & a cæteris Episcopis confirmato, expendatur. Super hoc quoque constituto regiæ auctoritatis præceptum a Karolo Rege fieri atque firmari obtinuit. Res præterea & villas Episcopii pene omnes ordinatis rationabilibus colonis describi fecit.

Hincmarus auxit numerum Canonicorum Remensium.

j. Stedenheim.

Fundavit hospitale Ecclesiæ Remensis.

CAPUT XI.

De Synodo comprovinciali apud Suessionicam urbem habita.

Hic honorabilis Præsul Hincmarus, anno sui Episcopatus septimo, Synodum habuit comprovincialem apud Suessionicam urbem, in Monasterio S. Medardi, in Ecclesia S. Trinitatis honore sacrata, cum Wenilone Senonensi Archiepiscopo, Amalrico Turonensi, Theoderico Cameracensi Episcopo, Rothado Suessonico, Lupo Cathalaunensi, Immune Noviomagensi, Erpuino Silvanectensi, Ermenfrido Belvacensi, Pardulo Laudunensi, Hilmerado Ambianensi, Huberto Meldensi, Agio Aurelianensi, Prudentio Trecassino, Hermanno Nivernensi, Jona Augustudunensi, Godesaldo Cavilonensi, Dodone Andegavensi, Guntberto Ebroicensi, Hildebranno Sagiensi, Rigboldo Remorum Chorepiscopo. Residentibus etiam Presbyteris, & Abbatibus Dodone Abbate Monasterii S. Sabini, Lupo Abbate Monasterii quod dicitur Ferrarium, Bernardo Abbate Monasterii S. Benedicti, quod dicitur Floriacum, Odone Monasterii, quod dicitur Corbeiæ, Heriaco Monasterii Corbionis, Bavone Monasterii Orbacensis, & quampluribus aliis sacerdotibus, & Abbatibus, adstantibus Diaconibus, ac reliquorum graduum clero. Residente quoque in medio glorioso Rege Karolo. Ubi quædam Ecclesiæ Dei necessaria sunt pertractata negotia. Ad quam Synodum accedentes quidam Remensis Ecclesiæ Canonici, ac Monachi, videlicet Radoldus, Gisloldus, * Vulfadus, Fredebertus ex Canonicis ipsius matris Ecclesiæ: Sigismundus ex cœnobio S. Theoderici: ex Monachis autem Monasterii S. Remigii, Norevinus, Hainradus, Mauringus, Antheus, Tetlandus, Halrohaldus, Radulfus, Wicpertus, clamaverunt suspensos se a præfato Archiepiscopo suo ab administratione ordinum Ecclesiasticorum, ad quos ab Ebone quondam provecti fuerant. Super qua reclamatione elegit prænotatus Pontifex Hincmarus judices sibi Wenilonem & Amalricum supra taxatos Archiepiscopos, Pardulum quoque Laudunensem Episcopum, qui in hoc judicio locum Metropolitanæ suæ servaret auctoritatis. Ipsi clamatores eosdem judices suscipientes, addiderunt etiam Prudentium Trecassinæ civitatis Episcopum. Hi judices constituti hoc judicarunt: quod si Ebo Archiepiscopus in suo statu manens canonice hos fratres ordinaverit, deberent ministrare. Si etiam injuste dejectus, & canonice restitutus post suam canonicam restitutionem eosdem ordinaverit, sine ulla quæstione deberent etiam ministrare. Unde interrogati sunt ordinatores Hincmari, ut edicerent quæ de Ebonis depositione, & de Hincmari comperissent ordinatione. Tunc surgens Theodericus Cameracensis Episcopus porrexit in conspectu principis & Synodi scriptum, continens ordinem depositionis præfati Ebonis. Tum ventilatum est qualiter exauctoratus Episcopus restitui debeat, & quia idem Ebo restitutus canonice non fuerit, insuper & ab Apostolica sede Sergio Papa confirmante dejectionem illius, damnatus extiterit, ut in * laica tantummodo communione maneret. Tum seci-

an. 853.

ms. Vulfadus.

ms. laicali.

tata auctoritate, qualiter Metropolitanus debeat ordinari: litteris quoque canonicis Erchamradi, Episcopi Parisiorum Ecclesiæ, confirmatis sua suique Archiepiscopi, & coepiscoporum suorum manibus, quas ad petitionem Remensis Ecclesiæ, Cleri ac plebis Hincmaro tribuerat: decreto etiam canonico Remorum cleri nobiliumque manibus roborato, qualiter eundem Hincmarum sibi postularunt ordinari Episcopum ostensum est canonice cum præsentia, vel consensu omnium coepiscoporum Remensis diœceseos eum ordinatum Archiepiscopum. Post hæc surgens idem Hincmarus, in * conspectum Principis, & Synodi porrexit literas Canonicas quas ordinatum sacri Canones ab ordinatoribus accipere jubent, diem præferentes & Consulem. Porrexit etiam epistolam Remensis Provinciæ, ac pene totius Galliæ manibus Episcoporum subscriptam, ad Apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinationis datam. Ostendit etiam diploma sacrum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subtersignatum, ex approbatione suæ ordinationis ad eandem sanctam & Apostolicam Romanam Ecclesiam. Sicque judicatum atque confirmatum est Hincmarum Episcopum canonice ordinatum. Deinde ventilatum est, quid decernendum foret de his, quos Ebo post suam depositionem, absque legitima restitutione, præsumpserat ordinare. Tunc surgens Immo Noviomagensis Episcopus, porrexit * rotulum auctoritatem canonicam & Apostolicam continentem: quoniam qui ab ipso visi fuerant ordinari in gradus Ecclesiasticos, ab eodem, quod ipse non habuit, nemo eorum accipere potuit: & cætera. Sicque decretum est, ut quicquid in ordinationibus Ecclesiasticis Ebo post depositionem suam egerat, secundum traditionem Apostolicæ sedis, præter sacrum baptisma (quod in nomine sanctæ Trinitatis perfectum est) irritum haberetur, & ordinati ab eo gradibus Ecclesiasticis privati existerent. Tunc unus ex prædictis fratribus nomine Fredeberrus libellum proclamationis legit, in quo continebatur, quod ideo se ab Ebone permisissent ordinari, quia viderant suffraganeos Remensis Ecclesiæ, Rotbadum videlicet Episcopum, Lupum, Simeonem, Erpinnum in Metropolim Remensem Ecclesiam convenisse cum literis Lotharii Imperatoris, & eundem Ebonem restituisse. Et insuper ostenderunt iidem præfati clerici literas quasi ex nomine Theoderici Episcopi, Rothadi, Lupi, Immonis, ac cæterorum hujus diœceseos Episcoporum manibus roboratas: quæ tamen ab eisdem Episcopis * recitatæ falsæque sunt comprobatæ: & quia talia Episcopis impingere præsumpserint, jussi sunt communione privari. His ita terminatis, decreto judicum, atque consensu Principis Hincmarus Archiepiscopus primatus sui locum recepit. Tum de Presbytero quodam & Abbate Altivillaris cœnobii, nomine Halduino, ab Ebone Diaconus visus fuerat ordinatus, & a Lupo postea Catalaunensi Episcopo presbyter fuerat consecratus, mota est quæstio. Surgens itaque Lupus Episcopus, porrexit volumen, in quo continebatur, quomodo jussus est regiis literis Karoli Regis ut quia Metropolis Remorum Ecclesia pastore carebat, in confectione chrismatis, aliisque negotiis Ecclesiasticis pro sui possibilitate consulere procuraret. Quocirca cum epistola regia ut ipsum Halduinum presbyterum ordinaret, atque in Altivillari monasterio Abbatem sacraret, Archidiaconus Remensis Ecclesiæ, cum aliis comministris tam Canonicis quam monachis, illi obtulerit; quemque ad votum præfati principis & offerentium ordinaverit. Unde judicatum est a Synodo, eundem Episcopum nihil damnationis de illius ordinatione attigisse. Sed qui saltu sine gradu Diaconii ad sacerdotium prosilierit, in degradationem debitam resilire deberet. Deinde requisitum est de his, qui Eboni post depositionem suam communicaverant, & recitata auctoritate qualiter sanari deberent, repertum est ex Canonicis institutis, eos post satisfactionem, data illis indulgentia & communione sacra cum benedictione tributa, per eorum proprium Episcopum, operante Domino nostro Jesu Christo, purificari atque sanari posse. Quod & actum est per venerabilem Hincmarum Archiepiscopum. His ita peractis, benignus princeps Karolus petiit Hincmarum Archiepiscopum, reliquosque Pontifices, ut quia præfati fratres gradus Ecclesiasticos obtinere non valebant, communionem saltem recipere possent per Synodi indulgentiam. Quod & pietas sacerdotalis libenter assensit, & misericorditer eisdem fratribus veniam concessit. Et ita hæc omnia gestis inserta, & in * conspectum Synodi recitata, & rata judicata, prædictorum manibus Episcoporum, & aliorum, qui interfuere, subscriptione firmata sunt.

ms. conspectu.

ms. rotulam.

s. lectæ.
f. refutatæ.

ms. cõspectu

Quæ actio Synodi sedi Apostolicæ ab Hincmaro directa, & a Benedicto Papa Leonis successore corroborata est. Qui etiam Benedictus Papa privilegium auctoritate beati Petri, & Apostolicæ ipsius sedis huic Præsuli nostro Hincmaro contulit, sanciens ne quilibet hujus diœceseos regulis subjectus, eo contempto impune auderet, seu valeret aliena expetere, aut expectare judicia. Sed domnus Nicolaus ejusdem Benedicti successor, petentibus sedem Apostolicam prænotatis dejectis, præmemoratæ gesta Synodi retractasse atque reprehendisse reperitur: præcipue quod sola obedientia subditorum reputata fuisset in culpam: & qui Prælati judicio temere non restiterunt, sed humiliter colla subdiderunt, severissime punirentur, & qui misericordiam petiverant, nec justum, ut asserit, judicium meruerint. Intimat etiam quomodo Dominus Hincmarus pro his actis Concilii Leoni Papæ non semel supplices literas miserit, quatenus idem Concilium approbans, auctoritate Apostolica roboraret. Quod ille agere sollicite renuerit, eo quod per aliquos ex his Episcopis, qui Synodo resederant, ut dubitatio foret radicitus evulsa, ejusdem Synodi statuta destinari debuissent, præcipue cum ibidem Legati sedis Apostolicæ præsentes non fuerint. Et quia hi quos ille auctoritate Synodi affirmabat depositos, per proprias literas ad sedem Apostolicam appellaverint, & vellent iterum se Apostolicæ sedis audiri præsentia, præcepisse quoque eundem Papam, ut Hincmarus Præsul ad Concilium cum illis occurreret, ad quod suum ipse Legatum, Petrum videlicet Episcopum Spoletanum, e latere suo direxerat, ad renovandum scilicet judicium vice sua. Cui audientiæ, quoniam domnus Hincmarus suam non exhibuit præsentiam, voti effectu frustrato, Leo Pontifex ab hac luce subtractus

Leo IV.
Bened. III. epist. 1.
Nicol. I. ep. 46.

A est. Benedicto autem viro Apostolico succedente, eidem subreptum fuisse, & in ipso consecrationis ejus principio suasum, ut illud firmaret Concilium, non tamen ei suaderi potuisse, ut a juste definitionis tramite declinaset. Verum ita per ei concessum privilegium illius Concilii roboresse institutum, ut auctoritatis summam Sedi Apostolicæ reservarit: ita decernens manere inconvulsa quæ petebantur, si ita essent per omnia, quæ de illa Synodo ab Hincmaro referebantur, & ne inda quæstio nullie aliqoando temporibus oriretur. Sed quoniem non ita per omnia, eeu suggestum est, fuisse comprobaretur, merito asserit in irritum deductum, quod contra dejectos non simpliciter

Nicol. ep. 47

B fueret impetratum. Quocirca primam quidem domno Hincmaro mandavit, uti commemoratos viros, Vulfadum scilicet, collegasque ipsius, clementi animo studeres ad se revocare, & de restitutione ipsorum secum fraterne tractaret, atque misericorditer consummare contenderet. Alioqnin ad Concilium cum his Episcopis, quibus & ipse qooque Papa pro hoc ipso scripserat, simul occurreret, quatenus omnes in onum convenientes, causam corundem clericorum examinarent, & non aliqua emergente disceptatione, Deo præ oculis habito, diffinireot. Si vero quælibet inter partes disceptatio proveniret, ad Sedem Apostolicam suæ suscepturæ speciale judicium personæ, C vices tenentes utriusque lateris convenirent. At Dei gretiæ juvamine hoc peracto judicio, intimat se literes soscepisse amplectendæ dilectionis omnium, qui intersuerunt, Episcoporum, manifestissime significantes, crebro memoratos clericos a totius consona voce Concilii dignos graduum suorum receptione pronuociatos. Ubi nulla (sicut in litteris corundem Episcoporum reperiebatur) disceptatio provenit, nulla, sicut putatum fuerat, varietas alia atque alia defendentiom accidit, nullus accusator, nullus condemnator repertus est, sed cunctorum una eademque sententia, atque in restitutione ipsorum diffinitio claruerit, eisdem in- D noxiis a cunctorum unanimitate modis omnibus approbaris. Reprehendie autem & hoc quoque Concilium præfatus Papa Nicolaus, quod non solemniter omnia, juxta quod ipse diffiniverat, egerint, sedi Apostolicæ plena relatione actionis seriem referentes. Debuisse, aiens, quicquid de Ebonis dejectione, *reclamatione, horum clericorum promotione, & ipsius Ebonis iterate repulsione, ad aliamque Ecclesiam migratione, vel undecumque ibi quod ventilatum est, ei scripto unanimiter, pleniter ac fideliter intimare. Sed & monimentis insertum ad pleniorem penes se notitiam & E certitudinem reservare. Præcepit ergo, ut quæcunque super hac re scripta, tam a sede Apostolica, quam a nostretibus edita reperiantur, & qood binc Præsul Hincmarus, & illi dejecti clerici sedi Apostolicæ suggesserint atque retulerint, in eo lumen uoum, ordine quo missa sunt, redigerentur, & Apostolicæ sedi, exemplaribus sibi reservatis, summo studio dirigeretur. Et si de cætero quid tale forte contigerit evenire, proptec quod conventum io regionibus bis fieri sacerdotum præcipiat, boc inter cætera nulli penitus oblivioni tradant, sed post omnia id agure mejorum more studiosissime satagant, & cetera.

Nicol. ep. 46 47. & in append. 13.

Alia Synod. Suess. sub Nicol. I. an. 866.

Nicol. ep. 46

Nicol. relegatione.

A Præmissi denique Concilii Præsules, Apostolicæ sedis obedientes præceptis, ordinem rerum gestarum de Ebonis dejectione, vel restitutione, iterataque repulsione colligentes, eidem venerabili Papæ miserunt, hujusmodi præferentes epistolam.

Reverendissimo & sanctissimo domno Patri ac Papæ Nicolao, Episcopi qui præterita anno per gratiam Dei & Decretum vestram apud Suessonicam urbem cum aliis qui tunc nequiverunt adesse convenimus.

SEriem rerum gestarum de Ebonis quondam Remorum Archiepiscopi depositione, sed & B de ipsius restitutione, nec non & de fratris Vulfadi ac collegarum ejus promotione, & jam dicti Ebonis iterata repulsione, ad aliamque Ecclesiam migratione, onde a nobis investigari, & vobis remandari jussistis, quia his nemo nostrum in ordine Episcopali interfuit, nisi frater Rothaldus (sicut ex Regum & Episcoporum monimentis qui intersuerunt, & scriptis suis posteris reliquerunt, breviter collegimus) vestræ sanctissimæ paternitati & præcellentissimæ auctoritati transmittimus. Quæ ante colligere & auctoritati vestræ dirigere necessarium non putavimus, quoniam sicut vobis per Egilonem venerabilem Archiepiscopum scripto sug- C gessimos in quo nullam memoriam de quacunque Ebonis depositione habuimus, nec haberi tunc necessarium vidimus, nobis in eorum fratrum restitutione non quidem disceprantibus, nec alia atque alia decernentibus, sed unum idemque secundum traditionem majorum, quam discretioni vestræ intimare curavimus, sentientibus, quos non procacia obnoxios fecit, sed obedientia inculpabiles in adeptione sacrorum graduum, juxta sincerissimum sententiæ vestræ intellectum induxit, sine contradictione in suis ordinibus restituere maturassemus, nisi Privilegiis sanctæ Romanæ sedis, per reverendum confratrem nostrum Hincmarum Archiepisco- D pum nostræ unanimitatis prolatis, quæ de ipsis viris quædam statuerunt, debita reverentia exhiberetur. Quorum summa, perfecta, & integra firmitas, ut claruit & justum est, in Apostolicæ sedis reservata erat arbitrio potestatis: quorumque privilegiorum authenticas chartas, cum salvis sigillis, & incorruptis scripturis idem confratet & consacerdos noster, non ad prædictorum fratrum nocumentum, neque ad ullam contradictionem, sed ad debitam reverentiam sedi Apostolicæ, ut dignom est, exhibendam, ostendit, cum gestis Episcoporum, quorum vos acta relegisse, & qualiter præsi- E gnati Clerici degradati fuerint reperisse, nobis aperire dignati estis. Quibus non subscripsit, quia & eosdem fratres suo judicio non dejecit, sicut vobis & ipse, & nos scripsimus, & gesta ipsa demonstrant, & sicut jam sanctissimæ paternitati vestræ suggessimus, in ejusdem rei negotio decerrantibus & quædam deflorantibus, non tamen terminantibus nobis, eo usque causam perduximus, ut solummodo magistrali vestro culmini eorum assignaretur restitutio, attribueretur reformatio, adscriberetur redintegratio. Unde postea unanimitas nostra in quamcumque partem non declinavit, etsi quidam quacunqoe necessitate exiode, nobis ignorantibus, diverterunt. Egimus itaque prout

Epist. Trecensis Synodi de qua infra c. 17.

potuimus, in succincta collectione de gestis rerum & Episcoporum ex causa Eboois, & ut præcepistis vestræ auctoritati traosmittimus. (Post harum veru rerum gestarum ordinem descriptum ita subjunxerant.) Hæc sicut vestra jussit auctoritas, quæ de Ebonisquondam Remorum Archiepiscopi, quæ aote triginta & tres circiter aonos extitit depositione, & post de ipsius restitotione, necnon & de fratris Vulfadi ac collegarum ejus promotione, & jam dicti Eboois iterata repulsiooe, ad aliamque Ecclesiam migratiooe, in eorum qui jam nos ad Dominum præcesserunt scriptis, verum & quæ illorum, qui interfuernnt, veridicis relationibna comperimus. Quæ etiam ex magna parte io gestis Episcoporum Belgicæ, Galliæ, Neustriæ, & Aquitaniæ provinciarum Papæ Sergio dirigendis, & Leooi Papæ directis cum eorum epistola, sed & in epistolis Lotharii Imperatoris, & Karoli Regis exinde directis contioentur, quas in scrinio Romaoo credimoa conservari, vestræ auctoritati transmittimus. Scripta quoque, quæ hinc a vestra auctoritate directa, & vestræ sanctitati remissa relegimur, ordioe quo missa, vel remissa fueruot, secundum vestram jussionem io volumine isto congessimur. Et si forte alia ex hoc negotio, aut a nobis, aut ad nos missa fuerunt, nos tamen oon legimur. Quæ etiam fratee & cunsacerdot noster Hincmarur nobis vestræ auctoritati mitteoda dedit, secundum quod præcepistis, di-

Nicol. ep. 46 ceores intee alia r Quæcomque super hac re scripta tam a oobir prius, quam nunc a vobis edita reperiuntur, & quid hinc coepiscopus Hinemarur, & illi dejecti clerici Sedi Apostolicæ suggesserint atque retulerint, in volumen unum, ordine quo missa sunt, redigantur, & Apostolicæ sedi, ot competens est, vobis eorum exemplaribus servatis, summo studio dirigantur, his subjuncta dirigimus, &c.

CAPUT XII.

De vacatione Camaracensis sedis, & conjunctione Balduini cam Judith filia Regis.

DE vacatione præterea sedis Camaracensis, sed & de conjunctione Balduini Comitis

Judith filia Caroli Calvi & Judith iodebita, quæ scilicet Judith Karoli Regis filia, Edilnulfo Regi Anglorum, qui & Edelboidus, dudum fuerat in matrimooinm copulata, & reginæ decore ac beoedictione insignita. Post cujus obitum, venditis qoasin Anglorum obtinuerat regno possessionibus, ad patrem reverritur, quæ sub regali tutela sic manere deceroitur: sed illa Baldniourn Comitem, ipso leoocinante, & fratre suo Ludovvico consentiente, secuta est. Unde Rex Karolus Episcopos, ac cæteros regni sui primores consulens, post mundanæ legis judicium, canonicam in jam dictum Balduinum & Judith, secundum edicta beati Gregorii, ab Episcopis depromi sententiam fecit. De Rothadi quoque Suessonicæ civitatis Episcopi dejectione, quem ab Episcopali ministerio judicio removerat Episcoporum. De commemoratione etiam nominis Eboois, arque de Gothesealei cujusdam heretici damoatione præfatus Præsul hujusmodi scripta direxisse ad sedem reperitne Apostolicam.

Domno unice singulariterque suscipiendo patrum patri, & summa veneratione honoranda Reverendissimo Papæ Nicolao, Hincmarus nomine, non merito, Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus.

IN epistola vestræ sanctitatis per Odonem Episcopum Episcopis io regno Lotharii pro Hæ sunt Nicol. epist. 63. 64. & 65. præjudicio Camaraceosis Ecclesiæ directa, relegi vestram auctoritatem sciiicitaturam, cujus neglectu eadem Ecclesia ultra decimum mensem pastore vacaret, uode, ne ut negligeor a vestro Apostolatu succenseat, indico auctoritati vestræ, post directas Lothario & Episcopis regni ejus atque Hilduino, qui eandem Ecclesiam ioregulariter occupavit, itaut aotequam ipsas mitteretis epistolas, hactenus præjudicium permanere: meque Lotharium regem & legatis & literis, prout potui sæpe, & eo usqoe inde commonuisse, donec regiis suis literis, mihi respondit, Hilduinum ad vestram auctoritatem suum legatum misisse, & nihil aliter de præfata Ecclesia, nisi ut egerat, disponere debuisse, donec a vobis responsum acciperet. Balduinus qnoque in proximo nunc decurso mense Octobrio, quioto Kaleodas Novembris, per doos homines suos mihi literas auctoritatis vestræ direxit, io quibus contioetur, ut easdem literas coepiscopis proviociæ nostræ legerem, & Judith paterois ac maternis obtutibus præseotandam susciperemus, si tameo intelligeremus, quod coofestim præfatus excelleorissimus Rex noster, quæ de illa vobis scripsit, & verbis per Legatos vestros Apostolatui vestro renuntiaoda spopondit, adimplere vellet. Quod si eorum animos ad id protelandum esse iotentos investigari possemus, oequaquam eam reciperemus. Alioquin, id est si aliter egissemus, gratia & communiooe vestra frui nequaquam valeremus. Quam vestræ auctoritatis epistolam, ut oportuit, revereoter suscepi, & coepiscopis oostris eam relegi, & pro præfata Judith apud patrem & matrem illius, quaotum potuimus, ut mandastis, communiter intervenimus, & paterois ac materois obtutibus eam præsentare studuimus. Post quæ voluimus, quia sic nobis secundum sacras regulas, sicut eas intelligimus, visum fuerat (non enim sine digois pœnitentiæ fructibus absolvi posse putamus, quod anathematis vinculo a sacris regulis inoodatum videmus) ut juxta Ecclesiasticam traditionem prius Ecclesiæ, quam læserant, satisfacereot, & sic demum quod præcipiunt jura legum mundialium, exequi procuraret. Sed quoniam literas vestras, quæ inde nihil præceperunt, lmo etiam nullam protelationem in eorum conjooctione fieodam significaverunt, sibi sufficere voluerunt, & sine vestra auctoritate, ad quam clamaverant, cogi, nisi alio satis modo submittereot, non debuerunt. Ex altera epistola vestræ sanctitatis cis retuli, quod Non extat. noo leges Ecclesiasticas dissolvistis, sed preces pro eo misistis, qui puniri secuodum leges mundanas poterat, quatenus locum pœnitendi haberet, quod contra leges divinas admiserat. Sic & Salvator noster, qui vult omoes homi- 2. Tim. 2. nes salvos fieri, & neminem vult perire, in Luc. 23. cruce apud patrem jure sacerdotis pro suis persecutoribus intercessit: quod in eis qui post passionem ejus crediderunt, & compuncti pœniten-

nitentiam egerunt, qui cum patre omnia donae, efficaciter impetravit. Ad cujus instae, Apostolorum Vicaeius, ad quorum limina confugerunt, & Cath. arque Apost. Ecclesiæ summus Pontifex, quod in hominem regem & in leges mundi peccatum est, perdonasi petistis, ot quod in regem cæli & terræ, & in leges cælestis regni offensum erat, haberent inducias pee pœnitentiam abolendi. E contra carnales, & etiam quidam eorum, qui antea conjunctioni hujusmodi contradicebant, hac defensione, ut eis visum fuerat, sc protegentes, (sed sicut se habet veritas) salute nudantas, ab istius novissimæ vestræ epistolæ verbis recedere noluerunt, quam sine protalationa eorum conjunctionem debere fieri demonstrare dicabant. Dicenti vero mihi, quia pro nulla potestare terreoa quod de Ecclesiasticis regulis intelligerem dimittere deberem: maxime cum etiam mecum, immo cum Deo, domnus Rex noster, filius vester, Karolus faceret, quasi consulendo mihi quidam hoc dederuoe consilium, io quo noo meis, sed verbia eorum utar, quæ mansuetudo vestra, velut exemplum & doctrix disciplinæ Dei, mitis & humilis corde ac patiens æquanimiter sustinebit, dicentium: ut quia non sæcularis, sed Ecclesiastica potestas de hoc mihi negotio imperaret, conspicationem resistentium aliquantulum declinarem, ne quisquam æmulus noster vestræ sanctitati suggereret, quasi in contemptum sancti Apostolatus vestri, & sedis Apostolicæ hoc egissem, & vestræ mansuetudinis ergu me animum commoverea, & quamcumque excommunicationem, sicut pro Rothado actum fuerat (quod tamen ad me non pervenit, nisi quantum Odo Episcopus, & postea (ms. Laodo.) * Luido detulit, antequam ad auctoritatem vestram gestorum seriem inde mittere valuissemus: vel quomodo res gesta fuerit pee Legatos vestros resciretis) obtineret: præsertim cum in hac epistola vestræ auctoritatis legatur: quod si aliter egissemus, quam in ea scriptum est, gratia & communione vestra frui nequaquam valeremus. Quo contra mihi dicenti hoc in epistola vestra ob id posuisse, ne fœmina illa a nobis deciperetur, & non ob hoc, na Ecclesiæ satisfaceret: Responderunt, cur aliter vellem vestram epistolam intelligere, quam vobis placuit eam componere, cum de in præterito mihi transmissis ejus sensum possem manifeste cognosceta. Quapropter memor præteritarum epistolarum mihi & Episcopis regoi filii vestri domni Karoli a vobis missarum, atteodens etiam quæ in epistola nuper per Luidonem mihi benigoitas vestra mandaverat (hæc enim in Antisiodoro post adventum Luidonis ventilabantur) inree matum præteritarum, & spem posterioris epistolæ mihi miriora monstrantis, contentionem io hac causa dissimulando vitavi, & condescensionem quasi in tempus aliud differendo, dissimulavi, expectans ut in causæ hujus quæ instat depositione vestra, ex Rothado discere valeam, qualiter de teliquo in hujusmodi agere debeam. Sicqoe nihil nobis de Ecclesiastico ministerio eis interdiceotibus, sed tantum quod valuimos, nostram præsentiam ah hoc negotio subducentibus, Balduinus & Judith juta legum sæcularium, quæ elegerunt, exequi studueeunt. Domnus etiam noster Rex, filius vester, huic desponsationi & conjunctioni interesse non voluit, sed missis publicæ rei ministris, sicut vobis promisit, secundom leges sæculi eos uxoria conjunctione adinvicem copulari permisit, & honores Balduino pro vestra solummodo petitione donavit.

CAPUT XIII.

De causa Rothadi Suessonici Episcopi depositi.

Denique ad epistolam vestræ auctoritatis, (Nicol. ep. 32.) ad quam me misistis obedienter audiendam, generaliter omnibus Episcopis regni domni nostri Karoli regis gloriosi; pro Rothadi causa, per Odonem Episcopom transmissam, sicut litteris exiguitati meæ directis sanctitas vestra præcepit, conveni, & simal eisdem venerabilibus Episcopis, quantum ex ma fuit, mox antequam synodus solveretur, vestram jussionem de eodem Rothado, ne aliqua mora vestræ præceptionis implendæ, aot de superventione pagaoorum, aur de alia qoalibet causa interveniret, adimplere curavi; sicut & Legati domni regis, & literæ pleniter vestræ notam facient sanctitati. Sed quoniam causa interveniente, quam vobis ipsi Legati referent, statim ne præcepimus datis literia, & designatis nostris vicariis, ad vestram præsentiam com eodem Rothado ire non potuerunt, & ob id diutius quam voluerimos immorati fuerunt. Interea Luido Legatus domni regis a vestra radiens sanctitate, peidie Kalendas Decembris vestras Apostolicas literas domuo nostro regi filio vestro in civitate Antisiodoro detulit, & quia filius ejos atque æqoivocus Karolus, qoi patris animum in qoibusdam offenderat, & ob id ad ejus præseotiam, quoruodam suggestione, aliqoantulum venire distulerat, patrem legatis suis petiit, ut meam parvitatem cum aliis quibusdam suis fidelibus pro eo ad ipsius vestigia dedoeeodo teansmitteret, qoatinus oostro interventu pateem placabiliorem invenire valerea exigoitatem humilitatis meæ domnus rex illuc in suum venire servitium jusseeat. Quo mox ut veni, mihi literas vestras legendas donavit: in quibus licet pro sua dignatione sublimitas vestra humilitatem meam sina ulla mariti prærogativa benigoe tractaverit, & a mea insipientia sapientiæ vestræ scripta supra id quod scio atque iotelligo, non tamen absque subinducto caoterio, laudare digoata fuerit: tamen eis videoe mihi videre vobis maltiloquiom meum increscere. Uode dignetur sanctitas vestra dignantee suscipere, quod B. Augustinus de suo multiloquio Domino Dominorum * audaciter non (ms. audacter August.) dubitavit dicere, cum se inde apud eum voluit excosabilem reddere, inter alia scribens: Loqui multum non est nimium, si tamen est necessarium.

Qua de re, sanctissime Domine & Pater Reverendissime, æquanimiter sustinete modicum quid iosipientiæ meæ, sed & supportare me, (2. Cor. 11.) si adhuc quiddam de Rotbadi causa vobia tam sufficienter notissima, quasi reperens scribo, cum quo, qola vobis placee (cui cuncta bona placent) mittimus vicarios nostros, non ot accusatores ad confligendum, sed ut a Rothado, atqoa a vicinis oostris, qui causam pleniter ac veeaciter aut nesciunt, aut scire oon voluut, accusati, quod non in contemptum sedis Apost.

appellantem Rothadum fecundum Sardicenses
Conc. Sardic. can. 4. & 7. canones sedem Apostolicam: sed eum qui ad
electorum judicium de certis capitulis provo-
caverit, juxta Carthaginienses & Africanos ca-
Conc. Afric. c. 63. 80. 89. & 94. nones, ac decreta beati Gregorii regulariter ju-
dicavimus vestræ summæ auctoritati humiliter
intimandum. Absit enim a nobis, ut privile-
gium primæ & summæ sedis sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Pontificis pro sic parvo pendamus, ut
controversias, & jurgia tam superioris, quam
inferioris ordinis, quæ Nicæni & cæteri sacro-
Conc. Nicæn. can. 5. rum Conciliorum canones, & Innocentii, at-
Innoc. I. epist. 2. c. 3. que aliorum sanctæ Romanæ sedis Pontificum
decreta in synodis provincialibus a Metropoli-
tanis præcipiunt terminari, ad vestram sum-
mam auctoritatem fatigandam ducamus. At si
forte de Episcopis causa nata fuerit, unde cer-
ta & expressa in sacris regulis non habeamus
judicia, & ob id in provinciali, vel in com-
provinciali nequeat examine diffiniri, ad divi-
num oraculum, id est ad Apostolicam sedem
nobis inde est recurrendum. Si etiam de ma-
Conc. Sard. can. 7. joribus causis a provinciali Episcopo ad electo-
rum judicium non fuerit provocatum, & in
aliqua causa idem Episcopus fuerit judicatus,
id est a gradu suo in comprovinciali Synodo
dejectus, & putat se bonam causam habere, &
appellaverit qui dejectus est, & confugerit ad
Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se
audiri, si justum putaverit ut renovetur exa-
men, scribendum est ab his, qui causam exa-
minarunt post judicium Episcopale, eidem sum-
mo Pontifici, & ad illius dispositionem secun-
dum septimum Sardicensis Concilii capitulum
renovabitur examen. Nam de Metropolitano
per sacras regulas constituto, qui ex antiqua
Leo epist. 84. c. 1. consuetudine ab Apostolica sede pallium acci-
pit, sicut Leo ad Anastasium, quod & Nicæ-
Conc. Nic. c. 7. num Concilium innuit, & cæteri Romanæ se-
dis Pontifices in decretis suis ex sacris canoni-
bus monstrant, sedis ipsius Pontificis etiam an-
te judicium est sententia præstolanda. Is enim
Ezech. 40. est, qui secundum Ezechielem Prophetam mo-
ratus in gazophylacio quod respicit viam me-
ridianam, & excubat in custodiis templi. Et
nos Metropolitani ad comparationem illius su-
mus, qui in ministerio altaris, quod est ante
faciem templi, in quo carnes incenduntur,
servimus, & controversias carnalium in syno-
dis provincialibus laborantes dirimimus, & de
majoribus ac majorum causis ad examen sum-
mæ sedis Pontificis, post judicium referre cu-
ramus. Homines enim sub illius potestate,
sub nobis commilitones habemus & dicimus
Matth. 8. huic vade, & vadit, & alii veni, & venit.
Quoniam, ut Leo dicit, & inter beatissimos
Leo ibid. c. 11. Apostolos in similitudine honoris fuit quædam
discretio potestatis, & cum omnium par esset
electio, uni tamen datum est ut cæteris præ-
emineret. De qua forma Episcoporum quoque
est orta distinctio, & magna ordinatione pro-
visum, ne omnes sibi omnia vindicarent: sed
essent in singulis provinciis singuli, quorum
inter fratres haberetur prima sententia, & per
quos ad unam beati Petri sedem universalis
Ecclesiæ cura conflueret, & nihil usquam a
suo capite dissideret. Qui ergo scit se quibus-
dam præpositum, non moleste ferre debet ali-
quem sibi esse prælatum: sed obedientiam quam
Dan. 12. exigit, etiam ipse dependat.) Quam Rotha-
dus a suis exigere magis, quam sacris regulis

A fategit dependere (cum etiam sancti Angeli
in cœlo legantur suis potioribus obedire), &
ideo ad hoc pervenit ut dejici promeruerit.
Quem per plures annos & beneficiis, impensis,
& monitis atque obsecrationibus, per me &
per coepiscopos, ac per quoscumque familiares
potui, ad obediendum sacris regulis commone-
re curavi. Multotiens etiam & per literas
Metropolitanas, & ex Apostolicæ sedis aucto-
ritate minas ei inculcare curavi, & ea lectio-
ne Catholicorum, quam graviter offendebat,
ei ostendere studui. Ad quæ respondebat, quia
nihil aliud facere sciebam, nisi ei meos libel-
los tota die ostendere. Unde a multis & fre-
quentissime redargutus fui, cur incorrigibilem,
B & ministerio sacro inutilem tamdiu scienter
contra Dei voluntatem, & sacram auctorita-
tem portarem. Ego vero quamvis sæpissime &
Regem, & coepiscopos ac vicinos suos, atque
etiam me multo sæpius, quasi ex studio ad
iracundiam provocare satageret, licet non pos-
set, sciens periculosissimum esse in sacerdote
perturbatum & præcipitem iram præcipitem-
que proferre sententiam, & persecutionum sup-
plere sævitiam, dissimulationes morum, contu-
macias inobedientium, & malignantium tela lin-
guarum, diu illum, non sine timore de peri-
culo animarum sibi commissarum, portavi; &
cum amplius portare non debui, ad pluritorum
C Episcoporum consilium, ut vel eos audi-
ret, illum deduxi. Quorum non audire consi-
lium, sed adversum me postulare judicium ma-
luit. Ad cujus petitionem, ut ei satisfacerem,
ut vel sic erubesceret, & a cœpta se stultitia
revocaret, judicio me devinxi, velut jam ve-
stræ sanctitati plenius aliis litteris intimavi, &
replicare me pro vestræ auctoritatis satisfactio-
ne cogit necessitas: ut cognoscatis quoniam
nihil in eum ego animo inimico, sed zelo di-
vino, quantum in conscientia mea perspicere
valeo. Sed & domno Regi, ac Episcopis regni
ejus, & quamplurimis, tam Ecclesiasticis quam
sæcularibus viris, hæc sunt nota quæ dico.
Post depositionem autem illius, obtinui ut u-
D nam Abbatiam valde bonam ei Domnus Rex
& Episcopi consentirent: & omnes nos illi si-
cut patri, de nostris impendiis serviremus:
quatenus qui in deliciis vitam semper duxerat,
non frangeretur, tantum ut seditiosus & mo-
lestus Ecclesiæ, cui præfuerat, esse non decer-
taret. Quod primum quidem acquievit, sed ut
dicunt qui hoc se scire testantur, quidam E-
piscoporum regni Lotharii zelo amaro contra
nos docti, quia illorum consiliis de Waldrada
non adquievimus, & etiam aliqui de Germa-
nia (ut quidam dicunt) ad Ludovici sui re-
E gis suasionem, quoniam cum eo non feci sicut
Rothadus, in fratris sui de regno expulsione,
persuaserunt eidem Rothado, ut non se a se-
ditione movenda cuncrederet: & ipsi apud vos
obtinerent, ut restitueretur. Nunc autem, si-
cut jussistis ad vestram præsentiam & disposi-
tionem illum perduci, apud Domnum nostrum
Regem filium vestrum obtinuimus, credentes
quia quod Domino inde placabilius erit, cordi
vestro inspirare dignabitur.

De quo, quia benignissima dignatio vestra
mihi servo vestro per Luidonem dignata est
scribere, ut juncto mihi integro collegio fra-
trum, secundum modum ibidem descriptum, vestra
Apostolica censura fretus, studerem illum pri-

stino redintegrate decenter officio. Sciat reverendissima & amantissime colenda dulcissima vestra paternitas, hoc me agere nequivisse, pro his qui continentur in subditis: videlicet quia cum litteris ad vestram aucturitatem deferendis idem Rorhadus, jam commissus erat eis, qui ad vestram præsentiam illum deducetent, & mihi non erat possibile integrum fratrum collegium convocare: quoniam, ut supra scripsi, a diœcesi nostra longius eram remotus, in filii vestri regis nostri servitio. Et quoniam sine illorum judicio, qui in ejus depositione fuerant, & quibus inde scripsistis, restitui regulatiter non valebat, & Episcopi aliarum provinciarum, per meam convocationem in multis occupati, congregari non poterant. Sed & Coepiscopi Remotsm provinciæ, ab ipsa Synodo, in qua epistolam sanctitatis vestræ audivimus, causa resistendi Normannis ad suas sedea festinare maturaverunt. Pauci etiam numero Episcopi, qui mecum in filii vestri regis nostri erant obsequio, cum eis benignitatis vestræ commendationem de Rothado relegi, responderunt non se scire talem vitam atque intelligentiam, taleque studium sacri ministerii in eo fuisse, ut in hoc se miscere auderent: præsertim cum is, qui antea aliquam reverentiam de dejectione sua habeat, & semper inobediens & sacris regulis & regiæ dignitati, & Metropolitano privilegio fuerat, nunc effrenatius ad multorum malum exemplum, & plurimorum benevolentium scandalum desævire, & negligentius ac perniciosius vivere, voluntatibus suis serviens, cum libertate debetet.

De eo autem quod benignitas animi vestri, pensans non belluinum, sed humanum hominis animum, scripsit dicens: Fortasse cognoscet delictum suum, & sua sponte in judicio, quo judicatus est, perseverare deliget. Quoc si fecerit, apud Regem Karolum, dilectissimsm videlicet filium vestrum agendum est, ut liberalitate sua eidem congrua beneficia, quibus sufficienter cum suis sustentari, ac honorifice degere possit, benigno mentis largiatur affectu: sciat dignatio vestra, non illum esse hujusmodi temperantiæ. Nam ab eo quod cœpit nunquam potuit revocari. Quæ etiam ego famulus vestræ dominationis, meditatus sum cum corde meo, & conferens cum fidelissimo filio vestro domno meo Rege glorioso, in hac causa providi, vestræ sapientissimæ auctoritati scribera dignum duxi: id est, quia licet fretus vestræ auctoritatis literis per Luidonem heæ exiguitati directis, quarum mentiunem fecistis in Epistola, quam filio vestro domno nostro regi misistis, quasque illi relegi, apud eum obtinere possem, ut missis suis, qui Rothadum ad vestram deducendum præsentiam susceperunt, mandaret, quatenus ab arripiendo Romam itinere expectarent, donec opportunum tempus Episcopos regionum nostrarum convocandi adveniret: quia non erat ratio, ut aliis notificaretur, cur Rothadi transmissio tardaretur, antequam Episcopis vestræ auctoritatis epistola legeretur: poterat fieri, ut qui me divina clementia & sua benignitate & amoris devotione colunt, & aliquid æstimant esse, cum nihil sim, cognoscentes meo obtentu id accidisse, in me scandalum paterentur, quasi contemni aut negligi facerem vestram comendationem, qui intra constitutos a vobis dies in

A epistula per Odonem Episcopum missa, ad obediendum vestram accelerari fecerim, quantum potui, jussiunem. Et si quando in unum convenirent Episcopi, qui sciunt, & me una cum eis scire norunt Rothadi negligentiam, & diutinam in sacro ministerio inutilitatem, de ejus restitutione alloqueter, omnes me exsufflarent, & amentem penitus judicarent: sic etiamsi Rothado, ut se concrederet (quod non suæ salutis intuitu faciet) beneficia nos imperratutos promitteremus: quoniam pene omnes in istis provinciis sciunt, quia secundum Carthaginenses & Africanos canones, & decreta beati Gregorii, electorum se commisit judicio: & amplius quam quingenti interfuerunt diversi [Margin: Conc. Afric. c. 63.88.89.94.]
B ordinis viri, videntes quando calix aureus cum gemmis a caupone & tabernaria per missum regis de illius pignore sumptus, ac delatus fuit in synodum, & scientes coronas argenteas a Judæo, cui illas dederat, resumptas, & facultatea Ecclesiasticas ab eo suppressas, & latenter commendatas, indeque receptas & Ecclesiæ redditas, & vascula argentea, quæ non pauci ponderis a longo tempore in Ecclesias pependerunt. Sed & alia quæ sui decessores, ac prædecessores, cæterique fideles pro remedio animæ suæ eidem Ecclesiæ obtulerunt, ab eo sine consensu Metropolitani ac Coepiscoporum, & sine Oeconomi, ac Presbyterorum & Diaconorum suæ Ecclesiæ assensu pro libitu suo donata. Cum etiam beatus Gregorius multotiens
C in Epistolis suis ex sacris canonibus scribat: quæcunque Episcopus post ordinationem Episcopatus adquisierit, omnia esse Ecclesiæ in qua extitit ordinatus. Unde constat, quia nec ipse sine œconomo & conscientia clericorum illa debeat dispensare. Sed & omnes urbis incolæ ac populi, qui cum rege ac Episcopis ad Synodum convenerunt, & ut revera ad spectaculum currentes, eum viderunt usque ad ostium synodi venientem, & inde ut maniaticum redeuntem, quique sciunt quantam benignitarem Regis & fratrum spernens, qualiter de certis capitulis, undi sacri canones expres-
D sa decreverunt judicia, judicatus, lacrymantibus Rege & Episcopis, durior saxo recesserit, putarent nos, qui eum secundum sacros canones, sicut eos intelleximus, judicavimus, & postea ut ipsi præcipiunt canones, per Coepiscopum nostrum, qui eidem judicio interfuit, prius judicium nostrum de eo referre, & nunc illum ipsum cum nostris litteris atque vicariis, sicut jussistis, ad Apostolicam sedem, quæ paternos canones servandos confirmat, & confirmatos ac observandos sua observatione demonstrat, dirigere procuravimus, de vestræ auctoritate justitia & æquitatis libramine dubitare:
E & ideo ut se concrederet locarium ei promittere, sicque nos ut insanus merito denotarent, cum etiam si fieri posset (quod ab illa prima & sancta sede ac summo Apostolatu vestro fiendum non creditur) ut talis a vobis cognitus, restitutus in ordine nomineretur, nulla de cætero nobis conscientia de sibi a vobis commissis animabus esset periculum. Et cum omnes in istis regionibus sciant, quam negligens & contemptor sacrorum canonum, & quamdiu, quamque patienter atque benigne fuerit toleratus, & a quam invitis, (quia se corrigere noluit, secundum sacras regulas, sicut eas intellaximus) fuerat judicatus, nullam habere possemus

verecundiam da eestitutiooe illius: si furet fa- A
cta a vestri summi Pontificatus potestate. Quia
omnes senes cum juniuribus scimus, nostras
Ecclasias subditas esse Rumanæ Ecclesiæ, & nos
Episcopos in primatu beati Petri subjectos esse
Romano Pontifici, & ob id salva fide, quæ
in illa Ecclesia semper vigult, & Domino co-
operanta florebie, nobis est vestræ Apostolicæ
auctoritati obediendum. Nobia quippe cum a-
Luc. 2. liis quibusqua scriptum est: quia Jesus erat sub-
ditus parentibus suis. Nobisqna item scriptum
Hebr. 13. est. Obedite præpositis vestris, & subjacete
Philip. 2. eis. Et nil per contentionem, nequa pee ina-
1. Cor. 11. nem gloriam. Ee si quis vult contentinsus es-
se, nos talem consuetndinam non habemus, B
neque Ecclesia Dei. Propterea locutus cum fi-
delissimo filio vestro, domno meo rege glorio-
so, illi replicavi, quod sæpe inculcavi, qnod-
que libentissime accepit, & adimplera cupit,
Ps. 23. quia ficnt Domini est terra & plenitudo ejus,
Ps. 21. orbis terrarum & universi qui habitant in eo:
Matth. 16. & ipsius est regnum, & cui voluerit dabit il-
Joann. 20. lud: ita ipse supra fundamantum Apostolicæ
petræ suam fundavit Ecclesiam, quam & an-
ta passiouem: & post resuerectionem suam spe-
ciali cura & singulari privilegio besto Patro,
& in illo suis commisie vicariis: cujus sedem,
suæque sedis Pontificem qui bonorat, illum
Joann. 13. honorat qui dixit: Qui accipit si quem mise-
ro, me accipit. Et ab ipso bnnorabitur dicen-
1. Reg. 2. te: Honnrantes me honorificabo, & qui contem-
nunt ma erune ignobiles. Idcirco quia multi C
sciunt, qualiter se Rothadi reclamatio habeat,
& quidam inde aliter, dicunt, & omnes ge-
neraliter scinnt, quoniam vestra auctoritas il-
lum cum nostris vicarus ad suum præcepit de-
stinari judicinm, dignnm & justum est, ut quem-
cumque Episcopum Romanus Pontifex ad se
Romam venire mandaverie, si infirmitas, vel
gravinr quemcumque necessitas vel impossibili-
tas (sicut sacri præfigune canones) cum non
detinuerit, ad illum venire studeat, multn ma-
gis etiam is, quem pro tali querela ad se quo-
cunqua modo clamantem præsentiæ suæ judi- D
eae exhibendum. Ee qnicunque viderit vel au-
diarie, quod Rex & Episcopi Apostolicæ sedis
summum Pontificem prompte obaudiunt, &
honorant, promptius & bumilius eis subjecti
sui nbedieut. Nam ut B. Gregorius dicit: Si-
cut languente capita subjecta membea in cas-
sum vigent: ita gloria & bonore coronato,
Id est honorificato ac decoratn capite, subjecta
membra ejus bonore atque decore fulgebunt.
Et Rothado in nullo potarae melius satisfieri,
quam si ad vestram pergaret præsentiam, &
ei tantorum subscriptinnibus Episcoporum, qui
Deo & vobis mentiri nolunt & allegationibus
tnt vicariorum eorundem Episcoporum fuerit, E
illum bonam causam nequaquam habere, osten-
sum. Quamobrem sibi ipsi, & non vobis repu-
tare debebit, quia sine bona causa se & mul-
tos alios fatigavit. Unde illum vastra discre-
tissima pietas, quæ compassionem proximo, &
eectitudinam debere vitiis novit, suis Aposto-
licis hteeis sufficientee præmonuit. Quique in-
i. socordias. cee alias * socordias tantæ duritiæ dignoscitur,
nt cum multotiens sine ullo respectu timnris vel a-
moris divini, absque ulla bumana verecundia, per
tot annos & in tantis causis, toties sacris ca-
oonibus, & decretis sanctæ sedis Romanæ Pon-
tificum, & suæ Metropolis privilegio, ac sy-

A nodalibus judiciis resultaverit, & per tantns
annos, atque a tanti pertoleratus a sua stul-
titia revocara contempserit, a Rege & Epis-
copis multipliciter obsecratus, io hoc adduci
non potuit, ut sacris cannnibus & decretis S.
Sedis Romanæ Pontificnm, & secundum ea suæ
Metropolis privilegio *da cætero se obediturum
subscriberet (quoniam sine hornm observatio-
ne nemo nostrum potest esse Episcopus) & sic
pace fraterna in omnibus poriretur. Postea au-
tem sua spoute in libello suæ professionis, per
quem ad electurum judicinm provocavie, hæc
se observasse impudenter, quia scientibus cun-
ctis mendaeitee, synodo misie, & sia ad judi-
cium provocavie, quæ se servaturum na judi-
B caretur, subscribera detrectavit. Quod ideo,
sicut postea nobis dixerunt, qui ab ipso au-
dierune, subscribere nnluit (quod & nos pee-
cepimus) ne vinceretur: sed si in nostra Rex
& Episcopi permaneremus sententia, Romam
iree antequam vinceretur, & quando illuc ve-
niret, bis per vestram jussionem, cum a vobia
foree nobis nnlentibus absolutus, subscriberet.
Non intelligens, lmo intelligere non valens
(excæcavit enim eum malitia sua) vestram
auctoritatem sapientissime intelligere, quare
Dominus de cælo alloquens Paulum & dicen-
ti: Quid me juber Domine facere? non omnia Actor. 9.
quæ agenda illi erant exposuit: sed ad Ana-
niam, a quo agenda auditurus & accepturus
erat, illum direxit. Sic & Augelus Cornelium Ibid. 10.
C postquam illum exanditum esse denunciavit,
ad Petri doctrinam atque obedientiam misit.
Quem licet anta Baptismum sancto, ut ita di-
camus spiritu baptizatum, Beatus Petrus ipsius
baptismate, qui baptizat in Spiritu sancto, & Ibid. 11.
in quo credentium corda fida purificautur,
baptizari præcepit. Unde facta quæstione con-
tra eum etiam a minoribus suis, tameo fideli-
bus, cur ad gentes intraverit, isdem Aposto-
lorum Princepa summorum gratiæ donorum re-
pletus & innumerabilium miraculorum potesta-
te fufultus, querelæ non ex potestate, sed
ex ratione respondit, causamque per ordinem
D ex mansuetudine exposuit, qua bumilitate præ-
fato Cornelio se adorare voleuti dixit: Vide Act. 10.
ne feceris. Nam & ego ipse homo sum, sicut
tu. Si enim in querela fidelium, ut Gregorius
dicit, aliquid de sua potestate diceret, profe-
cto doctor mausuetudinis non fuisset. Humili
ergo eos ratione placavit, atque in causa re-
prehensionis suæ humiliter rationem reddidit,
& etiam testes adhibuit, dicens: Venerunt au-
tem mecum & sex fratres isti. Cujus humi- Ibid. 11.
lem auctoritatem, & mansuetissimam potesta-
tem, & rectissimam prædicationem dicentis:
Non dominantes in clero, sed formosi facti
E gregi, secutus B. Gelasius in decretis suis ad 1. Pet. 5. Gel. ep. 9.
omnes Episcopos, de institutis Ecclesiasticis
dicit: Cumque nobis contra salutarium reve-
rentiam regularum cupiamus temere nihil fi-
cere: & cum Sedes Apostolica * super his om-
nibus, favente Domino, quæ paternis canoni- ut superior.
bus sunt præfixa, pio, devotoque studeat te-
nere proposito, satis indignum est, quemquam
vel Pontificum, vel ordinum subsequentium,
hanc observantiam refutare, quam B. Petri se-
dem, & sequi videat & docere: satisque con-
veniens sit ut corpus * Ecclesiæ in hac sibi- or. addit. to-
met observatione concordet, quam illi vigere tum.
conspiciet, ubi Dominus Ecclesiæ totius posuit Gal. 2.

m . .

principatum.) De Barnaba quoque & Saulo dicitur veraciter, Paulus Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Jesum Christum & Dominum patrem. Qui postquam diutius fruiti sunt Apostolorum consortio, non ipsis Apostolis, sed juxta fidem sacræ historiæ. *Act. 13.* Ministrantibus Domino Prophetis & Doctoribus, qui erat Antiochiæ, dixit Spiritus sanctus: separate mihi Barnabam & Saulum in opus ministerii, ad quod assumpsi eos. Tunc jejunantes & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi a Spiritu sancto abierunt vocati Apostoli, & in sequenti anno, id est XIV. post passionem Domini, licet qui operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus sit & Paulo inter gentes, tamen juxta condictum Jacobi, Cephæ, & Joannis, gentium magisterium una cum Barnaba Paulus accepit. Idem quoque Paulus apud Corinthios negligentibus rectoribus de incestuoso scripsit: *1. Cor. 5.* Congregatis vobis, & meo spiritu, traditum hujusmodi interitum carnis, Sathanæ, ut spiritus salvus sit in die Domini. Ipsi enim Corinthiorum rectores illum tradiderunt in interitum carnis Sathanæ, & Paulus cognito ejus opere, sua auctoritate cum illis: & comperta ejus pœnitentia, ipsi eum restituerunt, & Paulus sua auctoritate cum illis: *2. Cor. 2.* Cui inquiens, aliquid donastis, & ego. Nam & ego si quid donavi propter vos in persona Christi. Hinc beatus Gregorius. *Gregor. lib. 33 Moral. cap. 8. al. 11.* A bono, inquit, vestro non dissentio. Meum sit quod ipsi fecistis. Cui velut si dicere præsumamus, quare ita caute discipulis te copulas? quare vel te illorum, vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas? ut non circumveniamur, inquit, a Sathana: non enim ignoramus cogitationes ejus: id est, ne hoc quod bene mens inchoat ipse in malitiæ finem vertat. Et Innocentius: *Innocent. epist. 27. ad Episc. Maced.* Hæc ad Corinthios Apostolica est declarata benignitas, ut in uno spiritu ductam ac seductam sententiam boni semper indifferenter sequantur. Et Leo ex Apostolo: *Leo epist. 84. cap. 11.* Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius, & unusquisque proximo suo placeat in bono ad ædificationem. Non enim poterit unitatis nostræ firma esse compago, nisi nos ad inseparabilem soliditatem vinculum caritatis adstrinxerit. *1. Cor. 10. Rom. 15. 1. Cor. 12.* Quoniam sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Connexio totius corporis unam sanitatem, unam pulchritudinem facit. Et hæc quidem connexio totius corporis unanimitatem requirit: sed præcipue exigit concordiam Sacerdotum. Quibus cum ordo est generalis, non tamen communis est dignitas omnibus.) Hæc autem, servata altiori intelligentia, circa supra dictos sunt acta, & a prædictis docta, ut cognoscatur, qualiter minores potioribus debeant obedire, & potiores minoribus providere, & ordo a Deo dispositus ab omnibus, & in omnibus valeat conservari. Unde summus Ecclesiæ Pastor docet: *1. Pet. 4.* Si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus, ut in omnibus honorificetur Deus, *Matth. 25.* qui servis suis commisit negotia sua, & unicuique secundum propriam virtutem: sicut & de Spiritu sancto scriptum est, quod dona dividit singulis prout vult: Et hinc juxta Sardicense Concilium summus primæ & sanctæ sedis Romanæ Pontifex, *1. Cor. 12. Conc. Sard. cap. 7.* pro examinis renovatione ad se reclamantis & confugientis cum sua clamatione dejecti provincialis Episcopi, non statim singularitate privilegii, & auctoritatis suæ restituit: sed remittens eum ad provinciam, ubi causa patrata fuerat, & in qua juxta Carthagineos canones, & jura legis Romanæ, *Conc. Carth. seu Afric. ubi supra.* causa potest diligenter inquiri, & quod non sit difficile testes producere, veritas inveniri: aut finitimis Episcopis dignatur scribere: aut e latere suo mittit, qui habentes ejus auctoritatem præsentes cum Episcopis judicent, & diligenter causam inquisitam diffiniant: aut dignatur credere Episcopos sufficere, ut negotio terminum possint imponere. Et Innocentius: *Innocen. I. ep. 2. c. 3.* Si quæ causæ vel contentiones inter clericos tam superioris ordinis, quam etiam inferioris fuerint exortæ, congregatis secundum Synodum Nicænam ejusdem Provinciæ Episcopis jurgium præcipit terminari. *Syn. Nic. c. 5.* Et Bonifacius de Maximo scribit, *Bonif. ep. 2.* ut ad Provinciam venire cogatur, & illic se constituto præsentare judicio, & quicquid de illo duxerint Provinciæ Episcopi decernendum, cum ad eum relatum foret, sua firmaretur auctoritate: quatenus, ut idem ad Hilarium scribit, *Idem. ep. 3. can. 6.* Metropolitani, sui unaquæque Provincia in omnibus rebus ordinationem semper expectet, sicut scriptum est in Nicæno Concilio, ut sicut apud Alexandriam, quia & urbis Romæ Episcopo parilis mos est. Similiter & apud Antiochiam, cæterasque Provincias, suis privilegia serventur Ecclesiis.) Unde bene placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno *Ibid. 5.* concilia celebrari, ut communiter omnibus simul Episcopis congregatis Provinciæ, discutiantur hujusmodi quæstiones.) Et hæc dico, non, quod absit, præjudicans summæ Sedis Apostolicæ, & sancti Apostolatus vestri in aliquo potestatem, cui in omnibus sum, sicut rectum est, obedire paratus. Sed quia summæ auctoritati vestræ obsequium præstare me puto, cum ea quæ sentio, aut ad probationem, aut ad correctionem humiliter sapientiæ vestri magisterii pando, & Rothadi mores vobis intimare procuro, ne mea negligentia, qui eos novi, vos lateant, quatenus certius quod vobis placuerit de illo vera auctoritas decernere valeat. Quem si nunc in dispositione judicium vestrum manere decreverit, scimus de benignitate & modestia ac pietate filii vestri domni nostri Karoli, quoniam quicquid de illo præfato filio vestro præceptis, & rationabiliter poterit adimplere, sine ulla retractatione obediet. Sed & Coepiscopi nostri de Ecclesiarum suarum stipendiis abundantissime illi impendent. Mea etiam exiguitas, sicut nunquam ad retributionem mali propter contemptus & contumelias ab illo mihi illatas pervenire volui; ita quicquid benignitatis potero, libentissime abundantius etiam, quam unquam fecerim, impendere procurabo. Si vero sine ulla satisfactione tam diutini contemptus sacrorum canonum, & Sedis Apostolicæ decretorum, ac suæ Metropolis privilegii, atque synodalium judiciorum, quibus nec obedire, nec se obediturum de cætero profiteri vel subscribere voluit, & absque professione, vel subscriptione suæ correctionis & obedientiæ, coram fratribus suis, quorum multotiens regularia spreverat mo-

nita, cum inde pluraliter in Leonis & Gregorii epistolis relegatur. Si etiam, ut illa prætereamus, quæ ob sacerdotii verecundiam & opprobrium secularium, sequentes Africanum Concilium, nec ad nominationem in Synodum deduci permisimus, parvipensis, & sine aliqua correctione dimissis eis capitulis, auctoritati vestræ sub fidei adstipulatione directis, pro quibus fuerat judicatus ab Episcopis, ad quorum judicium provocaverat, secundum expressa sacrorum canonum & Apostolicæ sedis decreta,
Celest. epist. 3. Cælestino dicente: Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu licentia populis permissa frangatur?) Mox vestræ potestati placuerit illum restituere, ut primæ sedis & matris ac magistræ omnium Ecclesiarum Pontificis, cunctorumque Episcoporum Patris atque magistri regulare judicium ferre convenit, æquo animo feram. Credo tamen diligentissimam discretionem vestram provisuram contemptum ac contumaciam subjectorum erga Prælatos suos, & libertatem impune delinquendi contra canones sacros, quæ hinc in nostris regionibus poterunt, ut quibusdam videtur, noxias vires accipere: præsertim cum sapientissimæ auctoritati vestræ constet esse notissimum, demonstrare Sardicense Concilium in septimo suo capitulo: qualiter dejecti & ad se clamantis Episcopi restitutionis, vel in depositione permansionis executio, cum indemnitate simpliciter judicantium ab Apostolica sede debeat
Innoc. Bonif. & Leo ubi supra. celebrari. Quod & Innocentius, ac Bonifacius, verum Leo in decretis, & Gregorius evidentius in epistolis suis demonstrant, Carthagi-
Conc. Cart. 3. can. 10. nensis Concilii, imo Apostolicæ Sedis, quæ in suis eidem præsedit vicariis decreta sequentes: videlicet a quibuscunque judicibus Ecclesiasticis ad alios judices Ecclesiasticos, ubi est major auctoritas, fuerit provocatum, non eis obsit, quorum fuerit soluta sententia, si convinci non potuerint, vel inimico animo judicasse vel aliqua cupiditate aut gratia depravati.) Unde nobis & conscientia testimonium perbibet, & omnibus qui interfuerunt notum factum fuisse dinoscitur, quoniam illum servare quam judicare maluimus, si pro sacrorum canonum neglectu eorum judicio, per quos Spiritu sancto inspirante promulgati sunt, cum eo quem corrigere nequibamus, damnari pariter non timeremus. Et idcirco nullo inimico animo, nulla cupiditate aut gratia depsavati, flentes illius incorrigibilem socordiam, & irrevocabilem pertinaciam, regularia in eum judicia executi sumus, quæ ab eo suspendere diutius non præsumpsimus. Vestra etiam & summa auctoritas in decernendo attendet Apostolum docentem, quia quorundam peccata
I. Tim. 5. præcedentia sunt ad judicium, quorundam etiam & subsequuntur. Quæ, sicut B. exponit
Ambr. l. 1. de Apologia David cap. 6. Ambrosius, ac si posita in bilance, in judicio sunt examinanda, utrum bona opera amplius pensando remuneranda præcedant, & male facta minima misericorditer dimittenda demonstrent: an male facta amplius pensando præcedant, ut mereantur damnationis judicium, & bona paucula suffocent. Quia & nos pro modulo nostro non solum inutilitatem, verum & noxietatem & Rotbado cum factis suis pensavimus, & velut ficulneam infructuosam, terram rationalem diutius inutiliter occupantem, & etiam post plura tempora, pluresque admonitiones, quasi cophinos pinguedinis sibi appositos non recipientem, sed sterilem permanentem, non sine dolore cordis succidendum providimus. Et cum hæc ita se habeant, absque dubitatione confido, quia illud, quod in præfato Carthaginiensis Concilii capitulo sine
Conc. 3. Cart. can. 10. & Afric. can. 39. ulla interpolatione subsequitur, decretum vestri moderaminis nequaquam præteriet: Sane, inquit, si ex consensu partium electi fuerint judices, etiam a pauciore numero, quam constitutum est, non liceat provocari. Qui numerus constitutus in XII. superiori capitulo demonstratus, & consensus partium expetitus, in dijudicatione Rothadi constat fuisse completus. Quorum & si judicium pro quacunque causa forte rationabiliore, & adhuc nobis incognita, vestræ summæ auctoritati, quam multa nobis occulta non transeunt, placuerit refragari, quia meum est mea vobis obediendo committere, & non judicia vestra discutere, sustinebo, & contra vestram regularem restitutionem, si forte in eo agenda visa fuerit (in qua vestra disponet auctoritas, qualiter idem victor, ut solet, & uti compos quæ sunt Episcopi de reliquo faciat) non recalcitrabo, ducens pro magno, si a diutinis & multis molestiis, quas ab illo & pro illo passus sum, jam tandem aliquando valeam respirare: & nunquam mihi contingat ulterius contra illius inquietudines inutiliter laborare. Et quod non solum ab Ecclesiasticis personis, verum & multo magis etiam a sæcularibus nostra judicia contemnuntur, & pro nihilo ducuntur: dicentibus eis, & ad medium devocantibus illa, quæ mihi vestræ auctoritati non sunt adscribenda, ut non animum dulcedinis vestræ in aliquo moveam, quod summopere cavere desidero. Si qui in Provincia nostra, quorum querela, illo restituto, ad vos valeat pervenire, majoribus causis de cætero quædam commiserint, sicut de quibusdam rebus frequentius in istis, quam retroactis temporibus committuntur, ne a Deo damner silentio, eos commonere studebo, & si corrigere se voluerint congaudebo. Sin autem, ad vestrum eos judicium provocabo. Qui si ire voluerint, vestra sancta sapientia quid inde melius viderit, decernere procurabit. Si autem ire noluerint, faciens quod sibi utile judicaverint. Me utinam hinc a di-
Ambr. vina damnatione sententia sancti Ambrosii liberet, qua dicit: Si, inquiens, quia potestatem non habet, quam scit reum abjicere, aut probare non valet, immunis est. Sicque ne puto, quia in multis occupatus, & itineris longitudine atque in soliditate obstrictus de omnibus, antequam insolentium querela ad vos perveniat, ad Apostolicam sedem referre non valeo, infirmitate gravatus, &, gratias Deo, termino jam vicinus, potero præcavere, ne a quocunque sanctitatis vestræ animus erga me moveatur, ut aliqua mihi excommunicatio in-
2. Cor. 5. tentetur. Et licet noverim secundum Apostoli Evangelium, redditurum Dominum unicuique secundum opera ejus, testimonium reddente illis conscientia, & inter se invicem cogita-
Rom. 2. tionum accusantium, aut etiam defendentium in die qua judicabit occulta hominum: & ut Leo dicit: Si quid per servitutem nostram, videlicet sacerdotalem, bono ordine & gratulando impletur affectu, non ambigamus per

Spiritum sanctum nobis fuisse donatum: & quod secus fuerit, ratum esse non poterit: modis omnibus quantum ipse donaverit, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, providere studebo, ne a communione Sedis Apostolicæ, quod absit, quolibet modo extorrem me ultimus dies, qui mihi incertus est, & subito venire potest, inveniat. *Jac. 1.* Erit enim, quamvis tardius quam necesse sit, quoniam ego gravis peccator, gravi carcere corporis diu inclusus teneor, merito in multis afflictus, providentissimo Domino providente, & tempus, & persona in Remorum Ecclesia, quando, & in qua ab Apostolica auctoritate privilegium integratum sibi ex antiqua consuetudine collatum & conservatum habebitur: quæ nunquam, excepto Romano Pontifice, primatem habuit, nisi quamdiu ejecto sine ullo crimine ab ea suo Pontifice, violentia tyranni Milonis, tempore Karoli principis pastore vacans, Bonifacio Apostolicæ sedis legato, aliquamdiu, sicut & Ecclesia Treverensis, commissa fuit. Inter quas, Remensem scilicet & Treverensem Ecclesiam (has enim duas tantum provincias Belgica regio habet) hæc semper distinctio fuit, sicut in Ecclesiasticis monumentis invenimus, & vetustissimam consuetudinem semper obtinuisse comperimus, ut isdem Episcopus non loci sed dignitate ordinis prior secundum sacras regulas haberetur, qui foret in qualibet istarum Ecclesiarum metropoli antea ordinatus. Mihi vero necesse erit, me taliter gerere, ne totiens auctoritatis vestræ epistolas excommunicationes intentantes & objurgationes, quas raro & magna necessitate fiendas in Apostolorum virorum literis legimus, ferentes de reliquo accipiam, sicut istis temporibus, peccatis meis merentibus frequenter accepi. Quod si sanctitati vestræ placuerit, non vobis opus agere in postmodum erit, donec Apostolica vestra jussio me inobedientem in aliquo contra regulas sacras per contemptum, quod absit, invenerit. Qui enim quare Dominus in Evangelio Centurionis fidem, dicentis: Dic verbo & sanabitur puer meus. * intelligit, quam operatorium sit Episcopi, imo sicut in Paulo in se loquentis Christi, quanto magis Pontificis Apostolicæ sedis verbum, & quam obediendum sit ipsius præceptio, etiam sine ulla adjurationis adjectione, cognoscit. Quod & scientibus inculcare, & nescientibus intimare, sapientibus & insipientibus debitores debemus Episcopi. Quibus si de reliquo verba iniquorum prævaluerint adversum nos, sicut jactitant proferentes, non erit necesse de provincialibus synodis, in quibus hactenus laboravimus, magnopere laborare: quippe quoniam erit & lex, & spes sibi quisque. Quod quidem vestra humilitati nostræ scripsit sublimitas, primo vos commotos esse ad Rothadi causam inquirendam, cura, qua pro universis fratribus vestris constringimini, cum debita reverentia gratanter accepi: intelligens quia in numero fratrum nos qualescunque Metropolitani computari debemus. Ea propter sicut vestræ discretioni providendum est, ne subjecti Episcopi a Metropolitanis irregulariter condemnentur: ita nihilominus providendum est, ut Metropolitani a subjectis Episcopis non irregulariter contemnantur. Deinde quod perspectissime scripsistis secundo, quoniam sedem Apostolicam Rothadus noscitur appellasse, & ne videamini Ecclesiæ vestræ privilegiorum detrimenta diebus vestris æquanimiter tolerare: & hoc nihilominus a nobis, & ab omnibus est rectissime suscipiendum, & solertissime conservandum. Quod & ego pro modulo meo servandum esse volui, & volo, & favente Domino in hac devotione manebo, sciens privilegium Metropolitanæ sedis Remorum, (cui me divina dignatio servire disposuit) in summo privilegio S. sedis Romanæ manere, & privilegium esse sedis Romanæ, si sua auctoritate privilegium sibi subjectæ sedis fecerit vigere, & studuerit confirmare. De eo vero quod tertio loco ad mediam devocastis, scribere aliud nihil præsumpsi, nisi quia causa Rothadi a causis illorum, de quibus scripsistis, est pene in cunctis dissimilis. De eo quod tandem Apostolica vestra benignitas indignitati meæ scribere est dignata, ut hæc vobiscum cogitem, & quod de Rothado decrevistis approbem, & non ad mei injuriam id vos egisse aliquantulum autumem, quantum valeo totis medullis cordis, cum omni supplicatione & debita ac submissa humilitate immensas gratiarum actiones sancto Apostolatui vestro rependo, cum omni sinceritate animi rescribens, quia sicut mihi scribere dignati estis, ita per omnia credo. Et quia privilegium vestri summi Pontificatus, ut condecet, & omnes desideramus, evindicatum habetis, quod nemo nostrum contradixerat in deductione Rothadi, sicuti præcepistis ad vestram præsentiam: ut perdonare dignati estis, videre desidero, & visurum me esse confido: quia non aliud, nisi ut supra monstravi, quod regulæ sacræ præcipiunt, & mihi petendum, & vobis concedendum est, postulo: videlicet, ut sic Rothado ab auctoritate vestra compassio exhibeatur, ut vigor Ecclesiasticus non dissolvatur, & sic vigor Ecclesiasticus conservetur, ut debita misericordia & necessaria sufficientia ei non denegetur: *Proverb. 22.* quatenus nec ipsius exemplo ad excedendum alii provocentur: ne quibus in istis regionibus longius ab Apostolica sede remotis censuræ Ecclesiasticæ moderatio est commissa, hinc, quod absit, conspiciant, unde aut negligentia, aut dissolutione tepescant, vel terminos, quos statuerunt patres, transgrediendi materiam se sumere posse dicant: quos sicut intelleximus, nos hactenus servasse putamus. Vos videbitis quid inde facto melius erit, & nobis in judicio vestro videndum est, quid Deus velit: *Matth. 16.* quoniam injusta esse non poterunt divina judicia, quia a soliditate confessionis Apostolicæ petræ, adversus quam inferi portæ, id est, suggestiones vel operationes pravæ non prævalebunt, dictante justitia proferentur. Epistolam quam mihi authoritas vestra, cum obtestatione præcepit Rothado dirigere, domnus noster Rex filius vester, mox ut ad eum venit, per Abbatem suum Rothado direxit.

Rodulfus quoque, ejusdem filii vestri domni nostri Regis avunculus, III. Idus nunc elapsi mensis Decembris ab Ludovico Germaniæ Rege revertens, cum valde vesperi a corte Regis nostri ad mansiones nostras super fluvium Ligerim, secus confinium regni Aquitaniæ festinaremus, misit ad me hominem suum, nomine Rodulfum, mandans quia præfatus Rex Ludovicus quemdam hominem Rothadi, cum

Matth. 8. — * Sub. laudaverit vel quid simile.

1. Cor. 13.

A epistolis vestræ sanctitatis, manui & fidei suæ commisit; quatenus ita ad præsentiam domni nostri Regis Karoli cum eisdem Episcopis eum perduceret, ut nullum malum ei inferret. Est enim apud domnum nostrum Regem idem homo accusatus, quod furatus sit res, & thesaurum Ecclesiæ, & post perjurium inde commissum, fuga lapsus, ad Ludovicum Regem perrexerit. Unde idem Rodulfus petiit, ut ego illum inde apud domnum nostrum Regem adjuvarem: ut quoniam prædictum hominem in sua fide acceperat, nullum malum haberet. Cui respondi, ut teneret ipsum hominem secum, ne interim ullum malum pateretur, donec ad eorum redirem, & quantum possem inde illum adjuvare curarem. Ipsum autem hominem nec tunc, nec postea vidi, nec quo abscesseris cum B epistolis, audivi. Quæ idcirco sanctitati vestræ scribere studui, ut si aliquis malivolorum nostrorum, more suo, vobis quicquam sinistri ex hoc suggerere voluerit, quid inde verum sit cognoscatis, & erga me vestrum animum non moveatis.

Rationem denique quam reddidi coram electis judicibus, de quibus per libellum provocationis ad electorum judicium fueram a Rothado impetitus, ipsi venerabiles Episcopi vestræ auctoritati trasmittunt. De gestis vero a Rothado post excommunicationem suam in provinciali synodo compilatis, quæ per vicinos nostros ad vos in derogationem nostram pervenisse audivimus, Episcopi Remorum provin- C ciæ per communes Legatos nostros vestræ sanctitati, quæ sciunt, intimare curarunt.) Item post aliquanta de promotione ipsius domni Hincmari ad Episcopatum, quæ jam superius partim prænotata non curavimus hic iteranda.) Denique præfato Ebone defuncto, Ecclesia, sed & parochia nostra, secundum consuetudinem quam ex antiquo habuit (etiam de his, quæ in Episcopatu usque ad obitum in eadem Ecclesia non permanserunt) ipsius nomen inter sacrosancta mysteria in Episcoporum catalogo recitari pietatis gratia cœpit, & hactenus facit. Quod ego ne scandalizarem devotos, quasi invidens saluti fraternæ, maxime autem quiescentis in Domino animæ, qui non pro D exorbitatione a Catholicæ fidei sanitate anathematizatus, sed sua conscientia stimulante, primum a seipso, & postea a synodo, sed & Apostolica sede damnatus extitit; hoc prohibere sine Apostolicæ sedis auctoritate nequaquam præsumpsi, dicente beato Cælestino Papa. Quia nefas est hæc pati religiosas animas, quarum afflictione (quia membra nostra sunt) nos quoque convenit macerari. Nunc autem in epistolis sanctitatis vestræ, quas Engalvvinus diaconus nobis attulit, invenimus, ut Teotgaudium & Guntarium in catalogo Episco- E porum non recipiamus. Et Antiochanum Concilium: * ut præmisimus, & melius ipsi scitis, de eo qui post damnationem juxta præcedentem consuetudinem, Episcopale præsumit ministerium (quod Ebonem fecisse non dubium est) rescribere mihi dignetur Apostolica vestra auctoritas, utrum eundem Ebonem inter Episcopos in sacris dypthicis in Ecclesia nostra nominare permittam, an, ne de cætero in Episcoporum catalogo nominetur prohibere debeam: quatenus vestra auctoritate fultus, quid in nostra Ecclesia inde sit observandum sine ambiguitate, decernentibus vobis demonstrem.

Cælest. ep. 1. cap. 13.

Conc. Antioc. I. can. 4.

subaudi statuit aut præcipit.

CAPUT XIV.

De quodam Gothescalco schismatico.

CÆterum Luido mihi dixit, quod cum eo rationem de damnatione & reclusione Gothescalci habuissetis. Unde quoniam per alios jam audieram, ad sanctitatem vestram verba venisse, mihi auctoritati vestræ quædam ex verbis & Catholicorum sensibus in rotula, qualiter contra ipsius pestiferi hominis sensum sentiam, per Odonem Episcopum, & nihil inde responsionis accipere merui. De quo nihilominus ut redderem rationem, quidam Episcopi, quorum nihil de illo intererat (quoniam nec eos, ut ipsi manifestis indiciis prodiderunt, ad hoc caritas commovebat, nec auctoritas deducebat) me ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari synodum voluistis, sicut intelligo, irregulariter quarto die antequam congregaretur, cum eo longius quam lxxx. & idem Gothescalcus plusquam centum millibus ab ipsa civitate disparati essemus, nihil me inde ante præmonitum per quemdam laicum hominem litteris vocaverunt. Et nunc ideo breviter de eo sanctitati vestræ suggero, quoniam antequam ad Episcopatus ordinem pervenirem, sicut Abbas suus & Monachi, inter quos fuerat conversatus, ei testimonium perhibent, in Metropolis Ecclesiæ Remorum monasterio, in Suessonica parochia, quod * Orbacis dicitur, habitu monachus, mente ferinus, quietis impatiens, & vocum novitate delectans, ac inter suos mobilitate noxia singularis, de omnibus quæ in his regionibus perverse tunc temporis sensa cognoverat, quædam sibi elegit capitula, ut novitate vocum innotescei valeret, utque simplicium & devotorum sensus pervertere, & magistri sibi nomen usurpando, post se discipulos trahere, illisque qui ad sua vota, auribus prurientes, magistros sibi coacervare decertant, quærere indebite, (quoniam legitime non poterat) simulatione vitæ religiosæ & doctrina præesse. Quisque a Remorum Chorepiscopo, qui tunc erat, contra regulas Presbyter ordinatus, a Monasterio irregulariter existens, peragratis regionibus plurimis, & exitiosa semina sator pessimus seminans, tandem in Moguntina civitate habita synodo, Rabano Archiepiscopo libellum sui erroris porrigens, damnatus ab omnibus Germaniæ Episcopis, cum litteris synodalibus ad Metropolim Remorum (cui jam auctore Domino præeram) est remissus. Postea autem a Belgicæ Remorum, ac Galliarum provinciarum Episcopis auditus, & inventus hæreticus, quia resipiscere a sua pravitate non voluit, ne aliis noceret, qui sibi prodesse nolebat, judicio præfatarum provinciarum Episcoporum, in nostra parochia (quoniam Rothadus, de cujus parochia erat, illi nesciebat resistere) & novitates amans timebatur a nobis ne disceret prava sentire, qui noluit recta discere docere; neve idem Gothescalcus cum aliis communem vitam ducens errori suo faceret esse communes, monasteriali custodiæ mancipatus est, docente Apostolo; Hæreticum hominem post primam & secundam correptionem devita, sciens subversum esse hujusmodi, & proprio judicio condemnatum. Qui, ut Leo Papa de Eutyche dicit, cum videret

an. Domini 863.

s. i. Orbacus

2. Tim. 4.

Syn. Mogunt. an. 848.

Tit. 3.

Leo epist. 3.

deret insipientiæ suæ sensum Catholicis auribus displicere, revocare se a sua opinione debuerat, nec its Ecclesiæ præsules commovere, ut damnationis sententiam mereretur excipere. Quam utique si in suo sensu voluerit permanere, nullus poterit relaxare. A qua damnatione si voluisset ad sensum Catholicum resipiscere, paratus semper fui & sum (quoniam sic venerabiles judicaverunt Episcopi) eum in Catholicæ Ecclesiæ communionem recipere, sicut ei jubeo quæ sunt corpori necessaria ministrare. Si autem vestra Catholica sapientia vult scire, quæ contra Catholicam fidem ex veteri hæresi Prædestinatiana (quæ primum in Africa, postea in Gallis per idem tempus, quando & Nestoriana hæresis, est exorta, & tempore Cælestini Papæ ipsius auctoritate, & Instantia sancti Prosperi est revicta) dicere videtur, de multis pauca vobis numero, sed non pondere capitulatim significamus.

Dicit, quod & veteres Prædestinatiani dixerunt, quoniam sicut Deus quosdam ad vitam æternam, ita quosdam prædestinavit ad mortem æternam. Dicit, quod & veteres Prædestinatiani dixerunt, quoniam non vult Deus omnes homines salvos fieri, sed tantum eos qui salvantur: omnes autem salvari quosque ipse salvare voluerit, ac per hoc quicunque non salvantur, penitus non esse voluntatis illius, ut salventur: quoniam si non omnes salvantur, quos vult Deus salvos fieri, non omnia quæcunque voluit fecit, & si vult quod non potest, non omnipotens, sed infirmus est. Est autem omnipotens: qui fecit quæcunque voluit, dicente scriptura. Omnia quæcunque voluit Dominus
Psal. 134. fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Et item. In voluntate tua Domi-
Esther 13. ne cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati: si decreveris salvare nos, continuo liberabimur. Dicit, quod & veteres Prædestinatiani dixerunt, quod non pro totius mundi redemptione, id est pro omnium hominum salute & redemptione Dominus & Salvator noster Jesus Christus sit crucifixus & mortuus, sed tantum pro his qui salvantur. Dicit quoquo modo dispari traditione, sed pari errore, quod & veteres Prædestinatiani dixerunt, exponens sententiam Apostoli Petri: Eum qui emit eos, Dominum negantes, Ba-
2. *Petr.* 2. ptismi, inquit, sacramento eos emit, non tamen pro eis crucem subiit, neque mortem pertulit, neque sanguinem fudit. Quod autem baptismi perceptio redemptio nuncupatur, Doctor gentium manifeste fatetur: Nolite con-
Ephes. 4. tristare, inquit, Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis in die redemptionis. At illa quæ propria & specialis est solorum omnium electorum, quam eis tantummodo crucifixus impersivit pius redemptor ipsorum, sicut a præteritis, ita nimirum & a præsentibus natos, & nascituros, vivos & mortuos, videlicet omnes pariter electos redemit, eruit, abluitque peccatis. Ipsi prorsus, ipsi sunt mundus, pro quo passus est Dominus, ut ipse dixit: Panis quem
Joan. 6. ego dedero, caro mea est pro mundi vita. Et item alibi idem Gothescalcus scripsit: Absit procul a me, ut vel illud solummodo velim somniare, nedum semel susurrare, ut ullum eorum perpetualiter secum periturum antiquus rapere valeat anguis, pro quibus redimendis tam pretioso Deo patri Domini Dei nostri filii sui, fusus est sanguis. Amen. Et item loquens ad Deum: Claret itaque satis aperte, quod nullus tibi perit, quisquis redemptus est per sanguinem crucis tuæ.

Quod Prædestinatiani veteres non dixerunt, iste ut audacius, ita & perniciosius dicit, deitatem sanctæ Trinitatis trinam esse. Sunt & alia, quæ ipse & alii plures in istis partibus dicunt, quæ nobis sanæ fidei adversari videntur: quæ dum per alium quam per utilitatem meæ personæ auctoritas vestra cognoverit, forte attendet solertius, & quæ inde tenenda sunt docere studebit quantocius. Erit enim in proximo inde necessitas: quia etsi eorum corda in insania perversi sensus ebulliunt, orthodoxi tamen Regis nostri tempore, prava, quæ sentiunt, eloqui non præsumunt. Ita ut aperte videamus impleri, quod scriptum est: Congregans sicut in * utre aquas *Psal.* 32. ms. utrem
maris. Aqua enim maris sicut in utre congregata est: quia amara hæreticorum scientia quicquid hodie in isto regno filii vestri domni Karoli pravum sentit, in pectore comprimit, & aperte dicere non præsumit. Meam quoque exiguitatem & occulte canino dente corrodunt. Facile autem, adjuvante Domino, portare valebo: quia & mihi paucum superest temporis spatium, & inter filios Ecclesiæ, permittente Deo, in me acceperint potestatem corporaliter infligendi, divina gratia adjuvante, exercebunt patientiam. Sed etsi tantummodo male sentiendo adversabuntur, exercebunt quantulamcumque scientiam: & ut *Matth.* 5.
etiam inimici secundum præceptum Domini diligantur, exercebunt benevolentiam. Præfatum autem Gothescalcum, si vestra authoritas mihi scripserit, ut eum a custodia solvam, & aut ad vos eundi, ut per vos ejus doctrinam experiamini: aut ad quemcunque ex nomine designatum pergendi licentiam donem (quia ut melius ipsi scitis) sicut absolute quisque regulariter ordinari non valet: ita nisi ex ipsius consensu, cujus esse dinoscitur, certæ personæ commendandus, & ad certum locum Monachus, vel quisque sub regula constiturus, a loco suo absolvi juxta regulas sacras non valet, vestris jussionibus nullo modo resultabo. Tantum ut auctoritatem vestram habeam, ne tantorum Episcoporum judicium mea præsumptione parvipendere videar. Non enim illius delector, quam juste sustinet pertinaciter contumax, quantulacunque reclusionis molestia: sed doleo a qua revocari non potest perfidiam. Quem si cuicunque commendandum vestra auctoritas viderit, hoc in commendatione etiam providebit ut cui commendabitur catholicus sit, & gravitatem Ecclesiasticam, & vigorem, ac scripturarum scientiam habeat: quia non solum scripturas ad suum sensum violenter inflexas, sed & Catholicorum dicta detruncata per totum diem sine respiratione aliqua prævalet memoriter decantare, Unde non solum idiotas in admirationem sui abducere, verum & sciolos & incautos atque zelum *Rom.* 10.
Dei, sed non secundum scientiam habentes, in sententiam suam solitus erat traducere. Et non solum doctorum suorum doctor videri appetit, sed & hoc solerter satis intendit, ut secum loquentes vel in sermone capere valeat. Et si de veritate non poterit, invincibiliter sacramentis affirmare curabit, ea secum loquentes dixisse, quæ forte non dixerant: ut ipse verax, & ei qui illi contradicunt probentur esse mendaces, & adversus suam doctrinam docentes.

CAPUT XV.

De libris, quos idem Præsul Hincmarus composuit.

SCripsit etiam præfato Papæ Nicolao fidei suæ depromendo tenorem, & suam contra prænotati Gothescalci errorem, quam fidei Catholicæ dependere satagebat, defensionem. Scripsit præterea multa. Librum quoque collectum ex orthodoxorum dictis patrum ad filios Ecclesiæ suæ, quod divinæ Trinitatis deitas trina non sit dicenda, cum sit ipsius summæ Trinitatis unitas, ad refellendas præmemorati Gothescalci blasphemias. Item ad Karolum Regem super hac eadem re librum unum. Scripsit & ad eundem Karolum Regem opus quoddam egregium metrice, de gratia & prædestinatione Dei; de sacramentis corporis & sanguinis Christi, & de videndo Deo, atque origine animæ, simul ac de fide sanctæ Trinitatis, quod opus appellavit Ferculum Salomonis. Item collegit atque composuit volumen ingens plures continens libros, de prædestinatione Dei & libero arbitrio contra quosdam reprehensores suos, atque Ratramnum monachum Corbeiensem, ad eumdem Karolum Regem: cui talem præfert epistolam.

Domno Carolo Regi glorioso Hincmarus, nomine, non merito, Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus, una cum collegis domnis & fratribus meis venerandis Episcopis, Oratoribus scilicet salutis, atque prosperitatis vestræ devotis.

DEo gratias agimus, qui cor vestrum ad amorem suum accendit, & ad cognitionem veritatis & orthodoxæ fidei scientiam & (Karolus Calvus.) diligentiam ignivit, prudentiam quoque & intelligentiam vobis in literis divinitus inspiratis donavit, & in earum meditatione atque excitatione, quantum vobis pro reipublicæ negotiis licet, studium vestræ devotionis cotidiano augmento ad utilitatem sanctæ suæ Ecclesiæ provehit. Cæterum capitula synodalia venerabilium consacerdotum nostrorum trium scilicet provinciarum, sicut ibidem continetur, & inferius scriptum invenietur, vobis delata, quæ nostræ humilitati juxta scripturam præcipientem: Interroga sacerdotes legem meam, (Agg. 2.) quia & legem fidei esse legimus, præcedentiam Regum more, ob studium cognoscendæ veritatis, legenda & ventilanda dedistis, revolvimus. In quibus nos, licet, nomina nostra sint tacita, designatione tamen effectus velut non catholicos reprehensos, & sine fraternitatis respectu despectos reperimus. Capitula quoque, quæ ob notam vobis, & infra innotescendam necessitatem, ex Catholicorum patrum sensibus & verbis excerpsimus, velut inutilia, imo noxia, repulsa & abominata invenimus. Quæ capitula, sicut a nobis excerpta sunt; suis scriptis inserere noluerunt, ne ab illis legerentur, in quorum manus illorum capitula devenirent, sed quædam de his, quæ in capitulis a nobis excerptis habentur, alio sen-

A su, & aliis verbis tetigerunt, ut abominanda illa monstrarent; quædam autem suppresserunt, & taliter inde memoriam habuerunt, quasi nos contra sanctorum Patrum sensa in Africa, & Arausica synodo, senserimus. De quodam autem capitulo, id est, quod omnes homines (1. Tim. 2.) vult Deus salvos fieri, licet non omnes salventur, funditus tacuerunt, sicut postmodum signantius demonstrabimus, cum Dominus dicat: Ecce constitui te super gentes & regna, ut evellas & destruas, disperdas, & dissipes, (Jerem. 1.) & ædifices, & plantes. Prius enim, si de conscientia rectæ intelligentiæ fuere confisi, ponentes ea, quæ destruere nitebantur, sicut illa cum integritate sua acceperant, in quibus B evellenda & dissipanda erant, legentibus demonstrare, & tunc illa auctoritatem destructis atque dispersis: sua rationabiliter, & ordinabiliter plantare debuerant, ac in sublime ædificantes extollere. De quodam etiam capitulo, quasi ludificatio aliqua in sacris mysteriis esse possit, ita scripserunt, ut legentes hoc a nobis dictum fuisse intelligere possint, de quo nihil a nobis est memoratum: & quare nihil a nobis inde sit dictum, & in cujus scriptis a nobis postea quam capitula scripsimus, sit inventum suo loco dicemus. Inseruerunt etiam in eisdem suis scriptis de quibusdam sexdecim capitulis C quasi nobis debeant imputari, de quibus nihil audivimus, vel vidimus antequam venerabilis Ebo Gratianopolitanus Episcopus vobis ea, quasi a bonæ memoriæ fratre vestro Lothario transmissa, apud Vermeriam palatium detulit. Quorum capitulorum auctorem nec annotatum invenimus, nec cum multum quæsierimus invenire valuimus. Unde putavimus quia alicujus invidia ad cujusquam opinionem infamandam fuerint compilata, sicut sæpe legimus. Ut de multis pauca commemoremus, veluti epistola capitulorum extitit, quam venerabilis D Ibas Episcopus suam esse in synodo denegavit, & sicut quidam æmuli de verbis B. Augustini adhuc in sua vita fecerunt, quæ ille argute & Catholice repulit, quantum ad illius notitiam exinde pervenit. Post ejus etiam obitum, quidam invidi capitulatim de ejus ipsius scriptis, ex his etiam unde nunc agitur, colligere curaverunt, ut illius doctrinam orthodoxam, atque utillimam, ob personæ illius invidiam vilifacere prævalerent, & lectores devotos ab illius lectione, ac dilectione, & necessaria crudelitate averterent. Quæ videlicet æmulorum mendacia ex delegatione sanctæ Sedis Romanæ per Cælestinum Papam sanctus Prosper Catholico & prudenti stilo falsa esse, & imprudenter objecta ostendit, & memorati ac memorandi viri doctrinam orthodoxam esse lucidissime E demonstravit. Unde & fieri potest, ut ista capitula, quæ vobis ex nomine confratrum nostrorum ab aliis quam ab illis delata, vel transmissa sunt, taliter in suggillatione nostra conscripta non fuerint, sed instigante diabolo inter cætera mala, quæ nunc in hoc mundo crebrescunt, ad immittendam inter Domini sacerdotes discordiam sint confecta, qui charitatem vehementer in nobis & timet, & invidet, cum (Matth. 18.) videt illam a nobis servari hominibus terrenis in terra, quam ille servare nolens Angelicus spiritus amisit in cælo. Quomodo enim fieri posset, ut sic fratres nostri nos succensorie cum adnihilationis despectu judicarent, qui regulam Domini-

cam, qualiter confratrem quisque admonere debeat, continue præ oculis & in usu quotidie habeant? Scriptum enim esse cognoscunt. Priusquam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaveris, corripe juste. (*Eccli. 11.*) Sanctus enim Augustinus hæreticorum & reprehensorum suorum scripta, si in eis quiddam bene dictum invenit, benignissime acceptavit, & plura ad rectos sensus interpretari elaboravit, nulla autem de recto sensu ad pravum inclinare tentavit. Et quomodo fratres nostri talia agerent, antequam nos secundum Evangelicam regulam, vel viva voce, vel scriptis suis inde interrogarent, ut vel volentes discere docerent: vel pravum sentientes, & ad tramitem veritatis, & fidei redire contemnentes, fraterne & sæpius commonerent, & * auctoritates divinas, & sanctorum Patrum scripta nobis proponerent, & ut in unum conveniremus nos cum mansuetudine & lenitate invitarent? (*al. auctoritatis divinæ.*) scientes quia Episcopus ideo ad synodum consacerdotum debet venire, ut aut discat, aut doceat. Litteras namque quorumdam eorum quidam nostrum benignas, & fraternas suscepimus, nostrasque illis remisimus, & nihil tale de eorum parte perspeximus, audivimus, intelleximus, sensimus, vel percipere prævaluimus. Si autem talia scripserunt, si forte illi scripserunt, ut suam sapientiam de nostra insipientia demonstrarent, & plus de jactantia laudis appetitum quærerent, quam bona nostra, & bene a nobis dicta, si forent, per charitatem sua facerent: si etiam secus a nobis dicta invenerunt, plus illa publicare, quam nos fraterne corrigere maluerunt. Miramur de tantis & talibus viris, Archiepiscopis, & Episcoporum primoribus, maxime autem de Ebone, qui religiosus est, ut audivimus: quippe sicut ab ipsis pene cunabulis sub religione & habitu regulari nutritus in Remensis Ecclesiæ Monasterio, ubi requiescit sanctus Remigius. (*Ebo Ebonis Rem. Arch. nepos.*) In quo loco religioso suam exegit ætatem, quousque a domno Ebone avunculo suo, tunc Remorum Archiepiscopo, ibidem diaconus consecratus, & Abbas monachorum ad regularem ordinem tenendum & gubernandum constitutione Episcopali est ordinatus: quemque ita humilitatis tenore nutritum, & humilitatis locum appetere, & tenere velle dicimus, ut illi, & omnibus scriptum est: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris. (*Eccles. 10.*) Spiritus enim potestatem habentis spiritus est superbiæ, locus autem noster humilitas est, quam a se vere locus munitus, & turris fortitudinis nos discere jubet, Discite a me, inquiens, quia mitis sum, & humilis corde. (*Matt. 11.*) Quamque pro loco tuto contra elationis, ac jactantiæ spiritum præfatum religiosum virum obnixe tenere velle audivimus, & pro certo credimus, & idcirco discredimus ista capitula ab eo confecta: quia prætermissis aliorum consacerdotum nominibus, solius Ebonis nomen cum Archiepiscopis est ibidem jactanter, ut quibusdam videtur, expressum. Et quod quam maxime in hoc ipse collaboraverit: quasi a regione sit sensum, ut etiam cum Archiepiscopis major cæteris, & doctior in sententia fuerit. Hoc enim de sancto Augustino, qui in Conciliis Africanis scientia, & labore, ac vigilantia major extitit, nequaquam invenimus. Nam & ipse sanctus Augustinus non solum se cæteris Coepiscopis, primatam gloriam quærens non prætulit; nec præferri permisit: verum se aliis supposuit, cum ipse plus aliis laboraverit, sicut in epistolis ad sanctum Innocentium Papam scriptis, & ad alios Apostolicæ sedis Præsules, qui legere voluerit, invenire valebit. (*August. ep. 90 92. & 93.*) Nec de ullo Episcoporum in aliis Conciliis taliter legimus: nisi forte Apostolicæ literæ propter evidentem causam aliquem Coepiscoporum ad hoc negotium cum Archiepiscopo suo ex nomine designari decreverint, sicut de Augustodunensi Episcopo in epistolis beati Gregorii legimus. Quanto magis iste religiosus, & vir cautus in hujusmodi se efferre noluisset, aut præferri despecta, ac prætermissis cæteris Coepiscopis, permisisset? Huc accedit, quia fratres nostri, & consacerdotes surda aure non debuissent transire, Salomonis dictum commonitoris, si ex nobis, aut auditu, aut scripto quiddam sinistri secreto accepissent, ne præpropere illud in publicum quacumque mobilitate nostra moti (unde non sumus conscii) ad contentiones & jurgia propallarent. Ait enim: Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum. (*Prov. 25.*) Scimus tamen quia sunt nonnulli, qui dum plus sapere, quam oportet sapere student, a proximorum pace resiliunt, dum nos velut hebetes, stultosque contemnunt. (*Rom. 12.*) Unde per se veritas admonet, dicens: Habete in vobis sal, & pacem, habete inter vos, ut quisquis habere sal sapientiæ studet, curet necesse est, quatenus a pace concordiæ nunquam recedas. (*Marc. 9.*) Unde terribiliter Paulus admonet, dicens: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum. (*Heb. 12.*) Præcipue autem nos eam servare & persequi, id est, perfecte sequi debemus, qui Deo quotidie sacrificare debemus, & veritate contestante specialiter quasi præcipimur, ut si offeramus munus nostrum ad altare, & ibi recordati fuerimus, quia frater noster habet aliquid adversum nos, relinquamus ibi munus nostrum ante altare, & eamus prius reconciliari fratri nostro, & tunc venientes offeramus munus nostrum. (*Matt. 5.*) Ecce ductor & doctor noster a discordantibus non vult accipere sacrificium, holocaustum suscipere recusat. Hic ergo perpendendum est, quantum sit malum discordiæ, propter quod & illud non admittitur, per quod culpa laxatur. Non enim nos adversus fratres nostros habemus; si talia contra nos ante collationem scripserunt: sed credendum est, si illa scripsissent, ad nos contra quos illa scripserant, transmisissent. Nunc autem illis quomodo rescribere possumus, cum utrum illa scripserint ignoremus? Veruntamen ne sine responso nostro vestra dominatio maneat, vobis de cujus manus illa accepimus, corde, ore, & stilo non formidantes carpentium nos * derogationem, respondere curamus. (*ms. derogationi.*) Primo scilicet mittentes ea, quæ ab eisdem fratribus nostris in Synodo conscripta fuisse leguntur, licet hinc antea, alia fuisse conscripta reperiantur. Sed quia hæc in suggillationem nostram, & contra excerpta a nobis capitula confecta noscuntur, ea primum judicavimus ponere, quæ majoris nominis, licet non auctoritatis, quia partim non veritatis, propter synodalem tamen præticulationem dignum duximus magnipendere. Deinde illa quæ a pluribus, & per aliorum manus de

plusibus ex his causis accepimus, propter quam necessitatem ex Catholicorum patrum, ut diximus, sensibus & verbis capitula illa quatuor reexcerpta procuravimus, ea conditione: ut de singulorum scriptis ex singulis sententiis, quæ in a nobis excerptis capitulis continentur, quædam, prout necessa viderimus, ponamus. Post hæc capitula a nobis excerpta de patrum sensibus & verbis, ut illa excerpsimus, ponere procurabimus, & si divinis & authenticis scripturis, & Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ, sanctæque Romanæ sedis fidei, & orthodoxorum patrum sensibus, qui eidem sanctæ matri Ecclesiæ præfederunt, & qui ab eadem Apostolica seda Romana nobis in canone recipiandi dati sunt, sensum nostrum in eisdem capitulis expressum concordari demonstrare potuerimus, agere veraciter, humiliter, ac devote studebimus, quia aliorum ad stipulandum nostræ Catholicæ intelligentiæ sensum sententias recipere, nec proferre volumus, cum constet illum esse verum atque catholicum, quod ipsa mater omnium Ecclesiarum, & universalis Ecclesia duxerit approbandum. Et si qui fuerunt appellati doctores, ad probandam fidei sinceritatem, illorum sententias non recipimus, neque proferimus, nisi quorum sententias ipsa Catholica mater Ecclesia decrevit esse probabiles. Si autem & aliqui emerserunt, qui doctrinalem cathedram tenuerunt, postquam ab eadem sancta seda canon sacrarum scripturarum, atque doctorum Catholicorum, fidelibus cunctis est datus, qui aliter senserunt, quam ipsi intellexerunt atque docuerunt, quos ipsa mater Catholica suo orthodoxo sinu recepit, amplectitur, atque fovet; qui nec debemus, nec necesse habemus, ad auctoritatem sententias illorum proferre, aut recipere volumus, quoniam in istis, & per istos satis ad salutem habemus. Et si qui aliter quam isti, maturiore & saniore documento teoendam docuerunt, dogmatizaut aut dogmatizare præsumpserunt, totum ducimus fidei & saluti adversum, quidquid ab eorum salubri doctrina constat esse diversum. Eorum etiam sententias, qui divina dignatione, postquam ipso canon a beato Gelasio conscriptus est, sensu & doctrina Catholica, & sanctitate conversationis in Ecclesia floruerunt, & ab ipsorum orthodoxorum patrum, qui in eodem canone adnotati sunt fideli, quia Catholica doctrina nihil dissonum, nihil diversum scripserunt vel docuerunt, reverentia pari amplectimur, veluti venerabilis Bedæ Presbyteri a discipulis sancti Papæ Gregorii Catholica fide imbuti, & a sancto Theodoro Archiepiscopo, utriusque linguæ, Græcæ videlicet, & Latinæ perito, & a sancta Romana Ecclesia ad Angelos post discipulos B. Gregorii ad eruditionem transmisso, non mediocriter instructi, ac venerandæ memoriæ Paulini Patriarchæ Aquileiensis parochiæ, atque Alcuini viri religiosi & docti: quorum fidem, & doctrinam Apostolica sedes Romana non solum benignissime acceptavit, verum & multis laudibus extulit, sicut in scriptis ipsius sanctæ sedis invenimus, quæ Ecclesiæ nostræ ab eadem Ecclesiarum matre acceperunt, tempore divæ memoriæ Karoli Imperatoris, quando synodus pro cognita infidelitate Felicis est habita, & ad Romanam Ecclesiam velut ad apicem Ecclesiarum transmissa. Sed & eorum scripta qui legit, quam sint laudanda & recipienda intelligit. Denique si talium, ut diximus, sententiis concordari capitula quæ excerpsimus, demonstrare non potuerimus, parati sumus doctioribus & Catholicis aurem accomodare, sensum subdere, & sine contentione nos doctrinæ illorum subjicere. Et quia libellum de scrinio bonæ memoriæ fratris vestri Lotharii, sine nomine auctoris suscepimus, in quo sigillatim per loca singula capitula a nobis excerpta sunt posita, & assensu illius, quiscumque ille fuerit, reprehensa sunt & damnata, cum de Catholicorum patrum dictis nostra capitula, si poterimus, confirmare curabimus ipsius etiam reprehensiones ponemus, & eas, quantum Dominus dederit, confutare studebimus. Tunc demum ponemus de capitulo confratrum nostrorum quinto, unde notam nobis quasi tacite & e latere impegerunt, quod in Gothescalci scriptis invenimus, postquam capitula quatuor sæpe memoratæ excerpsimus, & quid inde sentiamus Domino inspirante dicemus. Et sic tandem subjiciemus illa decem & novem capitula, pro quibus de Scottorum pultibus confratres nostri, sine culpa nostra, in hac duntaxat causa nos pascere decreverunt; & quid de eisdem capitulis sentiamus, ex Catholicorum fratrum sensibus ostendemus.

Dist. 15. c. Sancta Romana.

CAPUT XVI.

De his quæ Karolo Regi scripsit.

ITam aliud edidit volumen insigne ad eumdem Regem, contra præfatum Gothescalcum, & cæteros prædestinatianos, de quo hujusmodi ad ipsum scribit epistolam.

Domino Carolo Regi glorioso Hincmarus, nomine, non merito, Remorum Episcopus, ac plebis Dei famulus, una cum collegis dominis & fratribus meis venerandis Episcopis, Oratoribus scilicet salutis, atque prosperitatis vestræ devotis.

NUper elapso mense Junio, per indictionem septimam anno incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo nono, dedistis nobis quædam capitula, sicut nostræ dixistis humilitati, a Remigio Lugdunensium Archiepiscopo vestræ porrecta sublimitati, jubentes ut tempore congruo de his vobis redderemus responsum, si unanimes uno ore, eorundem capitulorum sensu concordaremus: an quia vobis a sana patrum fide in quibusdam dissentire videbantur, noster sensus, quem a Catholico tramite non deviare credebatis, ab eis in aliquo dissideret, sequentes & præcepti Dominici jussionem, & Christianam prædecessorum vestrorum consuetudinem. Est enim & divinis legibus cautum, & prisco antecriorum principum more suetum, ut quotienscumque in Catholica fide, vel divina religione quiddam novi emerserit, a principali sententia Episcoporum consultui referatur, & quod eorum judicio, Scripturarum sanctarum auctoritate, & orthodoxorum magistrorum doctrina, atque secundum auctoritatem canonicam, & decreta Pontificum Romanorum Christi Dei nostri vicarii, & sanctæ ejus Ecclesiæ Præsules, credendum, sequendum, & tenendum, atque præ-

dicandum decreverint, id ab omnibus corde credatur ad justitiam, ore confiteatur ad salutem: sequatur ad vocationem, senescat ad coronam, prædicetur ad lucrum. Quæ siquidem capitula conventu Episcoporum habito in territorio Tullensi, in villa quæ dicitur Saponarias, ante biduum quam vobis porrecta fuerint, sunt recitata, proferente & deponente ea Synodo domno Remigio Lugdunensium Archiepiscopo. Quæ sicut dixit, & in epigrammate eorumdem capitulorum continetur, in hoc ipso anno in Kalendis nihilominus ibidem de rescriptis, & in suburbio Lingonicæ urbis, ad instructionem Dominici populi, ipse & sibi comprovinciales Episcopi ediderunt: & in crastina alia quædam capitula, de quibus post locuturi sumus, relicta fuere. Super quibus, sicut quibusdam ex fratribus visum est, quorumdam sensus est motus. Nam ut vere & nos fateamur, nostræ conscientiæ super pridem capitulis, quæ, ut diximus, Remigius Archiepiscopus Synodo præsentaverat, recitatis, Catholicorum ad memoriam reducentes Doctorum traditiones, non modice se concusserunt. Unde nostrorum quidam, fidei Christianæ zelo succensi, aliqua Synodo voluere suggerere: sed motus nostri ab eodem venerabili Archiepiscopo Remigio Lugdunensium sunt modeste compositi, eo venerabiliter perorante, ut si quorumcumque nostrorum sensus ab eisdem prolatis capitulis, in aliquo dissentiendo se commoveret, ad proxime futuram Synodum Catholicorum libros Doctorum quique deferre curemus: & sicut melius secundum Catholicam & Apostolicam doctrinam in commune invenerimus, de cætero omnes unanimiter teneamus. In cujus devotione Coepiscoporumque ipsius diœceseos, quorum etiam & ante ordinationem mentem Catholicam atque doctrinam, sicut & vos non latet, cognovimus, quantum sensui pusillitatis nostræ fidem accommodare audemus, percepimus quia non ex ipsis, ut non dicamus per ipsos Synodo capitula ipsa fuere prolata. Quapropter quamvis blando sibilo eos quidam charaxare voluerint de eo quod sanctus Cælestinus Episcopos Gallicanos redarguit, dicens: Quid illic, inquit, spei est ubi magistris tacentibus hi loquuntur qui, si ita est, eorum discipuli non fuerunt? timeo ne connivere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur si permittunt illis taliter loqui. In talibus causis suspicione non caret taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori.) Non tamen plures, qui eorum & fidem & doctrinam & prudentiam novimus, minus in eis ista noscentibus sententiam pro dissensione baptismi de Beato Cypriano a sancto Augustino collaudatam, sæpenumero in libro secundo de Baptismo positam proposuimus. Quomodo enim, inquit, potuit ista res tantis altercationum nebulis involuta ad plenarii Concilii luculentam illustrationem, confirmationemque perduci, nisi primo diutius per orbis terrarum regiones, multis hinc atque hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, ut cum diutius aliqua obscuriora quæruntur, & propter inveniendi difficultatem diversas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad verum liquidum perveniatur, vinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile vulnus erroris. Et ideo plerunque doctioribus minus aliquid revelatur, ut eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus major est, comprobetur: vel quomodo teneant unitatem, cum in rebus obscurioribus diversa sentiunt: vel quomodo accipiant veritatem, cum contra id quod sentiebant declaratum esse cognoscant.) Sciebant namque iidem venerabiles, Catholici, & docti viri, quia in multis regionibus ac provinciis hæc pestifera erat recommunia doctrina: & ideo silentium in suis Provinciis imponere tam facile, sicut forte poterant, noluerunt errori, donec ad plurimorum notitiam perventa plurimorum judicio quæstio sopiretur. Quia, ut dicit sanctus Cælestinus in epistola ad Nestorium directa. Omnes debent nosse quod agitur, quotiens omnium causa tractatur.) Videlicet, ut cum omnium in unius propositione fuerit diffinita consultatio, cunctorum valeat ad omnes manare solutio. Hæc eadem namque capitula, sicut facile reminisci, potestis, ante triennium nobis in villa Rothomagensis Episcopii, quæ Melpsa dicitur, quando in excubiis contra Normannorum infestationem degebamus, sub titulo quasi in Valentiana Synodo conscripta fuerint, anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo quinto, sub Lothario Imperatore dedistis, ut ad illa quæ nobis viderentur Catholice ex orthodoxorum magisterio responderemus, cum aliis quorumcumque scriptis, quæ hinc ad vestram notitiam pervenere. Quorum quædam scripta recepimus, sed ea publicare noluimus: solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, donec cum eis qui vobis illa transmiserant, familiari colloqueremur sermone, & eos si aliquo modo valeremus, ab hac prava intentione ad Catholicæ fidei unitatem cooperante Domino revocaremus. Sed quia partim occupationibus præpediti, partim autem in fraternis suasionibus minus quam necesse fuerat, obauditi, eos quos munere disposuimus a sua intentione revocare nequivimus. Unde quia sicut Apostolus: Quorumdam hominum peccata manifesta sunt, & quæ aliter se habent abscondi non possunt; adeo quorundam excrevit dissensio, ut hæc dissonantia ad vestram perveniret notitiam, & Synodali decreto pro zelo fidei, & unanimitatis amore antequam hæc nobis perscrutanda committeretis, quatuor capitula Episcopali diffinitione vobis de Catholicorum Patrum dictis colligi, & singulorum exigeretis manibus roborari. Postea vero & quorundam ex his qui eisdem capitulis subscripserant, & aliorum etiam in tantum est accumulata vecordia, ut necesse foret, & jussionis vestræ instantia, & executionis nostræ obedientia, hinc eorum quos præmisimus scriptis & propositionibus literali officio respondere. Inter quæ & his capitulis quæ nobis nuper dedistis, pro nostri ingenioli capacitate, sub dubietate tamen, respondimus; quia non credidimus, ut fratres & Coepiscopi nostri contra regulas Ecclesiasticas adversum nos talia debuissent conscribere: præsertim cum non ignorent Dominicis institutionibus & legibus sancto Spiritu promulgatis præfixum esse, qualiter in sæpe factis capitulis fidei obloqueremur, nos compellere, & tunc Synodali judicio nos, nostrasque sententias a sua

Marginal notes: Cælest. ep. 1. cap. 1. — Aug. l. 2. de baptismo c. 4 — Ibid. c. 5. — Cælest. ep. 6 — Ephes. 4. — 1. Tim. 5. — Matth. 18.

debuissent communione explodere. Nunc varo quia certi sumus, cui compositioni debemus de sæpe nominatis quæstionibus respondere, servatis relationum absolutionibus contra eos, quibus a vestra dominatione, pro imposito nobis ministerio, jussi sumus reddere rationem, contra hæc tantum capitula, quantum ex nobis est cum omnibus pacem habentes, ex sanctarum Scripturarum auctoritate, & Catholicorum Patrum sententiis simpliciter respondere curabimus, ut cui forte omnia illa legere non licuerit, vel non libuerit, hic compendiosas pro tempore capitulorum responsiones inveniat, quas furatis horulis a diversis occupationum distensionibus, qui cognitionum ferias non habemus, sicut de sententiis sanctorum Patrum accipimus, ne torpore vel inobedientia a vestra denotaremur Christiana devotione, committere schedulis tumultuario sermone studuimus: quoniam in præfatis relationibus, provocati multiplicibus multiplicium illationibus, multipliciter multiplicibusque collationibus, non sine (sicut scimus & confitemur) lectoris tædio, sensu, sed tamen Catholico, in tribus libris lacinioso sermone respondere satagimus. Sed in hoc maxima benigno lectori nos satisfacere autumamus, quia singulorum singulas semper ponentes sententias, singulariter ad objecta & resistentia fidei respondere studuimus, & vel in hoc solo devotum quemque lectorem nobis conciliari confidimus, quia cum ex sua mente nostrum laborem penderit, nos apud se excusatos habebit. Quis vero sit istorum capitulorum compositor, cui quasi a novo cogimur respondere, ipse se prodet cum necessario urgebitur ad lucem veritatis venire: operator tenebrosorum operum (inter quæ ab Apostolo & hæreses describuntur) odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus. Omnis vero qui bona agit (inter quæ bona ab Apostolo & fides connumeratur) venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo sunt facta. Sed & ille quicunque est, si ad lucem venerit, & veritati ex corde consenserit, esse filius lucis poterit. Si autem & pertinaciter contradixerit veritati, ipse in infidelitate sua & contentionis suæ vecordia hæretici sibi nomen imponet: quia non statim hæreticum, quod ignorantes a fide sentitur diversum, si non fiat pertinaci contentione hæreticum.

Rom. 12

Gal. 6. Joan. 3.

CAPUT XVII.

De Synodo sex provinciarum Galliæ apud Trecas habita.

ANno denique Dominicæ Incarnationis octingentesimo sexagesimo septimo synodus provinciarum Remensium, Rothomagensium, Turonensium, Senonum, Burdegalensium, atque Bituricensium, apud Trecas VIII. Kalendas Novembris convenit. Ubi quidam Episcopi, ut assolet, gratia Regis Karoli Vulfado faventes quemdam contra veritatem, & Canonum sacram auctoritatem adversus Hincmarum moliri cœperunt. Sed iisdem Hincmarus, eorum molitionibus ratione & auctoritate obvians, plurimorum sententia prævalente, rerum gestarum ordinem, de quibus agebatur, communi consensu epistola, scriptum per Actardum venerabilem Nannetensem Episcopum Papæ Nicolao Episcopi, qui convenerant transmiserunt. Cujus epistolæ tenor idem extitit, qui fuit in epistola Hincmari Remorum Episcopi, quam per clericos suos sub Peregrinorum habitu, propter contrariorum vitandas insidias, præcedente Julio mense Romam miserat. Epistola autem in præscripta Synodo factam, & Archiepiscoporum, qui convenerant sigillis signatam, Actardus perferendam suscipiens, cum quibusdam Episcopis ad Karolum, sicut ipse præceperat, redit. Karolus autem immemor fidelitatis atque laborum, quos pro ejus honore, & regni obtentu sæpe fatus Hincmarus per plures annos subierat, eandem epistolam ab Actardo sibi dari exigit, & Archiepiscoporum sigilla confringens, gesta synodi relegit, & quia, sicut voluerat, in eadem synodo Hincmarus non extitit confutatus, epistolam suo nomine ad Nicolaum Papam dictari in contrarietatem Hincmari fecit, quam & bulla sui nominis sigillavit, & cum epistola synodali per ipsum Actardum Romam direxit. Præfati autem Hincmari clerici in mense Augusto Romam venientes, Nicolaum Papam jam valde infirmatum, & in contentione, quam contra Imperatores Græcorum Michaelem & Basilium: sed & contra Orientales Episcopos habebat, magnopere laborantem invenerunt: Quapropter usque ad mensem Octobrium ibidem sunt immorati. Nicolaus vero Papa gratanter suscipiens quæ Hincmarus ei scripserat, de omnibus sibi satisfactum esse rescripsit. Sed & alteram epistolam eidem & cæteris Archiepiscopis & Episcopis in regno Karoli constitutis transmisit, innotescens præfatos Græcorum Imperatores, sed & Orientales Episcopos calumniari sanctam Romanam Ecclesiam, immo omnem Ecclesiam, quæ Latina utitur lingua, quia jejunamus in sabbatis, quod Spiritum S. ex Patre Filioque procedere dicimus, quia Presbyteros fortisi conjuges prohibemus, quoniam eosdem Presbyteros chrismate linire baptizatorum frontes inhibemus, dicentes ipsi Græci, quod chrisma ex aqua fluminis Latini conficiamus: reprehendentes nos Latinos, quod octo hebdomadibus ante Pascha a carnium, & septem hebdomadibus a casei, & ovorum esu, more suo, non cessamus. Dicentes etiam quod in Pascha more Judæorum super altare pariter cum Dominico corpore agnum benedicamus, & offeramus: succensentes etiam nos: quia clerici apud nos barbas suas radunt: & dicentes, quia Diaconus non suscepto Presbyteratus officio apud nos Episcopus ordinatur. De quibus omnibus per singulas provincias a Metropolitanis cum eorum Coepiscopis sibi rescribi præcipit, alloquens eumdem Hincmarum in epistolæ fine hoc modo. *Tua*, inquit, *Hincmare caritas cum hanc epistolam legerit, mox ut etiam ad alios Archiepiscopos, qui in regno filii nostri Caroli gloriosi regis consistunt, deferatur, summopere agere studeat; & ut de his singuli in diœcesibus propriis una cum suffraganeis suis in cujuscumque regno sint constituti, convenienter tractare, & nobis quæ reperierint, suggerere curent, eos citare negligat: itaut eorum omnium quæ præsentis epistolæ nostræ circumstantia continet, tu & strenuus executor illic existas; & apud nos verax & prudens scriptorum tuorum serie relator inveniaris.* Quam

Non extat hæc Nic. epist. ad Hincmarum.
Hæc est Nicol. epist. 70.
Novem calumniæ & objectiones Græcorum.

Corbeny. epistolam Hincmarus suscipiens, in Corbanaco palatio consistenti Regi Karolo cum pluribus Episcopis relegit, & per alios Archiepiscopos, sicut in mandato acceperat, dirigere studuit. Nicolaus Papa Idibus proxime præcedentis mensis Decembris obiit, cui Adrianus Papa electione clericorum, & consensu Ludouvici Imperatoris in pontificatu successit: quem Actardus Romam veniens cum supra scriptis epistolis, in Apostolicæ sede jam ordinatum invenit.

ad ann. 21. Ludov. II.

CAPUT XVIII.

Item de præfato Rege Karolo.

SCripsit præmemoratus domnus Hincmarus ad eundem Regem Karolum libellum, ex sacris scripturis & Catholicorum dictis collectum, ac triformi digestione distinctum, scilicet de persona regis & regio ministerio in causa reipublicæ, & quæ debeat esse discretio in misericordia, & de ultione specialium personarum, quem conclusit in capitulis XXXIII. Scribit etiam ad præfatum Regem instructionem utilissimam, de cavendis vitiis, & de exercendis virtutibus, mittens ei pariter epistolam B. Gregorii ad Recaredum Wisigothorum Regem. Item scribit ad eundem Regem collectionem quandam multarum auctoritatum de Ecclesiis & Capellis, contra dispositionem Prudentii Trecassini Episcopi. Scribit etiam ad instructionem ipsius Regis, de duodecim abusivis Sanctorum in his colligens dicta Patrum, & præteritorum constitutiones Regum. Sed & de promissione sua eum admonens, quam verbo, ac scripto, antequam Rex consecraretur, Primatibus & Episcopis fecerat. Scripsit quoque multas ad ipsum Regem epistolas, ut qui ejusdem Archiepiscopi de multis requirebat consilium, & per ejus prudentiæ suggestionem multa industrie disponebat. Quando etiam filius suus Karlomannus clericus adversus eum consurrexit, & ipse Rex ad Viennam contra Gerardum Comitem, qui a se discivetat, profectus erat, huic Præsuli nostro literas suas misit, mandans ut convocaret Episcopos regni, ac laicos ipsi fideles; ut Episcopi secundum ministerium suum prohiberent Karlomanno, ne aliquod damnum in hoc regno faceret, & laici resisterent illi, ne hoc facere posset. Qua de re Engilramno, Gossoo, & Adelelmo Comitibus scripsit, quærens ab eis, immo consilium dans, quid super hac re foret illis agendum. Litteras quoque deprecatorias Regi jam pro eodem Karlomanno direxerat, & pro pace inter ipsum & patrem ejus laborabat: multa tamen mala, & deprædationes ab ipso, ejusque complicibus patiebatur. Accedens autem cum aliis fidelibus Regis ad ipsius Karlomanni colloquium, obsides ei dedit, & accepit ab ipso, ut pax fieret in regno, & homines ipsius Karlomanni pacifice in regno consisterent. Et idem Karlomannus in villis Sancti Medardi cum paucis pacifice maneret, donec missi Regis venirent, & Karlomannus cum fidelibus Regis ad patrem suum pergeret, & placitum cum eo faceret, vel sanus ad suos rediret. Susceptis autem missis Regis, misit literas ad Karlomannum, ut veniret ejus ad colloquium, auditurus ibi quid Rex mandaret: ubi etiam fideles Regis convocavit, ut ibi quod Rex mandaret de pace stabilire possent, agereque certarent. Quod & tunc quidem factum est. Sed Rex eumdem filium suum cum suis postea excommunicari fecit ab Episcopis totius regni, pro malis quæ relinquere nolebat, insuper & comprehensum oculis privari jussit. Domno vero Hincmaro Rex idem non solum de rebus Ecclesiasticis, sed & de populo in hostem convocando, ut ipse hoc ageret, mandare solebat: & ipse accepto Regis mandato tam Episcopos quam Comites convocare solitus erat.

l. 7. epist. 126.

De hoc Rege Karolo in visione Bernoldi redivivi (de qua superius aliqua jam narravimus) talia referuntur visa. Venit in quemdam locum tenebrosum, ad quem ex alia parte lux resplendebat de vicino loco satis lucidissimo, & pulcherrime florido ac odorifero: ibique jacere vidit hunc Regem Karolum in luto ex sanie ipsius putredinis, & a vermibus edi, qui carnem ipsius omnem jam pene assumpserant, & non apparebat in corpore ipsius aliud, nisi nervi & ossa. Qui vocans hunc ex nomine, dixit: Quare me non adjuvas? Cui respondit: Domine, quomodo vos possum adjuvare? & ille, Prende, ait, illam petram, quæ juxta te est, & pone illam sub capite meo. Quo facto, dixit ad eumdem: Vade ad Hincmarum Episcopum, & dic ei, quia illius, & aliorum fidelium meorum bona consilia non obaudivi, ideo ista quæ vides pro culpis meis sustineo: & dic illi quia semper in illo fiduciam habui, ut me adjuvet, quatenus de ista pœna sim liberatus, & per omnes qui mihi fuerunt fideles, ex mea parte postulet ut me adjuvent, quia si inde certamen habuerint, cito de ista pœna ero liberatus. Cumque interrogasset eum, quis locus esset unde illa lux resplendebat, audivit Sanctorum esse requiem: conatusque propius accedere, vidit tantam claritatem, sensitque suavitatem, tantumque *decorem quantum humana non potest edicere lingua. Viditque inibi multitudinem hominum diversi ordinis in albis vestibus collætantium, & quædam sedilia lucida, in quibus nemo adhuc sedebat eorum quibus præparata erant. Et in illo itinere ingressus est Ecclesiam quandam, in qua reperisse visum sibi est Hincmarum Episcopum, præparatum cum clericis revestitis ut Missam celebraret: dixitque illi hoc quod Karolus ejus mandaverat. Statim regressus ad locum, ubi eundem Regem jacentem viderat, invenit eum in loco lucido sanum corpore, & indutum regiis vestibus, dixitque illi: Vides quomodo me adjuvit tuus missaticus? & cetera. Quam visionem domnus Hincmarus sibi relatam describens, & per loca ubi necesse visum est exponens, ad multorum notitiam pervenire fecit, & tam per se quam per alios Regis fideles sibi quoque subjectos, pro ipsius absolutione animæ, & adipiscenda requie, pie fideliterque laboravit.

Sup. c. 3. Visio Bern. de Car. Cal. qui obiit an. 877.

** f. dulcorem,*

Idem vero Præsul de multis Regi necessariis sæpissime suggerebat. Inter quæ scribit ad eum pro electione Belvacensis Episcopi, post obitum Hildemanni Præsulis ipsius urbis. In qua epistola Regem studet a Simoniaca hæresi compescere: asserens sibi multo amabilius esse istum Episcopatum secundum seculum dimittere, quam Episcopum contra canonicam institutionem non tam benedicere, quam æterna secum maledictione maledicere. Item pro cella, vel mona-

Alia Hincmari epistol. scripta ad Carol. Calvum.

stello Flaviaco, quod idem Rex sibi, dum in in ipsius ante Episcopatum moraretur servitio, donaverat, & ut in vita sua illud teneret, præcepto confirmaverat: quodque a quodam invasore destructum restruxerat, & religionem, prout valuit, in eo restauraverat, quod postea Rex idem conabatur injuste a jure ipsius auferre. Item pro quodam refugo, qui quandam sanctimonialem sibi copulaverat, suggerens Regi, ut eum comprehendi faceret, atque sua regia potestate separaret ab hoc crimine, quia ipse stuprator Episcopali judicio renuerat obedire. Item pro causa * Rothadi Episcopi, quem Rex ad causas suas vocaverat, & advocatum dirigere præceperat, qui responderet contra hominem quemdam ipsius Rothadi de beneficio ipsius, unde inter eos causa versabatur: pro qua re subtiliter ac diligenter eumdem Regem reprehendit, ab hac intentione, sacris auctoritatibus interpositis, revocare gestiens. Item de missatico suo, quod executus est apud Lotharium imperatorem, & Ludovicum Transrhenensem, fratres ipsius Karoli, pro pacto pacis inter eosdem tres fratres componendo. Item aliam epistolam de eadem re: in qua eundem Regem Karolum instruxit, qualiter agere erga fratres suos deberet, simulque de receptione vel rejectione eorum, de quibus ratio ventilabatur. Item de causa Lotharii Imperatoris fratris ipsius, qualiter Romæ habebatur, & quando venturus esset in istas partes. Instruens etiam hunc Regem, qualem se tam coram Deo, quam etiam coram hominibus exhibere deberet. Unde Reginam quoque admonet, ut Regem ad honestam & Regi congruam studeat exhortari conversationem. Item de militaris rei dispositione, pro solvenda Belvacensis urbis obsidione, in qua designare curavit, qualiter Ecclesiam sibi commissam tractaret: Ecclesiasticas scilicet actiones per Monasteriorum præpositos, & Archipresbyteros: curam villarum ac dispositionis domus, regaliumque servitiorum & hospitum, querelasque clamantium vel interpellantium, per fidelissimos laicos. Item de itinere ad superiorem Franciam, qualiter disponatur, & quomodo regnum istud ordinatum dimittatur. Item de synodo quam præcipiebat Rex convocari infra parochiam Remensem, ostendens quibus ex causis convocari debeat synodus: & de aliis quibusdam utilibus rebus. Item de causa Hilduini Abbatis defuncti. Item de causa Gerardi Comitis. Item de causa Ludovici Regis Germaniæ fratris ejusdem Karoli. Item de causa Lotharii Regis Italiæ, nepotis ipsius Karoli. Item de opera pontis, quem Rex cum ipso ac cæteris nonnullis fidelibus suis faciebat ad Pistas in Sequana. Item de causa Hincmari nepotis sui, tunc Lauduni Episcopi, plures scribit epistolas: pro quo multum apud eumdem Regem laboravit. Item de infirmitate sua, & de peregrinis quibusdam monachis suscipiendis. Item de rebus sancti Remigii sitis in provincia Viennensi, vel Aquensi. Item de ordinationibus quorundam Episcoporum, & nonnullarum Ecclesiarum. Item de itinere ipsius Regis ad Italiam post mortem nepotis ejus Imperatoris Ludovici: quomodo iter illud disponat, & quomodo regnum istud ordinatum dimittat. Item de quæstionibus cujusdam Mancionis. Item de villa Noviliaco, & rebus ad ipsam pertinentibus. Item pro lit-

A teris Ludovici Regis fratris ipsius Karoli, quas illi pro visione, qua pater suus sibi apparuit, ei miserat: quarum exemplar transmisit eidem Karolo, cum exemplari epistolæ, quam pro hac re ipsi Ludovico direxerat. Item pro causa Waltarii defuncti, viri clarissimi, & de imagine Salvatoris. Item pro causa Laudunensium, & ordinando eis Pontifice post dejectionem Hincmari. Item de eadem re. Item de passione sancti Dionysii a Methodio Constantinopolitano Græce dictata, & ab Anastasio Romanæ sedis Bibliothecario latine conscripta, & de vita vel actibus beati Sanctini, & quid in his invenerit de commemoratione Sancti Dionysii.
B Item de villis sancti Remigii in Vosago, qualiter usque ad id temporis sint habitæ. Pro diversis quoque rebus aliis diversas ad eundem dedit epistolas.

CAPUT XIX.

Quæ Ludovico ejusdem Karoli filio scripsit.

Item ad Ludovicum Regem filium hujus Karoli, quem unxerat & consecraverat, de conjecto Normannis dando. Item de disponendis regni utilitatibus, & ordinatione atque
C consilio patris Imperatoris sequendo. Item post obitum ejusdem Imperatoris, de ordinandis regni sui principiis, proponens ei exempla prædecessorum suorum, & instruens eum per capitula de justo regni regimine, & honore sanctæ Dei Ecclesiæ, cæterisque sibi ac regno necessariis rebus. Item de quibusdam præsumptoribus corrigendis, & temperanda censura correctionis, & aliis commoditatibus. Item ne quippiam contra Canonicas moliretur regulas, nec alicubi hoc Episcoporum præciperet, ne sententiam divinam incurreret. Item qualiter
D commonuerit ex præcepto Regis ipsius Hugonem Lotharii regis filium, super malefactis quæ agebat, & de hominibus suis ad Regem cum hostili apparatu dirigendis. Ad filios quoque ipsius defuncti Regis, Ludovicum & Karlomannum, pro electione Canonica Ecclesiæ Tornacensi vel Noviomensi obtinenda post obitum Ragenelmi Episcopi. Item pro ipsa electione jam facta: quam indigne tulerant ab ipso Archiepiscopo fuisse disputatam. Item pro eadem, ostendens qualiter in electione ipsorum consenserit, quando electi sunt ad regni principatum & quæ ab eis pro hac electione mandata perceperit & quale sit ministerium regale, & quale Pontificale, & qualis eligendus vel ordinandus sit Episcopus, & qua-
E lis vel qualiter non debeat ordinari, & ut divinas auctoritates addiscere curent. Item pro eadem re, sacris demonstrans auctoritatibus, quam graviter in Deum peccarent, qui ordinationem illam tamdiu differre facerent, & de objectis sibi a Gosleno super Ludovici Regis eorum assensu. Quare Ansgardim uxorem abjectam eum recipere non coegerit, & Adelaidim ab eo retineri non prohibuerit, & de litteris Ludovici Regis ad eum pro filiorum suorum provectione datis, & de mandatis istorum regum a se indebite missis. Item ad hunc Ludovicum solum de consilio a se petito, quale sit utile Regi consilium, & qualiter debeat agere judicium & justitiam, & quid hæc boni con-

me. Rothardi.

Ludov. Balbus 8. Dec. 877. consecratus. Hæc est 1. inter eas quas edidit R.P. Joannes Busæus.

Hugo filius nothus Lotharii. Obiit Ludovicus Balbus 870. die 10. Aprilis.

CAPUT XX.

De his quæ Ludovico fratri ejusdem Karoli scripsit.

Lud. Rex frater Carol. Calvi, patruus Lud. Balbi.

LUdovico Regi Germaniæ, præfati Karoli Regis nostri fratri, nonnulla quoque scripsisse reperitur. Ad petitionem ipsius Regis, de quibusdam quæstionibus super quibus fuerat interrogatus ab ipso pro quodam Fulcrico, reddens ei rationem dignam, cur excommunicaverit ipsum, quem sub obtentu absoluit agendæ pœnitentiæ. Item pro tuitione ac defensione rerum Remensis Ecclesiæ in Thoringia conjacentium. Item de pervasione regni fraterni, dignis & utillimis ei hoc dissuadens admonitionibus, ne id ad suam aggrederetur damnationem. Item aliam de hac eadem re cum cæteris regni hujus Episcopis ad eumdem Regem scribit epistolam, Episcopali moderatione refectam. Item semel ac secundo ad ipsum per se, de his quæ mandaverat ab eo fieri in adventu suo Remis, ut non sicut disponebat, nec tali veniret tempore: quia incongruum esset, & animæ suæ inopportunum. Item ad eumdem qualiter de pace inter ipsum & fratrem ejus Karolum stabilienda laborabat: referens ei gratiarum actiones pro filiis Ecclesiæ Remensis, qui in ipsius bene tractabantur regno: petens ut secure liceret illis *eas*, quas ibi habebant, tenere proprietates. Item de metallo quod ei transmisit ad faciendum signum: subjungensque de pace atque caritate servanda, & voluntate Dei sequenda, ut illi mandat, admonitionem. Item pro rebus Ecclesiæ Remensis apud Thoringiam sitis. Item de reliquiis Sanctorum Remensis Ecclesiæ, quas illi sicut petierat transmittebat, & de libro vitæ, virtutumque S. Remigii. Item de rebus S. Remigii sitis in Thoringia. Item de passionibus SS. & de rebus suorum hominum, quas in illius regno habebant, ut de his nullum præjudicium sustinerent. Item scribit cum Remigio Lugdunensi, Arduico Vesontionensi, Erardo Turonensi, Adone Viennensi, Egilone Senonensi Archiepiscopis eidem Ludovico Regi, pro Bertulfo Treverensi Archiepiscopo, reprehensibile ac periculosum demonstrans esse, quod actum ab eo compererat: de hac Metropoli scilicet, & Treverensi Ecclesia, ut eam invadi, distindi ac depopulari a pervasore permitteret quodam monacho ejusdem Ecclesiæ: ostendens, quia licet regalis potestas præsideat humano generi dignitate, rerum Præsulibus tamen divinarum devote colla submittit, atque ab eis causas suæ salutis expetit, inque sumendis cœlestibus Sacramentis, eisque ut competit disponendis, subdi se debere cognoscit religionis ordine, potius quam præesse. Itaque inter hæc illorum se pendere judicio, non illorum ad suam velle redigi voluntatem. *Proinde*, inquit, *sicut non leve discrimen incumbit Pontificibus, siluisse pro divinitatis cultu quod congruit: ita regiæ potestati, quod absit, non mediocre periculum est, si cum debeat parere re-*

hac epist. lib. 1. c. 5.

A *fugit, quod ei ex divina voce a sacerdotibus nunciatur: Domino dicente in Evangelio: Qui est ex Deo, verba Dei audit. Si autem vobis aliquis minus devotus suggessit, quod in eadem Metropoli, in contemptu vestro, vel contra fidelitatem vestram, Metropolitanum Pontificem ordinari fecimus: quin potius consensu unanimitatis nostræ ipsi secundum sacros canones ordinavimus, quia, ut scriptum est: Sicut Deus loci angustia non continetur: ita verbum ejus non est alligatum: collaudante Redemptore ac Salvatore nostro, quod Centurio in hoc sensu dixerat: Dic verbo, & sanabitur puer meus: videlicet quod hic dixeris, illic fiet. Qui in discipulis suis hoditque nobis, licet indignis, loquitur: Spiritus patris vestri loquitur in vobis, qui replet orbem terrarum.* Joan. 8. 2. Tim. 2. Matth. 8. Ibid. 10. Sap. 1.

B *Nolite credere, quæsumus, prava suadenti: quia pro certo sciatis, non in contemptu vestro, neque contra fidelitatem vestram, in eadem Metropoli Sede Pontificem ordinavimus: sed perpendentes, quod & vos melius scitis, quanta & per quanta tempora ipsa Ecclesia desolata & destituta sit, & quanta contra Dei voluntatem non solum in eadem parochia, sed & in tota provincia ad eam pertinente, increverint, cum nihil canonice sine Primate suffraganei Episcopi agere valeant, nihil quod ad proprias parochias pertinet, ibidem commoditatem regularem invenientes, canonice Pontificem ordinavimus. Quod & secundum divinas leges agere possent atque deberent ipsius Metropolis suffraganei, si tanti*

C *numeri forent, ut per se regulariter possent ordinare Pontificem, qui non minus quibus a tribus prævalet regulariter ordinari.* Prosequitur etiam depromens auctoritates Sanctorum Patrum, quibus fulti hoc egerant. Et subinde: *Et quia tot in eadem provincia suffraganei non erant Episcopi, ut Metropolitanum regulariter ordinare valerent: quoniam Ecclesia Remensis & Treverensis comprovinciales atque sorores & ex auctoritate, & ex antiqua consuetudine habentur, ea conditione ut qui prior earum fuerit Episcopus ordinatus, prior etiam habeatur in Synodo, & si mutuo consilio & auxilio foveantur, atque fulciuntur: Treverensis*

D *Provinciæ Episcopi a Primate Provinciæ Remorum solatium suæ ordinationis, secundum sacras regulas quæsierunt, sicut sancti Sardicenses canones dicunt: scilicet ut si contigerit in una Provincia, in qua plurimi fuerunt Episcopi, unum forte remanere Episcopum, & populi convenerint, Episcopos vicinæ provinciæ, debere illum prius convenire Episcopum, qui in eadem provincia moratur, & ostendere quod populi petant sibi rectorem, & hoc justum esse, ut & ipsi veniant, & cum ipso ordinent Episcopum. Quod si conventus literis tacuerit, & dissimulaverit, nihilque rescripserit, satisfaciendum esse populis, ut veniant ex vicina provin-* Conc. Sardic. c. 5. al. 6.

E *vincia Episcopi, & ordinent Episcopum.) Ex quibus rite colligitur, quia si provincia Treverensis non nisi unum vel nullum haberet Episcopum, Episcopi Remensis Provinciæ, petenti clero & populo Treverensis Ecclesiæ, deberet ordinare Episcopum. Cui Ecclesiæ omnes, quorum nomina præscripta in capite hujus epistolæ legit gloria vestra, unanimi voto atque consensu fratrem & consacerdotem nostrum Bertulfum, ut præmisimus, regulariter pontificem ordinavi-*

L

mus, sicut ex sacris regulis, & ordinationis ejus gestis ostendere possumus, & si necesse fuerit, ostendemus. Quapropter ipsius ordinationem, & dispositionem rerum ac facultatum Ecclesiasticarum, sicut sacri præsignant canones, ita defendimus, & perpetuo defendemus, sicut & ordinem nostrum: quia si ipse non est Episcopus, nec nos deb mus nominari Episcopi. Et si quis voluerit contra ordinationem ejus sinistri quidpiam dicere, exeat & dicat: veruntamen memor communionis suæ, quia aut ipse non communicabit Ecclesiastico & Episcopali ordini, aut nos non communicabimus, ministerio Episcopali. Unde verbis beati Leonis Theodosium Augustum quondam alloquentis, vos Christianissime & venerabilis nobisque carissime Rex, cum consacerdotibus nostris alloquimur: Implentes reverentiam clementiæ vestræ synceri amoris officio, cupientesque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis a nobis, & ab Ecclesiis nobis commissis supplicatur, ne ante tribunal Domini rei de silentio judicemur, obsecramus coram unius Deitatis inseparabili Trinitate, quæ tali facto læditur, cum ipsa vestri sit custos & auctor regni, & coram Sanctis Angelis Christi, ut in eo statu atque immunitate seu privilegio cum suo Pontifice Treverensem Ecclesiam esse jubeatis atque conservetis, quo vestri progenitores, atque prædecessores: sed & in quo frater ac nepos vester Lotharius, pater scilicet ac filius, canonice conservarunt, quatenus & vos meritam inde apud Deum, & Beatum Apostolorum principem Petrum, in cujus honore Ecclesia ipsi est consecrata, habeatis, & nos amplius debitores in orationibus & cæteris debitis obsequiis acquiratis. Quia nisi pro vestra reverentia hoc differamus, jam in pervasorem ipsius Ecclesiæ judicium in terris exertum haberemus, quod dcxxx. Episcopi in magna Calchedonensi Synodo de hujusmodi decreverunt, & de cælo super eum intentant, & in judicio divino ad æternam damnationem exercent, nisi dignam pœnitentiam egerit: & cætera de auctoritatibus sacrorum Canonum. Post quæ subjungitur: *Unde vestra religiosa & nobis carissima dominatio certissime sciat, quia quandiu iste frater noster Bertulfus a nobis in Treverensi Ecclesia ordinatus Episcopus in hoc mortali corpore vixerit, alter in eadem Ecclesia ordinatus Episcopus non erit: nisi forte ipse quod absit, sacris regulis obvians, per easdem sacras regulas deponatur. Et isdem præsumptor & Apostata monachus Walto de Monasterio Treverensis parochiæ nunquam, jam judicio Spiritus sancti super eum prolato, in Treverensi Ecclesia, quam exitiabiliter usurpavit & læsit, poterit esse Episcopus. Et si, ut diximus, pro vestra reverentia hoc non differremus, non solum per sacros canones decerneremus, ut nunquam & nusquam ad gradus Ecclesiasticos præsumeret accedere: verum sub anathemate eum ponentes, retrudi in ergastulo, secundum sacras regulas, decerneremus: & si in contumacia sua perstiterit, sine ulla retractatione modis omnibus decernemus. A præfatis autem intentationibus sacrorum Canonum vos immunem atque exortem a Domino, per quem Reges regnant, & ex quo & per quem exordium sacer cœpit Episcopatus, fieri totis nisibus exoramus, illius clementiam deprecantes, ut det vobis velle & perficere pro bona voluntate quæ te præcepit: quatenus mereamini percipere æterna gaudia, quæ se diligentibus repromittit.* Item respondens ad literas, quas idem rex ei transmiserat, rogans ut tam per se quam quoscunque poterat, orationes ageret pro genitore ipsius Regis, qui apparuerat ei in visione, obsecrans, ut pœnis eriperet eum quibus detinebatur. Unde & satis utilem ad eum rescribit epistolam de modo & qualitate orationis, auctoritatibus plenam. Item pro rebus sancti Remigii sitis in Vosago, & alia plura. Ad filium quoque ipsius, æquivocum ejus, scribit pro villa Dudeciaca, significans qualiter sanctus Clodoaldus eam S. Remigio dederit, & quomodo Karolus Pippini Regis filius eamdem villam apud Tilpinum Archiepiscopum obtinuerit in præstariam, ea conditione, ut capellas ad ipsam pertinentes cum nonis & decimis Episcopus Remorum retineret, & Rex duodecim libras argenti in luminaribus Ecclesiæ daret, & quod hunc censum tam ipse Rex, quam successores ejus persolverint, & quod ipse quoque a patre illius eundem censum de præfata villa receperit. Sed & de villa Novilliaco, quomodo a Karlomanno data fuerit sancto Remigio, & quid postea de ipsa fuerit actum. Item ad eundem de consilio divinarum Scripturarum quærendo & observando, & de consiliariis inconsideratis, cæterisque rebus qualiter istud regnum habebatur, & ne illud invadere præsumeret. Item pro salvanda civitate Remensi, & parcendo sacris locis, si veniret. Item qualiter egerint Episcopi erga Ludovicum filium Karoli, quando eum Regem consecraverunt, quia iste aliter audierat. Item de duabus sororibus ipsius Ludovici filii Karoli, qualiter actum fuerit, & cætera.

Scribit & Pippino Regi Aquitanico, pro rebus Ecclesiæ suæ in pagis Arvernico, Lemovico & Pictavico sitis, pro quibus etiam literas Karoli Regis ad eumdem Pippinum mitti obtinuit, quas res Frigidoloni viro illustri tuendas commisit. Karolo quoque Ludovici Transrhenensis filio, collaudans fidei benignitatem, quam conservabat erga filios sobrini sui Ludovici Karlomannum & Ludovicum, obsecrans eum pro Ecclesiæ Dei honore ac regni hujus statu & defensione, atque ut præfatis pueris regiis constitueret prudentes, justosque pædagogos, qui eos docerent Dei famulos honorare & mandata Dei servare, semetipsos regere, regnique gubernacula rite tractare. Item pro causa Sigeberti fidelis sui. Item Lothario regi, filio Imperatoris Lotharii, pro villa Duodeciaco, quam pater ejus reddiderat Ecclesiæ Remensi, ne res ad ipsam pertinentes aliquibus personis sicut eum facere audiebat in proprietatem periculo suo traderet, vel colonos ipsius villæ absolveret: si quid autem a se factum fuisset, emendare curaret. Item pro ejusdem villæ male tractata dispositione, & censu, quem cum periculo animæ eum retinere fatetur, intimans quod sanctus Clodoaldus eamdem sancto Remigio dederit, admonens ne hoc inde ageret, unde condemnationem animæ adquireret. Item pro electione Episcopi Ecclesiæ concedenda Cameracensi. Item de utilitate animæ, regnique ipsius honore: in quo commemorat, qualiter pater ipsius Lotharius Augustus ei se ipsum, suamque commendaverat animam.

Leo ep. 24.

Juxta can. 7. & 8.

Prov. 8.

Philip. 2.

Carol. Crass. Hæc est 2. inter editas a Busæo.

CAPUT XXI.

De his quæ quibusdam Archiepiscopis, vel Episcopis scripsit.

Diversis etiam tam Episcopis quam Archiepiscopis multimoda utillima dedit scripta. Hecti Trevirorum Archiepiscopo scribit ordinationis suæ primordia, offerens se socium & obsecutorem in Ecclesiasticis negotiis ipsius paternitati. Item de eadem re, petens se ab eo instrui, & pro filio haberi: significans etiam de itinere suo, quo se Romam petere disponebat. Item de Gondrico, quem excommunicaverat ille, & de Fulcrico a se excommunicato, qui refugium in Treverensi habere videbatur Episcopatu. Guntbaldo Archiepiscopo scribit pro quodam Presbytero, de jure Ecclesiastico conservando. Item pro his quæ in Synodo gesta fuerant. Amolo Lugdunensi de placito quod habuerat cum Rege, regnique primoribus, de Judæorum in hoc regno statu. Item de Synodo a tribus regibus condicta, & de Ebone præcessore ipsius, & aliis nonnullis, in qua eum carissimum & unanimem sibi patrem se habere significat. Item de Lothario rege, & aliis quibusdam rebus, in qua se filium dilectionis ipsius appellat. Item de Gothescalci vita vel conversatione, prædicatione, deprehensione, atque condemnatione, rei veritatem exponens. Hrabano Moguntiæ præsuli, super ejusdem Gothescalci (quem idem Pontifex a parochia sua ob hæresum semina, quæ spargebat, repulsum, ad eundem cum quibusdam complicibus * suis direxerat) susceptione vel discussione. Item de hac eadem re, & quid post susceptionem ipsius de eodem egerit, qualemve invenerit ipsius vesaniam, consilium ab eo rationabilius, quid sibi adversus eum agendum sit, expetens. Item de doctrina, & hæresi ejusdem: & quid in eum fecerit, postquam in Synodo hæreticus comprobatus fuerat, nec corrigi potuit: & quid ipse contra doctrinam ejus sentiat damnationemque ipsius, quæve contra eundem scripserit, huic discutienda direxit, quærens etiam qualiter de Trinitatis fide ac prædestinatione diversorum patrum sint intelligendæ sententiæ: in qua epistola asserit hunc B. Hrabanum solum tunc temporis de discipulatu B. Alcuini relictum. Landramno Archiepiscopo de consilio, quod ab eo petierat pro monasterio puellarum, quod Rex dari præcipiebat inconvenienti personæ, quid inde sibi foret agendum, utiliter admonens, ut ministerii sibi commissi sollicitudinem ferventius gerat. Teutgaudio Treverensi, de primatu quem deferri ab eo debere scripserat ille Sedi Trevirorum, insinuans id eidem sedi a sede Remorum nunquam fuisse delatum, &c. Item secundo ac tertio de causa Fulcrici excommunicati. Item pro rebus Ecclesiæ Treverensis in Aquitania sitis, pro quibus idem domnus Hincmarus satis egerat apud Arnoldum quondam Aquitanum, qui eas tenebat, ut ipsas Ecclesiæ Treverensi restitueret, quod & se obtinuisse significat. Amalrico religioso, Archiepiscopo, compatiens tribulationibus ipsius, & consolans patientiam, atque congaudens sanctitati ejus: quem cariorem inter caros se delegisse significat, mittens ei quædam pretiosa ornamenta, casulam scilicet diaprasinam, quam habebat unicam, & alia munuscula cum solidis centum. Item scribit eidem pro rebus Remensis Ecclesiæ in Aquitania sitis, quas ei Rex restitui jubet, quasque tractandas eidem Amalrico fiducialiter committit. Rothlando Archiepiscopo, pro rebus sancti Remigii conjacentibus in provincia, & pro quondam Presbytero in Synodo excommunicato, & altero in loco ipsius ordinato. Rodulfo Biturigensi, pro rebus Remensis Ecclesiæ in pago Lemovico conjacentibus. Item pro quibusdam excommunicatis. Guntario Coloniensi, ut intercedat apud Lotharium Regem, & satagat pro electione canonica Camaracensis Episcopi post decessum Theoderici venerandi Præsulis. Item secundo, vel tertio pro hac eadem re, affirmans nonnisi regulariter in diebus suis illic Episcopum ordinandum. * Luitberto Maguntino, pro rebus sancti Remigii sitis in Vosago, significans qualiter quidam Gibero pro earum rerum pervasione sensum perdiderit, & per integrum mensem sine intermissione vexatus, cum dolore & periculo maximo vitam finierit. Item pro tuitione rerum præscriptarum, & earum familiæ defensione, vel gubernatione sæpe scribit. Item de collocutione sua, quam habuit apud Trecas cum Johanne Papa, & quid boni cum eo locutus fuerit de ipso, exhortans ut literas & missum Papæ benigne suscipiat, & ad eum venire studeat. Item de quodam transgressore Presbytero. Scribit idem venerabilis Hincmarus & ad Lotharium Italiæ Regem, qui se, relicta uxore propria, cuidam fœminæ copulaverat: dans ei consilium, & admonens, ut eam a præsentia sua omnibus removeret, significans se domni Adriani Papæ Litteras & mandata super hac re suscepisse: & ut idem rex in hac causa ipsius Papæ præcepta conservet, suggerere curat. Item aliam Epistolam de hominibus pacem recipere nolentibus, quid inde fieri debeat: collaudans quod de quibusdam talibus regale jam ministerium exercuerit. Scripsit & Apologeticum contra obtrectatores suos, qui calumniabantur eum diversis detractionum appetitionibus, scilicet apud Papam Johannem, quod nollet auctoritatem recipere decretorum Pontificum sedis Romanæ, * ad quæ & tunc in Synodo Trecassina, & postea in hoc Apologetico respondit, refellens hos conviciatores suos, & se decretalia Pontificum Romanorum a sanctis Conciliis recepta & approbata recipere & sequi discrete, prout sunt sequenda depromens. De Hincmari quoque Laudunensis depositione vel restitutione, qualiter actum sit manifestans. De hoc etiam unde calumniatus fuerat a quibusdam apud eumdem Papam, quasi diceret non ipsum majoris dignitatis esse Papam, quam esset ipse. De ordinatione quoque Hedenulfi in locum Hincmari in Episcopatu Laudunensi, & confirmatione Papæ ipsius ordinationis. Item de Karlomanno, & aliis quibusdam rebus, de quibus eum veritas excusabilem reddidit. Quibusdam quoque calumniantibus, licet respondere posset, asserit se noluisse, ne conviciis * convicia videretur reddidisse, gloriosius esse ducens, eosdem tacendo fugere quam respondendo superare, ne suam gloriam quæsisse putaretur.

Scripsit etiam quædam ad Adrianum Papam

Gunt. Rotomag.

l. ipsius.

Amal. Turonen.

c. l. Luidb. Vosge.

Est epist. 13. Adriani II.

Joan. VIII. rest. pro atque.

Syn. Trecass. an. 878.

ms. vitia videretur addidisse,

Qui Romanus Pontifex nonnulla ei dirigere se scripta commemorat. Cui etiam mittens Epistolam suam per Actardum Nannetensem Episcopum laudibus plenam, delegavit, ut ejus vice in istis partibus super Lotharii causa fungeretur, quatenus quod inde Nicolaus Papa decreverat servaretur. Respondit etiam ad capitula quædam, Regni Francorum Episcopis a Johanne Papa transmissa, de Privilegiis sedis per capitula VII. quoniam idem Papa nisus fuerat Ansegisum Senensem Episcopum primatem constituere, ut Apostolica vice per Gallias & Germanias * fungeretur. Cui conatui venerabilis hic Præsul Hincmarus efficaciter obstitit. Scripsit denique ad diversos Episcopos idem Domnus Hincmarus plurima. Remigio Archipræsuli, pro rebus S. Remigii in provincia Cisalpina conjacentibus, quas idem committens, petit ut easdem in sua ratione suscipiat. Item pro ordinatione Isaac Lingonensis Episcopi. Item * de constitutione synodica propter Ecclesiasticarum rerum pervasores, & alia. Item de causa præfati Lotharii Regis, & de prædictis rebus eidem nonnulla scriptum direxit. Item ad eundem Remigium, & cæteros Episcopos, Domni Papæ Nicolai auctoritate, in Synodum apud Suessionem venire jussos, pro causa Vulfadi & collegarum ejus. Adoni Viennensi Archiepiscopo scribit inter cætera, pro epistola beati Aviti ad sanctum Remigium scripta, quam quidam Rotfridus Monachus ei dixerat se apud eundem Adonem legisse. Sed & si quid præterea de sancto Remigio reperire valeret, ei super aurum & topazion pretiosa mitteret. Hersido Turonensium Antistiti, de quibusdam apostatis ad Ecclesiam redeuntibus, & aliis pœnitentibus suscipiendis. Item de nullis quibusdam rebus, ut amico carissimo, qui eandem Præsuli industrio ad ipsum veniens fraternæ se dilectione commiserat, petens ut ubicunque posset regiæ dominationi pro Ecclesia illius suggereret. Obitu quoque suo propinquante litteras ad eum ipse dictavit, & ei qui domno Hincmaro de obitu illius nuntiaturus erat, easdem litteras ipsi deferendas dedit. Sed & missi Turonensis Ecclesiæ hac fiducia fulti, post obitum hujus sui Archiepiscopi, ad eumdem Domnum Hincmarum venerunt. Cleri quoque ac plebis petitionem ad ipsum deferentes, ut regiam celsitudinem pro eis deprecaretur, quatenus electionem canonicam Rex ipsius concederet. Quod & idem Pontifex promptissime peregit. Intimans etiam Regi de quodam clerico, qui se ingerebat, non recipiendo, significat quod Episcopi ejusdem provinciæ, clerus quoque & plebs ipsius Ecclesiæ, invitati auctoritate Apostolicæ sedis, Actardum sibi velint donari Episcopum, qui in eadem Ecclesia baptizatus, nutritus & ordinatus fuerat, licet aliæ civitati datus Episcopus, sed paganorum infestatione depulsus, & pallio fuerat a sede Apostolica honoratus, ut etiam si locus de Metropoli adveniret, ibi incardinaretur. Datque insuper regi consilium, quid clero, quid laicis agere sit interim præcipiendum: quid de rebus quas ex beneficio Regis habebat fecerit, intimans: quid ex his, quas reliquerat Regi placeat, requirens. De quibusdam quoque libris sancti Augustini, quos sibi ab eodem remitti petierat, & de objectionibus Græcorum, super quibus Nicolaus Papa eidem mandaverat, & alia quædam. Bertulfo Trevirensi Archiepiscopo, instruens eum de ordinanda & gubernanda Diœcesi vel Parochia sua, &c. A quo etiam rogatus, Willebertum Catalaunensem Episcopum misit ad ordinationem Arnoldi Tullensis Episcopi, quia eodem Bertulfo infirmitate detento, numerus Episcoporum a sacris canonibus præfixus in ordinatione Præsulis ei non aderat. In hujus etiam Bertulfi ordinatione jam pridem jussione Karoli Regis Hincmarum Episcopum Laudunensem, Hodonem Belvacensem, & Johannem Camaracensem transmiserat, ad petitionem Adventii & Arnulfi Episcoporum ejusdem Trevirensis diœceseos, quomodo id rite deberet, eos canonica Apostolicaque informans auctoritate, ut a sacris regulis, nulla aut negligentia, aut præsumptione, in aliquo discederent. Scribit etiam præfato Bertulfo pro quibusdam capellis ad villam Duodecimcam pertinentibus, quas quidam ex Parochia Trevirensi usurpabat per factionem cujusdam Presbyteri, petitque sibi de his justitiam fieri. Item pro literis quas Ludov. Regi Transrhenensi mittebat, ut eas Regi atque Reginæ relegi faciat, & quæ apud eos inde audierit literis sibi remandet. Literas etiam, quas Amnoni Episcopo transmiserat, sibi legi faciat, & regem atque reginam, sed & populum de illorum salute & pace sanctæ Dei Ecclesiæ commoneat. Johanni Rotomagensi, respondens ad interrogationem ipsius de quodam clerico, qui ad Ecclesiam quamdam promotus regendam ordinari per ætatem rite non poterat. Rothfrido Arelatensi, qui ei de suæ Ecclesiæ vexatione scripserat, & de quadam femina potenti, quæ res usurpabat Ecclesiasticas, quid ei super his sit agendum rescribit. Adeloldo Turonensi petenti ut sibi liceret oratorium ædificare ac consecrare in villa suæ Ecclesiæ regio dono datæ, sita in Remensi parochia, quæ Turris vocatur, rescribit, petita concedens ea conditione, ut antiqua villæ ipsius Ecclesia, vel Presbyter ejusdem nullum Privilegii sui propter hoc detrimentum patiatur. Leoni Episcopo, & custodi Bibliothecæ Romanæ Ecclesiæ literas mittit pro susceptione legationis suæ, ut obtineat apud Papam Leonem, quatenus ejus petitionem benigne suscipiat, & paterne rescribat eidem de his quæ in literis ab eo missis continebantur. Gregorio quoque ejusdem Romanæ Ecclesiæ nomenclatori & Apocrisiario petens ut inter fideles amicos suos eum tenere dignetur. Item postulans ut domno Apostolico suggestionem suam acceptabilem fieri petat, benedictionis ei munuscula dirigens. Furmoso sedis ejusdem Religioso Episcopo, collaudans ejus, quam audierat, sanctitatis & scientiæ formam: quærensque ipsius habere familiaritatem, & ut ipse pro se dignetur orare, vicem reprehendere spondens, & quædam ei munera mittens, ut sui memoriam in orationibus habeat. Item postquam litteras suas idem Formosus ei remiserat, in quibus de caritate erga eum significaverat, intimat quia magnam in ipso haberet fiduciam. Item Gauderico Episcopo præfatæ Ecclesiæ, ut eum in suæ dilectionis suscipiat gremium, & Dominum sanctosque Apostolos pro eo dignetur implorare. Johanni præfatæ sedis Episcopo eadem pene scribit, & canones Martini Papæ, Evangelium quoque Nazarenorum sibi ad transcribendum mitti petens, quædam etiam xenia

Marginal notes: *D. B. ep. 13. Autum.* — *Hæc est epistola 6. Hincmari inter 6. a Busæo editas.* — *f. fungeretur.* — *Rem Lugd. ...* — *Adrian. ep. 11 & 12.* — *Hic postea fuit Romanus Pontif.*

illi transmittit. Wlfado Biturigensi Archiepiscopo, de his qui inconsulte uxores suas interficiunt, sententiam Paulini, quam sibi mitti petierat, scribens. Sed & de aliis rebus. Frotario Burdegalensi, qui sibi talem dixerat versum:

Remus equum nobis, malum Burdegala vobis:

talem post remisit,

Remus equum misit, malum Burdegala nullam.

Et alia quædam ad eundem scripsit. Pro monasterii quoque sanctæ Radegundis regulari electione abbatissæ, &c. Item de ordinatione Fulcrici. Item Weniloni Rotomagensi, de operariis & opera, quam faciebat ad Pistas in Sequana. Item de causa Rothadi & Odonis Episcoporum. Drogoni Metensium præsuli, Imperatoris Ludovici fratris, pro familiaritate ipsius adipiscenda. Item referens ei gratiarum actiones pro sollicitudine quam habere videbatur Remensis Ecclesiæ, petens etiam de quodam fratre hujus Ecclesiæ ministro, ut ita fruerctur obsequiis, quatenus Ecclesia ista necessariis ipsius posset uti solatiis, & alia quædam. Rothado Suessonico, quem sæpe ad Synodum venire differentem vel negligentem vocabat, scribit de quibusdam criminatis Parochiæ Suessonicæ personis, vel purgandis, vel pœnitentiæ subigendis. Item pro ordinandis quibusdam Ecclesiarum ministris. Item pro recipiendo & adducendo ad judicium Gothescalco, quem domnus Rabanus ad diœcesim Remensem remiserat: qui profectus fuerat ex parochia Suessonica, scilicet Orbacensi Monasterio. Item pro ordinatione monasterii sancti Medardi, & restituenda in eo regula. Item pro quibusdam monachis ex monasterio Altivillarensi fuga dilapsis. Item pro Godoldo, qui clamabat indebite se communione privari pro quo etiam tertio literas ad eum direxit. Item pro quibusdam Presbyteris, qui clamaverant in Synodo injuste se ab eo Ecclesiæ rebus privatos: & quia irrationabiliter synodi mandata tractaverat, nisi se corrigeret, canonicæ ultionis delegat interminationem. Item pro ordinatione Hincmari, post obitum Parduli Laudunensis Episcopi. Item pro Adeloldo Presbytero juxta sententiam Synodi restituendo: pro quo literas ei miserat, quas ille penitus contemnebat. Item pro mandatis Regis Ludovici, & firmitate ab eo quæsita, quæ sacerdotio non congruebat. Item pro clerico quem mitteret ordinandum ad regendam Ecclesiam in villa Torre sitam. Item pro Parochia, de qua contentio agebatur inter eum & Erpainum Sylvanectensem Episcopum. Item idem cum aliis Remensis diœceseos Episcopis, de Græcorum adinventionibus, quas contra canonicas statuere conabantur regulas. pro quibus tam ad ipsum, quam ad ceteros hujus regni Archiepiscopos, Domnus Adrianus Papa literas dederat. Insuper & alia sæpenumero pro diversis negotiis ad eum scripta direxit. Immoni Noviomagensi Episcopo, pro Synodo comproviuciali a Rege * Parisiis condicta, & pro ordinatione Irminfridi post decessum Hildemanni Belvacensis Episcopi. Item pro ordinatione Parduli post obitum Simeonis Laudunensis. Item pro consilio & auxilio dando Theoderico Cameracensi præsuli, super quodam inobediente, qui Deum non timebat, & Ecclesiasticum ministerium non reverebatur. Item pro quodam Presbytero, cui legem canonicam concedi monet. Item pro quadam femina, quam indebite quæritur excommunicasse. Item colloquio Episcopali habendo. Erpuino Silvanectensi, pro quodam homine quem irrationabiliter ab eo excommunicatum, ut competerat, intimat, mandans ut obviam sibi veniat, & quid inde rectius sit agendum, secum pertractet. Item pro quodam Presbytero rebus Ecclesiasticis indebite frustrato. Item pro quodam clerico, qui se præjudicium ab eo pati clamaverat. Item pro mandatis Adriani Papæ de prænotato Presbytero. Item pro mandato Regis regulariter exequendo. Lupo Catalaunensi, pro Synodo celebranda. Item pro quodam, qui dolo deceptus fuerat, ut infantem proprium ad cathechizandum teneret. Item quid de hac re Synodus decreverit. Cui etiam testimonium bonæ vitæ perhibet in epistola, quam scripsit post obitum ipsius ad Regem Karolum pro impetranda electione regulari Ecclesiæ Catalaunensi. Prudentio Trecassino scribens, quæritur quare sibi præsentiam suam subtrahat, significans se ab eo consilium quærere velle de statu, & compressione Gothescalci, intimans quod de ipso actum vel judicatum fuerat in synodo, quo eum reclusum tenebat judicio, & quia multis modis eum converti tentaverit, & de moribus ac superbia ipsius: & si in cœna Domini vel in Pascha debeat illum amittere ad audiendum sacrum officium, vel accipiendam communionem, & quid sibi videatur de sententia Ezechielis Prophetæ qua dicitur: *In quacunque die ceciderit justus, omnes justitiæ ejus in oblivione tradentur: & quacunque die peccator conversus fuerit omnes iniquitates ejus tradentur oblivioni.* Sed & de consuetudine cœnæ Domini celebrandæ. Item pro Ecclesiis sedis Remensis in ipsius diœcesi sitis, quas ille aliter tractabat, quam Episcopali conveniret æquitati: ut de his & aliis, quæ de ipso audiebat simul loquerentur, exhortans ut alterutrum se instruerent, & Domino mutuo commendarent. Pro qua re librum quoque scripsisse reperitur. Pardulo Laudunensi Episcopo scribit pro transitu Domni Ebonis antecessoris sui, ut illi sacerdotalis benignitas plenis caritate votis debeat exhiberi. Item de reconciliatione Luidonis inconvenienti, quod non potuerit ad eam peragendam adulationibus, vel exprobrationibus hominum insipientiam deflecti; corroborans eum ad rectitudinem Episcopalem divinarum testimoniis scripturarum, ut per auctoritatis gradiatur viam, & quid ei de præfato sit agendum Luidone significans. Item pro eadem re. Item de recognitione, humiliatione, & absolutione Fulcri. Item de absolutione cujusdam, requirens ipsius consilium. Item de jejunio a regina mandato. Item de infirmitate & humiliatione Rothadi Suessonici, & de consilio quod ei dederat, ut illud in eo corroboret, & ad obsequendum prudenter exhortetur. Item pro auro, quod ei mittebat, per eum reginæ offerendo ad componendum quoddam Dei genitricis ornamentum. Item de opusculo Ferculi Salomonis a se composito, quod ei legerat, cogitans quid sibi videatur de illo. Item pro Ecclesia Morini vacante pastore, ut inde cum rege loquatur, qualiter,

Marginal notes: * j. Parisius. — Ezech. 18. — De hoc sup. cap. 15.

ipsa electio rite peragatur, & pro libris S. Ambrosii de fide sibi mittendis. Irminfrido Belvacensi, pro electione pastoris Ecclesiæ Ambianensis, canonice consecrandi, post obitum Ragenarii præsulis. Item pro gubernanda prudenter Ecclesiæ navi, quæ in hoc naufragoso seculi mari inter intestina concutiebatur bella. Ebooi Episcopo Ecclesiæ Remensis alumno, pro quodam fratre ab hac Ecclesia fuga lapso, & apud ipsum commorante, ut quantocius illum diligenti cura remittere studeas. Item pro ordinatione Isaac in Episcopatu Lingonensi, ut exhortetur Remigium Archiepiscopum ad eandem ordinationem peragendam. Theodorico Camaracensi, pro quodam Hectone Lotharii Regis vassallo, cui communi consensu pœnitentiam injunxerat: qui se absolutum a præfato Theoderico fuisse fatebatur: & pro quodam Presbytero, quem idem Theodericus excommunicaveras, pro quo Papa Romanus domno Hincmaro literas miserit, quas ipse eidem Theoderico mittebat. Item pro præfati * Hectonis absolutione. Item pro rebus Remensis Ecclesiæ, quas sibi per præstariam Theodericus Episcopus delegari petebat. Item pro ordinatione Hunfridi in Episcopatu Morini. Item pro ordinatione Ercamrai post decessum Lopi Catalaunensis Episcopi. Item de adventu Ludovici Transrhenensis, quia Remis venerit, & quid egerit, quidve sibi præceperit. Item pro Balduino, qui viduam Judith filiam Regis Karoli furatus fuerat, ut sciat eum a se sub anathemate positum, & id per suam denunciet parochiam. Item pro quodam, qui quandam, quidam feminam in concubinato accipere persuasus fuerat a patre ipsius puellæ. Folcuino Morinensi, pro quodam presbytero ipsius ordinato, qui clamabat injuriam se pati ab Immune Præsule, petitque simul reliquias sanctorum in Morinensi parochia quiescentium sibi mitti, quia in consecratione Ecclesiæ Dei genitricis altare ab ipso Folcuino consecrandum, & ex ipsius parochiæ reliquiis honorandum præparabat. Rainneto Episcopo pro quodam presbytero, quem Notho Archiepiscopus Arelatensis, ei literis indicaverat abjectum canonice, & excommunicatum a Synodo, altero presbytero in ejus loco constituto. Agio Episcopo pro rebus Ecclesiæ Remensis in Aquitania conjacentibus. Abboni Antisiodorensi, pro Heriboldo præsule defuncto, qui cuidam fratri apparens, admonuit de eleemosynis, & orationibus, atque oblationibus pro se offerendis. Æneæ Parisiorum, pro Rotbado Suessonico, de quo quædam inconvenientia apud Regem ventilata fuerant, & Rex eundem Æneam cum Immone Noviomagensi ad hæc discutienda dirigebat. * Almarico Cumensis Ecclesiæ præsuli pro Egilberto diacono Monasterii sancti Remigii Monacho, quem eidem Episcopo id petenti ad ordinandum, & regendum committit.

ms. Hettonis.

Agio Aurel.

j. Almarico.

A

CAPUT XXII.

Quæ instrumenta vitæ, vel redargutiones Hincmaro nepoti suo scripserit.

Hincmaro nepoti suo Laudunensi Episcopo, in ordinationis ipsius initio, instruens & edocens eum, qualiter juxta canonicam auctoritatem commissam sibi tractare deberet Ecclesiam. item admonens, ut provideat ne conspirationes inter sibi subjectos adolerent: sed & si exortæ fuissent, mox rationis moderatione succiderentur, aut sibi si necesse foret hæc intimare curaret, & quando Synodum debeat B celebrare. Pro quo valde laboravit, multaque illi scribit, reprehendens eum, & castigans de levitate morum & actuum suorum, admonensque ut ad cor suum redeat, & Deum tota intentione precari studeat, ut eum respiciat, & intelligere sibi atque corrigere perversitatem suam donet, quia videlicet nimis sibi sapiens esse videbatur, & pertinax in contentionibus, & quia leges Ecclesiasticas ad suæ voluntatis intentionem flectere nitebatur, & melius eas se putabat intelligere, quam seniores natu. Pro quo in tantum laboravit, ut etiam senioris sui regis offensionem incurrisse se dicat: C illum vero impudenti fronte, erectaque cervice, trementibus labiis, & inflamatis verbis petitionem, & humilitatem suam respuentem coram multis sustinuerit. Corripitque eum, quia nunquam se recognoscere de aliqua culpa, sed semper se defendere parabat: de habitu quoque, incessu, risu, juramentis, impatienti locutione, ira præcipiti, & aliis multis. Item quia contra sanctarum scripturarum tramitem causa suæ injuriæ in parochiæ suæ gubernatione excesserat, ut hæc corrigere studeat, admonens eum qualem se habeat exhibere verbis A- D postoli ad Timotheum. Item de quodam sacrilego, & a se pro sceleribus excommunicato, quod illi res Ecclesiasticas ad turpis lucri præmium dederit. Item pro Hadulfo quodam ipsius Clerico petens, quem idem Hincmarus excommunicaverat. Item de epistola Papæ Adriani ad quosdam Episcopos per eum dirigenda. Item pro dispositione quarumdam parochiæ suæ Ecclesiasticarum rerum, ut inde vel ad comprovincialem expectaret Synodum. Item pro excommunicatione Karlomanni, unde obedire ipsi nolebat, eum sæpe commonens, ut contumaciam suæ mentis deponeret, & ad obaudiendum sibi, ceu jam coram multis testibus professus fuerat in Synodo atque subscripserat, se inclinaret. Item * pro Berthario dia- E cono, quem * Metropolitanæ atque comprovincialis Synodi judicium appellantem indebite sub custodia detinebat. Unde promens ei quod ita in eum agere non debuisset, præcepit illi auctoritate sacrorum canonum & sua, ut eundem diaconum, vel si qui fuissent alii clericorum judicium regulare proclamantes ab ipso detenti, ad suum ac cæterorum Episcoporum judicium libere venire permitteret, & ipse eidem se judicio præsentaret. Item convocans eum ad Synodum, ubi Adriani Papæ mandata tractanda erant. Scribit ad eum præterea multa. Novissime voluminis seriem, rememorans in eo, ad mentis hujus oculos revocans qualiter illum orphanum dulci dilectio-

j. Berchario ms. Metropolitani.

ne sub religione nutrierit, literis erudierit, per singulos gradus Ecclesiasticos usque ad Episcopatus apicem provexerit: (Nunc, inquit, retribuendum mihi mala pro bonis, & odio me habentem gratis, quoniam non faveo tuis infructuosis operibus, quandiu te patiar, multis a te afflictus injuriis? Etenim ab ipsa die ordinationis tuæ tam verbis quam scriptis, & inordinatis actibus ac moribus tuis frequentibus adeo sum gravatus, lacerationibus atque confusionibus, ut tædeat me vitæ meæ: quia sic pro loci mei officio tuæ insolentiæ sum connexus, ut non solum post primam & secundam correctionem, juxta Apostolum, verum nec post plurimas privatim, & coram communibus familiaribus nostris, sed & coram Rege, & Episcopis, ac plurimis aliis, verbis & scriptis commonitiones, te valeam devitare. Et licet exoptem, ut darentur mihi pennæ sicut columbæ, & avolarem, ac requiescerem a te elongatus in aliquam solitudinem, non possum quoquam effugere, ut aut sua pertinacia contumacis præsentiæ, aut missorum tuorum duriloquiis, aut scripturarum tuarum derogationibus & inutilibus næniis, quin potius tragædiis, aut talibus quæ non conveniunt Episcopo, de te auditionibus non affligar: & jam tandem putavi te pigere talia exequi, cum ecce nunc Idibus Novembris quartæ Indictionis prolixissimam rotulam, mendaciis & irrationalitatibus ac improperiis contra veritatem & auctoritatem repletam mihi misisti. Et miror cur sic exfrons factus, ut de Judæa Dominus quæritur, nescis erubescere, & tibi non est nausea talia & tanta scribere, nisi quoniam utilitatibus non est intentus, neque in necessariis occupatus: ut de aliis taceam, quæ si ex ordine voluero replicare, antea deficiet lux diurna, quam legenda exinde deficiat pagina, replicabo tibi aliqua, quæ non valeo nec debeo silentio præterire. Videlicet quia statim ut a paterno nidu educationis factus Episcopus evolasti, & me & eos qui te nutrierunt deseruisti, & sæculares amicitias atque familiaritates quæsisti, & acquisisti, & sic subinde alios & alios deserens & acquirens, non solum de comparibus, sed etiam & de tibi commissis, ad hoc emarsisti, ut contra sacras regulas Antiochenas præcipientes, ut præter me agere nihil debeas, secundum antiquam patribus nostris regulam constitutam, nisi ea tantum, quæ ad tuam parochiam pertineant, possessionesque subjectas sine mea vel Coepiscoporum nostrorum conscientia administrationem in palatio domni Regis obtinueris, quam administrationem tibi coram eodem domno rege, & aliis qui affuerunt ex sacris regulis interdixi, & aliquandiu ab eadem administratione cessasti. Postea autem per exteras, id est seculares potestates contra Sardicenses canones eandem administrationem cum Abbatia in tertia provincia ultra Remensem provinciam sine mea conscientia obtinuisti. Ad quam Abbatiam sine mea licentia quotiens tibi placuit, perrexisti, & quandiu tibi placuit ibidem fuisti immoratus, contra Hilarii Papæ decreta dicentis: Illud non potuimus præterire quod sollicitudine diligentiore curandum est, ne præter Metropolitanorum suorum literas aliqui Episcopi ad quamlibet provinciam audeant proficisci, quod etiam in omni genere officii clericalis per regulas debet Ecclesias custodiri.) Et sic antea Zosimus, & postea sanctus Gregorius decreverunt. Propterea quoque semel ac secundo literis canonicis evocatos ad ordinationem Episcopi in Ecclesia Cameracensi provinciæ nostræ pastore destituta, unde Apostolica sedes me suggerente non modice laboravit, nec ipse venisti, nec pro te vicariam personam, vel literas tui consensus, ut regulæ sacræ præcipiunt, ad me direxisti. Unde Symmachus Papa ad Eonium ex sacris regulis promulgavit: ut si quilibet Episcopus Metropolitano pontifici juxta canonicam diffinitionem vocatus obtemperare noluerit, noverit succidendum se (quod non optamus) Ecclesiastica disciplina. Sed & hinc a me convocatus, nullam satisfactionem, nec etiam humile responsum mihi ac Coepiscopis nostris exhibuisti. Post hæc more tuæ instabilitatis ac inconstantiæ contra domnum Regem in tantum te sine ratione contumaciter erexisti: ut & administrationem palatinam, & ipsam Abbatiam tibi auferret, & a te exaggeratus duriora ingerenda tibi proponeret. Unde & scriptis, & verbis pro te satagens illum tibi reconciliavi. Indeque sicut sciunt plurimi, contra illum te iterum erexisti, & mandata sua, ut ad eum venires, contemnens, adeo illum ad iracundiam provocasti, sicut omnes in istis regionibus sciunt, ut coactus te per fideles suos sicut infidelem apprehenderet. Tu autem ante inauditam excommunicationem in meos, & multorum Archiepiscoporum & Episcoporum parochianos, sed & in ipsum Regem sine mea conscientia contra sacras regulas jaculasti. Unde multos scandalizasti, & maximum scandalum non solum Ecclesiæ, sed & Regi, ac regno intulisti, cum lex prohibeat ut per alienam messem transiens falcem non mittas, sed manu spicas conteras & manduces. Falcem, inquit Beatus Gregorius, judicii mittere non potes in ea segete, quia alteri videtur esse commissa: sed per effectum boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis exspolia, & in Ecclesiæ corpus monendo & persuadendo, quasi mandando, converte.) Post quam præsumptionem, adhibitis mecum confratribus nostris, te & cum eo pacificavi, & Episcopis, quorum parochianos excommunicasti, ut in te synodali sententia non inveherent: persuasisti: sed & eosdem a te excommunicatos, licet non sine labore, adminiculante tamen domno Rege, adversum te conquiescere feci. Sed tu addens pejora prioribus, sic domnum Regem, sicut mihi longum est enarrare, & multi sciunt, iterum exaggerasti, ut causa tuæ castigationis, te, sine mea voluntate, sineque meo consensu, aliquantulum detineri juberet. Tu vero causa tuæ injuriæ, me inconsulto, & sine consensu Coepiscoporum Remensis Provinciæ, sicut petitio a clericis Laudunensis Ecclesiæ mihi porrecta demonstrat, Presbyteros & comministros Ecclesiæ ac parochiæ tibi commissæ excommunicasti, ut nemo in eadem parochia missarum officia celebraret: neminem parvulorum, etiam in mortis urgenti periculo constitutum baptizaret: nullum ad pœnitentiam quisquam: nec etiam obeunti communione viatica muneris subveniret: nulli defuncto in sepeliendo humanitatis obsequium exhiberet: donec aut tu ipse ad eos venires, aut a Sede Apostolica inde relationem recipe-

Marginal notes: Psal. 34. Joan. 15. — Tit. 3. — Psal. 54. — Jer. 6. 8. — Conc. Antioc. I. cap. 9. — Conc. Sardic. can. 15. — Hilar. ep. 8. — Zosim. ep. 5 & 9. — Gregor. lib. 4. epist. 31. — Sym. ep. 1. ad Caesa[r]ium. — Deut. 23. Gregor. ad interrogat. Aug. resp. 9.

[A] rent: Quod audiens, fateor, vehementer exhorrui, & proinde ad te, Metropolitanæ sollicitudine, litteras misi, monens & hortans te, ut tam exitiabilem excommunicationem & impietatis colligationem in tuum & multorum periculum intentatam, quantocius solveres. Sed & ad ministros Laudunensis Ecclesiæ, timens immane multorum exitum, certissimas & irrefragabiles diffinitiones Evangelicæ veritatis, & Apostolicæ sedis direxi, quatenus secundum easdem diffinitiones, quæ in nullo convelli possunt, ex eadem periculosa & irregulari excommunicatione agerent & ipsi satis. Sed quia meæ admonitioni obedire non voluisti, misi ad te iterum exinde literas, sed & ad clericos [B] Laudunensis parochiæ, & nec sic te ad obediendum invitare prævalui. Post hæc, quærens adinventiones, ut te a Metropolitana subjectione potes exuere, libellum de antiquorum patrum scriptis ante sacros Nicænæ Synodi, & aliorum sanctorum canones editis collegisti: in quibus sententias inter se dissonas, & contra Evangelicam & Apostolicam, atque canonicam, & Apostolicæ sedis auctoritatem immiscuisti, & eidem libello sine Metropolitani & Coepiscoporum Remensis provinciæ conscientia ac consensu subscripsisti, & a clericis Ecclesiæ tuæ, necnon & a parochianis Presbyteris subscribi fecisti, volens te a subjectione tuæ Metropolis exutum ostentare, & privilegium Metropolitanæ [C] sedis adnullare: quasi non possem impietatis tuæ colligationes canonica auctoritate, sine tuo consensu, ac sine synodali conventu in parochia tua dissolvere, cum de certis & manifestis causis, quæ in nullo nobis sunt dubia vel obscura, & de quibus finitivas sententias, quæ nulla possunt ratione convelli, a sanctis patribus promulgatas habemus, synodale consultum, vel Coepiscoporum nostræ provinciæ consilium, vel consensum non debeam expectare, & a regulis præstitutis, ut sanctus Leo dicit, nulla nos negligentia, aut præsumptione discedere: nec etiam sedem Apostolicam [D] inde inquietare, sicut ipsius sanctæ sedis beati Pontifices Innocentius, Zosimus, Cælestinus, Leo, Hilarius, Gelasius, Gregorius, & alii plures ejusdem sanctæ sedis rectores in decretis suis ostendunt, & reliqua.) Item datis auctoritatibus Gelasii Papæ: (Post præfati denique, inquit, monstruosi libelli a te monstruose collecti tuam tuorumque subscriptionem, literis quarum exemplar habeo, denuo te commonui, ut ea quæ in parochia tua contra rationem & auctoritatem egeras, studeres corrigere: sed admonitioni meæ non paruisti. Deinde ex præfatis epistolis Romanæ sedis Ponti- [E] ficum ante Nicænam synodum scriptis libellum a te collectum, & versicalia in nomine domni Regis Karoli titulatum, per venerabilem quondam Archiepiscopum Wanilonem in Gundufi villa coram Episcopis qui affuerunt, mihi direxisti: de quo tibi scripto respondi, cujus exemplar habeo, monens te, ut sacris canonibus & Apostolicæ sedis decretis ex eisdem sacris canonibus & Apostolicæ sedis promulgatis, fidem accommodares, & debitam obedientiam illis dependeres. Inde in Attiniaco Remensis parochiæ tibi coram Episcopis dedit libellum in LV. capitula auctoritates Ecclesiasticas continentem, contra illa quæ in præfatis tuis duobus libellis collegeras, monens ut a talibus & hujusmodi reprehensionibus te cohiberes, & te sacris regulis subdens, pacem & sanctimoniam secundum Apostolum sequi studeres. Tu autem nullam inde meæ admonitioni satisfactionem exhibuisti, quin potius totolam prolixissimam contra veritatem & auctoritatem, ac rationem contextam in eadem synodo obtulisti & præfatum tuum monstruosum libellum, a te & a tuis in eadem Synodo protulisti, quem ibidem accipiens hactenus servo. Et cum me vidi post tot admonitiones nihil apud te posse proficere, schedulam porrexi in Synodo Episcoporum decem provinciarum, ab eisdem venerandis Episcopis quærens consilium, quid contra tuam pertinacem contumaciam agere possem, & illa, quæ tibi ac Parochiæ tuæ contra colligationes tuæ impietatis direxeram, coram illis relegi feci. Unde & ab eisdem Episcopis prædictis, sacris conventus auctoritatibus quoniam injuste ac irregulariter tantas & tales excommunicationes agere præsumpsisti; & a domno rege impetitus, quoniam juramenta illi a te super sacra præstita non observasti: sed & quia res suæ proprietatis contra leges divinas & humanas invasisti, & a Normanno in Synodo accusatus, quoniam eum de rebus tua concessione atque consensione a Domno Karolo sibi beneficiatis, sine auctoritate regia, armata militari manu, & turba vulgi collecta, cum gladiis & fustibus primum quidem uxorem suam, quæ ibi sine illo erat, & postea illum ipsum contra leges & regulas expulisti, & omnia sua, quæ ibi habuit, abstulisti sed & a tuis hominibus accusatus, quia contra leges divinas & humanas ei sua beneficia abstulisti, ut synodalem censuram evaderes, dedisti Regi & mihi in eadem Synodo professionis tuæ libellum de regulari obedientia tua, quem habeo, & tu negare non potes, quoniam ipsius exemplar de manu mea in eadem Synodo accepisti, sicut in processu monstrabo. Sed ut vir duplex animo, & inconstans in omnibus viis tuis, statim in crastina misisti mihi per Harduicum venerabilem Vesontionensem Episcopum, ad profitendum & subscribendum tibi breviculum ita se habentem: Et ego Hincmarus Remorum Archiepiscopus tibi Hincmaro Laudunensis Ecclesiæ Coepiscopo tuum debitum, sacris præcipientibus canonibus, privilegium conservabo, & in quibuscumque Ecclesiasticis negotiis indigueris, secundum sacras regulas debitum tibi jure adjutorium Archiepiscopali auctoritate adhibebo. Quæ causa non solum non de humili, verum nec de sano sensu processit. Injustum quippe ac irrationabile videtur, ut Archiepiscopos a sacris canonibus non exhorbitans, excedenti Episcopo suffraganeo a se ordinato, professionis ac subscriptionis libello, sicut postulaveras, satisfaceret. Sicut enim secundum scripturam minor a majore benedicitus, ita prorsus minor a majore judicatur, ligatur, vel solvitur, sicut & in decretis Gelasii demonstratur. Juste igitur & rationabiliter tibi hinc respondetur ex Jacobo: Petisti & non accepisti, eo quod male petisti. Sed & in eo quod tibi a me subscribi proposuisti, ut tuum debitum, sacris præcipientibus canonibus, privilegium conservarem, petisti quod voluisti, sed nescisti quod dixisti: quoniam ut sanctus Hieronymus dicit, Privilegia singulorum communem legem facere non possunt. Et sacri canones

Marginal notes: Leo ep. 84. c. 2. — Syn. in Attiniaco an. 870 [illegible]. 12. — Syn. Duziac. an. 871. — Extat apud Aimoinum lib. 5. c. 24. — Jacob. 1. — Heb. 7. — Gelas. ep. 4. & 13. — Jac. 4. — Hieron. in c. 1. Jonæ.

nones Provincialibus Episcopis, & eorum Ec-
clesiis vel sedibus, Privilegia, scilicet privatas
leges, vel jura privata generaliter non dede-
runt, quia quod omnes generaliter habent, jus
speciale & dignitatis lex privata esse non va-
let. Sed Metropolitanis Episcopis ac Metropo-
litanis sedibus privilegia tribuerunt, &c.) de
sacris canonibus & decretis Papæ Leonis sub-
nexa. Post quæ subinfert. (Quapropter quan-
do talia mihi ad profitendum & subscribendum
misisti, scire debueras, quod in istis regionibus
nemo pene ignorat, quia municipium Laudu-
ni, in quo es ordinatus Episcopus, ab exor-
dio sui, postquam a Marcobrio prætore, ut
produnt historiæ, conditum fuit, nunquam lo-
cum sedes Provinciales Remorum Provinciæ,
in paganismo, vel in Christianismo, nomen vel
B locum habuit, donec S. Remigius xv. Remo-
rum Archiepiscopus, certis quibusdam acciden-
tibus causis, primus ibidem ordinavit Episco-
pum, & eidem municipio, de rebus Remensis
Metropolis satis superque ditato, ipsum Comi-
tatum, in quo consistit, partem scilicet ex Re-
mensi Parochia delegavit: sed semper fuit Re-
mensis Provinciæ municipium, sicut hodieque
& alia municipia in Remensi Parochia, quæ
in subjectionibus loco ac nomine perma-
nent. Non igitur privilegium, sed municipa-
tum tibi debere servari municipatum tibi de-
bere convenerat petere, quia sicut patres no-
stri ac magistri Ecclesiæ tradunt, Paulus Apo-
Act. 21. stolus non se civem, sed municipem appellat,
C dicens: Ego homo sum quidem Judæus a Thar-
so Ciliciæ, non ignotæ civitatis municeps.
Natus quidem Apostolus in oppido Galilææ
Giscali fuit, quo a Romanis capto, cum pa-
rentibus suis Tharsum Ciliciæ commigravit.
A quibus ob studium legis missus Hierosoly-
mam, a Gamaliele viro doctissimo, sicut in
Act. 22. subsequentibus ipse memorat, eruditus est. Et
ideo non se civem, sed municipem, a munici-
pio, id est, territorio ejusdem civitatis, in quo
nutritus est, appellat. Dictum autem munici-
pium, quod tantum munia, id est tributa de-
bita vel munera reddat. Nam liberales & fa-
mosissimæ causæ, & quæ ex principe proficis-
D centes, ad dignitatem civitatum pertinent.
Nec mirum, si se Tharsensem, & non Gisca-
litem dicat, cum Dominus ipse in Bethleem
natus, non Bethleemites, sed Nazarenus, a
loco in quo nutritus erat, cognominatus est.
Et tu ergo in diœcesi Remensi natus, & in
Metropoli Remorum nutritus, & in municipio
Lauduni ordinatus, non te civilem vel civi-
cum sed municipem, videlicet tributarium seu
muntrarium, utinam spiritalium donorum, E-
piscopum, & excepto quod a pluribus Episcopis
E es ordinatus, pene Vicarium Episcopum, quem
Græci Chorepiscopum vocant, debueras reco-
gnoscere, ac per hoc non privilegium tibi ad-
scribi, sed municipatum: nec contra privile-
gium tuæ Metropolis te oportuerat rebellare,
quod non ageres, si animo Paulus, scilicet pu-
2. Thess. 2. sillus & humilis esses. Unde timendum est,
ne & in hoc perditionis filium imiteris, qui
1. Cor. 5. adversatur & extollitur supra omne quod di-
citur Deus, aut quod colitur. Cui quantum
ex te fuit, tradidisti eos, quos irregulariter
ut præmisi excommunicatis, non ut secundum
Apostolum spiritus eorum salvi: sed quantum
furor & indignatio tua prævalere potuit, per-

A diti essent in die Domini. Quas colligationes
impietatis, ut sæpe dictum est, & semper di-
cendum est, quoniam regulariter contra vo-
tum tuum dissolvi, te adversum me erexisti.
Item, post auctoritates super illicita excommuni-
catione. (De Sacramentis autem a te Regi
præstitis non est mihi necesse aliquid scribere,
quoniam pene omnes sciunt, quid de perjurio Deut. 5.
(si forte illud admisisti) Dominus in lege & Zach. 5.
Prophetis, & in Evangelio, & per Apostolos Mal. 3.
ac Ecclesiæ Doctores atque magistros dicat. Et Matth. 5.
quia, ut in decretis Apostolicæ sedis dicitur, Jac. 5.
nolumus exaggerare quod gestum est, ne coga-
mur judicare quod justum est: quoniam quod
inde tibi in Synodo reputatum est, judiciario
ordine comprobatum non est, sed regia beni-
gnitate intermissum est, omissi hinc regulare
B judicium ponere, ut te ad conscientiam tuam
remitterem. Pervasio autem rerum proprietatis
regiæ a te perpetrata manifestissime claruit,
quia nunquam res ipsæ juris Ecclesiæ Laudu-
nensis fuisse legaliter probatæ sunt, nec sua,
vel cujusquam alterius donatione, vel conces-
sione ab eadem Ecclesia possessas fuisse monstra-
tum est. Unde super hominem tuum Tedui-
num, cui easdem pervasas beneficiasti, legali-
ter conquisitum est. Sed & proclamatio ad-
versum te Nortmanni vera fuisse claruit, nec
testibus indiguit, quoniam tam manifestissime
hoc, quod inde contra leges & regulas egisti,
adeo omnibus in istis regionibus patuit, ut nul-
C la tergiversatione factum tegi, aut excusari
valeret. Nam constat multis esse notissimum,
& tu in scriptis tuis Domno Regi & mihi di-
rectis hoc confiteris, quoniam ad deprecatio-
nem Rodulphi & Conradi, easdem res, post-
quam Domnus Rex illas a longo tempore de
Ecclesia Laudunensi abstractas, eidem Ecclesiæ
sua potestate restituit, ipso domno Regi illas
sine mea ac Coepiscoporum nostrorum & com-
ministrorum nostrorum conscientia, atque consen-
su beneficiasti, quatenus eidem Nortmanno il-
las beneficiares.) Item post aliquas datas au-
ctoritates: (Et hoc a te ita irrationabiliter
factum irrationabilius dissolvisti, qui armata
militari manu, & permixta vulgi multitudine
D cum armis & fustibus, & tumultu maximo,
sicut dicunt qui factum illud viderunt & au-
dierunt, eundem Nortmannum, qui ipsas res
a te Regi concessas, per Regis beneficium re-
tinebat violenter & sine Regis auctoritate, ac
verbo, vel literis expulisti, & expulso illo,
illas invasisti, & in eas intrasti, ac possedisti,
cum sint leges & regulæ, sit etiam, Rex por- Rom. 13.
tans gladium ad vindictam malefactorum, sint
Episcopi, & canones ad judicanda crimina sa-
crilegorum: ut si ipse Nortmannus pervasor
rerum Ecclesiasticarum foret, gladio, id est vin-
dicta Regia puniretur: si sacrilegus comproba-
E tus esset, Episcopali & canonico judicio judi-
caretur. Sunt etiam judices & sunt leges, quo-
rum & quarum judicio, si quid forte tibi, &
Ecclesiæ tibi commissæ injuste factum erat, le-
galiter & regulariter emendaretur.) Item post
quædam præcipue B. Gregorii præceptionum de-
creta. (Denique ex eo quod tui homines se ad
Regem reclamaverunt, quoniam ab eis sua bene-
ficia, quæ apud antecessores tuos promeruerunt,
injuste & irrationabiliter abstulisses, post datum
Regi & mihi libellum in Synodo de regulari o-
bedientia tua, secundum sacros canones, &

decreta sanctæ sedis Romanæ Pontificum, ex eisdem sacris canonibus promulgata, electos judices Episcopos apud me expetisti, & tres secundum Africanum Concilium, scilicet Actardum, Ragenelinum, atque Johannem a me sibi designatos suscepisti: & eorum, atque Apostolorum Deum timentium judicio, in Domni Regis, sicut postulasti, præsentia de quibusdam decretum fuit, ut beneficia sua, quæ irrationabiliter perdiderant, recuperare deberent. Quorundam autem eorum causa usque ad alium tractatum, certis causis intervenientibus non diffinita, sed de alia diffinienda remansit, & te eare diffinitionem contra sacros canones, & sine ulla necessitate vel ratione, fuga lapsus, regularem diffinitionem expectare contempsisti. (Item post aliqua de canonibus.) Et ab electorum judicio, ut prædixi, incausa ac inhoneste fuga lapsus abscedens, pitaciolum irrationabiliter confectum, & manu tua subscriptum, ac præfatæ professioni tuæ usquequaque contrarium, per Ermenoldum Diaconum tuum VI. Nonas Julii, III. Indictione mihi misisti, quod ita se habet: Reverendissimo Remorum Archiepiscopo Hincmaro sanctæ Laudunensis Ecclesiæ Hincmarus, Deo miserante, Episcopus, debitam in Christo devotionem. Vos scitis quia ab universali sanctæ Romanæ Ecclesiæ Papa, patre quoque nostro & magistro Adriano his vocatus existo, & vos ipsi in quaternionibus mihi a vobis in Attiniaco palatio, coram Archiepiscopis & Episcopis, qui affuerunt, dedistis, quod ad eandem sedem venire toties vocatus detrectem, me reprehendistis: si visio scriptoris pro detrectem, quod est dissimulem, vel differam; detractem, quod valde tractem non ab re accipi potest, interchara[illegible]tum non fuit. Unde vos nunc pro amore Dei omnipotentis, & reverentia S. Petri exposco, sicut & in eadem Synodo in eodem Attiniaco a vobis convocata, quod impetrare non valui, expostulavi, ac jam etiam per integrum efflagitavi annum, & præcipue in Synodo apud Vermeriam palatium olim ab borna habita, obsecrando deelemavi, nunc quoque & obsecro, & item declemo, ut & hactenus egi, quo vestra Archiepiscopali auctoritate apud domni nostri gloriosissimi Regis Karoli clementiam obtineatis, quatenus domni & universalis Papæ Adriani præceptis ac institutionibus Ecclesiasticis, mihi ut omnibus expedit, velut ei qui de omni Ecclesia fas habet judicandi, liceat obediter videlicet ut limina SS. Apostolorum, Petri scilicet & Pauli, merear, ut devovi, & ab eodem insuper vocatus sum, penetrare. Alioquin me vobis ab hinc, ut Archiepiscopo Coepiscopus obtemperare debet, canonice sciatis obsequi non posse: quia ut decernit B. Papa Gelasius, nesciunt quid loquuntur, qui decretis S. R. E. sedis Præsulum quasi canones opponunt, quibus contraire contra canones est ipsos se erigere. Iste Gelasius Papa venerabilis & sanctus omnes decretales Epistolas venerabiliter sanxit suscipiendas: nec ea venerabiliter suscipit, licet adtonitum caput inclinet, qui eis non obedit, sed potius porro obvias manus inferens, quod sine periculo agi non potest, respuit, ut pote qui da se judicari non prospicit. Nam velimus nolimus, aut eis parebimus, aut eorum judicio percellemur: quorum neminem aliqui quique reprobare valemus. De Archiepiscopis autem

Conc. Afric. can. 63. 88. 89 & 94.

Exstat ad fi. Opusc. VI. Capitulor.

Adrian. II.

Synod. apud Vermeriam an. 870.

Car. Cal.

Gelas. epist. 4.

Remigio ac Hasduico, quod mihi per Teutlandum Diaconum mandastis, Privilegio S. R. E. non præjudicat, sed quod eis eadem sancta sedes de me voluit ac disposuit committere, commisit, vos vero quod vestrum est agite. In Domino J. C. bene valete. Ego Hincmarus sanctæ Laudunensis Ecclesiæ Episcopus sponte subscripsi. De quo pitatio tibi distuli respondere putans te retractare, & a tua contumacia resipiscere: tu autem non quievisti, sicut causa brevitatis omitto. Et post hæc per Clericum tuum Bertherium domno Regi tuas literas direxisti, excusans te, quoniam ad illum, sicut sibi mandaverat, venire non posses, quia febricitans, ut te sol tangeret sufferre nequibas: sed tibi Romam eundi licentiam daret, secundum votum tuum quod vovisti, quando altera vice febrem habuisti, ut ad SS. Apostolorum limina, sicut voveras veniens, ibidem ab eadem febre liberareris. Is autem Domnus Rex coram Episcopis & aliis fidelibus suis, qui affuerunt, tibi per eumdem clericum tuum remandavit, mirum & non verum esse quod diceret, quoniam ad illum venire non posses, & Romam adire valeres. Veniret autem ad illum, & si ipse pro causa rationabili te illuc ire velle cognoscere posset, tibi licentiam non denegaret. Tu vero ad illum venire noluisti, donec circa Kalendas Septembris tertiæ Indictionis, ad Silvacum de collocutione fratris sui Ludovici rediit, quo obviam illi veniens, nihil cum eo, sed nec mecum, per te vel missos tuos, aut literas tuas de licentia tua Romam eundi dixisti. Sed & quando missi Domni Apostolici Remis fuerunt, quotidie per septem dies, cum Rege & mecum locutus fuisti, & inde nihil dixisti. Quod dicis te in Synodo apud Vermeriam, indeque apud Attiniacum licentiam eundi Romam petisse, & impetrare non potuisse, omnes Episcopi, qui in eisdem Synodis fuerunt, liquido sciunt, quoniam cum de suis insolentiis increpabaris, timens regulare judicium, vel Regis castigationem, licentiam eundi Romam petebas. Cum vero videbas, quia & Rex & Episcopi erant tibi placabiles, de ipsa licentia nihil dicebas, sicut nec modo facis, donec aliquam novitatem, ut soles, quam semper timendo expecto, iterum facias, de qua compellatus solitam cantionem de tua recantes. Petitio autem tua apud domnum Regem talis fuit, quando ad eum venisti, quia sicut plures & pene omnes in istis provinciis scire dicuntur, & patet, addens gravibus graviora, velut ipsa sacrorum canonum demonstrant judicia, nescio quibus machinationibus exquisitis a te jussio est principalis elicita, ut de his de quibus electos judices secundum sacros canones expetisti, non solum eorum querela, quorum causa usque ad alium tractatum diffinienda remansit; verum & quæ, ut dixi, in Domni Regis præsentia electorum judicum sententia diffinita fuerunt, sine Metropolitani conscientia, sineque canonico & Episcopali judicio, per judices seculares, Helmigerium scilicet merceri Palatini Telonearium, & Flotharium ac Ussionem villarum Regiarum majores resuscitarentur, contra canones, qui ab Ecclesiasticis ad majoris auctoritatis Ecclesiasticos judices, & non a majoribus ad minores, nec ab Ecclesiasticis ad seculares, neque a consensu partium electis pro-

vocari permittunt. A quibus judicibus sæcularibus a te petitis quædam ex diffinitis resfricasa & immutata, quædam vero ex diffiolendis sunt diffinita, adinventita reputatione, sicut ab ipsis, qui in aodem placito fuerunt, dicitur, de noo necessariis & incunvenientibus juramentis reperta, & a te corem prædictis judicibus ipsis tuis accusatoribus, quos contra alectos judices sicut expetieras, suscepisti, proposita: qaatenus & is de quo legaliter ac regularitar diffinitum fuerat, ut beneficiam suum haberet, quod contra tationem & æquitatem perdideret, eadem adinventione dimitteret, & illi qaibus judicatum fuerat, at quoniam su post expetitum alectorum judicium, idem judicium subterfugisti, beneficia sua usque ad legalem diffinitionem tenerent, beneficia ipsa desererene, & tu quod incepisti evindicares: cum sicut sibi non licet de accusatione, siva ariminalis causæ, sive civilis, relicto Ecclesiastico, publico purgari jadicio: ita attam nun lices tibi postposito vel contempto Ecclesiastico judicio, ad secularia judicia convolare, vel quemcumque, nec etiam laicam personam pertrahera, oeque ad forum suum saqai, si ipsa persona laica consenserit Ecclesiasticum subita judicium, sicut lex Valeotioiani, qaam probat Ecclesia, demonstrat.) Item post ostensaa aucturitates. (Et non pertranseat etiam tuam confidatationem, cor domnus Rex tuæ petitioni annuetis, ut onda io præsentia illius electos judices Episcopos secundum sacros canones accepisti, sine conscieotia Metropolitani, sineqae Ecclesiastico judicio consenserit, ut sæculares judices ad retractanda ea quæ diffinita fuarunt, vel ad diffinienda, de quibus judices acceperes, demam acciperes. Scio enim & certus sum hinc illum canonicum scite judicium, & miror ac doleo cur tu hoc vidare non voluisti, aut Deo judice arrogantia cæcatus non potuisti. Inange igitur, secundum consilium *Apocal. 3.* Apocalypsis Johannis, collyrio oculos tuos, ut videat & aibuginem arrogantiæ de ocula mentla, id est, intallectu tuo abjicere valeas, & peosa, ne forse domnus Rex, quem toticos exareebasti, scieot divina judicia atque eloqaia hinc in annaeodo votis tuis cogitaverit contra te sententias divinas, de his qui duræ cervicis & indomabiles corda sunt: Qui nocet noceat *Ezech. 2. Apocal. 22.* adhuc, & qui in sordibus est sordescat adhuc, ut impleaot peccata sua semper: & dimisi eos *1. Thess. 4.* secundum desideria cordis eurum, ibunt in adinventionibus suis: &, Nonne hæc condita *Psal. 80.* sunt apud me, & signata io thesaaris meis? mea est ultio, & ego retribuam eis in tempo- *Deut. 32.* re, ut labatur pes eorum: juxta est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Et cum santarum transgressionum inveniaris obnoxius, non cessas ma provocare, ut de promisso pitacio tuæ professionis atque subscriptionis, de quo tibi, ut prædixi, respondere hactenus distali, sed & de aliis tuis professiuoibus atque subscriptionibus vel lacessitus rescribam, quatenus professionum & subscriptionum tuarum historias plures legentes, si forte sunt qui adhuc eas ignorens, earum diligentiam, cautelam quoque & utilitatem cognoscant. Et primum quidem respoodebo tibi de præfato a te subscripto pitacio, io quo scribis in adminiculo suo te a a me reprehensum, & esse me ostendis reprehensibilem. Sed ego spreta reprehensione tua,

qua me quasi sub quodam excusationis velamine, de scriptoris vitio more tuo evidenter reprehendere satagis, qui aut differentiam verbi * decretem, quod in meis scriptis sibi dacia posui, nesciam, aut scriptoris vitium in eis corrigere non sapuerim, vel emendare neglexerim, & ex mea reprehensione tuam ostentura scientiam, Cham *Gen. 9.* Noe filius voluisti, non solum in verbi illius differentia, sed & in alio verbo, quod ad ostentationem tui in tuis adioventionibus iteratum inveni: & cum hinc meam insipientiam voluisti ostendere, tuam studuisti apud Scholasticos stultitiam propalata. Pro me nihil curo dicere: Mihi enim pro minimo est, ut a te judicer, aut si- *1. Cor. 4.* ne dilectione a sua scientia reprehendar. Sed ne apud illos, qui tecum rumusculos captant, glorieris quasi me mutum effeceris & elinguem, qui solus nostris temporibus thesauros sapientiæ & scientiæ penetrans instoisti, hic causa compendii prætermittens, cum mihi vacaverit, ostendam quid regularum Grammaticæ artis auctores, quid orthographiæ Doctores, quid sanctæ Scripturæ tractatores inde sentiant atque dicant.) Idem post nonnulla. (Sed & alia sunt hinc ex sacris canonibus & Apostolicæ sedis decretis, quæ mihi hic ponere longum fuit, io opasculo LV. capitulorum, qnod ad tuam commonitionem, & correctionem atque instructionam tibi dedi, potes relegere, præter epistolas præmissas quas tibi direxi ad redarguendam tuam temeritatem contra Evangelicam veritatem, & Apostolicam atque canonicam auctoritatem, contraque Sedis Apostolicæ decreta, in suam & perniciem multorum præsumptam, sicut in Synodo plurimorum Episcoporum est comprobatum. Sed & præter alias epistolas, ac alia scripta, quæ tibi direxi, vel dedi ad comprimendam tuam insolentiam, & commonendam aa iostruendam tuam dilectionem ut ageres juxta Domini dictum: Quid quærit Domi- *Deut. 10.* nus Deus tuus a te, nisi ut timeas Dominam Deam tuum, & facias voluntatam ejus, obediasque ipsius imperio. Quæ frater sollicita cordis intentione revolva, & recogita quid sit quod dixisti: Quia ex tunc quando mihi literas illas misisti, ut Archiepiscopo Coepiscopus obtemperere debet canonice, scirem obsequi mihi te non posse: & revoca ante oculos tuos, quod coram Episcopis decem provinciarum professus es, & manu propria subscripsisti: scilicet quia privilegio Metropolitani provinciæ Remorum Ecclesiæ, secundum sacros Canones & decreta Sedis Apostolicæ ex sacris Canonibus promulgata pro scire & posse te obediturum profitereris & subscripsisti: Dic frater, quando & ubi, vel in quibus te requisivi vel exturquere volui, ut mihi contra hæc in aliquo obedires? qui nunquam tua, sed juxta Apostolum te quæsivi, & qui meas injurias, scilicet meæ personæ, facile (Deo gratias) possum dimittere, sicut & quotidie pro te om- *2. Cor. 12.* nipotentiam Domini devote exorans facio: injurias ordinationis divinæ, quæ a tua insolentia exquiruntur, ut Metropolitano privilegio canonice non subdaris, in eum redundantes, qui Spiritu sancto suo, a quo promulgati leguntur & creduntur canones, instituit, patienter ferre non possum, nec debeo, quin tantum inde non satagam quantum potero. Nam sicut sollicitudo & primatus totius Ecclesiæ Catholicæ S. Sedis Romanæ Pontifici divinitus est collata: ita & unicuique Metropolitano ac Primati Provinciæ sollicitudo sibi

* rest. pro detractum.

delegatæ Provinciæ, per sacros canones spiritu Dei conditos, & totius mundi reverentia consecratos noscitur esse commissa, & cetera.) Sequuntur deinque plura de professionibus & subscriptionibus ejusdem Hincmari, & correptionibus ejus, usque ad finem operis. Item aliud opus incipiens ita:

Hincmarus Remorum Episcopus Hincmaro Laudunensi Episcopo.

Job 30. Vir diversis flagellis & diversis attritus dicit: Qui me comedunt non dormiunt, ac si diceret, non quiescunt. Et tu, frater, me tuæ linguæ flagellis atterrere, & venenosis scriptis tuis ad iracundiam provocando inficere non quiescis. Sed qui illum servum suum custodivit a murmurationibus, me peccatorem, & fragilem in se confidentem potest custodire a rancore & malitia contra tuas falsas criminationes. Post alia multa super dolorem vulnerum meorum addens, dicis, sicut in scriptis tuis perversis invenio, quia Apostolicæ sedis potestati derogo: unde nemo sanum sapiens tibi unquam credidit, vel credet: quoniam & ipse scripta quæ ad Apostolicam sedem sæpissime misi, & illa quæ tibi resultanti sæpe transmisi, te convincent, & in isto seculo, & in futuro judicio. Non enim de me verum esse valebis unquam, vel usquam probare quod dicis: Ab his, inquiens, e quibus pro Apostolicæ Sedis privilegiis, quæ Christi sunt usque ad mortem fas erat decertari, prædicatur & docetur, in his quæ eadem sedes statuit, velut respuendum probari. Sed tu probaris ejus privilegio resultare, qui secundum sacros canones sanctorum Conciliorum supra positos, ab ipsa prima sede atque ab omni Ecclesia Catholica comprobatos, ut re vera spiritu Dei *Isa. 58.* conditos, & totius mundi reverentia consecratos, & juxta decreta ipsius sanctæ sedis, ex eisdem sacris canonibus promulgata, Metropolitano privilegio, semel & secundo ac tertio commonitus, obedire detrectasti, ut colligationes impietatis, quas contra Evangelicam veritatem, & Apostolicam atque Propheticam auctoritatem, contraque sanctorum Canonum, & decreta ipsius venerandæ sedis exitiabiliter, in tuum, & multorum periculum colligasti, dissolveres. Insuper contra sacras regulas adversus Metropolitanum privilegium libello perni- *Syn. Duziac.* ciose subscripsisti, & subscribi fecisti. Unde in Synodo conventus ab Episcopis decem Provinciarum libellum professionis de futura tua obedientia, subscriptum manu propria, quem habeo, porrexisti. Contra quem iterum resubscripsisti. Nam ego decretales epistolas Sedis Apostolicæ diversis temporibus, pro diversorum patrum consolatione, vel consultatione, ab ejusdem Sedis Pontificibus datas, & venerabiliter suscipio, & venerabiliter suscipiendas dico & scribo, & sacros sanctorum Conciliorum canones cum decretis Apostolicæ sedis, ex eisdem sacris canonibus promulgatis, & recipiendos, & custodiendos, & servandos, sicut supra ostendi, profiteor. Et quod dicis, te audire obloqui de judicio domni Papæ Nicolai: si de me dicis, mendacium dicis. Nam quod ille de Rotbado sive de Wlfado judicavit, non contradixi: sed sicut ipse præcepit obedire curavi. De eo quod dicis de Rotbado, quia in ejus depositione non consensisti: subscriptiones tuæ manus propriæ te revincunt. Nihil enim inde egi, quod mecum non egeris: nihil judicavi, quod non judicaveris: nihil subscripsi, quod non subscripseris. Habeo enim illas ipsas manus tuæ subscriptiones.) & circa hujus operis finem.) De aliis vero, quæ in scripto apud Attiniacum dato mihi improperando mendaciter dicis, tibi respondere non curo. Sed scias quia non sum oblitus quod *Isa. 37.* scriptum est in Isaia Propheta, quoniam S. Ezechias artatus angustia, blasphemas epistolas sibi directas in templo coram Domino expandit, & ad eum clamavit, & exauditus est. Expendam autem manus meas ad Dominum cum blasphemis & superbissimis scriptis tuis mihi a te directis, orans, ut quando scit, & quando vult, & sicut scit, & sicut vult, te convertat ad veræ pacis & dilectionis atque *f. directionis* debitæ obedientiæ * dilectionem, & me liberet *Ps 119.* a labiis iniquis, & a lingua dolosa. Et Domi- *Psal. 9.* næ meæ Beatæ & gloriosæ Dei Genitricis Mariæ meritis, ac precibus sancti Remigii, cujus privilegio derogas, exaudiet me adjutor in opportunitatibus in tribulatione. Et quia B. Hieronymus de his, quorum adversum me gra- *Hieron. præf.* tis suscepisti officium, dicit: Audiant canes *in Job.* mei, Tu qui de filio in fratrem, indeque crevisti in Coepiscopum, & post adeo profecisti, ut in canem meum excreveris, accipe hanc perversi contumaciæ tuæ, pitacioli exigente causa, prolixam responsionem. Cum autem mihi vacaverit, succinctius de aliis perversis, & incompositis scriptis tuis, in quibus quædam mendaciter, quædam reprehensibiliter me reprehendendo, quædam ficte humiliter, & vere superbe scripsisti, rescribam, & in illo scripto, quia lego dixisse Dominum: Jam non irascar tibi amplius, quan- *Ezech. 16.* tum mihi adhuc paret de hujusmodi altercationibus tibi scribendi finem imponam. De hoc quod dicis, quia dicunt de me homines: Qualis est ille avunculus, qui talia suo nepoti scribit? dicant & de te ipsi homines: Qualis est ille nepos ab avunculo suo talis ut tunc erat assumptus, & talis, sicut nunc est in spiritali ac temporali honore effectus, qui talia sibi exigit ab invito avunculo, ne talis ab aliis, sicut a nepote suo depingitur, æstimatus, per eum blasphemetur nomen Domini & vituperetur ministerium ejus, secutus Apostolum scribentem ad Corinthios contra se blasphe- *Rom. 2. 2. Cor. 6.* mantes, & vilipendi ab aliis laborantes. Egit quippe doctor egregius, ut dum ipse qualis esset agnosceitur, & vita & lingua male prædicantium ejus prædicatione vilesceret. Illos videlicet commenderet, si se absconderet. Cumque se non ostenderet, errori locum dedisset. Dicunt etiam & ipsi homines de te: Qualis est ille nepos, qui talia contra suum avunculum, & nutritorem, atque ordinatorem machinatur, & quantum potest mali agit, & plusquam potest agere cupit, sicut tu in die magni judicii manifeste videbis, si ea antea inde non recognoveris, & dignis pœnitentiæ fructibus non emendaveris. Multum me fatigas, & merito, non tibi imputetur: sed fatigationem meam consolatur, quod sicut tibi scripsi, Beatus dicit Gregorius: Etsi Æthiops niger in balneum intrat, & niger de balneo exit: tamen balneator denarium balnei sui non perdit. Timeo de te meo Alexandro, quod de suo di-

2. Tim. 4. cebat Paulus: Alexander ærarius, multa mala mihi ostendit, reddet illi Dominus.)

CAPUT XXIII.

Quæ Altfrido Transrhenensi Episcopo, & cæteris quibusdam Episcopis scripserit.

ALtfrido Transrhenensi Episcopo scripsit quædam pro rebus S. Remigii sitis in Thoringia, quas eidem commiserat, ut reditus ipsarum ipsi tempore opportuno dirigeret: interdicens juxta dispositionem B. Remigii, ut nemo colonos ipsarum in suo præsumeret opprimere servitio. Item quod easdem res cuidam suo in beneficium dederit homini, rogans ut eidem homini solatium in quibuscumque indiguerit, ferre studeat. Adventio Metensium præsuli, super quadam fidei quæstione, de qua fuerat interrogatus ab ipso. Item de itinere quod idem Adventius Romam petiturus debebat incipere. Item de adventu suo ad denunciatam a Rege Synodum pro memorata quæstione tractanda. Item pro filio neptis suæ, quem eidem committebat. Item pro his quæ idem Adventius ei mandaverat de Hincmaro Laudunensi Episcopo, breviter intimans quæ bona erga ipsum gesserit, & quæ prava ille contra gerebat. Item petenti consilium quid agere deberet, Karolo in regnum Ludovici fratris sui senioris ipsius veniente, significans quid egerit ipse, quando Ludovicus regnum Karoli pervaserat, & quid eidem tunc agendum foret. Item pro acceleranda ordinatione Berardi Ecclesiæ Virdunensis electi, & vocati Episcopi. Item pro excommunicatione Karlomanni, quam mittebat ei, significans qualiter eamdem tractare deberet. Item pro missis ipsius Adventii, quos Romam direxerat pro causa Bertulfi Treverensis Archiepiscopi, mirans cur sibi non significasset, quæ ei renuntiavissent. Item pro literis Ludovici Regis, quas idem Adventius ei direxerat, & ut literas, quas ipse domnus Hincmarus Ludovico mittebat, ipse præfatus Præsul ei aut mitteret, aut donaret. Item pro literis ipsius Adventii, quas ei miserat, intimans de adventu Legatorum suorum pallium a Sede Apostolica Bertulfo Archiepiscopo deferentium, exhortans etiam, ut de Regum concordia laboraret: unde quia semper laboraverit, & laborare decertet, innotescit: & de mulo, quem sibi mitti petierat, quia hoc animal ipse domnus Hincmarus non haberet, nec sedere soleret, & alia quædam. Item pro excommunicationis discretione, quia excommunicatos significaverat a se quosdam malefactores Metensis Ecclesiæ, homines scilicet Walterii Comitis, & Lamberti: deposcens ut Apostolicam regulam & Episcopalem servet in hujusmodi negotio patientiam. Item quo debeant ordine consecrari Metropolitanus atque Diœcesanus Episcopi. Ercamraso Cathalaunensi Episcopo, de quibusdam reprehendens quæ non libenter audiebat de illo: admonens & instruens, qualiter se agere debeat, & ut monitis Apostolicis diligenter attendat. Item pro cujusdam villæ incolis, quos irrationabiliter ab omni consolatione divini ministerii, propter quoddam homicidium, non ab ipsis patratum, removerat, intimans quomodo nec caritatem, nec discretionis moderationem in hoc facto custodierit. Item pro absolutione cujusdam ab ipso excommunicati, pro quo Guntarius Coloniensis Episcopus eidem literas deprecatorias miserat, quas ille suscipere noluerat: ostendens qualem se erga delinquentes, & qualem erga recognoscentes Episcopus exhibere debeat. Hilmerado Ambianensi, pro quodam Monacho, qui Presbyterum & Monachum in Monasterio sancti Richarii occidit, pro quo domnus Papa Nicolaus literas eidem domno Hincmaro direxerat, pœnitentiæ tenorem continentes. Item pro literis Adriani Papæ, quas ei pro quodam Presbytero miserat, monetque ut Apostolicis obediat jussionibus. Item pro quodam Presbytero, qui ad eum clamaverat, quia pro eo quod arma de cujusdam abrii manibus, qui eum occidere volebat, extorquens, projecit & fugit, idem Episcopus ab eo & Ecclesiam suam & facultates ejus tulisset. Unde redarguit eum, quod contra auctoritatem sacrorum canonum erga præfatum egerit Presbyterum: mandans quid fiendum, & quid juxta canonicam sit auctoritatem de hoc observandum. Item redarguens eum quare in torpore negligentiæ requiescens, pravorum consiliis uteretur, cum & ætate & corporis infirmitate ad finem vitæ urgeri videretur: ostendens ei ex sanctarum monitis scripturarum, quibus transgressionibus inveniretur obnoxius. Item pro quodam Presbytero, mandans & interdicens auctoritate metropolitana, ut nullum præjudicium ei faciat, sed ad synodum convocatam die denominata sibi occurrere studeat. Item pro hac eadem re, intimans quia si non occurrerit ad synodum secundum præceptum Papæ, quod synodus de eo judicaverit in ipsum sit exequendum. Isaac Lingonensi, pro quodam regio milite ab ipso excommunicato, suadens ut mitius erga eum ageret, propter instantem de infestatione paganorum necessitatem: notificansque qualiter ipse agere soleret in talibus excommunicatorum causis, & quia illud anathema non duret amplius, nisi quandiu homo in peccato perseverat. Item pro nepotibus ipsius, qui apud eumdem domnum Hincmarum nutriti fuerant, & alia quædam. Hungario Episcopo, pro excommunicatione Balduini qui Judith viduam Regis filiam sibi furatus fuerat in uxorem, unde & ab Episcopis hujus regni fuerat excommunicatus. Hortatur autem eumdem Hungarium, ut admoneat Roricum Normannum, nuper ad fidem Christi conversum, ne recipiat eumdem Balduinum, neque præsidium ferat: sed & * quod centum Normanni per ejus consilium, ut audierat, post conversionem ipsius istud regnum deprædati fuissent, hoc digna pœnitentia emendare studeret. Fulcrico Trecassino Episcopo, Ecclesiæ Remensis alumno, gratias referens pro epistolis quibusdam Augustini ab eo sibi missis, & de libro Didymi, quem Fulcricus mitti petebat, ac de Ecclesiis Monasterii Orbacensis, admonens eum, ne contra matrem suam, Ecclesiam scilicet Remensem, & patronum suum sanctum Remigium aliquid perverse agere præsumeret. Odoni Belvacensi, quem filium carissimum sæpe vocat, multa * fidenter scripsit. Pro epistola siquidem Adriani Papæ, quam sibi miserat super appellationem cujusdam Presbyteri ex Ambianensi parochia, ut assumat idem Odo pro hac laborem, quatenus Hilmeradus Episcopus

Hæ epistol. Nicol. I. & Adriani II. ad Hincmarum non exstant.

l. Si cæteri.

ms. fideliter.

A Papæ jussis obediat, & qualites scripta, Presbyter idem Roma detulerat, prudenter tractare debeat. Item pro quibusdam Regis hominibus inter se discordantibus, ut commoneat eos ad pacem venire, indicetque ipsis, quod nisi hoc egerint, ab eodem domno Hincmaro excommunicandi sint. Item pro Synodo, quam Rex præceperat habendam non in tempore congruo, petens consilium quid inde agere debeat: rogans etiam sibi remandari, quid Rex responderit de illis hominibus quos se excommunicaturum significaverat: & de aliis necessariis causis. De quibusdam quoque scriptis, & Græcorum quæstionibus, & homiliis B. Petri, cæterisque rebus. Item de responsionibus ad objecta Græcorum, quas idem Odo colligens descripserat, & domno Hincmaro miseras.
B Unde Deo gratias refert, quia se ipsumque uno spiritu potatos inveneis: & quid de his sibi videatur simul conferendum esse significat: sed & apud Regem semper eum excusatum fieri rogat, qui tunc in ejus servitium, diversis infirmitatibus detentus, abire non potuerit: rememorans etiam de discordantibus, unde jam mandaverat, ut eos ad pacem redire moneret: laudans eum quod de his quæ in literis suis ei significaverat, ut Deum & fratrem diligens, studiose ac Episcopaliter egerit, & ut Regem commoneat, & inde ministerium suum facere rogat, sibi quoque rescribi, de quibusdam, quæ inter se & Regem versabantur. Quædam etiam intimans, quæ secreto Johanni Episcopo
C notificaret de Synodo tunc, ut Rex jusserat, non agenda, & quare tunc convocari non deberet: addens de quibusdam quoque scriptis, quæ illi remittebat, vel quæ sibi mitti poscebat. Item de ordinatione Willeberti, cui Rex Episcopium Catalaunense dederat, ne in ipsius ordinatione ab ordine debito declinaret, intimans quod irrationabiliter Catalaunenses post obitum sui Episcopi, de sua ipsa necessitate fecerint, & quod ad Regem literas suas pro electione præfati Willeberti miserint, decretum vero suum ad Archiepiscopum, sicut mittere debuerant, ut inde quæ agenda essent canonice ageret, non miserint: insinuans qualiter
D inde rite facere debuissent: sed quia non fecerant, quid exinde cautius agendum sibi videatur, edisserit, & prudenter attendendum mandat, ut regularis electio fiat, & postremo, sicut ipsius prudentiæ melius inde videretur, hanc ita disponeret. Item de causa parochiæ ipsius Odonis quæ inter ipsum & Rothadum Suessonensem Episcopum ventilabatur: simulque de Presbytero, qui epistolam Papæ Roma detulerat, ut Regem admoneat modificans ejus animum, ne contra Dominum aliquid faciat in Ecclesia Dei, vel Episcopali ordine, non pro Hincmaro nepote suo se tantum id dicere asserens, quantum pro ipso seniore suo
E Rege, ne ipse taliter peccaret, unde æternaliter periret. Item de correctione epistolæ suæ, quam illi pridem miserat, ab imperito scriptore corruptam, & de his quæ objiciebantur Hincmaro scandalizatori suo. Item de literis, quas pro eodem Hincmaro Regi mittebat, ut ipse Odo eas illi porrigeret, & qualiter eas receperit, vel his annuerit: sed & de aliis sibi sciendis petit literis sibi remandari. Item de causa Erpuini Episcopi, qui ad condictam Synodum venire non valebat, ut causam ipsius

Odo inter ejus personam & accusatores ejus exequi studeret, & si ad integrum id agere non posset, eumdem Erpuinum & accusatores ejus ad Synodum apud Pistas agendam abire commoneat. Item de literis sibi ab Odone missis, in quibus compererat insurgere quosdam Monachus contra sanctam auctoritatem, & de privilegiis Corbeiensis Monasterii. Item pro itinere suo ad Regem. Item gratias referens Deo, pro satisfactionis & correctionis dulcedine, qua in literis ipsius Odonis multam recognitionis ejus de his unde redarguerat eum reperit benignitatem. Item pro electione Suessorum Episcopi post obitum Rothadi. Item pro conventu synodali super responsione ad epistolam Adriani Papæ. Item pro literis Regis, quibus præceperat Episcopos regni a domno Hincmaro convocari, ut prohiberent filium ipsius Regis Karlomannum a præsumptione cessare, quam criminabatur contra patrem exercere. Item pro ordinatione Ansegisi Remensis diœceseos monachi in Episcopatu Senonico. Item pro libello historiæ de ortu S. Mariæ, & homilia B. Hieronymi de Assumptione ipsius Dei Genitricis, quæ quidam Monachus Corbeiensis Monasterii non esse recipiendam contendebat. Ad quæ respondet idem domnus Hincmarus, præfatam historiam nos habere ad lectionem, non ad proferendum auctoritatem: homiliam vero eamdem a sancto Hieronymo asserit Catholice dictatam, sicut & stilus, & cautela sensus, & intellectus, & alia certa indicia monstrant, & certæ personæ, per quas de partibus Orientalibus tempore certo delata ad regiones nostras pervenit, fidem faciunt. Subjungit quoque de libello ipsius Odonis contra objectiones Græcorum, quædam se in eo commemorans adnotasse, quæ retractanda & corrigenda forent. Item pro ordinatione Hedenulfi secundum jussionem Johannis Papæ ad Episcopum Laudunensem diu pastore vacantem. Item pro ratione Lunæ Paschalis, & lectione quam Adalardus Abbas inde composuit. Item pro eadem re, gratias agens Deo pro sollicitudine ipsius Odonis, qua studuit investigare mysticam Paschalis solemnitatis observationem, & cætera. Item pro itinere suo ad Concilium Papæ Johannis, ut ad id ipse quoque venire festinet. Item de inquisitione ab ipso Odone & præfato Hedenulfo tractari judicii Auriniaci monasterii, pro regimine Ricoaræ Abbatissæ, quæ contra leges idem usurpaverat Monasterium: monetque ut suggerat Regi, ne ageret inde qualiter alienis peccatis implicaretur. Item de itinere suo non ad Regem terrenorum præsentiam, sed ad Regis æterni judicium, ad quod jam se festinare per continuas indicat ægrotationes. Item pro ordinatione Herilonis, quem plebs Noviomagensis Episcopum sibi elegerat ordinandum: aliaque nonnulla eidem sæpe direxisse reperiuntur scripta. Hildegario Meldensi Episcopo, pro parochianis ipsius quibusdam, qui homicidia in Remensi perpetravere parochia scribit, exhortans ut eos salvare quocunque valeat consilio & auxilio procuret, adjuturum se spondens, ut ad pacem venire queant. Scribit quoque ad eumdem quemdam de judicio aquæ frigidæ libellum. Johanni Cameracensi petenti commendatitias dari sibi Romam proficiscenti literas, ex nomine domni Hincmari Adriano Papæ offerendas.

Syn. apud Pistas.

Adalardus Abbas.

Hincmari lib. de jud. aquæ frigidæ.

rescribit, quod si redditarus obseqaium Cæsari, Romam velit ita pergere, ut obsequio Deo debito Cæsaris contrarium nun esset obseqaium, cenonicas libenter ei literas tribueret: sin autem pro causa Lotharii Regis, quæ intet eum & ipsius aaorem din ventilata fueret, quooiam cummendatitias io bac re dare literas non valebat, reprehensibiles dare non audeat, quia nec debeat: præsertim cum nuper dumnus Adrianus literas ei suæ auctoritatis per Actardum Namnetensem Episcopum miserit, in quibus significaverit se certamina, quæ Sedes Apostolica per antecessores suos Benedictum & Nicolaum io bac causa certaverat, sequi: monens eum, ut quod super hoc orgotio gestum ast, oullateous enervari consentiat, intimansque qualiter excommanicata fuerit Waldrada. Addit etiam, quod sine consilio Coepiscoposum litaras ei dimissorias, maxime pro re iaeerta, dare nequiret. Item de obitu Lotharii Regis, exhortans ut sine dilatione ad Karolam Regem veniat. Item pro quodam Presbytero Camaracensis parochiæ, qui seipsum castraverat, freqnenti monitus id agere visitatione, nesciens quid inde faeri decernerent canones, consiliumque dat, monens, at diligenter investigetur, quibus sit modis admissum, & interim per indulgentiam Presbyter idem maneat in ordine sao, donec in provinciali Synodo quid exinde tenendum sit inveoiatur, quod nec præceptit Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum reperiatar adversum. Item gratiarum refereus actiones pro beneficiis sæpe sibi ab eo impensis: petent at requirat sermonem sancti Augustini de lapsu Monachi & viduæ, ac sibi ad traoscribendum mittat, vel traoscribi faciat, & ad proximam Synodom sibi afferat. Expositionem quoque Bedæ in Proverbiis Salomonis ad camdam Synodum sibi deferri petens. Intimat etiam, quod Papa Romaoas Karolo Regi, & Episcopis ipsius tegni quædam mandata direxit, de qaibus in Synodo sis oecesse tractari: unde & Rex Metropolitanis regoi sai literas miserit, præcipiens, ut Coepiscopos suos sd aamdem convocarent Synodum. Item pro parte decimæ, quam sibi sigaificatum fuerat, ab antiqua regia capella tulisse, & alteri, quam noviter sacraverat addidisse: qaod qaia contra regulas esset, emendare, si sit actum, suadet. Item pru qaodam Presbytero, qui ad sedem Remensem proclamaverat, præjudicium se pati questus ab aodem Præsule suo, interdicto sibi cum rebus sais officio quoque sacerdotali, nec sponte confesso, nec regulariter conviclu, pro tumulta & homicidio perpetrato, ubi interfuerat, & invictus arma defendendo se sumpserat, hominemque vulneraverat, non tamen eum qui occisus fuerat. In quibus literis ostendit ex auctoritate sacra, quid diseretionis sit in hujusmodi causa tenendum, & quæ sacrorum canonum sit adhibenda capitula. Scribit ad eumdem & alia quædam. Ragenolmo Noviomagensi, pro qaodam Presbyteru qui ei literas ab Adrianu Papa detulerat, præcipientes ut si Episeopus idem quod injaste fueret actum circa eumdem Presbyterum corrigere differret, post primam & secundam admonitionem domnus Hincmarus hunc Ragelinum canonica usque ad satisfactionem percelleret auctoritate. Unde & literis eum monet, ut jussis obtemperet Papæ, & quare vel ipsi, vel alis qaibusdam Episcopis talia venire solerent ab Apostolica Sede mandata, declarat; quia silicet in judicandis subditis regularem non sequantur tramitem discretionis, & quoniam ad auctoritatem Metropolitanam interrogando atque obediendo recurrere negligant. Item pro visitatione Morinensis Ecclesiæ post obitum Hunfridi Episcopi, juxta dispositionem Regis. Item pro Rothado quodam ipsius Episcopi amico, qui sua, qaæ illius commiserat fidei, se fraude perdidisse querebatar: consilium daas quid inde faceret, ne ad synodalem sententiam perveniret. * Willeberto Cathalaunensi rescribit ad ipsius consulta pro Gangulfo Comite, ut de his quæ contra eum se fecisse vel negabat quædam, vel confitebatur aliqua, juxta præceptum Apostolicum leniter ageret, quatenus in hoc legem Christi, caritatem scilicet adimpleret, & ad satisfactionem dilectionemque sui utcumque posset, & industria eumdem Comitem provocans, illi suam clarescere benignitatem permittares. Decens enim esse, ut primordia sui sacerdotii devotione atque dilectione commendaret. Item pro quodam Presbytero transgressore, ut secundum Beati Gregorii monita, de ipsius absolutione faciat, juxta prophetieam de confessione pœnitentis, & Apostolicam de judicio & misericordia sententiam: præmissum vero Comitem, quem significaverat jam de culpa sua ex integru se recognoscere, patris illius, qui filium prodigum lætus recepit, benignitatem sequens, benigne susciplat; & Vicecomitem pacis inter eos procuratorem tanto benignius admitteret, quanto Dei esse Filium pro Evangelii veritate recognosceret. Item pro duobus vasis salariis quæ Rex sancto Stephano mittebat, & aurea cruce cum Sanctorum reliquiis, quam regina delegabat altari ejusdem sancti. Item pro inquirenda causa, juxta regis mandatum, quæ versabatur inter Episcopos Odonem & Rothadum. Item pro ordinatione Arnuldi Tullensis Episcopi, ut eat obviam pro hoc Adventio & Berardo idem petentibus, ad eandem scilicet ordinationem celebrandam io pago Metensi, secundum Regis jussionem. Item eam Odone, ut loquantur simul apud Regem, pro Synodo Pruvinciali convocanda. Item consalenti si de monacho, necessitate cogente, valeat Archidiaconum constituere. Item pro quodam homine sao ab ipso excommunicato, quem quia irrationabiliter audierat ligatum, monet diligenter absolvi. Item pro Synodo Joannis Papæ domno Hincmaro ab Imperatore Karolo missa, qaam idem Willebertus transcripserat. Jubetque ut ad vicinos sibi Episcopos Berardum & Arnoldum eandem transmittat, &c. Sed & alia quædam scribit eidem. Hildebaldo Suessonensi, pro quadam Ecclesia, de qua contentio agitabatur inter ipsum & Odonem Belvacensem Episcopum quam Rex destrui præcipiebat. Item pro ministris Orbacensis Monasterii adjuvandis, & de quibusdam fratribus, qui ab eodem monasterio irrationabiliter exierant, reversique postea recepti fuerant. Item pro quibusdam Presbyteris ex monasterio sancti Crispini, de quibus domnus Johannes Papa eidem domno Hincmaro scripserat, & de qaibus diffinitum fuerat, ut extra claustra monasterii non pergerent, & eadem censura eis paterne temperetur. Item pro ordinatione Hadberti ad Episcopatum Sil-

Adrian. II. epist. 13.

Carolus Calvus.

Hæc Adriani epist. non extat.

ms. Guilleberta.

Gal. 5.

Luc. 15.

Joann. VIII

vanectensis Ecclesiæ. Item pro literis Johannis Papæ a quodam criminato Presbytero delatis, quas a sacris canonibus & Sanctorum Decretis Patrum manifesta discordare commemorat, unde & qualiter agendum sit, utile dat consilium. Item ut secum simul ad præsentiam Johannis Papæ pergeret, qui Trecas pro quibusdam causis diffiniendis advenerat. Item pro constitutione Regum, filiorum Ludovici, unde mandaverant ei Episcopi, Abbates, & Comites, qui cum ipsis erant, ut ad eos literas & missum suum dirigeret: quod & fecit, mandans huic Episcopo, ut ad eos proficiscens, quæ Deo inspirante inveneriat, votis & orationibus prosequatur. Item cum Waltero, Gisleberto & Angelino Episcopis, ut convenirent secum ad peragendam jussionem præfati Papæ Johannis inter Hedenulfum & Hincmarum Laudunenses Episcopos, cum sacrorum observatione canonum. Item exhortatoriam ad eumdem Hildebaldum corporea infirmitate detentum, in qua juxta petitionem literarum confessionis illius, absolvit eum reconciliando, licet per absentiam corporalem: & alia nonnulla scribit ad ipsum. * Actulfo Trecassino, de reliquiis Sanctorum, quas ille significaverat, ostensis mirabilibus se reperisse, qualiter easdem disponat; & de Ecclesia sancti Petri, quam restruere tractabat, qualiter ageret: ac de infirmitate, vel evasione sua, & cætera. Item de villis Boletien & Fago, quæ debitas Presbyteris decimas recusabant dare, quid esset agendum. Item pro mandatis Papæ Johannis de Hincmaro Laudunensi ad eumdem Actulfum ab ipso Papa directo, quid illi sit observandum. Waloni Metensium Præsuli, ad literas, quas illi direxerat pro documentis vitæ pastoralis, & confœderatione fraternæ unanimitatis, atque de repentina ipsius provectione, ut confortabilia sibi verba remandaret expetenti: Item pro quodam Presbytero, cui domnus Hincmarus quasdam res Remensis Ecclesiæ conjacentes in Vosago commiserat, qui eas male tractaverat, & nonnulla contracta fuerant ex eisdem rebus in potestatem Metensis Ecclesiæ. Item pro consilio, quod ab eo petierat, de contentione quarumdam rerum, quæ versabatur inter Metensem & Trevirensem Ecclesiam, & de pallio a sede Romana sibi obtanso, unde Archiepiscopus ipsius literas Papæ suscipere noluit. Item pro ordinatione Virdunensis Episcopi, quem post obitum Berardi contra regulas provehi compererat, hanc epistolam suam sacris institutionibus instruens, & qualiter ordinandus, vel non ordinandus sit Episcopus, divinis auctoritatibus ostendens, & alia præterea quædam. Hedenulfo, quem post Hincmarum Landuni ordinaverat Episcopum, pro quibusdam Diaconis, quos ei dirigebat ad sacerdotium provehendos. Item pro quodam orphano, cui suam afferebat idem Episcopus hæreditatem, & alia quædam. Arnoldo Episcopo, pro quibusdam, qui homicidium perpetraverant in Remensi parochia, & pacem obtinere non valebant, sed pœnitentiam facere quærebant, quam in hac parochia non poterant agere; quid de ipsis observandum foret. Item pro consilio quod petierat sibi dari super adventu Ludovici Transrhenensis, & quid ipse domnus Hincmarus eidem Regi eum ad se venire jubenti remandasset. Franconi Episcopo, pro literis commonitoriis, quas jussione Regis mittebat Hugoni Imperatoris Lotharii nepoti, rogans ut & idem Franco missum suum simul cum misso ipsius mitteret, qui eum salvum ducere & reducere posset. Item pro Euerardo, quem commanem suum & ipsius filium vocat, & ut pro eo ad Ludovicum Regem Transrhenensem, & Reginam intercedat, & obsecrat, & cætera. Bernoni Cathalaunensi, pro Noviomagensis Ecclesiæ missis, qui ad se post obitum Rainelini Episcopi sui venerant, ut eos idem Berno ad præsentiam Regum perducat, & eisdem Regibus literas hujus domni Hincmari relegat, & intelligere faciat, & pro hac causa tam apud Reges, quam apud Palatinos, secundum ministerium suum intercedere satagat. Item pro electione Pastoris præmissæ Noviomagensis, vel Tornacensis Ecclesiæ: & quia formam visitationis, vel electionis Adalberno Episcopo, & eidem Ecclesiæ transmiserit: monens ut petat Reges, & Hugonem Abbatem, ut quantocius sibi literæ a Regibus super hac causa mittantur: quia ipsa Ecclesia sine detrimento diu vacare pastore non poterat. Item pro eadem re, & aliis quibusdam. Adalberno, pro visitatione præfatæ Tornacensis Ecclesiæ, ut eidem suam visitationem sollerter impendat, & frequenter electionis formam Clero, plebique relegat, & inculcet, ne per ignorantiam ab eadem forma in aliquo devient. Item pro electione Pastoris ipsius Ecclesiæ, & quia multi laborarent, ut non per ostium intrarent, non timentes, neque verecundantes fures fieri & latrones, & quia mandandus sit ad præsentiam Regum, quo cum pervenerit loquatur secum, ut qualiter hinc de cætero sibi sit agendum simul considerent, & cætera. Item pro querimonia & proclamatione cujusdam Presbyteri ejus parochiæ, ostendens qualiter Episcopi rusticanarum parochiarum Ecclesias disponere debeant, & gubernare: monens, ne legat sæpius homiliam beati Gregorii ex Evangelio: Designavit Jesus, & alios lxxij. * Regula quoque pastoralis ejusdem beati Gregorii, cum sacris canonibus frequentius * relegatur, & quæ ibi sequenda leguntur, viriliter exequantur: & quæ cavenda inveniuntur, sollicite caveantur. Hetiloni Noviomagensi, ut in adjutorium & fidelitatem Regum, & orationibus, & auxilio quo potuerit satagat, significans in magna se tribulatione vastatum a Barbaris esse; & quod cæteris omnibus deprædatis tanta quærebatur pro civitate redemptio, quantam annplere non valeret. Item quia Ludovicus Rex Germaniæ mandaverat illi, ut iret ei obviam, quod tamen non esset acturus in cippo infirmitatis detentus: mandans huic Episcopo, ut & per se, & per sibi commissos precibus insistat, pro pace & defensione Ecclesiæ, & si aliquid utilitatis contra paganos facere potuerit, agat cum primoribus regni quantum valuerit. De incensis quoque Monasteriis, quod ille mandaverat, se dolere, & de his quæ necdum erat incensa satis formidare. Sigemundo Episcopo, de reconciliatione pœnitentium, & aliis ad sacrum ministerium pertinentibus, de quibus Hildegarium Episcopum se significat instruxisse. Item pro benigne regendis ac tractandis subditis, commemorans eum de corporali medico spiritalem a Deo factum. Item ad interrogationem ejus quid ipse scientiæ requireret

l. Actulfo & infra.

Joan. 10.

Gregor. hom. 18. in Evan.

l. Regul. &c.

relegat

quæ.

al. Hedilon

non

ret a Presbyteris suæ parochiæ. Episcopia ad Synodum Suessionis ex jussione Regis Ludovici Transrhenensis convenientibus legatum suum Sacerdotem quemdam dirigent, & pro infirmitatis impossibilitate semet eacusans, quidquid favente Domino secundum canonicam institutionem, & Episcopale ministerium juste & rasionabiliter, æquitate dictante, decteverine, eorum decretis se annuere profitens: quidquid vero sacris canonibus poterit obviare, & a recta fide ac æquitate, & justitiæ tramite valuerit deviare, se in nullo assensum præbere, nec ut idem vicarius ejus assensum præbeat vel coactus, annuere. Episeopis Diœceseos Ecclesiæ Senonicæ scribie pro electione Ansegisi Remensis diœceseos Monachi ad Episcopatum Senonicum, consensum suum in ipsius adhibens ordinatione. Episcopis quoque totius regni primoribus, commonens, & eahortans eos intemeratam fidem Regi suo Karolo conservare, quando idem Rex Romam perreaie. Item Episcopis, Abbatibus, Comitibus, & cæteris Dei fidelibus ad quoddam collegium convenientibus, quo ipse corporis infirmitate præpeditus abire non valuerat, gratias agens Deo pro quibusdam primoribus regni, qui ab Episcopis aliquantulum dissenserant, at tune, gratia Dei largiente, beneplacitæ sint unanimitati conjuncti. Significans per has literat, & missum Ecclesiæ suæ comministrum, se de bonis eorum studiis ac dispositionibus congaudere, suadensque ut secundum sapientiam eis a Deo datam, divinis obedientes præceptis, remotis privatis studiis, & indebitis cupiditatibus, ac noxiis contentionibus, primum quæ ad generalitatis salutem, paeem, & utilitatem pertineant, inquirant, & exequi procurent: adnectens sacras auctoritates de veste Christi, quæ est Ecclesia Dei, hortansque ut seipsus tota virtute armantes justitiæ zelo erigant, & jugum oneris matris eorum Ecclesiæ, ac virgam exactoris ejus confringant, & vincula colli filiorum ejus dissolvant: si qui sine oppressi manum allevationis porrigant: si qui forte depravati cupiditate vel graria, ad unanimitatem gregis Dominici recedere studeant. Amplectantur consilium beati Gregorii, cæterorumque sanctorum Patrum: & ipse quoque quod illi ad pacem populi Dei & justitiam procurandam decreverint, votis, & obsequiis, quantum Dominus donaverit, prosequetur. Subjungit quoque sacras auctoritates de canonice promovendo vel eligendo Episcopo.

Hæc Synod. deest in Tomo Concil.

Isa. 9. & 51.

CAPUT XXIV.

Quæ Abbatibus quibusdam scripta direxerit.

ALiis quoque diversis personis, tam clericis quam laicis, honestis etiam feminis, diversa pro utilitate cujusque reperitur scripta direxisse, nemini adulando parcens, sed commoda cuique pro rei opportunitate suggerere satagens. Ludovico Abbati suas literas misit pro repetendo corpore sancti Deodati, quod quidam Giso, cupiditate rerum ipsius sancti ductus, ex diœcesi Remensi furtim transferri fecerat in Parisiacensem parochiam, inconsulto Episcopo in cujus jacebat Episcopio. Asserit autem in his literis se nemini, neque sibi vel proprio suo sanguini, contra divina parcere jura. Sed & indignantem pro his Abbatem iterum literis monere non destitit, hortans & admonens, ut Ecclesiasticis regulis satisfacere procuraret. Item pro quodam nepote suo, quem commiserat ei, & pro rebus a Rege per dispositionem ipsius domni Hincmari Monachis S. Dionysii traditis.

Hilduino Abbati pro epistola Regis Karoli, & misso suo cum literis ad Imperatorem Lotharium perducendis. In quibus se quædam de salute ipsius Imperatoris suggerere manifestat, ut emendet, quæ ipsi notificat emendanda, & de censu solvendo ex villa Dudeciaco.

Item simul cum Synodo Episcoporum apud Carisiacum habita, scribit Hilduino Karoli Regis Archicapellano, & pro Ecclesia Lingonica, quam Wlfadus Ecclesiæ Remensis alumnus contra canonica occupaverat decreta. Unde suggesserat eadem Synodus Regi, ne alterum ad regendam præfatam constitueret Ecclesiam, & Rex jusserat ut Episcopi quærerent talem, qui posset in Episcopali ministerio eidem Ecclesiæ proficere, eorumque votu in Isaac ipsius Hilduini discipulum convenerant, obsecrantes hujus in hoc Hilduini consensum, & deprecationem ipsius pro eo apud Regem.

Habita est an. 855. sub. Bened. III.

Brunuardo Abbati, pro rebus sancti Remigii vel colonis Remensis Ecclesiæ in Thoringia constitutis.

Adalardo Abbati, de amicitiis inter ipsos, & qualiter debet esse verus amicus.

Grunoldo Abbati, pro Sigeberto fideli suo, ut res ejus quæ conjacebant in regno Ludouvici, in sua dominatione & tutela commendata susciperet: & ut Regi Ludouvico suadeat, ne perversorum credens consiliis, in talia se ulterius immittat, qualia contra fratrem suum Karolum tunc egerat: unde tale dedecus ipsi acciderat, quale non accidisset, si exhortationibus hujus domni Hincmari adquiescere voluisset.

* Trasulso Corbeiensi cum fratribus sibi subjectis, pro quodam fratre, qui præsumptive abscesserat a Monasterio, quem a Rege receptum in gratia præceperat idem Pontifex ad Monasterium festine reverti, pro quo Rex rogaverat, ut mandaret, quatenus in Monasterio pacifice susciperetur, donec conversationis ejus modus a Rege, & eodem Archiepiscopo tempore opportuno disponeretur. Item ad eosdem, gratiarum referens actiones pro impensa sibi ab eis benignitate, memorans se plurimum in eorum orationibus confidere, & eis devotum existere, commonitoriaque salutis eis dirigens hortamenta, ut quique in ipsis navem dominicæ gubernationis susceperant regendam, contra insurgentium tempestatum impetus impigra sollicitudine dirigere studeant, & ut persecutione imminenti paganorum, quocumque recedendum sit, a bono proposito non recedant, &c.

j. Transulfo

Item Hilduino, ut certare procuret apud Regem pro electione canonica Ecclesiæ Morinensi concedenda, quia & ipse hoc agere satageret quantum posset.

Adalgario Abbati, gratias referens de orationibus ab ipso & fratribus sibi commissis Deo pro se oblatis, & de benedictione donorum ipsius Abbatis, commemorans etiam de rebus Ecclesiæ Remensis in Thoringia sitis, quas cuidam Amalrico commiserat, sed ipse male abusus eis, divinum proinde judicium susceperit, quasque idem Abbas sub censu sibi dari petebat. Sed idem domnus Hincmarus id agere sine Clericorum suorum consilio renuens, mandat ut easdem ad custodiendum interim suscipiat, & descriptionem earundem sibi mittere studeat, & postea quod cum Ecclesiasticorum consilio ministrorum rationabilius consideraverit, ei remandaturus sit. Item pro eadem re post missam sibi descriptionem, significans insuper Ludovico Regi se pro iisdem rebus literas misisse, ad petitionem ipsius Abbatis, notificando ipsas res eidem Abbati se commisisse, petendo quoque, ut ei solatium ferret, quatenus ipsas ordinare quiete valeret. Sed & Popponi cuidam, compescendo eum ab harum inquietatione rerum. Familiæ quoque in eisdem rebus consistenti literis mandans, quo eidem Abbati obedientes in cunctis existerent. Anastasio venerabili Abbati, ac Bibliothecario S. R. E., gratiarum referens actiones pro benedictionibus sanctissimis ab eo sibi per Actardum Episcopum directis: suas eidem quoque Abbati mittens munerum benedictiones. Quædam etiam opuscula suo labore confecta ipsi delegans. Item pro beneficiis sibi ab eo collatis, & ut suggestionem suam domno Papæ acceptabilem faciat, & de memoria benedictionis, quam dirigebat ei.

De hoc sup. cap. 21.

Gregorio ejusdem Romanæ Ecclesiæ nomenclatori, & apocrisiario, asserens quod præfatus Anastasius multa bonitatis insignia sibi de ipso suis literis intimaverit, & quod magnam fiduciam in ipsius habere posset amicitia sinceriter mandaverit: unde & petit, ut isdem Gregorius se inter fideles amicos suos tenere dignetur. Guntario Abbati pro quodam irreligioso monacho, quem de monasterio irreverenter proprio libitu recedere sinerat: unde valde reprehendit eum, ostendens ex auctoritate regulæ, quod ita non debuisset eum dimittere monetque ut cum misso Regis perquiratur, & comprehendatur, atque in Monasterium reducatur, & in arctissima custodia retrudatur, ejusque culpæ describantur, sibique descriptio ipsa cum proprii Episcopi literis dirigatur, ut secundum sacras regulas cum consilio Coepiscoporum de ipso decernat. Gozlino, pro Bernardo nepote ipsius, qui seditionem contra Regem moliri satebatur, hortans ut ab hac intentione studeat eum revocare, & ut ipse Gozlinus pro nullo carnali affectu a recta via declinet: fratrem quoque suum Gozfridum commoneat, ut ambo memores parentum suorum a fidei sinceritate non degenerent. Item, quærendo cur ad se missum vel literas non dirigeret, ut facere solitus fuerat, exhortans ut id frequenter pro mutua dilectione, atque consolatione facere studeat. Item significans quomodo de dilecto filio ei Gozlinus idem factus sit inimicus, & adhuc carum filium eumdem nominat, & injurias sibi ab eo illatas non solum patienter, sed & libenter se ferre depromit, ac petit ut remoliscatur, quia Remensis Ecclesia eum regeneravit in Christo, tonsumque in clericum sub religione nutriverit, & docuerit, de captione paganorum redemerit, ad gradus Ecclesiasticos usque ad diaconatum provexerit, plurimorum Monasteriorum per concessionem Regum Abbatem constituerit. Contra quæ ille potentia elevatus, seditionem quæ in hac Ecclesia, vel in illo regno male grassabatur excitaverit, quibusque similia gesserit, & quantis malis obnoxius sit, prosequendo manifestat: obsecrans ut horum reminiscatur, & vocem Domini se revocantis audiat, animæque suæ misereatur, ut salutem consequi mereatur. Item pro correctione ipsius Deo gratias agens, & orans, ut confirmet Deus, quod operatus est in eo, & det illi & velle, & perficere quæ sibi sunt placita pro bona voluntate, & cætera quædam. * Grunhario Abbati, pro rebus S. Mariæ, & S. Remigii in Arvernico pago sitis, quas interdixerat Bernardo Comiti, mandans huic Abbati, ut eas describeret, & earum descriptionem sibi deferret. Adalgario vocato Episcopo, pro rebus Remensis Ecclesiæ in Aquitanis partibus conjacentibus, quas Bernardus Tolosanus Comes occupaverat, & quia pretio eas obtinere non potuit, deprædatione pessumdedit, donec Deus inde suum judicium exercuit: quasque idem domnus Hincmarus Agilmaro Episcopo commiserat; quando etiam de incestis, & usurpatoribus rerum Ecclesiasticarum libellum, jubente rege, ipsi Episcopo dederat. Mandata quoque pro eisdem rebus ad eundem Episcopum data huic dirigit: & ut cum eodem iste quoque, participato consilio, pro ipsis rebus satagat, hortatur, quosdam designans pagos, in quibus eædem res conjacerent: Arvernicum videlicet, Nigrummontensem, Lemovicum, & Pictavum. In aliis quoque pagis, quorum non meminit, sed ab hoc requiri atque describi, sibique ipsam descriptionem mitti petit. Lamberto quoque, quem unice dilectum ac visceralem filium suum memorat, admonens & exhortans qualiter agere debeat erga illos, inter quos conversabatur, & qui eum electuri esse videbantur ad Episcopatum Mettensem: præcipue monens pestem Simoniacæ hæreseos in omnibus præcavere: Quia proficere, inquit, in Ecclesiastico gradu non poterit, qui ad hoc ut hæreticus fiat, promovetur. Suadet etiam, ut regulam pastoralem sancti Gregorii festinanter legat, ac mente recondat, & secundum eandem regulam se interius & exterius in viam, qua ad Episcopatum pervenitur, dirigat, & per quam in Episcopatu ad vitam æternam tenditur, corrigat: significans se amicis suis, tam Episcopis quam Comitibus regni Lotharii pro eo literas dirigere, fidem facere, quia de consiliis & salubribus ipsius exhortationibus non deviabit, petitque ut mendacem saper his apud amicos eum faciat.

Eccl. 30.

Psal. 67.

Philipp. 2.

ms. Grimhario.

Hugoni Abbati, pro electione Noviomensis Episcopi post decessum Rageneliui, petens ut hortetur Reges Ludovicum & Karlomannum quatenus voluntatem Dei, & antecessorum suorum consuetudinem in hac causa conservent.

Hi erant filii Ludovici Balbi, ac nepotes Caroli Calvi.

Notificat etiam illi obitum Hincmari nepotis sui Laudunensis Episcopi, rogans ut pro ejus animæ remedio per subjectos ac familiares suos Domini misericordiam deprecari * satagat. Item ut præfatis Regibus necessarios constituat nuntios

ms. satagant

A quia nimis juvenem habebaur consiliatinm, & de his quæ sibi iidem reges * pro custodia Tornacensis parochiæ mandaverant, & quid ipse super his egerat, quidve illi postea remandaverint, vel quid ipse rescripserit eis nolentibus assensum præbere super electione canonica præfatæ Noviomensis Ecclesiæ: & quia ipse nihil inde aliud egerat, nisi quod triginta & quinque annos in hujusmodi negotio solitus erat. Et quid sibi mandatum postea ex parte regum vel ipsius Hugonis in hac causa per Warinum clericum fuerit, quasque literas deinde præfati Reges eidem miserint. Adjungens sacrorum canonum promulgatas super electione canonica auctoritates, & ostendens, quod non Episcopi de palatio præcipiantur eligi, sed de propria qualibet Ecclesia: & quod de ordinando Episcopo, non regis vel palatinorum debet esse commendatio, sed cleri & plebis electio, & Metropolitani in electione dijudicatio, deinde sereni principis consensio, & sic fieri Episcoporum manus impositio: asserens pro certo quod ipse in neminem specialiter intenderet, nisi ut quisque sit, secundum sacram auctoritatem ad hoc accederet officium, & quod spiritale ministerium postulat, sciret ac faceret, &c. Item mittens ei exemplar epistolæ, quam regi Karolo, Ludovici Transrhenensis filio direxerat, pro regibus adhuc pueris Ludovico, & Karlomanno: hortansque ut si potueris obtineat, quatenus idem Karolus (quia filium non habebat) unum ex his regulis sibi adoptet in filium, & sub manu boni ac strenui bajuli ad hoc eum nutriri faciat, ut sibi hæredem aut in totum, aut in partem statuat: & ut secrete idem Hugo apud Regem Karolum obtineat, quo & horum puerorum, & regni hujus causam super se totam suscipiat, & quæque disponenda regio sunt in ministerio, ipse disponat. Præmittens etiam, ut scripta sua, quæ Karolo mittebat, ipse Hugo, si haberentur utilia, & rationabilia, suo sapienti consilio & prudenti prosequatur studio: sin secus quam inibi deberet inveniretur, sapienter illud commutare, vel si fores necesse quid addere, vel obtinere satageret. Item pro mandatis Ludovici Germaniæ Regis, ac suasionibus: primo scilicet ut Episcopos Remensis diœceseos eidem Regi apud Attiniacum obvios ire præcipias. Secundo ut ei consilium remandes, qualiter istud regnum disponat, quid videlicet ad hæc missis ejusdem Regis respondeat, & si Ludovicus ipse adveneris, & rogaveris ut eum in Regem consecret, quid & qualiter inde sis illi agendum, &c. Præterea & alia quædam Abbati scribit eidem.

* pro custodienda Tornacensi parochia.

CAPUT XXV.

Quæ Sacerdotibus, vel Monastriis quibusdam scripsit.

GAutsino Sacerdoti & cæteris fratribus Deo & S. Dionysio servientibus scribis pro quadam domo sibi quondam ab ipsis concessa, & ex parte ab eodem coempta, quam quidam eorum sibi subripiens, usurpaverat. Unde miratur, si hoc fratres ita fieri cohibuerint de eo, qui in nullo, quantum meminit, inutilis eis fuit, sed sicut illis tunc visum fuerat, in multis utilis & necessarius apud eos mansit, & non modica eis obtinuis, & reobtinuit. Non hæc ideo dicens, ut sibi pretiosa sit illa domus ad tenendum, vel corticula, sine caritate, inquit, vestra, & cætera. Item Wiligiso cum cæteris ejusdem Monasterii Monachis, de eo quod audierat eos a quodam presbytero pretium quærere pro decima: unde maximam se verecundiam dicis habere propter alios homines, qui hoc audituri erant. Quod quantum periculum sit, eis ex divina ostendit auctoritate, & canonum promulgatione, ac deinde: *Absit*, inquit, *fratres ut alii Ecclesiastici & religiosi viri hoc audiant, quia monachi de monasterio S. Dionysii decimam vendere quærunt, ut de ipso pretio infernam comparent. Multo magis autem absit, ut hoc laici audiant, quod nemo etiam peccatis publicis implicatus in mea parochia facere audet. Si enim aliquis de alio Monasterio quam de nostro hoc tentare, quanto magis facere præsumeret, ab omni communione illum de parochia mea excommunicarem, &c.* Item eisdem Monachis, pro visitatione divinæ miserationis, qua admonitus dies suos sicut umbram declinasse dicit, & se sicut fenum aruisse: mittens eorum obsequiis tantulam benedictionem, ducentos scilicet solidos de meris denariis: petensque ut apud communem patronum beatissimum Dionysium in sacris orationibus sui memoriam jugiter haberent, poscens etiam pro Haimone fideli suo pene in extremis posito, quem dilectum filium suum nominat. * Fulcramno præposito, & fratribus Monasterii Corbeiensis, scribens pro electione Abbatis eis a Rege concessa, proque literis regiis super eadem re, & adventu ipsius domni Hincmari ad eos. Unde illum consuluerant, instruit ipsos, qualiter in hac electione eis sit agendum secundum doctrinam beati Patris Benedicti, ut in omnibus magistram sequantur regulam, nec temere ab ea declinetur a quoquam, utpote rationem reddituri pro omnibus ante tribunal Domini nostri Jesu Christi. Magenardo præposito, & fratribus in Monasterio S. Richarii degentibus, pro literis, quas Apostolicus Papa regi Karolo sibique miserat, pro quodam, qui Monachum, atque Presbyterum interfecerat: in quibus literis tenorem injunctæ pœnitentiæ exposuerat, admonens ut divinis monitis in his quæ ipsæ literæ præcipiunt obedire procuret. Monachis cœnobii Sancti Medardi pro Hainoardo Monacho, qui veniam pro excessibus suis apud Regem postulaverat: de quo ex verbo Regis mandat, ut eum vel ad habitandum regulariter inter ipsos recipiant, vel juxta petitionem illius literas dimissorias illi ad certum locum facias, & absolutum abire cum pace permittant. Sigebodo sacerdoti & præposito Monasterii Sanctimonialium Lugdunensis Ecclesiæ, super interrogatione qua requisierat ab eo, qualiter oporteret eum agere de inquisitione sibi commissa in Oriniaco Monacharum Monasterio super Abbatissa & præposito ipsius Monasterii, unde interroganti responderas, quia non verbis de talibus, sed scriptis respondere deberes. Quocirca rescribens quoque ostendit quæ in legibus quas Catholica probat Ecclesia, & in regulis Ecclesiasticis de his scripta sint: præcipiens etiam, ut privilegium ipsius Monasterii sibi

Margin notes: j. Consilium. — Ps. 101. — j. Fulcranno — De hoc sup. cap. 23.

[A] afferatur, & notificentur ei per certas personas de certis rebus accusationes ipsius Abbatissæ atque Præpositi, ut secundum sacras regulas cum consilio Coepiscoporum & visitatoris Landunensis Episcopii, quia tunc Episcopus ibi non habebatur, inde Domino inspirante *decernat. [j. decernatur.] Quibusdam decanis parochiæ Suessonicæ, pro quodam Presbytero, qui præjudicium passus justitiam & judicium apud Episcopum suum Rothadum non valebat obtinere, unde & ipse domnus Hincmarus eumdem Præsulem monuerat, ut si propter infirmitatem non valeret ipse ad Synodum venire, vel missos suos, comministros videlicet Ecclesiæ sibi commissæ, mitteret, ut res canonice diffiniri valeret: admonetque per has literas eosdem decanos, & Metropolitana præcipit auctoritate, ut presbyteros [B] decaniæ suæ ad denunciatum placitum venire commoneant, & cum eis ipsi veniant. Quod si non fecerint, synodalem sententiam apud proxime futuram Synodum se noverint accepturos. Sigeberto cuidam Sacerdoti, pro Hridilone Episcopo ipsius, de quo talia se audisse dolebat, qualia de bono laico dici non conveniret, & quia culpabatur, quod talem Episcopum ordinaverit: asserens se de illo, quem ante non cognoverat, fidei, & testimonio ipsius Sigeberti credidisse, præcepitque ipsi Sigeberto ad se venire, ut ore proprio ei dicere possit, quæ de Episcopo audivit, & si vera forent, simul considerarent, qualiter illa corrigeret: si vera non essent, qualiter men-[C]dacia esse docerentur.

CAPUT XXVI.

Qua viris quibusdam illustribus.

VIro Illustrissimo Ebetardo, ex principibus Imperatoris Lotharii, literas dirigens pro adipiscenda familiaritatis apud eum gratia quondam sibi ab ipso gratis oblata, congaudet bonis quæ de ipso per certas audiebat personas, * maximeque [j. maxime quæ.] per Amolum præsulem, quem sincerissimum & carissimum vocat patrem suum, mittens ad ipsum cum literis etiam fi-[D]delissimum quendam missum suum. Item laudans sinceritatis ipsius devotionem erga Deum, & sacræ auctoritatis cultum, principumque unanimitatem, & Ecclesiasticæ pacis studium, debitumque religionis: monensquoque pro caritatis officio, ut sicut cœpit melius ac melius proficiat: quia natura humana, testante Job, [Job. 14.] nunquam in eodem statu permanet, & quia in isto seculo quacumque præditus quis potestate contra fluminis tractum navigat: qua de re aut viriliter navigans superiora petet, aut remissis manibus habet ad ima relabi. Studeat autem præcipue, ut Deo super omnia placeat: deinde ut Ecclesiæ pacem provideat: tum ut [E] principibus bona non solum suggerat, sed etiam ingerat. Viris Ecclesiasticis & locis sanctis [Tit. 2.] debita privilegia adquirere insistat, populo Christiano pacem, & unanimitatem procuret, bene agentibus congaudeat, male agentibus resistat, seipsum sobrie, juste, & pie vivendo, solerter custodiat, & cætera exhortationum valde necessaria. Post quæ suggerit etiam de quibusdam necessitatibus, tam ex Monasteriis, quam & aliis, pro quibus & Imperatori literas direxerat, quæ in Parochia sua ab illius erant auctoritate corrigenda, & reliqua de utilitate animæ, & consilio spiritali conservando. Fulcrico cuidam, præmissi Imperatoris magnati, qui uxorem legitimam inlegitime dimiserat, [De eod. supra c. 20.] alteramque insuper duxerat, vocans ad Synodum, excommunicationis jam in eum datæ, atque in comprovinciali Synodo confirmandæ pandit modum. Item postquam pœnitentiam pro hoc admisso visus est suscepisse, iteranti vias suas, & reversu ad vomitum suum manifestam dat excommunicationis sententiam, cunctisque id notificare satagit fidelium Christi personis, quibuscumque audire contigisset, maximeque Episcopis, in quorum videbatur parochiis conversari, vel frequentare.

Vulfingo cuidam ministeriali ejusdem Imperatoris Lotharii, commemorans familiaritatem, quam quondam ab eo poposcerat, & dilectionem quam ei spoponderat, rogans ut innotescat Imperatori super epistola, quam frater ipsius Karolus Rex eidem dirigebat, [Car. Calvus.] quatenus eam suscipiens, familiariter distinguat, & secreto legat. Censum quoque de villa Dudeciaco anni præteriti cum censu præsentis anni sibi transmitti jubeat: unde in illius memoria aliquid ornamenti in sepulchro S. Remigii facere posset, quod ornare, & corpus ipsius sancti in crypta disponebat a novo præparata transferre. Item pro repetitione præmissi census de villa Dudeciaco sex librarum: ne forte suggeratur Imperatori, quod cupiditate inlectus hunc censum repetat, quem in suos usus nunquam redegerat: sed cupiens evadere periculum, ne silentio suo in diebus suis census ipse depereat, & ipsa villa in alodem vertatur, & Ecclesiastica mancipia in servos & ancillas dispertiantur, sicut & de multis tam rebus, quam mancipiis hujus Ecclesiæ, sed & de ipsa jam villa fiebat. Enitens etiam, ut senior suus inde periculum non incurreret, vel ipse cum ipsius periculo partem non haberet. Asserens quod si cupiditas in hoc eum veniret, duodecim libras repeteret, quas avus & pater hujus Regis inde solverunt, &c. Subinfert etiam quædam de præfato Fulcrico, qui Roma veniens jactabat epistolas Papæ pro absolutione sua tam Regibus se, quam huic Archiepiscopo deferre. De quo monet hunc Vulfingum ut suggerat Regi, ne seducatur in hac causa: sed omne cum ratione cavens periculum faciat, ut veniant ipsæ Epistolæ coram illo & Episcopis, & quidquid melius inventum fuerit inde sequantur, & quia interim quod rationabiliter & canonice factum fuit non debeat contemni. Nantario amico suo fideli, pro rebus S. Remigii disponendis in Wormacensi pago, inserens quod quidam homines eum petierint, ut præstaret illis colonos earum rerum ad diversas operas, & quidam ut venatores illorum in ipsis rebus per aliquod tempus manere concederet: quod neutrum se concessisse, vel concessurum esse fatetur, quoniam sui antecessores hoc facere non sunt ausi: quia S. Remigius cum grandi maledictione vel interminatione hoc fieri vetuerit, &c. [S. Remigius in suo testamento.] Immoni Comiti, pro rebus hujus Ecclesiæ in Aquitanico conjacentibus, ut auxilium ferret earum provisori, cui committebantur. Gerardo Comiti nobilissimo, pro Isaac Lingonicæ sedis electo, ut per ejus hortamen ordinaretur Episcopus, quia Wlfadus, qui ipsam occupaverat Ecclesiam, cano-

nica nou potuit ordinari. Item pro his quæ sibi literis idem Gerardus significaverat: scilicet quod Karolus Franciæ Rex senioris ipsius Karoli Cisalpinæ Galliæ Regis regnum sibi vellet subripere, quod ipse Domnus Hincmarus nequaquam fieri assesit. De rebus quoque S. Remigii in Provincia sitis, pro quibus audierat Domnum Hincmarum ad Regem proclamasse, quod se penitus negat egisse, nec quotiescunque necesse fuit, pro * ipsius rebus ad alium, quam ad ipsum Gerardum, & ad suos fideles inde suggestionem, direxisse. De hoc etiam quod scripserat hic Comes se audisse, quod Rex iste Karolus monasteria vellet usurpare, quæ beato Petro Apostolo idem Gerardus tradiderat; & quia si res ipsius, quæ in hoc regno conjacerent, ab eo forent ablatæ, ipse licet invitus res hujus Regni, quæ in illo habebantur regno præsumeret: respondet domnus Præsul, quia sua voluntate nemo res Ecclesiæ in suum periculum usurparet: timere se, asserens ne coram Deo dignus habeatur, ut hoc in tempore sacerdotii sui commissa sibi patiatur Ecclesia. Veruntamen si quis præsumpserit, plus illi dolere quam sibi, periculum præsumptoris ex divinis pandens auctoritatibus. Adjiciens quoque de eo quod se monuerat, ut sacri causa ministerii regem a talibus revocaret excessibus, quia prius in illius dispositione talia non perceperat, & de vanis suspicionibus suum non erat seniorem corripere, ideo nec inde monuerat. Nunc autem certam & causam habens, & personam, debita devotione ac fidelitate studebit dominationem ipsius *monere. Item pro præfatis rebus S. Remigii, de quibus idem Gerardus huic Archiepiscopo literis significaverat se condolere, quia devastabantur a multis, & plures earundem vastatores dicerent quod per concessionem Regis Karoli, & hujus Domni Hincmari easdem res occuparent. Unde notificat eidem Gerardo, quia ex quo easdem res eidem commiserit, nullus alterius eas provisioni delegaverit, nisi tantum Hildoardo cuidam nutrito suo injunxerat, ut majori villæ in his quæ necessaria fuissent, auxilium ferret, sub defensione tamen & tutela præfati Gerardi Comitis, addens de cæteris earumdem rerum usurpatoribus quid agendum sibi videretur. Ipsas autem res nulli homini suo vel alterius in beneficium dare auderet, quia sanctus Remigius hoc in suo testamento terribiliter contradixit. Ipse vero Comes, qui pro amore sanctæ Dei Genitricis & sancti Remigii, res ipsas in sua tuitione susceperat, sicut bene cœpit, ita viriliter de cætero agere procuret, quoniam in Remensi Ecclesia per decem monasteria tam Canonicorum, quam Monachorum, atque sanctimonialium, amplius quam quingenti pro ipsius præsenti & perpetua salute, in Psalmis & canticis spiritalibus, atque sacris oblationibus continui oratores existant, &c. Item pro eisdem rebus pene similia. Item mittens ad easdem res ordinandas per ipsius

j. Consilium. Comitis * auxilium, atque disponendas, monachum atque Presbyterum de Monasterio S. Remigii nomine Rotfridum. Rodalpho illustri Comiti, pro infirmitate conjugis ipsius, & pro eo quod ferebatur idem Comes inter Regem & quosdam subjectos ipsius quædam contraria seminare, asserens sibi quoque Domnus Hincmarus, qui ab hujusmodi re valde se immunem putabat, hoc ipsum reputari: & quia de his qui erant cum Rege talia mandata venirent, quæ non convenissent. Unde nihil eidem Comiti scribere posset, neque per alium mandare, donec simul loquerentur, & de talibus, quæ vidissent melius ad utilitatem & honestatem senioris sui pertinere, mutuo conferrent: quantocius autem potuisset ad Regem pergeret, & cum illo degens, quantumcumque valeret, certaret, ut se coram Deo corde & opere custodiret, orique suo ab ipsis etiam qui putabantur amici, custodiam imponeret, & de convocatione fidelium Regis, & directione ipsius animi, atque discissione hujus Regni, sed & interfectione Britonum Herispogii, Salomonis, & Aimarchi, atque de itinere Reginæ ad Regem, prout ipse mandaverat, & quia multum de Rege timebat. Item de eo quod in literis ipsius Comitis inter ipsum Comitem & Regem commonitionem cognoverat esse indebitam, unde satis tristis effectus erat. Et quia de his quæ sibi literis significaverat, apud Regem, prout potuisset, satageret, & quidquid inveniret, si ad eum remitteret, ipsi remandare curaret. Adjiciens quid sibi de hominibus suis acciderit, quos secum super Ligerim habuit: monens & confortans in Domino, ne commoveatur leviter pro talibus, quibus illi qui Deum timere nesciunt, commoventur: sed suum bonum nomen, sicut bene cœpit, usque ad finem perducere studeat. Et quia Regis animum jam bene cognosceret, qui licet aliqua sit perturbatione commotus, statim ut cum eo locutus fuerit & ei suam devotionem manifestaverit, sicut decet, & sicut rectum est eum habebit. Admonens, ut juxta Apostolum omnis indignatio auferatur ab eo cum omni malitia. Quod si fieret, pro eo quod Rex nepos ipsius esset, plus pium animum erga eum haberet, pro hoc quod senior ipsius esset, plus humilem haberet animum circa ipsum, &c. Welfo cuidam nobili viro, multas gratiarum referens actiones, quod talem erga se conservasset amicitiam, ut hominem ipsius sine consensu ejusdem recipere noluisset, & quod idem homo se sine causa dimiserit, & sine licentia sua irreverenter abscesserit, quod nemo suorum adhuc alius fecerat: intimans qualiter eum susceperit, & quam benigne nutrierit, multaque illi bona fecerit, qualiterque iste inter seniorem suum & Regem missus ad ipsum, inconvenienter egerit. Petit autem, ut nullatenus eum recipiat, antequam secum loquatur, & sciat si rectam contra se idem homo rationem habeat: adjiciens non id se de illo ideo replicare, ut aliquod odium illius teneat: sed ne ille contra justitiam recipiens hunc, in Deum peccet, & in se amicum ipsius offendat: præsertim cum salva amicitia, per ejus licentiam illum habere poterit. Folconi Comiti palatii Regis, pro quodam Presbytero Parochiæ Suessonicæ, qui relicto Ecclesiastico ad civile judicium proclamaverat super accusatore suo, qui probaturum se promiserat esse quod adversus eundem presbyterum profarebat. Mandat autem huic Comiti, ne in hac se causa commisceat, antequam ab eo tractetur, an id rationabiliter fieri debeat, quia de presbyteri & Ecclesiæ causa ad Episcopos & ad Synodum diffinitio pertineat, non ad malli, vel civilium judicum dispositionem, &c. Maioni illustri Co-

Margin notes: j. Ipsis. (beside "pro * ipsius rebus"); Psal. 140. (beside "orique suo ab ipsis etiam qui"); Eph. 4. (beside "Admonens, ut juxta Apostolum")

miti, gratiarum referens actiones pro benignitate, & follicitudine, quam domuo Theoderico Camaracenfi Præfuli, viro fancto, & Ecclefiæ ipfius exbibere curabat, petitque ut fi in eorum diebus idem Dei fervus ad communem Dominum tranfiret, pro electione concedenda Clero & plebi Ecclefiæ ipfius apud Lotharium Imperatorem satageret. De pace quoque procuranda inter Reges, unde fibi fcripferat, refcribit, quia femper eam defideraverit, & ut inviolata inter eos maneret, prout potuit, commonere curaverit, & quantum Deo cooperante valuerit, inde laborare curabit. Rosico Nosmanuo ad fidem Christi converfo, ut in Dei voluntate, & mandatorum illius obfervatione proficiat, ficut & eum velle ac facere per multos audiebat, & ut nemo ei perfuadere valeat, quo contra Chriftianos Paganis aut confilium, aut adjutorium præftet: quia nihil ei proderit Baptifmum Chriftianitatis accepiffe, fi contra Chriftianos vel per fe, aut per alios quofcunque pesverfa, vel adverfa fuerit machinatus, & cetera, quæ profequitur, Epifcopaliter intimans, quantum in tali fit machinatione periculum. Monens etiam, ut Balduinum a Dei Spiritu, quo canones fancti funt conditi, per epifcopalem auctoritatem propter filiam Regis, quam in uxorem furatus fuerat, anathematizatum, nullo modo reciperet, neque folatium, vel refugium aliquod apud fe habere permitteret: ne illius peccatis & excommunicatione involuantur tam ipfe, quam fui, atque damnentur: fed talem fe exhibere procuret, quatenus ei orationes fanctorum proficere valeant. Luitardo illuftri viro, pro his quæ de ipfo audiebat ad animæ illius periculum pertinentia: præcipue de quodam Presbytero, quem contra leges de Ecclefia ejecerat, & alterum ibi conftituerat, efficaciter & Epifcopaliter monens, ut a talibus fe præfumptionibus compefcat: quia fi non fecerit, ipfe quod facræ leges præcipiunt facturus fit in eum, & per omnia Regna Epifcopis ufque ad Papam Romanum, eum effe mandabit excommunicatum. Presbyterum vero advenam, quem miferat in eadem Ecclefia, ab omni Remenfi parochia excommunicatum effe defignat. Item vocans eum dilectum filium, & ideo fic eum vocare fe dicens, ut talem fe faciat, quatenus in ejus dilectione recte manere poffit, velut item Præful exoptat. Sed audiens eum non talem fe exhibere, qualem * deberet erga Remenfem Ecclefiam, de qua multa bona habebat, ut famulos ipfius Ecclefiæ inquietans cum pace non fineret degere, mandat illi ex auctoritate Dei & fanctæ Mariæ, & fancti Remigii, & fua Epifcopali, necnon ex banno regis, cujus miffus ipfe pontifex erat, ut nullum impedimentum, vel ipfe, vel homines fui hominibus Remenfis Ecclefiæ faciant, nec per aliquod ingenium vel per confenfum fuum: fed fi quid rationabile quærere vult contra poteftatem Remenfis Ecclefiæ per legem quærat. Quia fi aliter fecerit, tam per Epifcopalem auctoritatem, quam per miffaticum Regis, quod inde rectum fuerit fuftinebit. Excommunicat etiam quendam Diaconum ipfius, qui adverfabatur famulis fancti Remigii, &c.* Theodulfo Comiti, pro præfumptione Ecclefiaftici minifterii, quæ defuncto quodam Presbytero abftulerat quæ idem Presbyter in eleemofyna

j. deceret.

.Theodulfo

pro fe dari præceperat, & infuper ufurpaverat quæ ad ipfam Ecclefiam rite relicta fuerant. Oftendit ergo manifefte, quam maximum crimen facrilegii commiffum fit ab eo: fed & quomodo contra humanas egerit leges, & quid inde fieri debeat, & qualiter Ecclefiæ in poteftate & ordinatione funt Epifcopi fecundum facros canones, & imperialia capitula. Unde mandat ei, ut juxta facras auctoritates, & Regum præcepta, quicquid de facultatibus ipfius Ecclefiæ acceperat præfentialiter Ecclefiæ reddat, & Presbyteris, quibus res commendatæ fuerant, reftituat, deinde ad fe veniat, ut inde medicinam accipiat, quatenus fanus fiat, dans illi fpatium feptem dierum poftquam literas ipfas acceperit, ut octava die ad fe veniat, quo vel fi non eft ita, debitam rationem reddat, vel fi eft ita, congruam fatisfactionem agat: quod fi non fecerit, exemplar iftarum literarum ipfe Regi tranfmittet, ut ille fuum inde minifterium faciat, & poftea idem Præful fuum exinde perficiet. Et quoniam audierat quod ipfam Ecclefiam idem Comes denominato pretio vendere pararet, adjecit: *Propterea fciat*, inquiens, *quia fi vel unum denarium tibi aliquis clericus pro ipfa Ecclefia, vel pro alia aliqua in mea parochia, per fe, aut per immiffam perfonam dederit, per me ordinatus in ea non erit. Si autem vis ibi habere Presbyterum, adduc mihi talem clericum, qui aptus fit facro minifterio, & ego illum inquiram, & illi Ecclefiam dabo, & tunc illum ordinabo, fi mihi talis clericus fatisfactionem fecerit, quod nullum pretium inde donaverit. Et fi tu ita facere non volueris, ego ordinabo, qualiter populus ibi officium habeat, ufque dum ibi ordinem Presbyterum. Cui fi aliquod impedimentum contra divinas & humanas leges feceris, & manifeftum fuerit, Presbyter ibi permanebit, & tu & omnes qui tibi confenferint, ab omni Chriftianitate ufque ad fatisfactionem eritis feparati. Hæc, care fili, ideo mando tibi & taliter commoneo, quia falvum & honoratum te cupio, & inter filios Ecclefiæ te in loco filii habere volo. Et fi me coegeris, ut ficut Dominus dicit in Evangelio, fis velut Ethnicus & publicanus, non mihi fed tibi reputare debebis. Poftquam iftas literas dictavi, dictum eft mihi quod matricularios a miniftro meo conftitutos de illa matricula ejecifti, & ibi * Bovarium mififti, & pro illa matricula in pretio unum afinum accepifti. Quod fi ita eft, non folum criminaliter fecifti, quia contra omnes leges Ecclefiafticum minifterium homo laicus ufurpafti, & eleemofynam, id eft mifericordiam pauperum, ac per hoc Deum, qui mifericordia miferorum eft, ficut Judas proditor, vendidifti. Sed etiam turpiter in hoc nimis fecifti, ut de mendicitate, de qua mendici vivere debent, Comes & honoratus Regis confiliarius in pretio afinum accepifti, & omnes qui hæc audiunt penfare poffunt qualiter de aliis caufis pro amore & timore Dei, & reverentia tui minifterii jufte & recte facis, qui de tali miferia fine ulla verecundia turpe lucrum requiris.*

Matth. 18.

i. Bouarium.

Anfelmo illuftri viro, pro quodam Presbytero, quem apud fe accufaverat, fed ad denominatum placitum non venerat: fignificans purificaffe hunc Presbyterum canonice feipfum a crimine coram miffis ipfius Anfelmi, in confpectu plurimorum tam clericorum quam lai-

corum, non tamen misisse, quia nec debuerit, in Sacramentum plures sacerdotes ipsius testes. Hortatur autem & monet, ut omnem rancorem, quem contra præfatum presbyterum habebat, a corde suo expelleret, ostendens quantum malum sit odium retinere in corde. Interdicit etiam auctoritate Dei & sanctorum ejus, ut eidem presbytero nullum præjudicium vel machinationem inferat, quia si fecerit, ipse inde suum ministerium faciet. Precatur etiam ut justitiam Deo, sibique facias de hominibus suis, qui Presbyteris quibusdam testibus præmissi Presbyteri ausi sunt injurias intulisse: quia si non fecerit, & de ipsis quoque suum facturus sit ministerium. Bernardo Comiti Tolosano propinquo suo, pro rebus Remensis Ecclesiæ in Aquitania conjacentibus, quas ille in præstariam sibi concedi petebat: quod idem Præsul se facturum negat, quia non audeat, propter testamentum sancti Remigii, quod id omnino fieri prohibuerit. Unde alteri quoque

j. Rodonensi Bernardo Comiti * Rodnmensi scribit ut loquatur cum hoc Bernardo, ne res easdem suis hominibus in beneficium donet, ut eum fecisse audierat, & de inquisitione harum rerum, si Rex juberet, per ipsam agenda. Item præfato Bernardo Tulosano pro eisdem rebus, adjurans illum per Deum omnipotentem Dominum Jesum Christum, & per ejus Genitricem, sanctumque Remigium, ut nihil inde præsumat, nec ullum impedimentum mancipiis in iisdem consistentibus faciat: neque Bernardo Comiti Avernico, cui easdem commiserat ad defendendum, inde molestiam ingerat: quia si fecerit, eum a liminibus sanctæ Ecclesiæ, & a communione fidelium cum plenitudine Episcoporum, tam Aquitaniæ, quam aliorum regnorum segregabit. Item admonens eum pro eadem re, ut conciliet sibi amicitiam sanctæ Mariæ & sancti Remigii de præfatis rebus, ostendens ex sacris auctoritatibus, quantum periculum sit res sacras injuste retinere, caveatque ne Ecclesiasticum judicium proinde mereatur in hoc seculo, & æternam perditionem in futuro. Item quia præjudicium, & non modicum damnum Remensi faciebat Ecclesiæ, ostendit eum prædamnatum a sacris canonibus sanctorum judicio, & a se cæterisque Præsulibus, quorum res Ecclesiasticas usurpabat; legationem pro hoc præjudicio directam, & tunc iterum cum Imperatore ad Papam Romanum dirigendam, quatenus ejus auctoritate congregata Synodus, eum cæterosque rerum Ecclesiasticarum pervasores damnationis sententia percellat. Ideo

Matth. 18. secundum Evangelicam auctoritatem prius eum Episcopali auctoritate commonet, atque per crucem Christi & sanguinem ipsius interdicit, ne de rebus Ecclesiæ Remensis sibi præsumat, neque a quocunque, nisi ad ipsarum rerum contra pervasores defensionem, præsumi consentiat.

Supra c. 18. Engelramno, Goslino, & Adalelmo Comitibus scribit, mittens eis cum literis suis literarum Regis exemplar, in quibus continebatur, ut Episcopos convocaret & laicos fideles Regis, ad prohibendum vel resistendum Karlomanno Diacono Regis filio, qui insurrexerat contra patrem suum, in quibus literis, quærens quid eis super hoc Regis sit agendo præcepto, designat non esse Karlomannum suæ Provinciæ, utpote qui sit ordinatus ab Hildegario Meldensi Episcopo, & secundum canones non posse aliquid disponere de illo. Episcopus quoque de alia Provincia convocandi potestatem non habeat, sed neque suffraganeos suæ sedis tunc tempus habebatur convocandi, cum dies instet Natalis Domini: & licet Episcopi conveniant, & Karlomanno suas parochias interdicant, non sibi videtur ut pro eo quod cœpit dimittat, si alia potestas illi non contradicat. Considerandum vero monet rationabiliter, quid juxta mandatum Regis super hac re sit agendum, ne malum majus accrescat. Significans qualiter conveniendum, & alios eis sit convocandum, dansque consilium ut idem Karlomannus adversum se non provocet Deum & patrem suum, Episcopos quoque Regni hujus, & populum ad iracundiam contra se, ne & in animo, & in corpore, eam ipse, quam illi qui eum secuti fuerunt, pereant. Ipse vero Præsul & hi Comites mittant ad Regem, ut eum faciant, prout melius potuerint, illi placabilem: sin autem aliter eis videtur, sibi remandent, & cætera. Item eisdem pro hac ipsa re, designans bonum sibi videri fuisse consilium, quia non commoverint populum antequam simul loquerentur, considerantes si quid boni possent invenire cum Karlomanno, credens quia suum & ipsorum debeat obaudire consilium, &c. Item Karlomanno, Goslino, & Conrado, pro jussione Regis qua mandaverat, ut ipse Præsul cum cæteris fidelibus Regis convenire ad mandatum Regis audiendum, & Karlomanno denuntiandum: designans ubi & qua die vel hora simul convenire debeant, & ut Karlomannus Goslinum & Conradum ad ipsos mittat, vel ipse Karlomannus, si placuerit ei, ad eosdem veniat, ut missaticum Regis simul cum ipsis audiat, & ibi pariter considerarent, qualiter ei ad salvationem & honorem suum de cætero sit agendum. Harduino Comiti, pro causis supradictis de Karlomanno, quomodo tunc res se haberet; & quia obsides inter se dederant, & cum Karlomanno locuti fuerant, eique suaserant, ut pacifice in hoc regno degeret, ac veniente patre cum ipsis ei obviam pergeret. Sed quia Regem citius quam sperabatur audierat advenire, quid idem Karlomannus tunc facturus esset se nescire fatetur. Monet tamen ut præparatus sit hic Comes ad mandata Regis, si qua jusserit, exequenda. Item pro quibusdam malefactoribus hominibus cujusdam Wiperti, qui rapinas, incendia, & homicidia, & alia mala faciebant; commonens eumdem Harduinum, ut cum fratre suo Hadeboldo decertet, quatenus hæc mala legibus emendentur, & cessent, ne ipsi, qui missi Regis erant in hoc regno, pro talibus offensam illius incurrant: quod ipse quoque certaret agere, nisi corporali detineretur infirmitate. Insuper & cum * Gaulfo Regis fideli loquatur, qui hos malefactores recipere ferebatur, & ostenderet illi quantum periculum suum in eos recipiendo faceret, admonens ut a talibus deinceps se custodiret. Item de his quibus significaverat se accusatum apud Regem, & quia * non expresse literis eandem intimaverat accusationem, mandat ut ad se missum fidelem & rationalem dirigat, per quem rei veritatem diligentius agnoscere possit, & ei verum consilium dare, & ipsum inde in rebus pro viribus adjuvare.

j. Grimulfo

j. omit. non.

[a] Maingando cuidam amico suo, pro rebus S. Remigii in Vosago conjacentibus, de quibus quidam homines quoddam mansionile conabantur auferre. Unde jam missi Regis Ludovvici requisierant, & invenerant quod Remensis Ecclesia juste illud teneret, & manifestum esse, quia infra fines illarum rerum, quas ibi sanctus Remigius comparavit, nulla potestas aliquid haberet, nisi Remensis Ecclesia. Unde precatur istum, ut si res ipsas evindicare quiete potueris ad partem hujus Ecclesiæ, faciat: sin autem, vel detineat ne reddantur aut addicantur aliæ potestati, donec ipse & Luitbertus Archiepiscopus simul veniant, & secundum legem per Ecclesiæ advocatum res rite diffiniatur, &c. Item pro eadem re, exhortans & petens, ut de ipsis rebus majorem curam adhibeat, &c.

j. Manigaudo,

Erluino amico etiam suo, pro præfatis rebus & mansionili quo supra. Item gratiarum referens actiones pro auxilio quod impendebat præmissis rebus & mancipiis, precans ut quod bene cœpit perficiat, & ut monasteria servorum Dei pacem de præfatis rebus habere possint, adjutorium præbeat, & ut quædam mansa, quæ ab ipsa potestate injuste auferebantur, juste revocarentur, solatium adhibeat: mittens ei dona in auro & argento, & obsequium dignum tam speciale quam temporale promittens. Item significans quod audierat, pro eisdem rebus petens ut Regi Ludovico suggerat, quatenus pro redemptione animæ suæ res quæ abstractæ sunt, Ecclesiæ Remensi restitui faciat, & eas ipsi Erluino commendet, ipsumque missum faciat ad inquirendam & peragendam de rebus ipsis justitiam, mittens eidem Erluino quoque vasorum argenteorum munera. Item significans quod audierat quendam Lantfridum se jactantem, quia impetraverat res præfatas apud Imperatorem Karolum, ut haberet ipsas, eodem Domno Hincmaro consentiente in beneficium, quod per omnia dicit esse mendacium, nec obtinere posse apud se omnes reges qui sub cælo sunt, ut illas res unquam ab aliquo teneri consentiat, propter alligationes, quas Sanctus Remigius in testamento suo disposuit.

Odalrico illustri Comiti & amico suo, pro causa suorum hominum, quorum res Ludovicus Rex Transrhenensis Domnus hujus Odalrici male tractabat, injuste agens contra ipsos: monetque ut inde judicium Dei Regum Regis timeat, & quod injuste egit emendare procuret. Et quod audierat idem Rex suasisse Domnum Hincmarum Regi suo, ut proprietates auferret, quas fideles Ludovici in Regno ipsius possidebant, & ideo abstulisse ab hujus fidelibus proprietates ipsorum, dicit non decisse Regem de Catholico & fideli suo Episcopo talia credere, antequam veritatem inde cognosceres, & quia contradixeris etiam consiliariis Regis, qui seniorem suum id hortati sunt agere. Ostenditque qualiter Karlomannus Rex frater Karoli magni, villam Noviliacum sancto Remigio tradiderat, & qualiter deinceps usque ad id temporis eadem villa tractata fuerit: & quia de honoris & animæ periculo ei res agebatur, si fraudem rerum Ecclesiæ sibi commissæ consentiret, & periculum senioris sui Regis illi celaret, qui nec etiam pro toto mundo suum gradum & suam animam perdere vellet, & cætera. Item gratias agens de his quæ pro petitione ipsius erga fideles ejusdem decenter executus fueras, & quia in ejus dilectione manebat, petens ut deinceps idem agere non desinat.

Bertbranno illustri Comiti Tardunensis pagi propinquo suo, pro Sacramento Regi agendo, qualiter Regi fidelitatem jurare deberent, qui in ipsius comitatu consistebant. Item pro loco vacante sine Presbytero, ubi sancta Patricia requiescit, monens ut quantocius ministris Ecclesiasticis clericum sacro ministerio aptum ostendat, qui valeat ibi ordinari, sciens procerto, quia post ordinationem, quæ fieri debebat in proximo, ipsum locum sine Presbytero dimitteret: quia nec cum mercenario, nec sine pastore proprio ipsos homines audebat dimittere: & si ipse non præsentaverit eum, qui dignus possit inveniri, ille ordinaturus esset qualem meliorem potuisset invenire. Item pro Haimone fideli suo, quem idem Comes ad placitum suum per bannum vocari jusserat, qui rege jubente in ipsius servitium provectus erat.

Bosoni illustri Comiti, de agenda electione Silvanectensis Episcopi, ostendens quod non sui ministerii quamcumque specialem designare personam, &c.

Item Bosoni viro inclyto, gratiarum referens actiones pro rebus Ecclesiæ Remensis in Provincia sitis, quas ut sibi promiserat, tutabatur, monens ut se talem præparet, qualiter orationes ipsius & Ecclesiæ sibi commissæ illi proficiant: idque quod de ipso periculosum audieret, non tacens, videlicet quod res diversarum Ecclesiarum suis hominibus dedisset, unde satis timendum esse denuntiat, ne orationes fidelium Dei pro ipso impediantur a clamoribus sanctorum in cœlis cum Deo regnantium, &c.

* Coiranno Comiti, propter quemdam hominem ipsius, qui gravia quædam commisisse ferebatur crimina, & quia non audebat ea Domnus præsul indiscussa dimittere, precatur hunc propter dilectionem, ut eum ad se venire jubeat discutiendum ab ipso: quia si non fecerit distringetur gravius ab illo tam de ministerio Episcopali, quam de missatico Regis.

j. Goiranno

Isemberto Illustri viro amico suo, precans pro Hincmaro nepote suo, quem miserum appellat, utpote qui pro excessibus suis tam gravia sustinebat, petensque ut illum in suis necessitatibus adjuvet.

Rainoldo Comiti, pro rebus Remensis Ecclesiæ, quas receptas se habere significaveras, & de manibus diripientium ereptas.

Theuderico Illustri Comiti, mittens ei nomina suorum in expeditionem, regisque servitium properantium. Item pro muneribus argenti, quod Regi moranti ad Dei servitium in terra per paganos deserta mittebat. Item pro sollicitudine quam tempore Ludovici Regis nuper defuncti susceperat idem Theudericus de filiis ipsius Regis, ne moleste acciperet, si eum commoneret causa dilectionis, vigilem esse debere apud filios ejusdem Regis. Ostendensquia non solum grandis præsumptio, sed etiam magnum periculum est, uni soli generalem Regni

gni dispositionem tractare, sine consulto & consensu plurimorum. Notificans quoque de his quæ sibi mandaverat, qualiter quondam inter Reges Ludovicum, Lotharium, & Karlomannum fuerit actum, & qualiter tunc sit agendum: subjungens capitula quædam quæ a tribus Regibus, Ludovico, Katolo, & Lothario simul convenientibus constituta & confirmata fuerunt. Item pro quodam Episcopo Religioso, petens ut det ei locum loquendi secum, ut per ipsius interventionem pervenire valeat ad Regis præsentiam, & ea quæ rationabiliter postulaverit obtinere, & alia quædam scribit etiam eidem Hugoni etiam filio Lotharii Regis, significans se amicos & familiares habuisse patrem & avum ipsius Lotharium Imperatorem: & quia salutem ipsius optabat, idcirco quod audierat de periculo ejus, causa dilectionis ei notum faciebat: multos scilicet prædones conspirasse & conspirare secum, ipsoque principe atque auctore innumeras & horrendas fieri deprædationes, aliaque multa scelera perpetrari, quæ omnia in caput ipsius redundarent: ostendens quam horrendum sit pro tantis sceleribus perpetuas pœnas mereri: demonstrans hæc eadem pervenisse ad synodum Episcoporum in Neustria gestam. *Syn. in Neustria an. 877.* Insuper etiam quod regni moliretur pervasionem: sibique mandatum de præfato conventu, ut ad eum mitteret atque moneret (juxta quod leges præcipiunt) a tantis malis resipiscere, ipsosque malefactores a se disjungere, & a seditione ac Regni pervasione se cobibere. Si vero ipsius commonitionem & mandata Synodi obaudire non vellet, tam suæ diœceseos, quam de vicinis Provinciis Episcoporum Synodum convocaret, & Synodali Episcoporum sententia eum, suosque *ms. fictore* complices atque fautores excommunicaret. Postea vero omnes hi Episcopi eamdem excommunicationem Romano Pontifici, & omnibus Episcopis ac principibus per circumjacentia Regna notam facerent. Unde monet eum tanquam filium, ut recogitet in quanto periculo sit, proponens ei divinarum sententias auctoritatum, ut periculum suum recognoscere possit, hortansque ac monens, ut nulli adulatori credat ad pervasionem regni aggrediendam: inferens ut attendat, quid profuerit patruis ejus, ut contra legem Dei Regni pervasionem inceperint, & quod pater ejus pro labore, quo contra voluntatem Dei laboraverat, & vitam perdiderit, & Regnum. Adjiciens quod leges de pervasoribus Regni præcipiant. Subjungens etiam, quod Rex eidem promiserit, & ex parte ostenderit, eum se velle honoribus ampliare, & honoratum habere si culpa ipsius non fuerit. Admonens etiam, ut non auscultet hominum pravorum hortamenta neque imitetur malignantes, qui florent ad tempus, & cito sicut fœnum arescent, sed obaudiat Scripturam sanctam veridice dicentem: *Ps. 36.* Expecta Dominum, & custodi viam ejus, &c. Subnectens quoque, ut sibi de his certam & veram responsionem remandet. Engilgario cuidam illustri literas direxit hujusmodi:

Hincmarus Episcopus Engilgario salutem.

PErvenit ad nos, quia hominem tuum Rathrannum irrationabiliter & inconvenienter periculosum Sacramentum jurare fecisses, qui licet tibi servitium debeat, tamen sub nostra cura &

A *tu & ille de salute vestra esse debetis. Propterea mando tibi, quia valde miror te non intellexisse, gravius esse periculum, eum hominem aut suadendo, aut terrendo in perjurium mittas, quam si te solus perjurares: quoniam in te unum perjurium, immo pro perjurio homicidium perpetrares: eum autem alium perjurare facis, & te & illum perdis. Et ideo mandamus, ut si ita causa habetur, sicut ad nos pervenit, ab Ecclesia & altario te abstineas, donec ad nos venias, & de tali incautela aut dignam excusationem facias, aut dignam pœnitentiam accipias.*

Leudovvino amico suo, pro rebus & mancipiis Remensis Ecclesiæ in Provincia consistentibus, sæpe literas direxit. Item Letuardo & Hilduardo
B aliisque in eodem pago degentibus, tam pro ipsis rebus, quam pro animarum salute scripta direxit. Achadeo Comiti, pro rapinis quas audiebat ab ejus hominibus fieri in ipsius comitatu, & pro villa Spantia, qua ille annonam Ecclesiæ Remensis auferre disponebat: notificans ei, quod si aliquid inde raperet, tam ipsum quam suos excommunicaret, & alienos ab omni Christianitate faceret, atque per suum missaticum, quod de illo Comite fieri debet, qui in suo comitatu injustitiam faciat, exequi procuraret. Amalberto illustri Comiti, pro injustitia quam audierat eum in suo perpetrasse judicio, exigendo res cujusdam interfecti ab eo, qui secundum commendationem ipsius eas in illius eleemosynam distribuerat: per-
C horrescens quod Christianus & moriturus admittere talia non expaverat, timens Dei futurum judicium. Et ostendit per divinam auctoritatem, quam grave perpetraverit flagitium, reducens ad mentis oculos, ne forte mercenarius, non pastor, haberetur: injustitiam videndo & tacendo, & quia missus Imperatoris erat, & capitula ipsius pro defensandis adveois & necessitosis habebat. Unde tam eidem Comiti, quam omnibus exactoribus atque judicibus, qui in hoc resederant judicio, verbo Dei omnipotentis & banno Imperatoris, Episc. auctoritate præcipit, ut eundem hominem nullus pro hac re condemnet, aut inquietet, vel contra-
D dictionem faciat, donec ipse Præsul per seipsum, vel per missos suos hanc causam diligenter inquirat, & secundum leges Ecclesiasticas & humanas hoc juste & rationabiliter diffiniat. Denuntians quod quisque hoc contra Dei præceptum præsumpserit agere, primo secundum capitula legalia hoc eum emendare faciat: deinde secundum leges Ecclesiast. illum a communione Christianor. usq; ad satisfactionem repellet. Denuntiat etiam quia quoscumque ad placitum suum venire mandaverit, ut hanc causam diligenter inquirat, & legaliter atque regulariter diffiniat, si venire neglexerint, post tertiam commonitionem ab omni
E Christianorum consortio usque ad satisfactionem repellet, nisi rationabilem ostenderint excusationem. Adjiciens de flagellis quæ* patiebantur multi, & ostendens quod ideo hæc tam duriter ex Dei verbo annuntient, ut intelligant quanta sit offensa in hac causa contra Dei præceptum, & sacras præsumere scripturas, admonens ne de peccatis alienis peccata sua accumulent. *j. patiebantur multi.* Sigeberto, pro præsumptione & præjudicio quod egerat pro quadam Ecclesia cuidam Presbytero: mandatque & ut hoc præsentialiter emendet, & a talibus levitatibus vel præsumptionibus se caveat: quia si non feceris, suum de eo ministerium facturus sit, & cæteris Episcopis, ut idem faciant, notificabit.

O

CAPUT XXVII.

Quæ aliquibus Reginis scripta miserit.

IRmingardi Augustæ scribens, congratulatur audito religionis ipsius fervore, asserens se in precibus assidua pro ea dependere munia. Item respondens ad literas quas ipsa sibi direxerat, significantes intimasse illi quosdam homines, (*Remy.*) quia per ejusdem Episcopi jussionem multa mala fierent erga res Avennaci monasterii, Berthæ ipsius imperatricis filiæ: asseverans quod diabolus per eorum sit ora locutus (*Joan. 8.*) mendacium, velut est pater mendacii. Si quid vero homines ipsius injuste fecerint in rebus ipsius Monasterii, non negat: tamen quia & ignoraverit, & non consenserit, nec voluerit indicat. De quodam præterea manso, quod illa significaverat injuste abstractum a præfato monasterio, asserit quod nulli homini, quantum sibi conscientia testimonium perhibebat, injuste unquam mansum abstulerit, sed apud Regem pro eo petierit, & obtinuerit, ut missos suos dirigeret, qui diligentissime hoc inter Ecclesiæ Remensis & Avennaci Monasterii possessiones æqua lance indagantes, decernerent. Nam ipse qui sua pro Christo dimiserat, nec vellet, nec indigeret: ea tamen quæ sibi commissa erant, sine ratione & lege negligenter dimittere non audebat. Adjiciens esse multa de ipso monasterio, unde ipsius, filiæque suæ indigebat auxilio: petitque ut mittat missum suum strenuum & fidelem cum misso filiæ suæ, qui una secum quæ corrigenda sunt ibidem corrigat, & videat quam intentionem & voluntatem ipse in talibus habeat, ne ipsis & sibi periculum, quod absit, exinde maneat: petitque ut animus ipsius sit semper sollicitus, ne alienæ linguæ facile credat, maxime de Sacerdotibus Christi: quoniam diabolus si non potest in alio, in hoc velit intentionem ipsius fuscare, ut eum faciat in opinione indebita Sacerdotum errare. Denique quod adjecerat ipsa, se pro ea suggessisse domno Imperatoris Lotharii, contra ipsum fecisse illa testatur, non ut magnam, & Deo devotam decet facere conjugem. *Ego*, inquit, *scio quia ei multa de me dicta fuerunt contraria: sed si vult poterit cognoscere non esse vera: tamen eum non audeo reprehendere, quia Dominus est, nec in ejus persona dico, sicut legitur in scripturis:* (*Prov. 29.*) *Qui libenter audit verba mendacii, ministros quoque habebit impios. Videlicet qui de piis erga eum voluntarie loquentur impia. Qui illi ea dixit ex mea parte, quæ mihi mandastis, aliter quam verum sit dixit, mal· autem interpretatus est bene dicta. Si voluisset cognoscere verum, & aliquis missus mihi de supra veniret, ut vera ex me cognosceret, sicut venit, & me qualemcumque Christi Domini Sacerdotem sugillavit, libentissime suo animo satisfacerem: De meo autem missu, sicut dominatio benignissima vestra mandavit, ut ad eum dirigam qui ei hoc affirmet, quod de ejus infidelitate nihil velim tractare, scitis quanta mendacia nunc per istud vadunt sæculum, & quanta sinceritas debeat esse in Sacerdote, & quantam merito domno meo servare velim fidelitatem. Et idcirco ne mali interpretes male bonum interpretentur, hoc adhuc facere non possum. Tamen si vult credere domnus meus Lotharius, potest veraciter cognoscere, quia non tantum illi, sed nulli homini in mundo sum infidelis, & si vult credere, credat: sin autem cum ille inter principes, & ego inter Episcopos ante Regem Regum, & Episcopum Episcoporum venerimus, tunc quid inde verum sit, plenissime sine alicujus indicatione cognoscet:* &c.

Berthæ Abbatissæ Avennaci Monasterii, pro impedimentis, quæ fratres ac servientes Monasterii Altivillaris, aliarumque villarum Remensis Ecclesiæ patiebantur ab hominibus ipsius, postquam in hoc regnum illa devenerat. Unde petit ut diligentiam, studiumque adhiberi jubeat, ne tantu & sic insolita præjudicia hæc patiatur Ecclesia de ipsius vicinitate, de qua solamen, & gaudium pro ipsius bona vita & sobria conversatione habere debebat. Quod si egisset, Deum proinde placabilem sibi faceret, & sanctam Mariam, sanctumque Remigium sibi conciliaret, ab ipso quoque obsequium Episcopale haberet. Si vero suos corrigere parvipenderet, ipse licet invitus, aures Regis inde pulsaret: ut si necesse foret, ut in tantum causa excresceret, ministerium Ecclesiasticum, secundum regulas canonicas, in eam, suosque exereret. Irmintrudi Reginæ, pro Belvacensis Ecclesiæ dispositione in pastoris electione: petens ut suggerat Regi, ne a quocumque in quamcumque partem animus illius indebite possit inflecti de hujus Ecclesiæ dispositione, donec ipse in ejus servitium veniens, quæ ipsi necessaria fuerint notificans, ipsius juribus pendat: & sic quæ Deo sint placita, & illis utilia, Domino annuente, disponere procuret. Rotrudi Deo sacratæ, & cæteris sororibus Monasterii sanctæ crucis, & sanctæ Radegundis, pro electione Abbatissæ ipsius Monasterii, pro qua Rex præceperat Frotario Archiepiscopo, & Erardo, atque Angenoldo, ad præfatum Monasterium pergere, & electionem regularem ibi facere: & si cuncta concors congregatio, vel pars quamvis minor, tamen melior, Rotrudem elegisset, constituerent in ordine Abbatissæ. Si autem omnis congregatio concors illam objecisset, & aliam eligeret, illa quam concorditer elegisset, in ordine Abbatissæ maneret, donec Regi renunciaretur, & quæcumque ibi fuisset electa, onus Abbatissæ susciperet, & Odila ad suum Monasterium reverteretur. Primores autem clerici & vassalli ad Reginam venirent, sub cujus defensione, post Dei & Sanctorum ejus, consistere deberent. *Propterea*, inquit, *diligite sorores ante omnia: & in privatis collocutionibus, & in publico vestro conventu, remittite & abjicite funditus a cordibus vestris omnes injurias, & scandalorum fomites, quæ hactenus inter vos orta fuerunt: ut nulla de sorore sua vindictam, aut pro sermone, aut pro facto, vel pro aliquo despectu quærat, aut a Deo aut in seculo. Quia sicut Dominus protestatur, sine concordia quidquid ei obtuleritis non illi placebit: sive enim oraveritis, sive sacrificium obtuleritis, sive vos afflixeritis, sine hac caritatis concordia nihil Deo placabile erit.* (*Matth. 5.*) *Quia sicut dicit Apostolus: Etiamsi tradidero corpus meum ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil sum.* (*1. Cor. 13.*) *Et scitis, quia regula quam professæ estis, propter scandalorum spinas, quæ oriri in monasterio solent,* (*Regula S. Benedicti c. 13.*) *orationem Dominicam in matutinis & vespertinis officiis, ita ut omnes illam audiant, a priore orari præcipit, ut timentes convenientiam, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-*

mittimus debitoribus aostris amnem rancorem de corde uostra pellamas. Quæ dum prius egerieis, ne per vestram disceardiam, quod absit, regularis electia de vestro Monasteria pereat, adunate vos ad Dei volantatem, & regalis devotionis anauimitatem, vestramque ipsam salutem, præsentem scilicet atqae æternam, cum earitatis concordia, quæ est amnium virtutum mater, & cum bumilitate, qua est custos ipsarum virtutum, atque cum vera obedientia, qua scala est, qaa ad cælum pertingitur, & in vobis salubri clectiane concardate, & vosmetipsas ad regularem normam redacite, & constringite ac conservate: quia aliter, sicut melius ipsa scitis, salva esse uequaquam valetis. Et sicut animas ab inquietis motibas, ita & linguas a provocativis iraeundiæ, vobisque
Ephes. 4. *nocivis sermonibas eustodite, eantestante Apostolo: Omnis clamor & indignatio auferatur a vobis cam omai malitia, & amnis sermo malus ex ore vestra aaa procedat. Ne sicut soleat homines prius dalore commoti, & postea aliquo gaudio, quasi victoriasi, abtinentes qaæ desiderant, exbilarari, de qaocumque homine, qua aon caaveniaat aliqua vestrum dicat: ne & patientiæ meritum iaatilibas sermonibus coram Dea perdatis, & si aliquis faerit, qui aliqua provocatiane quamcumque vestram ad boe instigare voluerit, ut quacamque indebita de quocumque praferat, qaaliter illam comprehendere possit, ut rationabiliter damuare prævaleat, latum nec diabolus, nec astutas boma exinde aliqao modo habeat: sed tales vos exhibete, ut iaterias, exteriasque deceater ornatæ dignas atque exaudibiles orationes, & pro vobis,*
Ms. nostra. *& pro seniore ae domina * vestra, proque non solum amicis vestris, verum etiam & pro inimicis, ad aarer Dei mittere valeatis.*

Tautaercæ Abbatissæ pro ordinatione Avennaei Monasterii, quam ipse quondam eum Irmintrude Regina disposuerat, de numero clericorum & nonnarum, atque de tebus villarum ipsius Monasterii, videlicet mille eentum quinquaginta mansis: significans se disposuisse xx. clericos & xl. nonnas ibidem consistere posse, victumque eis providisse, & res necessarias ac ministeriales instituisse, præter luminaria, & cetera monasterii necessaria, ostendens quod Nivardus Remorum Archiepiscopus de rebus Remensis Ecclesiæ Monasterium Altrillarense construxerit, & fiatet ejus de suis proprietatibus, & quæ alii boni homines ad eundem locum dederunt, Avennacum extruxerit Monasterium, quodque ad Ecclesiam Remensem tradiderit, unde & chartæ habebantur id aperisse pandentes: sed per regium donum, sicut & aliæ tes bujus Ecclesiæ, ab externis a longo retro tenebatur tempore, &c. Richildi Reginæ, significans quod * quando Laudunensis parochia Episcopo vacans in sua specialiter
Richild. vidua. Car. Calvi. erat providentia, malefactumque sit de eleemosyna Irmintrudis Reginæ per quemdam præ-
Ms. quodam. positum Orniaci Monasterii, postea vero huic Richildi per Vviuifridum Presbyterum contra sacras leges male sit obeditum, ut regularis Abbatissa de ipso ejiceretur Monasterio. Ostendit autem ex auctoritate sacra, quantum inde Regina periculum babeat, & quia miserit ad eam qui moneret illam hoc evadere malum: illa vero non solum non emendaverat, sed malo pejus supetaddiderat, contra divinam auctositatem, neophytam scilicet in religione novellam provehendo ad regimen propter res ter-

Tom. IV.

A renas acceptas ab illa. Adnectens, qualiter Hedenulfo Episcopo in Laudunensi Ecclesia ordinato, monuerit illum, ut suggereret Regi Karolo tam perniciosum factum dissolvere; & se atque Reginam a tanto discrimine liberare. Sed quia quod monuerat perduci ad effectum non viderat, ipse præfatum Regem indu commonuerit; sed ille, ne Reginam contristaret, quod male factum sciebat, non correxerit. Reducit etiam ad memoriam, qualiter præfatus Rex, petente Irmintrude Regina, de rebus tune suis per consilium Parduli Laudunensis Episcopi, privilegium ad idem Oriniacum Monasterium a se dictari, & a cæteria Episcopis firmati rogaverit, & ipse rex confirmaverit. Hic au-
B tem Præsul jussioni Regis obediens, non suis verbis illud privilegium composuerit: sed sicut beatus Gregorius Papa de quodam Monasterio a quadam Regina ædificato, ipsa petente dictaverat, & ipse quoque dictaverit, vel traslulerit, repetens maledictionem, quam domnus idem Gregorius contra præsumptorem illius Monaste-
rii jaculatus sit: adjiciensque, quod illa, quandiu in hac præsumptione, & malefacto perman- Greg. lib. 11 epist. 10.
serit, quotiescunque corpus, & sanguinem Domini accipere præsumeret, judicium, id est, damnationem sibi accipiet: obsecratque monens illam, ut non sensus ipsius, aut alicujus suggestio eam decipiat, sed de remedio Regis ani-
C mæ, ac de redemptione sua cogitet, & quod male actum est corrigere festinet. Illud etiam quod audierat illam perpetrasse, scilicet quia præfatum privilegium, & præceptum regale de ipso Monasterio obtulerat, quantum malum fecerit pandit, & hoc ideo, ut se corrigat, ne damnationem incurrat. Et quia si res, ut audierat, & mancipia de præmissa muliere neophyta acceperat, pro committendo regimine Monasterii, Simoniacam hæresim incurrerit: & quod quandiu eidem hæresi quisque faverit, in corpore unitatis Ecclesiæ Catholicæ coram oculis Domini esse nequibit: monens ut legat capitula regulæ sancti Benedicti de ordinatione Regula S.
D Abbatis, vel Abbatissæ, & invenit, quam gra- Bened. cap.
viter pro hac ordinatione in Spiritum sanctum, 64 52.
qua ipsa regula est promulgata, peccaverit: ex divinis institutionibus propalans, quantum periculosum malum, tam ipsa Regina, quam emptrix illa subjerint: petens, ut quæ ille ex debito ministerii sui cum gemitu scribit, pro salute ipsius, ac remedio animæ Regis, benigne suscipiat, & quia magna ex fidelitate hac scribere curaverit, agnoscat. Leurgardi Ludovici Transrhenensis conjugi, pro suis missis, quos ad eumdem Ludovicum Regem mittebat, ut per ejus interventionem ad illius præsentiam pervenirent, & ejus intercessione, ac dispositio-
E ne Rex idem strenuos missos ad Remensem dirigeret urbem, qui eam, & Monasteria sibi subjecta salvare possent ab impetu supervenientis exercitus Transrhenensis. Irmingardi conjugi Bosonis inclyti viri, pro rebus ecclesiarum Dei, quam audierat sufficienter litteris sacris imbutam ab Anastasio quodam Didascalo. Unde petit, ut qui eam dedit scire, det bonum velle, & posse, atque perficere. Monens ut hortetur virum suum, timere Deum, & ejus custodire mandata. De rebus etiam Ecclesiasticis, quas sicut audierat ab Ecclesiis abstractas suis hominibus diviserat, ut ostendat illi ex Scripturis sanctis quam grave judicium proinde sit

O ij

A Deo prolatum, & cætera. Item Berthæ uxori Gerardi Comitis pro rebus ecclesiæ sibi commissæ in Provincia sitis, quas eidem Gerardo tuendas, atque ordinandas commiserat: petens ut ipsa strenua sit interventrix apud conjugem suum pro rebus eisdem. Irminsindæ cuidam matronæ, pro quodam Diacono, quem illa comprehendi jusserat, & in servitium suum redigi, reddens rationem qualiter idem Diaconus liber legitime factus fuerat, & quomodo ejus recipiens libertatem Diaconum licenter ordinaverat: ostendens, quod si servus ipsius fuisset, neque libertatem habuisset, & tanto tempore post ordinationem suam sine illius repetitione mansisset, secundum sacras leges jam in servitium repeti non posset: quanto minus ille qui colonus ecclesiasticus, & non alicujus servus fuerat, & legaliter liber factus, canonice ordinatus, & ecclesiæ, atque ordinatori suo proprius erat effectus, monetque ut talem præsumptionem ulterius de ipsa non audiat, quia si hoc illa præsumeret, ipse hoc legaliter, atque regulariter vindicare studeret, adjiciens illam se taliter commonere, quia caram familiaritatem ipsam habebat.

C A P. XXVIII.

Quæ sibi subjectis monita salutis ediderit.

Sibi quoque subjectis nonnulla scribens, ut pater filios, de multis sollerter instruit necessariis, tam spiritualibus quam temporalibus. Richaldo Chorepiscopo, & Rodoaldo Archipresbytero, pro Synodo comprovinciali apud Carisiacum palatium regium habenda mandans ut notum faciant omnibus per omnem parochiam Remensem, ut qui se læsos existimant, ad ipsam Synodum convenire procurent, quosdam vero cum auctoritate invitent, & venire commoneant. Sed & Milonem cum filia sua, qua Fulcricus abusus fuerat, & omnes qui consentanei fuerunt in illa indebita conjunctione Presbyteri, & in quorum parochiis consistebant, ex verbo Dei, & suo, atque ex banno Regis ad eamdem Synodum convenire jubeant. Ansoldo, Gerolo, & Hadrico, pro inquisitione cujusdam fratris Ragamfredi ministerialis sui, & ut, si necesse esset, libero, salvaque custodia detineretur, ne aufugeret, sibique adduceretur. Mandans etiam eidem Ragamfredo, ex auctoritate Dei ac sua præcipiendo, ut cum ipsis in eadem permaneat inquisitione. Cui etiam postquam recesserat, in alienis parochiis immoranti literas mittit, revocans eum auctoritate canonica, ut ad Metropolim suam redeat, & ejus se humilitati repræsentet: vel si de ipsius judicio quæritur, Synodo regulari adesse festinet. Gisloldo Canonicorum Præposito, pro facultatibus sibi commissis, & indebite usurpatis, qui pro hac re inregulariter ab ipso discesserat, monetque auctoritate Canonica, ut redeat, & de his, quæ illi opponebantur, satisfacere studeat. Theodacro quoque Præposito, pro eodem Gisloldo, pro quo Irmintrudis Regina precabatur, ut partem collaborationis suæ, quæ rationabiliter ei competebat, dari juberet: si qua vero illi debebantur in hoc Episcopio, eidem redderentur: quod & idem Episcopus fieri jubet, & quia dixerat se missaticum habere ex parte Reginæ ad Canonicos, mandat ut si venerit ad eos, sicut missus Reginæ venerabiliter suscipiatur. Gerardo Decano, pro quodam Radulfo excommunicato, qui ad se venerat petens pœnitentiam. Cui præcipit ut Remis eamdem accepturus veniret cum fœmina sanctimoniali, quam sibi conjunxerat. Jubet autem huic Presbytero, ut commendet aliis Presbyteris, quatenus magnam sollicitudinem de illis accipiant, quatenus scilicet, si quilibet eorum infirmitate præventus fuerit, de qua se putet evadere non posse, si promiserit quia de peccato suo ex corde pœniteat, & per dignos pœnitentiæ fructus illud se coram testibus emendare, ac Episcopi jussioni obedire profiteatur, absolutus existat. Sigloardo Archipresbytero, Ausoldo quoque, & cæteris quibusdam, quos inquisitionem facere de quodam Presbytero jusserat: quibus hunc ordinem in eadem inquisitione tenere præcipit, ut quoniam, audierat eumdem Presbyterum suis quibusdam facultatibus contra leges expoliatum, suis omnibus revestiretur, antequam suis accusatoribus respondere cogeretur: ne contra legem fieret, & ipse Præsul a Presbytero legem tollendo, eamdem quoque sibi auferret: præcipiens etiam, ut si Comes ipse Presbyterorum rebus expoliari jusserat, hoc illi emendare per vadium faciat, disponens qualiter inde fiat. Si vero ipse Comes hoc fieri * negavit, ipsi qui ab eo res suas abstulerunt, eidem Presbytero legibus emendent, de pœnitentia illorum ipse Præsul dispositurus secundum illorum recognitionem. Quod si Comes ita facere noluerit, renuntient illi, ut ipse hoc judicet Regi. Postquam hæc acta fuerint, ita rationem hujus aggrediantur judicii, ut provideat ne per ignorantiam accusatores ipsius Presbyteri rem talem alicujus impulsu præsumant, unde damnari possint, sicut provideri debet, ne Presbyter injuste damnetur. Post hæc adjurent accusatores vel testes eorum non illorum baptisma, & aliis diversis adjurationibus, ne odio, vel invidia, aut timore alicujus, vel hortamento de ipso Presbytero mendacium proferant, nec pro gratia, vel amore, aut præmio inde veritatem reticeant. Notificetur etiam eisdem accusatoribus & testibus, quales personas ad accusationem Presbyteri, vel ad testimonium super eum sacri canones recipi non permittunt, & qualiter discuti debeant & accusatores & testes. Omnia vero quæ accusatores vel testes de singulis causis testificari fuerint, describantur, & coram omnibus legantur, ut ita fuisse dicta comprobentur. Describantur quoque omnes qui in hoc placito fuerint, tam de Presbyteris quam de laicis, prout necessitas esse visa fuerit. Et ut accusatores suam præsentiam, testes vero juramentum jure polliceantur se daturos in proximo placito, quod canones presbytero donent ad licentiam se defendendi vel respondendi. Quod placitum eidem Presbytero denuntietur ad triginta dies, ut ita præparatus veniat, quo se vel canonice purificet, vel concredat. Quod si non fecerit, canonicam se suscepturum sententiam sciat. Mittant quoque bannum, Dei & sacrorum canonum auctoritate, Regisque ac præsulis interdictione, ut nemo ipsi Presbytero ullas insidias præparet, aut aliquam violentiam faciat: sed nec ejus accusatoribus vel testibus, donec ista causa legalem diffinitionem accipiat,

De hac Syn. supra c. 24.

* i. Nunciavit.

præcipiens etiam quod fieri deberet de illis hominibus, qui altera vice, quando ipse Presbyter fuerat accusatus, juravernut, & suum Sacramentam judicio approbaverunt, tuncautem se perjurasse dicebant. De terra qaoque Ecclesiæ pertinenti, unde contentio ventilabatur inter Comitem & Presbyterum, quod fieri deberet, & ut his quæ mandabat Comes, obediret: aut si nollet, proinde ad placitum coram Rege & fidelibus ipsius, tam Episcopis, quam laicis veniret. Quod si presbyter aliis obedientibus obedire nollet, ad Synodum comprovincialem eanonice provocaretur. Item Sigloardo & Ansuldo, pro eadem inquisitione, succensens eos, quod negligenter illam sint executi, & cætera. Item pro quodam presbytero, qui ea, quæ de suo ministerio quondam didicerat, pust ordiuatiunem suam per incuriam fuerat oblitus, unde jusserat eum aliquandiu sub custudia reclusum servari, ut saltem per boc amaritudo aliqua mentem illius tangeret, & a peccato purgaret, & cætera. Item pro jejunio triduano, quod Rex cum Episcopis & cæteris fidelibus suis disposuerat fieri pro pace sanctæ Dei Ecclesiæ, qualiter fieri deberet. Item pro quodam presbytero Avennaci Monasterii, qui denutabatur super thesauru ipsius ecclesiæ dudum perdito. Item Sigloardo & Rodoldo, pro qundam presbytero, cul consenserat, suadente Sigloardo, ut libello suæ professionis a regimine plebis sibi commissæ redderet se alienum, & allum in suo loco eapeteret ordinandum: sed colludiam quod habebat factum sibi celaverat, videlicet nt alumnus ejus sine consensu seuioris sui, in loco ipsius ordinaretur, & qaia xenium revadiare dolose fecerit, ut eumdem suum alumnum, contra Episcopale interdictum, & cætera quid inde fieri deberet eacquentia. Item Sigluardo, pro presbytero ecclesiæ sancti Juliani, qui furatus fuerat lampadem sancti Remigii, unde valda redarguit istum, quia id factum compererat, & sibi tacuerat: cum idem Præsul vices suas eidem Sigloardo, teste Dominn, commeudaverit, qui eumdem presbyterum in arctissima custodia debuerat retrudere, non per fidejassores dimittere: quod quia prius non fecerat, vel nunc faciat. Carcer quoque firmiter a Vicedomino restauretar, & custodes, si necesse fuerit, adhibeantur. Item Rodoldo, succenseus eum pro eo quod iocaute solverit quod ipse Præsul eanonice alligatat, & aliis Presbyteris Missam celebrare permisesit in quadam capella Basilicæ curdis Ecelesiæ subjecta, præcipitque quid inde fieri debeat. [j. Anselino.] * Anselmo cuidam Monacho, præcipiens ut deseribat omnia, quæ iu Monasterio, ut videtur, Altrillarensi, ante ipsius Præsulis ordinationem facta, vel collata fuerunt, & quæqae postea: numerum quoque fratrum ac famulorum eis fuvientium, & si qua exinde suo tempore dispeusata fuerunt, & in quos usus, vel pes quas personas, & ita veraciter omnia describantur, ut missi dominici nibil ibi falsum possint iuvenire. Rattamuo præposito Monasteril Orbacensis similiter. Item Rarramno pro quadam præstaria, quam Amalraus eannnicus habuit, & post ipsius obitum collaborationem ejus idem Præpositus diripi jusserat. Quapropter excummunicat eum, in paue & aqua constituens tam ipsum, quam complices ejus In hoc facto, donec restituantur hæc quæ Injuste abstulerant. Althario cuidam sacerdoti decano, [Ms. Alchano] pro presbytero de ecclesia Vindonissæ, quem Leuthardus senior ipsius villæ contra legem & omnem auctoritstem de ipsa expulerat ecclesia, & alteri presbytero ex alio Episcopatu eamdem Ecclesiam commiserat. Quem presbyternm super inductum excommanicat, ne in omnl Remensi parocbla Missam celebrare præsumat, ueqne communionem Ecclesiasticam accipiat, nisi forte muuus viaticum, gravis ægritadinis causa, & hoc lta, nt mox si convaluerit, de parocbia ista recedat. Parochianis autem Ecclesiæ prædictæ auctoritate Dei præcipi jubet, nt nullius presbyteri Missam in eadem ecclesia audiaut, nisi illius injuste expulsi presbyteri, donec ipsius causa definiatar, nisi forte idem presbyter pro infirmitate eis Missamcelebrare non potuerit, & cætera. Altmanno Monaebo, atqae presbytero, quem procul obedientiæ causa direxerat, pro bis, quæ iuvenerat in quibusdam literis sibl per bominem quemdam Harduici Archiepiscopi datis: scilicet reputari eidem Altmanuo, aspitare velle ad beueficia, & negoria sæcularia, quæ non convenirent ejus professioni, & saluti. Unde præcipie, ut quantocius ad Munasterium suum redeat, abl lectioni & orationi, deflendo delicta suæ juventutis, vacare procuret, & cætera. Lantardo cuidam Sacerdoti, qui de parocbia Remeusi Ebonis Episcopi eausa discesserar, quem petit, ut si qua, prout audierat, de vita & actionibus Beati Remigii apud eumdem babebantur conscripta, præter illa quæex antiqno de ecclesia Remensi legebantur, ea quantocius, aut ipse sibi afferat, aut sub sigillo transmittat, offerens se postea eidem in quibuscumque iudiguerie promptum, & prodesse paratum. Si vero ad locam suum redire voluerit, eam libenter, atque benigue reciperæ, & mox ut venerit, canouicam præbendam, & ordinem pristinum inter fratres concedere, & secundum quod sibi commodum, & illi opportunnm fuerit, solatium, ut eam apud se mauere delectet, impendere: pandens rationem, unde ille metuere ferebatur, quare scilicet ipse nrdinatus ab Eboue post suam depositionem, a gradibus acceptis removerit, & qualiter postmodum sententiam suam temperaverit. Rodoardu Præposito, & cæteris fratribus Canonicis Eeelesiæ Remensis, [Odelardi, & infra.] pro receptiune Odalhardi & Vvaltarii nepotum Isaac Episcopi Lingoneusis, qui ab ipsa congregatione inregulariter discesserant, præcipitque quomodo recipi & qualiter habeti vel conservari debeant: quibus etiam pro reversione ipsorum commonitnrias direxerat literas. Pro receptione quoque * Adaigaudi diaconi tam Canonicis, quam Munachis scribit, ostendeus [Ms. Adagaudi.] eum qui se recognoverat per suam negligentiam ipsius offeudisse animum, se in gremio suæ dilectiouis, & paternitatis recipisse, quemque benigne, ac familiariter fratrem, & filiam suscipi, & beniguitatis ei beneficia jubet impendi. Pro quo Rex etiam Ludovicus precatorias ei per eumdem direxerat. Rutfrido Præposito, pro * correctione Odelcalci Monachi, [j. Correptione] quem audierat inubedieutem eaistere, & duris muribus, suæque voluntatis esse pertinacem, dans exempla saeræ auctoritatis, quæ illi legerentur, ut se corrigeret. Gontario & Odelhardo Archipresbyteris, commonitorium mi-

j. ottennm. nisterio ipsorum aptum describit in capitulis tresdecim. * Gonttamno Præposito, pro famulis Monasterii sibi commissi, qui suas tertulas, & debita sibi stipendia quærebantur auferri ab eo, quod emendari, secundum quod justum fuerit, jubet. Gothescalco Monacho, qui erat prolapsus in hæresim, de quibusdam sententiis auctorum, quas ille non bene intelligebat, vel exponebat, maxime Prosperi, quarum sensum per sententias præcipue beati Augustini exponit, & cæteros idoneos proponit testes Apostolicæ fidei doctores: quorum sequendam in omnibus admonet esse doctrinam, ostenditque testimoniis manifestis, Deum & bona præscire & mala; sed mala tantum præscire, bona vero & præscire, & prædestinare. Unde præscientia esse potest sine prædestinatione: prædestinatio autem non potest esse sine præscientia; & quia bonos præscivit & prædestinavit ad regnum: malos autem præscivit tantum, non prædestinavit, nec ut perirent sua præscientia compulit. Cui diffinitioni subscribere idem Gothescalcus pertinacissime recusavit. Scripsit quoque idem domnus Hincmarus ad Monachos Altivillarensis cœnobii, pro eodem Gothescalco, ut si se recognosceret, antequam anima illius egrederetur de corpore, & spiritalem & corporalem humanitatem exhiberent illi, ostendens auctoritatem ecclesiasticam ex verbis orthodoxorum super hujusmodi excommunicatis. Amalgiso & Ragberto fidelibus suis, pro rebus ecclesiæ suæ in Aquitania sitis, pro quibus Regimundo literas miserat, deprecans ut eisdem missis suis adjutorium pro rebus ipsis evindicandis impenderet, præcipitque istis, ut easdem res in integro recipiant, & habeant in sua providentia. Petro fideli suo, pro rebus in provincia consistentibus, mittens ad eum quosdam fratres, qui cum ipsius consilio de fidelitate sua & utilitate rerum tractarent, & res ipsas ac reditus, atque facultates ipsarum disponerent. Et quia audierat, quod quædam sine consilio ipsius Petri exinde facta fuissent, quasi ex ejus auctoritate, excusat se non id jussisse, nec voluisse: mandans ei per capitula, qualiter easdem res disponi volebat, & quæ personæ ab ipsis rebus, & de quibus villis ad se venire deberent. Eurardo sororis suæ Hildegundis filio vel genero, instruit scripto qualiter erga Ludovicum Regem Transrhenensem se gerere deberet, ne suum alodem, quem in Alamannia habebat, ab eo auferret, pro eo quod ipsius dominium idem Eurardus dimiserat. Pro quo etiam præfatæ sorori suæ scribit, petens ut illius domnum prudenter ordinet atque disponat. Plebeiis quoque quibusdam personis, villarum scilicet ministerialibus, pro rebus ministeriorum suorum nonnunquam scribens, prudenter atque rationabiliter disponebat, qualiter res sibi commissas tractare deberent. Generaliter etiam omnes sibi commissos tam verbis, quam literis instruens, edocebat qualiter juste, pie, & caste viverent, quam reverenter atque devote jejunia constituta tractarent: pro his qui obiissent, tam Episcopis, quam aliis quibuscumque personis, qualiter Domini clementiam exorarent, & ut personæ Deo placitæ in vacantibus eligerentur Episcopiis, tam jejuniis quam orationibus Dominum postularent. In diversis quoque synodis capitula nonnulla, & valde utilia edidit, suisque servanda dedit. Diversis necnon Ecclesiis suæ diœceseos, maxime si contigisset pastoribus viduari, consolatoria dirigens scripta, qualiter a Deo primum hujusmodi solamen requirerent, instruebat: qualiter etiam a terrenis principibus liberam sibi concedi quærerent electionem, & ut impetrarent tam per seipsum, quam per literas & legatos suos elaborare studebat. Impetrata vero qualiter exercerent, & quomodo immunes ab omni perversitatis fraude seipsos in exequendo custodirent, data forma electionis edocere curabat, ad nullam specialiter intendens personam: sed quæ concorditer ab omnibus, vel utiliter a pluribus ac melioribus eligeretur, attendens.

CAP. XXIX.

De libro edito a se qualiter Domini vel Sanctorum sint imagines venerandæ, &c.

SCripsit etiam librum flagitantibus Coepiscopis fratribus suis, qualiter imagines Salvatoris nostri, vel Sanctorum ipsius venerandæ sint, cum epilogo quodam metrice digesto. Respondet quoque ad interrogationes cujusdam: cur Apostatæ baptizati & impositione manus Episcopalis consignati, extra ordinem Diaconii, vel Presbyterii, ad agendam pœnitentiam manus impositionem accipiant. Scribit & cuidam Archiepiscopo de præcipuis tractans Sacramentis humanæ salutis. Item cuidam Episcopo, ad interrogata ipsius respondens de ordinationibus Episcoporum, vel translationibus de civitate ad civitatem: & de Actardo Namnetensi Episcopo, qui expulsus a quodam Britonum duce, in vacante Morinensi Ecclesia aliquandiu demoratus, petente clero ac plebe provinciæ Turonensis, & convenientibus Episcopis, in eadem Metropoli fuit incardinatus. Item cuidam fratri, de homine, qui cum quadam fœmina concubuit, & postea sororem ipsius in conjugium duxit. Scribit etiam Apologiam pro se, cunctis eam legere volentibus contra eos qui calumniati sunt illum apud Joannem Papam, qui Synodum habuit * Trecas a quo & benigne idem Præsul suscipiebatur, quibus & in Synodo tunc respondit pro tempore, postmodum vero excusare se literis non neglexerit, asserens se decretales epistolas Pontificum Romanorum venerabiliter suscipere atque tenere, cum calumniarentur inimici, has eum nolle ad auctoritatem recipere. Item de Nicæna Synodo, & de abjectione, vel restitutione Hincmari Laudunensis Episcopi. De hoc quoque quod calumniabantur eum dicere; non majoris dignitatis esse Papam Romanum, quam existeret ipse. Sed & de Karlomanno, & aliis conviciis sibi per calumniam illatis, de quibus eum veritas excusabilem reddidit. Scripsit præterea plura, ad quæ nos enumeranda sufficere non putamus.

De his supra cap. 21.

j. s. Trecis.

CAPUT XXX.

De translatione corporis sancti Remigii e Monasterio ipsius, & obitu Hincmari Episcopi.

Aimoinus lib. 5. c. 41.

EXcrescentibus tandem flagitiis, contra quæ veluti murus inexpugnabilis semper obstiterat, gens Normannorum per omne Francorum diffunditur regnum. Et quoniam civitas hæc tunc absque muro habitabatur, accipiens ille quod sibi carius in thesauris habebat, corpus videlicet beati Remigii, sylvestria loca trans fluvium Matronam expetiit, & apud villam Sparnacum idem sacrum corpus aliquamdiu custodivit. Denique dum ibidem moraretur, apud eandem villam diem clausit ultimum, cujus corpus ad Monasterium S. Remigii relatum, & post ipsius sancti tumulum in sepulchro, quod ipse sibi præparaverat, est sepultum. Cu-A jus Epitaphium ab eo dictatum habetur hujusmodi.

Nomine non merito, præsul Hincmarus ab antro
Te, lector, tituli quæso memento mei.
Quem grege pastore proprio Dionysius alim
Remorum populis, ut patiere, dedit.
Quisque humilis magna Remensis regimina plebis
Rexi pro modulo, hic modo verme voror.
Ergo animæ requiem nunc, & cum carne resumpta.
Gaudia plena mihi hac quoque posce simul.
Christe tui clemens famuli miserere fidelis:
Sis pia cultori sancta Maria tua.
Dulcis Remigii sibimet devotio prosit,
Qua te dilexit pectore, & ore, manu.
Quare hic subpetiit supplex sua membra locari,
Ut bene complacuit, denique sic obiit.
Anno Dominicæ incarnationis DCCC. lxxxij.
Episcopatus autem sui xxxvij. *mense* vi. & *die quarta.*

FLODOARDI HISTORIÆ REMENSIS ECCLESIÆ

LIBER QUARTUS.

CAPUT PRIMUM.

De Episcopatu Fulconis, & quæ scripta quibusdam Romanis Pontificibus direxit.

PRæmisso viro Dei ad patres suos apposito, successit in Episcopatu Remensi Fulco vir valde nobilis, & palatinis assuetus officiis: Marino Papa. qui fidei suæ tenorem Marino Papæ delegans, pallium ab eo, antecessorum suorum de more, suscepit. Cui etiam literas misit pro concedendo debito Remensis Ecclesiæ privilegio, atque pro commendatione Regis Karlomanni, in quibusdam se significat ab eodem Papa dudum fuisse cognitum tempore Johannis Papæ, quan- Joan. VIII. do cum Karolo Imperatore idem Fulco fuerat Romæ. Item pro quodam Monasterio, quod frater ipsius, nomine Rampo, ab eo construi, testamento delegaverat ex rebus suæ proprietatis, quas postea Erminfridus quidam pervaserat, qui uxorem ipsius Ramponis viduam sibi copulaverat. Pro quo idem Papa Eurardo B Senonensi Archiepiscopo, in cujus parochia idem constructum fuerat Monasterium, literas direxit. Sed & Johanni Archiepiscopo Rotomagensi, in cujus idem Irminfridus diœcesi degebat, præcipiens ut eum admoneret ab hac sacrarum rerum pervasione cessare, quod si facere nollet, canonicam subiret ultionem. Adrianum quoque Papam ipsius Marini successo- Joan. III. an. 884. rem literis initio Pontificatus ejusdem visitare studuit, congaudens ipsius honori, & se Romam velle petere significat, si Deo pacem tribuente, valuerit. Exemplaria quoque privile- Leo IV. Bened. III. Nicol. I. giorum a Leone, Benedicto, & Nicolao Pontificibus Romanis Remensi sedi concessorum huic petit recitanda, & ab eo sibi conservanda, & C roboranda, atque augmentanda. De præfato quoque Monasterio, cujus res prædictus Erminfridus invaserat, suggerit, ut præmissis etiam Archiepiscopis Aurardo & Johanni suæ auctoritatis præceptionem dirigat, jubens quid in eum fieri debeat, &c. Item pro commendatione præmemorati Regis Karlomanni, atque pro defensione Frothasii Bituricensis Archiepiscopi, qui ferebatur accusatus apud eumdem Papam per quemdam suæ diœceseos Monachum: quod scilicet post suæ civitatis dejectionem a paganis factam, in alterius sedis invasionem temere insiluerit. Ostenditque quod ab Episcopis ipsius D diœceseos, omnique clero & populo ejusdem civitatis sit petitus & electus, quod prædecessor ipsius Marinus, ad eorum petitionem, pium in hoc præbuerit assensum, insuper & pallio eum donaverit, & ipsius in Bituricensi Ecclesia promotionem scriptis roboraverit, &c. Steph. VI. Stephano quoque hujus Adriani successori literas mittens, gratiarum actiones referre curavit, quod eum, & Ecclesiam ipsius literis Apostolatus sui visitare, & inter varias mundi pres-

A suras consolari dignatus fuerit, & quia fratris eum & amici vocabulo voluerit honorare, quod ipse tamen nolit appetere, sed magis servus & subjectus existere. Significatque se ad ipsum Papam videndum properasse, nisi paganorum vallaretur obsidione: hosque deno tantum milliario a sua civitate abesse, civitatem quoque Parisiorum ab ipsis tunc obsideri. Hanc infestationem huic regno ab octo annis jam præteritis inferri, ut nemini extra castella procul liber aditus patere videretur. Addit denique, audisse se de insidiis quorundam pestilentium, quas ipsi Papæ moliebantur, & satis ægre tulisse, opemque ferre, si licuisset, optare, unum quod quibat agere, precibus videlicet pro eo insistere. Pro Widone quoque affine suo, Wido ex Duce Spoletano factus Imperator an. 892. B quem idem Papa in filium adoptaverat, memorat tam se quam cæteros consanguineos suos, quibus id notificaverat, debitam exhibituros eidem Papæ reverentiam. De eo etiam quod illi scripserat, roborare se promptum fore quæcumque necessaria Dei Ecclesiæ significarentur, ejus suggestionem se multum per omnem modum effecisse ipsius fidelitati obnoxium, seque cum suffraganeis Coepiscopis in cultu debito sanctæ sedis Romanæ perseveraturum, & si quid contrarium sanæ fidei contra ipsam emerserit, omnimodis confutare, Deo auxiliante, paratum existere. Sedem vero Remensem notum habeat ab antecessoribus suis * potius Gal- deest, *præ.* licanis omnibus Ecclesiis semper fuisse honora- C tam: utpote cum primus Apostolorum beatus Petrus primum destinaverit huic orbi sanctum Sixtum Episcopum, & totius Gallicanæ regionis dederit ei primatum. Hormisda quoque Papa sancto Remigio vices suas in Galliarum partibus commiserit. Hoc ideo se commemorare, ne sedis Remensis suis in diebus sineretur dehonestari: annectens etiam de privilegiis sibi in cunctis quæ petiit ab hujus prædecessoribus Marino, & Adriano concessis. Itemque de jam dictis rebus Ramponis, & earum pervasore, quem præmissi Pontifices jusserant ab Archie- D piscopis Senonicæ ac Rotomagensis urbis excommunicari: quibus eandem excommunicationem differentibus, idem pervasor adhuc rapta possidebat. Unde petit, ut Apostolica ab ipso feriatur sententia, præcipiatque hic Papa præfatis Archiepiscopis, ne ullam, in eundem excommunicando afferant amplius dilationem. De quibusdam præterea rebus Remensis Ecclesiæ, quas quidam abstulerant invasores poscit, ut ipse Papa suggerat Imperatori Karolo, qui Car. III. cognomento Crassus. jam magnam ex his partem restituerat, ut bonum quod cœpit ejus precatu perficiat, & de his

Ion extans ep. Stephani bis.

bis quæ egit ipse gratias ei ugere dignetur, & cætera. Ad quæ ille respondens asserit oppidu se fuisse lætarum, quod eum circa sedis Apostolicæ reverentiam cognoverit anhelare, hortans ut in hac dilectione semper urdentius accendatur. Memoriam quoque Vvidonis ducis gratissime se suscepisse, quem unico loco filii se tenere fatetur. De Nordmannorum infestatione, quam regnum nostrum patiebatur, dolere uti propria: Deumque deprecari pro hujus populi defensione per Apostulorum principum interventionem, & ut incolumis hic Præsul perducatur ad Apostolorum limina: quatenus etiam corporeis eum valeat ulnis amplecti, & conferre de privilegiis, de quibus sibi scripserat. Ad Archiepiscopos etiam, quos pelierat literas se direxisse: necnon ad imperatorem pro Rementis Ecclesiæ justitia deprecatorias, & pro collata benignitate grates illi referens. Item literas idem Præsul ad eumdem Papam dirigens, ac de prosperitate ipsius lætificari se inter multas tribulationum, quas a paganis patiebantur angustias, petens, præfati quoque Vvidonis satagit commendare favorem. De prænominatu, nec non Erminfrido, querimoniam repetens, qui admonitus a præmemoratis Archiepiscopis inobediens extiterat, flagitat, ut iterum commoneantur ab auctoritate Papæ Archiepiscopi hunc asperius increpare, & si pervasa non reddiderit, Ecclesiastico feriatur judicio. Interrogat præterea, sibique remandari poscit, si rite valeat Episcoporum fieri ordinatio in qualibet Sanctorum festivitate, nisi tantum Dominica die, &c. Ad hæc etiam rescribens idem Papa, gratias agit pro ipsius erga sedem Apostolicam caritate, & sollicitudine, condolens de ipsius afflictione, ac pro ipsius preces se Domino fundere pollicetur allevatione, & confortans, monet in Domini confidere consolatione. Item scribit eidem Præsul, pro quodam Dominico a filiis & cognatis propriis oppresso, vel expulso, hortans ut id diligenter inquirat, & ejus inde adjutor existat. Item pro quorundam susceptione Anglorum. Item idem cum Aurelino Lugdunensi, Adelgario,

f. Gerlone.

* Geilone, Emmenone, & reliquis per Galliam constitutis, pro querimoniu Bituricensis Ecclesiæ super invasore Frothurii Burdegalensis Episcopi, qui etiam Pictavensem aliquamdiu renuerat sedem, cui postea Bituricensis fuerat ad tempus a Joanne Papa propter infestationem barbaricam tali tenore concessa, ut hac remota necessitate, id etiam removeretur, quod necessitas imperarat. Unde præcipit hic Papa Stephanus præfatis Archiepiscopis, ut ad propriam sedem illum remeare compellant. Quod si Apostolicis monitis obedire contempserit, noverint eum sancti Spiritus judicio perpetui anathematis vinculis innodatum. Item pro Theutboldo Lingonensi Episcopo, significans ad se hujus Lingonensis Ecclesiæ querimoniam pervenisse, quod obeunte Isaac Episcopo inconsulto clero & populo, Egilonem quemdam Monachum nuper de sæculo venientem in Episcopum Aurelianus Lugdunensis ordinaverit, eisque illatu vi, præposuerit nolentibus. Quo divina vocatione hominem excedente, ne in idipsum incurrerent, concordi voto clerus, & populus Teutboldum ipsius Ecclesiæ Diaconem eligentes, ab ipso Papa sibimet in Episcopum consecrari petierint.

A Sed ille unicujusque Ecclesiæ privilegium inconcussum servare volens, id agere distulerit, eumque præfato Aureliano direxerit, scribens ad eum, ut si cleri populique voto in eum concordarent, & sacri canones illi non obviarent, manus huic imponere nequaquam differret. Quod fieri si ratio probiberet, & idipsum sibi rescriberet: interim tamen ulterum inibi ordinare nullo modo, se inconsulto, præsumeret: simulque & Oltranuum Senogaliensem Episcopum a suo latere direxit executorem. Quem deludens Aurelianus ad Lingonensem præmiserit urbem, pollicitus se citissime subsecuturum. Quo cum diu expectaretur, nec ipse advenerit, nec moræ suæ causam innotescere, vel Papæ

B remandare * præviderit. Quocirca iterato clerus & populus cum decreto omnium roborato, præfatum electum Romam remiserunt, obnixe sibimet illum consecrari petentes. Sed nec tunc id agere adquieverit, volens Lugdunensi Ecclesiæ collatum privilegium immutilatum consistere: ideoque jam dicto Aureliano iterato rescribens mandaverit, ut quia concordi voto clerus & populus jam dictum Diaconem expetebat, aut ipsum consecraret, aut quid in eo reprehensibile judicaret, rescribere maturaret. Sed is priori inobedientiæ contumaciam adjiciens, non solum oblatum consecrare, seu quid in eo reprehensibile judicaret sibi rescribere contem-

Pro provideret.

C psetit, verum etiam contra interdicta, & sacrorum canonum statuta quemdam extraneum, & idem Ecclesiæ ignotum, in angulo ordinatum, illis ingerere niti præsumpserit. At hi potius laborem subire, quam subjici ignoto eligentes, ad se redierint, implorantes ne pateretur Ecclesiastica jura violari. *Nos autem*, inquit, *qui omnium Ecclesiarum in Beato Petro Apostolorum principe curam suscepimus, scientes inter Episcopos non haberi eum, qui neque a clero electus, neque a populo est expetitus, sæpe dictum Teuthboldum venerabilem Diaconum, ipsorum lamentabilibus precibus inclinati, Lingonensi Ecclesiæ Episcopum*

D *consecravimus, condigna sententia prævaricatoribus illata, licet & aliis prævaricationibus fuerint impediti. Quapropter tuæ injungimus sanctimoniæ, ut his nostris Apostolicis literis perceptis, postposita dilatione ad Lingonensem accedas Ecclesiam, & eumdem Teuthboldum a nobis solemniter consecratum Episcopum, exinde revestias, omnibusque Archiepiscopis & Episcopis innotescas, pro tanta contumacia ultione ejusdem Ecclesiæ specialem solicitudinem suscepisse, pro tanti laboris maceratione, & oppressionis illata relevatione. Quidquid autem idem venerabilis Episcopus Theuthboldus vobis ex nostra parte retulerit credite, & effectui manci-*

E *pare nullo modo ambigite: utpote tuam reverentiam circa nos devotam consistere credimus.* Ad hæc idem Præsul Fulco rescribens, gratias agit pro consolatione literarum ipsius, asserens se paratum fuisse, & esse quæcumque sibi ab ipsius Papæ celsitudine injuncta fuerint adimplere: præfatam vero præceptionem de Theuthboldo Episcopo explere sine mora voluisse: sed Odonis Regis sui consultu interim intermissum, dum Rex idem suos legatos ad eumdem Papam dirigeret, ut per eos jussionem ipsius certissime cognosceret. Super his autem quæ literæ ipsius

Papæ prosecutæ sunt, velle scilicet se omnibus Ecclesiis sua instituta & privilegia in confuso ordine intemerata servare, valde gavrisos universos Episcopos, in quorum præsentia hæc recitari fecerat. Consulit autem ejus auctoritatem deposcens, ut sibi rescriptis remandet, si liceat Coepiscopis suffraganeis suis, qui in ejus dioecesi consistunt, ordinationem vel Regis, vel alicujus alterius personæ sine sua licentia & * conjuventia, seu permissione agere, vel aliud aliquid, inconsulto suo Metropolitano, aut contra interdicta sui primatis præsumere: Privilegium denique a sede Romana quæsitum idem Papa huic concessit, scriptumque transmisit Præsuli super rebus Ecclesiasticis huic Remensi Ecclesiæ collatis, vel conferendis: ut nemo eas invadera, vel detinere præsumeret, & ut post ejus decessum nullo modo aliquis hunc Episcopatum, vel Episcopii res occupare illicite auderet, cum interminatione hæc inhibens Apostolicæ sedis censuræ. Item scribit eidem, pro altercatione quæ versabatur inter Herimannum Coloniensem Archiepiscopum, & Adelgarium Amburgurensem, & * Brenemensem Episcopum, pro qua Herimannus eidem Papæ suam direxerat, & postmodum per semetipsum accesserat, proclamans ab Herimanno Ecclesiæ suæ privilegia violari: ideoque in suam præsentiam commonuerat utrumque venire. Sed quoniam Adelgario veniente Herimannus defuit, tantæ liti finem imponere Papa distulit, ne quippiam præpropere judicate videretur, unde rediviva contentio futuris temporibus oriretur. Quocirca injungit huic Præsuli nostro, sua ipsius Papæ vice Synodum convocare apud Vvangionem civitatem, cum vicinis suffraganeis, limitaneisque Episcopis, ad quam Herimannum Agrippinæ Coloniæ, & Sonderoldum Moguntinum cum suis suffraganeis, necnon & eumdem Adelgarium occurrere jusserat, quatenus quid cuique debeatur diligens examinatio declaret. Monet etiam fraternitatem ipsius domni Fulconis, ut sibi suam specialem præsentiam, si omnimodis fieri possit, exhibere cum eis quoquomodo differat: quoniam & hæc, & alia quæ imminebant Ecclesiastica negotia cum ipso tractanda, ejusque terminanda consulto providerat: de quo scilicet ipsius adventu satis gratularetur, volens ad Ecclesiastica deliberanda negotia ejus habere præsentiam. Alioquin monet, ut assertione veridica per strenuum Episcopalis ordinis virum una cum ipsis abeuntem notificet, qualiter se super hoc veritas habebat. Quibus si veniendi facultas defuerit, suos cum eo dirigant legatos, qui eorum vicaricatione perfuncti, disceptandi & deliberandi libertatem possideant: ut nullo ulterius tempore, percepta finitiva sententia, de hac re necessarium sit vertere quæstionem. Super his quoque successori hujus Formoso domnus Fulco literas mittens, qualiter hæc a præfato Stephano Papa sibi sint iojancta, significavit, & ut sibi auctoritatis suæ in his exequendis scripta dirigeret, expedit. Unde & iterum scribens, vehementer admirari se dicit, si literæ suæ ad ejus præsentiam pervenerint, quid causæ fuerit, cur hinc responsum hujus Papæ non meruerit accipere. Grates inter hæc referens, quod sui memoriam dignatus sit habere, & per Abbatissam Bertham verba sanctæ consolationis sibi mandare: eumque se videre velle, & collato sermone mutuo verba conferre. Quam rem fatetur immensum sibi peperisse gaudium, ut magis desideret ejus videre præsentiam: adjicient sibi ab eo tempus quo ad eum veniat, remandari, locumque, & ejus satagat præceptis obtemperare. Præterea postulat, ut privilegium Ecclesiæ Remensi sui nominis auctoritate fieri jubeat, sicut etiam prædecessores suos fecisse constat: & res huic Ecclesiæ per suam humilitatem adquisitas perpetua firmitate contra omnes adversarios muniat. Adnotat etiam, qualiter Eurardus Marchio S. Calixti Papæ, & Martyris venerabile corpus a Romana sede impetraverit, atque in ejus honore Monasterium in prædio suo constituerit. Quod prædium post ejus obitum ad filium ipsius Rodulfum Abbatem hæreditario jure devenerit: qui res ipsas simul cum memorati Martyris gleba vitæ suæ diebus absque ulla contradictione tenuerit, & de sæculo migraturus easdem res cum Monasterio, & corpore sacro Remensi sanctæ Dei genetricis Ecclesiæ delegaverit, eamdemque rerum suarum hæredem instituerit. Tunc vero Hucboldus quidam sororis hujus Rodulfi maritus munus ejusdem Abbatis calumniabatur, & ab Ecclesia Dei genetricis jure conabatur auferre. Proinde precatur, ut quid sibi sit in talibus agendum, suis eum sacris instruat literis, & harum collationem rerum æterna stabilitate corroboret, atque contradicentes digna excommunicationis ultione percellat. Scrupulum digna excodicit ac singultum movere, quod audierat a quibusdam, sanctam Romanam Ecclesiam turbari, paratumque se totis viribus pro ipsius honore omnimodis decertare, & eidem Papæ veluti domno & magistro in cunctis obsecundare. Subnectit etiam de quibusdam Episcopis Galliarum, qui sibi pallium indebite a Romana poscebant sede, Metropolitanos suos tali spernentes tenore: asserens quod res eadem, nisi prudenti præcauta foret sollicitudine, confusionem non mediocrem generaret Ecclesiæ, magnumque caritati dispendium valeret inferre. Unde tam se, quam omnem precari dicit Ecclesiam, ne scito alicujus irrationabili petitioni, sine generali assensu, & literis, consentiat: ne per hoc Ecclesiasticæ dignitatis honor vilescere incipiat, si res indebita, quæ temere affectatur, inconsulte tradatur.

Ms. c. cohibentia.

S. ja. Bremensem.

Formosus Papa.

Cisonium Monast. in Belgio inter Tornacum & insulas.

CAP. II.

Qua Formosus Papa Fulconi, vel Karolo Regi, atque Odoni scripsit.

CUi rescribens idem Papa Formosus, monet eum compati debere Romanæ Ecclesiæ, atque imminenti ejus subvenire ruinæ, nec ei suam præsentiam denegare: adjungens hæreses undique ac schismata pullulare, nec qui ad resistendum occurreret, esse. Dicitque longo retroacto tempore perniciosas hæreses Orientem confundere, & Constantinopolitanam Ecclesiam nociva schismata perturbare: simul etiam regionis Africanæ legatos insistere, responsa petentes pro dudum exorto inter Episcopos ipsarum provinciarum schismate. Diversarum quoque partium legationes diversa responsa petentes instare. Cujus rei gratia generalem

Concil. Rom. an. 893.

Synodum die Kalendarum Martiarum, indictionis undecimæ se inchoare disposuisse, ad quam eumdem, remota omni dilatione, admonet festinare, ut colloquendo, largius de his valeant pertractare, & affluentius ad consulta singula respondere. Normannicæ gentis procellas, quibus asserebat se perturbari, plurimum dolere, & ut eos excelsi dextera reprimat, Apostolorum principum suffragiis intervenientibus, implorare. Literas vero quas significaverat ad eum per quasdam personas primum se direxisse, ad ipsum minime pervenisse. Miserat alias etiam, pro hac eadem Synodo celebranda, pridem huic quoque Præsuli nostro literas, quam decrevisse se asserit incipere mediante Majo mense, indictionis decimæ. In quibus literis fatetur Italiam tunc semel & secundo horrida bella perpessam, & pene consumptam. Orientalium vero partium se deflere vesanam hæresim in Christum Jesum blasphemiam * continentem. Mittit ei præterea pretium super quibusdam præstatus privilegium commemorans beatum Remigium genti Francorum, Romanæ sedis auctoritate, cum gratia Dei Apostolorum constitutum. Bernam quoque villam, quæ inique dudum subtracta fuerat, Remensi Ecclesiæ restitutam. Duodeciacum quoque, sed & ea quæ domnus idem Fulco per præcarias obtinuerat, Rodemiam videlicet & Margolium, Lastemnam, & Guiglejum, atque Virtudem, necnon Abbariam quæ dicitur Campellis, Atrejas etiam & Maniacum, aliasque res quæ dudum ablatæ, tunc redditæ fuerant Ecclesiæ Remensi, restitutas auctoritate confirmat Apostolica: ut eas, vel cæteras ejudem Ecclesiæ, possessiones nemo præsumat auferre, vel invadere. Sanciens insuper auctoritate beati Petri, ut nemo regum, nullus Antistitum, nemo quilibet Christianus, decedente Remorum Episcopo, ipsum Episcopatum, vel res ipsius Ecclesiæ suis compendiis applicet, neque sub suo dominio teneat, præter ipsius civitatis Episcopum. Sed & eamdem Metropolim non ultra constitutionem canonicam, sine regulis Ecclesiasticis conveniente pastore manere cogat: neque aliter ibidem Episcopum, nisi ut sacri Canones jubent, constitui faciat. Promulgans etiam ac statuens, ut ea quæ idem venerabilis Præsul Fulco de villis hujus Ecclesiæ ac facultatibus earum, usibus Ecclesiasticorum ornamentorum, vel luminarium, seu sub stipendiis Canonicorum, ac monachorum, atque sanctimonialium, seu matricolariorum, & hospitum, vel pauperum constituerat, perpetuo inconvulsa permaneant, hanc auctoritatem sui decreti sub anathematis vinculo violatoribus innodatis, corroborans. Imperatorem quoque Vvidonem coronatum eodem anno significans, indictione decima. Item ad ipsius Domni Fulconis petitionem misit aliud eidem privilegium, pro monasterio Avennaco, atque pro eo monasterio, quod Rodulfus Abbas in honore S. Calixti Martyris & Papæ ex hæreditario proprietatis suæ jure constructum, huic Remensi concesserat Ecclesiæ, tam eadem cœnobia quam omnes possessiones liberalitate regali, vel aliorum Christicolarum munificentia Remensi collatas Ecclesiæ, sive quas idem Præsul adquisierat, aut deinceps adquisiturus erat, eidem Ecclesiæ Apostolica corroborans & stabiliens potestate. Hic quoque Lantbertum filium Vvidonis anno secundo Imperii patris ipsius novum Imperatorem factum fuisse designat. Item pro diœcesaneis Provinciæ Remensis Episcopis, quod audierat, eorum quosdam hujus Archiepiscopi sui audientiam contemnere, scribens eidem, ut suos conveniat coepiscopos, cæterorum quoque quos ipsum visum fuerit Episcoporum collegium convenire denunciet, ut de tanto neglectu Synodali simul actione perquirant, & quidquid oportuerit canonica atque Apostolica muniti auctoritate decernant: subjiciens, ut nemo a tam Deo digno se subtrahat opere, qui Apostolicæ ipsius particeps voluerit communioni existere. Item pro evectione Karoli ad regimen regni, quem domnus idem Fulco ad regium culmen adhuc puerum provexerat, & de criminibus Odonis Regis: vel correptione ipsius, qualiter esset agenda: pro quibus rebus idem Archiepiscopus huic Papæ scripta sua, consilium & auxilium ab eo petendo, direxerat. Unde & ad eumdem Regem Odonem literas suas idem Papa delegaverit, ut ab illicitis recederet, nec eumdem Regem Karolum, vel quæque ipsius essent infestaret, induciasque belli differendo daret, donec idem Præsul Fulco scilicet, Apostolicam sedem adire studeret.

c. j. conjicientem.

Lantbert Imp.

Carolus simplex consecratus an. 893. ætatis 12. vel 14. juxta alios

CAP. III.

Quæ Franciæ quibusdam Præsulibus scripta legaverit.

ITem ad Archiepiscopos, & cæteros Episcopos Galliarum, monens ut conveniant atque commoneant eumdem Regem Odonem ne illicita perpetrentur, & ne aliena usurpentur: sed bellum sedetur, & omnis hostilis commotio sopiatur, vel induciæ belli, donec Fulco Romam, ceu dictum est, adeat, edicantur: ipsique studeant interim cuncta differre, & pacem ac unanimitatis concordiam recreare. Item huic quoque Regi Karolo, congruam dirigens admonitionem, ejusque congratulans eminentiæ atque devotioni, quam Rex idem se significaverat erga Sedem Apostolicam gerere, qualiter ei sit in regno agendum succincte, lucideque demonstrat: quem petierat, ei panem benedictum pro pignore mittens, & de itinere præfati Præsulis nostri ad Sedem Apostolicam monens. Eidem quoque domno Fulconi literas suas dirigens, hæc supradicta ad præmissas personas se destinasse scripta commemorat, ipsius videlicet suggestione, de pace vel induciis belli inter Odonem & Karolum differendi. Item scribit ipsi pro discordia sedanda, quam audierat insurrexisse pro Maniguldi ab Alberico perpetrata interemptione. Item petens eumdem pro cujusdam Grimlaici dilecti sibi Sacerdotis ad Episcopatum, ubi se locus obtulisset, promotione. Idem quoque præsul Fulco nonnulla præfato Papæ præter præmissa reperitur direxisse scripta, tam pro sua vocatione, qua vocabatur ab ipso ad Sedem Apostolicam, quam pro contentione quæ versabatur inter Reges Odonem, & Karolum, nec non pro oppressione, quam Remensis patiebatur: petens ut Papa, Regibus scribendo, pacem imperaret. Arnulfo quoque Transrhenensi auctoritate Apostolica præciperet, ne Karoli regnum inquietaret, quin potius ei auxilio es-

ſet, ut propinquum propinquo deceret. Odoni vero mandaret, ne regnum iſtud invadere aut deprædari præſumeret: quod ſi auderet, Apoſtolicæ ſedis ſententiam reformidaret. Item quia poſt admonitionem ipſius Papæ ore Arnulfus orbitati Karoli ſubvenire voluit, nec Odo a pervaſione regni, rapinis, ac depopulatione ceſſavit. Sed & Arnulfus res Eccleſiæ Remenſis tam eas, quas aliquandiu injuſte ſublatas ipſi reſtituerat, quam eas etiam, quæ nunquam prius ſubtractæ fuerant, abſtulit, ob id tantummodo, quia temerariam ejus * invaſionem hic præſul recipere noluerit. Et quod Odo civitatem Remenſem obſederit, innumeras etiam cædes & deprædationes exercuerit, & res Eccleſiæ Remenſis ſuis ſatellitibus dederit, hujus Eccleſiæ inſiſtens rapinis, donec Karolus cum valido exercitus apparatu adveniens, eum ab obſeſſa civitate depelleret. Significans etiam quod Robertus homo Arnulfi ex parochia Herimanni Colonienſis Epiſcopi, res hujus Eccleſiæ invaſerit ac diripuerit, donec eum vi ac ſi canem rabidum ab earum devaſtatione repulerit. De quo petit, ut niſi admonitus reſipuerit, auctoritatis Apoſtolicæ ſententia feriatur. Hiſce perturbationibus regni obſeſſum, impoſſibile fore ſignificans ad ejus Apoſtolicam ſe properare præſentiam, dum ſemper expectetur bellum, nec aliter poſſe res regni componi * credantur: ſed ipſe ſemper bellum diſtulerit, non quod inferiores, vel impares fuerint, aut de injuſta cauſa dubitaverint, ſed ne vires regni bellis attritæ, paganorum proderentur invaſionibus. Unde dato placito inter ſe dextras ſecuritatis invicem uſque ad tempus præfinitum dederint, & cætera. Item pro eodem Rege Karolo & Imperatore Lantberto, gratiarum referens actiones, quod notificaverit ſibi de ipſo Lantberto, patris ſe curam habere, filiique cariſſimi loco eum diligere, atque inviolabilem cum eo concordiam ſe velle ſervare: aſſerens, quod non illum tantum diligeret pro conſanguinitatis neceſſitudine, qua illi devinctus habebatur: verum multo magis, quia hujus Papæ venerator & amator exiſteret. Precatur autem, ut idem Karolus Rex cum prædicto Lantberto in amicitia jungeretur, & Odoni, vel proceribus regni, pro cauſa pacis Papa reſcribat, quo Karolus ad regnum hæreditario ſibi jure debitum proficiat. Et quamvia * nunc totum non poſſet ſuſcipere regnum, ſaltem partem aliquam honori ſuo condignam, concorditer & juſte regnum dividendo, illi conſervent. Subjungens acturum ſe quod ſibi Apoſtolicus idem Pontifex præceperat ſuper tranſgreſſoribus & ſacrorum violatoribus Richardo, Manaſſe, atque Rampone, mox ut Coepiſcopos ſuos in unum potuerit congregare. Id tantum Papa remandet, quoniam æterno illos anathematis vinculo innodaverat, ſi liceat eis ad pœnitentiam converſis aliquid impendi miſericordiæ, vel eos ad pœnitentiam ſuſcipi, ſeu quis modus ipſius eſſe debeat pœnitentiæ. De Rampone vero aſſeverat, quia in ſolum Teuthboldum Epiſcopum reus exiſteret, nihil culpæ in Walterum Senonenſem admiſerat, ad quem comprehendendum nec præſens fuerat, nec adjutorium vel conſenſum ad id agendum præbuerat. Item pro Herilandu Tarvvanenſi Epiſcopo, cujus Epiſcopio a Nordmannis depopulato, eum neceſſitate cogente ad ſe venientem, ſicut oportebat, ſuſceperat, quemque viſitatorem cuidam viduatæ Eccleſiæ conſtituerat, ut viſitando ſuſtentationem interim, dum Epiſcopus ibi ordinaretur, ex illa caperet. At quia homines præfatæ Tarvvanenſis parochiæ barbaricæ videbantur eſſe feritatis & linguæ, ſupplicat ut reſponſo Papæ mereatur certificari, ſi hunc viduatæ debeant præponere plebi, & alterum ei liceret in præmemorata ipſius Eccleſia ſubrogare, qui acceptior propter parentelam & linguam, in eodem loco poſſet exiſtere. Idem vero Papa reſcribens ei, laudibus attollit eumdem congratulans ejus dilectioni atque ſollicitudini, quam gerebat erga Lantbertum Imperatorem, de cujus fidelitate & ſtabilitate monet eum ſemper fieri ſollicitum, veluti conſanguinitatis propinquum: aſſerens ſe cum ipſo tantam pacis & dilectionis habere concordiam, ut nequeant aliqua jam ab invicem pravitate ſejungi. Notificat quoque Richardum, Manaſſem, atque Ramponem excommunicato a ſe, atque perpetuo ligatos anathemate, pro eo quod tam nefandiſſima perpetraverint, ut * Teuthboldo Lingonenſi Epiſcopo oculos eruerint, Waltarium Senonenſem, propria depulſum ſede cuſtodiæ mancipaverint: mandans ut ſecum de his ſentiat, & convocatis omnibus ſuffraganeis ſuis Epiſcopis, canonicum ſuper eis quod exerceatur judicium pari modo determinet. Item ſcribit eidem Archiepiſcopo pro Berthario quodam presbytero, quem Clerus & plebs Eccleſiæ Catalaunenſis conſenſu Regis Odonis ad Epiſcopatum dicebatur elegiſſe, ſuccenſens, quod hunc vocatum canonice noluerit conſecrare, ſed in tranſitu defuncti Epiſcopi Eccleſiam ipſam Herilando Tarvvanenſi Epiſcopo beneficiali more ferebatur contuliſſe. Poſtea quemdam Mancionem nonnullis criminibus irretitum in eadem Eccleſia, quaſi Epiſcopum ordinaverit, cumque prænominatus Bertharius Apoſtolicam præſentiam vellet adire comprehenſus ſit a quodam Conrado hujus domni Fulconis vaſſallo, de Eccleſia tractus, & in exilium per unum menſem delegatus. Unde & evocans hunc noſtrum Præſulem, mandat expreſſe, ſed fraterne, ut ſuam denominato tempore non differat ei exhibere præſentiam, habens ſecum præfatum Mancionem, & jam dictum Conradum, cum quibuſdam denominatis Coepiſcopis ſuis, & cætera.

Papir. juſſionem.

c.j. credatur.

Fulco conſanguineus Lamberti Imper.

Ms. i. Tunc.

Ms. Theobaldo.

CAP. IV.

Quæ Stephanus Papa Fulconi, & quæ Fulco eidem Papæ reſcripſerit.

Steph. VII.

STephano quoque hujus Formoſi ſucceſſori ſcribens idem domnus Fulco, devotionem quam erga Romanam ſedem gerebat conabatur oſtendere, & quod limina creberrime cupiverit Apoſtolorum adire, ſed diverſis obſtantibus diſcriminum cauſis, hæc vota nequiverit adimplere: ubi ſignificat Odonem & Karolum Reges in pacis tandem concordia, ſe ſtudente connexos. Cui remittens hic Papa literas, ſuas a ſe ſuſcepiſſe fatetur, ipſius non admittens, imo reprehendens excuſationem, eo quod alii homines eamdem ſedem adirent, & ipſe fateretur fas ſibi adeundi non fuiſſe conceſſum. Denuntiat ergo Synodum ſe per menſem Septembrem imminentis indictionis quintædecimæ

certissime celebrare statuisse: ad quam censendo vocans hunc Archiepiscopum, monet expresse, quatenus omni mora repulsa omnique excusatione amota, eodem tempore suam specialem præsentiam eidem, Synodoque omnino exhibere maturet, quod si prætermiserit, canonicam in eum ferre sententiam minime retractabit. Rescribens autem hic venerabilis Præsul eidem, quam semper habuerit devotionem circa gloriosam principis Apostolorum sedem, ejusque sanctos Præsules, pandere nititur: asserens se tunc variis oppressionibus aggravatum, ac diversis adstrictum perturbationibus, præsentia corporali eamdem adire sedem non valuisse: dilectos autem filios hujus Ecclesiæ illuc destinasse, ad itineris sui enarrandas incommoditates viva voce. Quemdam quoque consacerdotem suum ad id exequendum se direxisse. Plura se scribere non præsumpsisse, quia senserit in epistola sibi ab ipso directa dura se satis invectione mulctatum: & hoc sibi non modicum incussisse miraculum, quod ita tunc primæ ipsius literæ graviter eum perculerint, cum eatenus ab ipsa sede nihil aliud nisi mellitum ac dulce, prædecessoribus suis sibi scribentibus, venire consueverit. Quod peccatis tamen suis imputans, ut de malo suo se merito contristari, sic de correptione ipsius se fatetur lætificari: revolvens fieri potuisse, ceu quodam designat ad se perlatum rumore, ut a quibusdam minus caritate repletis aliter de se audisset, quam veritas se haberet. Unde petit, ne facile hujuscemodi personis aurem accommodet, donec (ut scriptum est) rem quam nescit diligentissime investiget. Adnectens simpliciter, uti ab ipsis pene cunabulis educatus

Job. 29. canonicis fuerit disciplinis, donec a glorioso Rege Karolo Imperatoris Ludovici filio, in palatinis ac domesticis ejus sit assumptus obsequiis. Sicque in aula palatii perseverans usque ad tempora Karlomanni Regis, Ludovici junioris filii, nepotis ejusdem Karoli, quando a sanctis provinciæ Remensis Episcopis, nec non a clero & plebe hujus urbis electus sit, & Episcopus ordinatus. Ubi qualiter hanc Ecclesiam paganorum infestatione laborantem repererit, & ut pro pace ipsius ad posse desudaverit, legati sui, vel aliorum hæc scientium petit explorari narratione. Asseverans præmissa se non arrogantia explicare, sed ut noverit, conjiciens quia qui sic enutritus, & taliter fuerit ante Episcopatum conversatus, hoc sibi potius onus quam honorem, non elationis instrumentum, sed humilitatis esse servitium. Subnectit autem, quod si aliqua regno quies concessa fuerit, & ab Odone Rege licentiam impetrare valuerit, ad ipsius beatitudinis vestigia tandem aliquando properare studebit, dum sibi viæ patuerint, quæ tunc ab Zendeboldo Arnulfi Regis filio erant obstructæ: qui Ecclesiam quoque Remensem multis affligebat injuriis, res ejusdem suis impertiens subditis. Cujus tyrannidem Apostolica petit auctoritate reprimi, dicens, quia in tam periculoso & necessitudinibus pleno tempore se suam Ecclesiam noxium esset deserere.

C A P. V.

Quæ Regibus quibusdam Fulco scripta direxerit.

Totius itaque regni curam agens idem domnus Archiepiscopus Fulco, literas dirigit Imperatori Carolo, Regis Ludovici Transrhenensis filio, pro tutela & defensione regni Francorum, quod in his partibus a Normannis multipliciter opprimebatur: asserens illud, auxiliante Deo, hactenus fuisse protectum, quamdiu patrui & æquivoci ejus, ac filiorum ipsius regebatur dominatione. Tunc vero illis feliciter humana excedentibus, postquam se proceres regni ejus Imperiali commiserant tuitioni, eos undique secus multi superaggravent casus. Memoratque civitatem Parisiorum, quam caput asserit, & introitum regnorum Neustriæ atque Burgundiæ, Barbarica cingi obsidione, citoque capiendam, nisi Dei subventum fuerit clementia. Quæ si capta fuerit, totius dispendium regni se perpessuros: tamque periculose hæc jam mala grassari, ut a prædicta urbe Remos usque nihil tutum remanserit: nulla nisi perversorum Christianorum barbarisque consentientium secura sit habitatio, quorum multi, Christianam deserentes religionem, paganorum se societati conjunxerant, ac tuitioni subdiderant. Scripsit & ad eumdem Imperatorem pro percipiendo a sede Romana pallio, roborandisque datis olim a Romanis Pontificibus Ecclesiæ Remensi privilegiis.

Carolus Crassus, de quo supra.

Arnulfo Regi Transrhenensi literas mittens, pro causa Regis Karoli, quem parvulum adhuc unxerat in Regem, reddit causas ejus provectionis, eo quod audierat motum fuisse animum ipsius Arnulfi contra se pro hac perpetratione: commemorans quod decedente Karolo Imperatore, hujus Arnulfi avunculo, in ipsius Arnulfi servitium fuerit profectus, cupiens ejus suscipere dominium & gubernationem: sed ipse Rex eum sine ullo consilio vel consolatione dimiserit. Unde eum nec in eo sibi spes ulla remansisset, coactus sit ejus hominis, videlicet Odonis, dominatum suscipere, qui ab stirpe regia existens alienus, regali tyrannice abusus fuerit potestate, cujus & invitus hactenus dominium sustinuerit. Et quoniam hujus Arnulfi dominatum desideraverit, idcirco in ipsius servitium profectus fuerit. At postquam nullum consilium in ipso reperire valuit, hoc solum quod restabat egerit, eligens eum Regem habere, quem solum post ipsum de regia ipsius habebant progenie, & cujus prædecessores, ac fratres exstiterant Reges. De hoc etiam, quod idem Rex in culpa trahebat, quare non id ante fecissent, reddit rationem, quod quando Karolus Imperator decessit, & idem Arnulfus regimen hujus regni suscipere noluit, hic Karolus adhuc admodum corpore simul & scientia parvulus existebat, nec regni gubernaculis idoneus erat, & instante immanissima Normannorum persecutione, periculosum erat tunc eum eligere. Ut vero ad eam viderunt perductum ætatem, in qua salubre sibi consilium dantibus assensum præbere moverit, susceperint eum secundum Dei honorem, ut regno consuleret, volentes eum ita instituere, quatenus huic regno, & ipsi Arnulfo

proficuus valeret existere. De eo quoque quod sine ipsius Arnulfi consilio præsumserint hoc agere, morem Francorum gentis asserit secutos fuisse: quoniam mos semper fuerit, ut rege decedente alium de regia stirpe, vel successione, sine respectu vel interrogatione cujusquam majoris, aut potentioris Regis eligerent. Hoc more hunc Regem factum ipsius fidelitati & consilio committere voluerint, ut ipsius adjutorio & consilio uteretur in omnibus, & ejus subderetur tam Rex, quam universum regnum præceptis & ordinationibus. Præterea quod audierat huic Regi suggestum, quia contra fidelitatem ipsius, & propter privatum hoc egerit commodum, infert quod Ascbericus ipse, qui hæc jactitasse videbatur, antequam de re hujuscemodi aliquid idem Archiepiscopus agere conaretur, venerit ad se, præsentibus Heriberto & * Ecfrido Comitibus, & consilium, simulque auxilium quæsierit, quid agere deberet de jussionibus Odonis, qui res importabiles ei præcipiebat. Ex parte quoque filiorum Godfridi consilium petierit de malo, quod eis Odo facere conabatur: rogaveruntque ut tale caput communi consilio statueretur, per quod securi possent esse subditi, intendentes vel in Vvidonem, vel in hunc regiæ prosapiæ Karolum, & simul considerantes qui affuerant, ad quem melius attendere deberent, visum illis est, propterea acquirendam regni utilitatem, & ipsius Arnulfi cavendam contrarietatem, propterque rectum, congruumque regii generis principatum, ut ad hunc Karolum se converterent, credentes quod Arnulfus hoc de propinquo suo gratum haberet, ipsique & regno præsidium ferret. Quod autem jactitatum audierat, causa Vvidonis hoc eum fecisse, ut hac arte illum subintroduceret in regnum, & dimisso puero Karolo, se verteret ad Vvidonem: asserit livore invidiæ, contra se scientes hæc falso fuisse jactata: aut etiam quod qualis erat ipse qui talia diffamabat, talem eumdem posse fieri sentiebat: ipse vero nec se talem fore, nec talibus ortum natalibus recognoscebat. Prædecessores quoque ipsius Regis nequaquam talia ingenia in progenitoribus suis experti fuerant, quos in omni fidelitate ac regni utilitate probatos habuerint: ideoque illos honorifice sublimaverint. Quapropter erubescendum eidem Regi fuisset, ut hoc de se crederet, vel infamia se tali notaret. Denique quod audierat ipsi Arnulfo dictum fuisse, quod hic Karolus filius Ludovici non fuerit, asseverat neminem se posse credere fore, qui eum si viderit, & parentum ipsius effigiem cognoverit, non recognoscat illum de regia processisse progenie: quædam quoque patris sui Ludovvici signa gestare, quibus agnoscatur filius ipsius fuisse. Poscit erga Arnulfi Regiam Majestatem, ut hæc * vera dignanter accipiat, nullusque animum ipsius contra hunc Regem innocentem, propinquum suum commovere valeat. Sed utrum hæc quæ asserit ita se habeant, in sua præsentia, fideliumque suorum examinari faciat, & ad debitum finem perducat: cogitans qualiter antecessores sui regni statum gubernaverint, & quomodo regalis culminis successio semper hucusque viguerit. Tunc vero ille tantum princeps, & hinc parvus propinquus ejus Karolus, de tota regali stirpe remanserint: perpendatque quid contingere possit, si eum debitus cunctis casus reposcerit, cum tot jam de aliena stirpe Reges existant, & adhuc sint plures, qui sibi Regium nomen affectent, qui post ipsius decessum adjuvabit ejus filium, ut ad debitam sibi regni conscendat hæreditatem, si contigerit hunc sibi propinquum cadere Karolum. Adnectit etiam, quod in omnibus pene gentibus notum fuerit, gentem Francorum Reges ex successione habere consuevisse, proferens super hoc testimonium B. Gregorii Papæ. Subjicit etiam ex libris Teutonicis de Rege quodam, Hermenrico nomine, qui omnem progeniem suam morti destinaverit impiis consiliis cujusdam consiliarii sui, supplicatque ne sceleratis hic Rex adquiescat consiliis, sed misereatur gentis hujus, & Regio generi subveniat decidenti: satagens ut in diebus suis dignitas successionis suæ roboretur, & hi qui ex alieno genere Reges exstabant, vel existere cupiebant, non prævalerent contra eos, quibus ex genere honor Regius debebatur. Asseritque se misisse * Aledranum ad eumdem Arnulfum, suggerendo ut quoscumque sibi placeret, ex his qui Karolum Regem constituerant, in suum pergere servitium præciperet, qui curam sublimitate ipsius hæc ita esse rationabiliter ostenderent. Flagitans etiam orat, ut hæc præmissa benigno Rex tractet animo, & hanc sciat ipsius esse devotionem, vel intentionem erga ipsius fidelitatem, ut hic Karolus ad ipsius consilium in omnibus, quæ acturus est, respiciat, & ipsius pietate tutus consistat, & ut nemo hujus Regis animum ab auxilio istius regni, vel ejusdem Karoli deflectere valeat. Item ad eumdem Regem, significans ei de fidelitate & devotione, quam erga ipsum habebat, & quia in ejus servitium ad ipsius jussionem properare desiderabat. Promissionem quoque, quam Rex suus Karolus eidem Arnulfo, qui regnum sibi contradixerat, promisisset, manere inconvulsam tam in ipso Rege, quam in subditis sibi. Et quia proponeret idem Karolus Odonem inimicum sibi Regem, & insidias sibi magnopere parantem armis aggredi. Vvidonem Imperatorem legatione suarum visitans literarum, admodum se de ipsius gaudere fatetur gloria & exaltatione: mirari vero atque turbari quia nullis nunciis jam longo tempore transacto sibi aliquid de statu & prosperitate sua notificaverit. Exorat autem, ut Regi suo Karolo suffragium impendat, & talis erga ipsum existat, qualem eum erga propinquum existere decet, & ut celerius illum scire faciat, qualem voluntatem circa ipsum habeat. De Arnulfo quoque Rege significat, quod non velit eidem Vvidoni pacem servare. Karolum denique Sedi Apostolicæ suam epistulam dirigere, orationibus se commendando Papæ, atque ipsius petens roborari benedictione, & ut idem Papa hujus Vvidonis eum conjungat amicitiæ. Poscit etiam, ut eidem Regi de amicitia sua per suum missum, aut per sua scripta Vvido remandet. Sed & suis, vel Ecclesiæ sibi commissæ compatiatur injuriis, quas fidelitatis ipsius causa tolerabat. Notificat etiam Abbatiam S. Martini a Rege sibi * concessam, rogans ut res ejus, quæ in regno ipsius erant, in suu tutela Vvido recipiat.

Odoni Regi literas dirigens, rogat pro concedenda Ecclesiæ Laudunensi post decessum Didonis Episcopi, electione libera ostendens non

* Ms. Exfrido. j. Erfrido.

* j. verba.

Greg. hom. 10. in Evang.

* Ms. Papir. Aleramnum.

* Ms. commissam.

oportet violenter eos ad eum, quem nolint, suscipiendum compelli. Precatur etiam, ut eamdem Ecclesiam absque inquietudine degere jubeat, neque res ipsius a pervasoribus deprædari sinat, ne particeps diripientium fiat, si talia fieri permittat. Karolo Regi suo scribens, indignatur valde sibi perlatum, quod pro quorumdam consiliis vellet idem Rex se sociare Normannis, ut illorum auxilio ad regni decus obtinendum juvari posset. *Quis enim*, inquit, *qui vobis sicut oportet fidelis est, non expavescat, vos inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem ac ruinam nominis Christiani pagana arma, & fœdera detestanda suscipere? Nihil enim distat, utrum quis se paganis societ, an obnegato Deo idola adoret. Nam si* (1.Cor.15.) *(ut ait Apostolus) mores bonos colloquia prava corrumpunt, quanto magis corrumpitur castitas animæ Christianæ Ethnicorum consiliis & societate? Neque enim poterit non imitari quod assidue viderit: quia potius assuescet palatium, & quasi vinculo malæ consuetudinis trahetur ad facinus. Certe pro genitores vestri Reges deposito gentilitio errore, divino cultui se sublimiter subdiderunt, & a Deo semper auxilium expetiverunt propter quæ & feliciter regnaverunt, & regni hereditatem ad suos posteros transmiserunt. Vos e contra nunc Deum relinquitis. Dicam certe, licet nolens, quia Deum relinquitis, cum vos ejus hostibus sociatis. Unde & merito prophetica illa vox ad vos dirigitur, quæ quondam ad Regem * Israel similia facientem directa est: Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum amicitia jungeris. Et certe cum deberetis multis præteritis terminum ponere, & rapinis & deprædationibus pauperum renunciare, ac pro his omnibus pœnitentiam agere, nunc ad majorem iram Dei provocandam, his qui Deum ignorant, & in sua feritate confidunt, vos conjungitis. Credite mihi quia nunquam sic agendo ad regnum pervenietis, imma velociter disperdet vos Deus, quem irritatis. Hactenus quidem de vobis meliora sperabam: nunc video vos cum omnibus * consanguineis vestris periturum, si tamen hoc vere vultis agere, & talibus consiliis adquiescere. Re vera qui tale vobis dant consilium, non fideles, sed per omnia infideles esse comprobantur, quos si audire volueritis, terrenum simul & cœleste regnum amittetis. Deprecor itaque vos per Deum, ut tale deseratis consilium, neque velitis vos in æternum præcipitare interitum, & mihi cæterisque, qui secundum Deum vobis fideles sunt, æterni doloris afferre dispendium. Melius enim fuerat vos non nasci, quam diaboli patrocinio velle regnare, & illos juvare, quos deberitis per omnia impugnare. Sciatis enim, quia si hoc feceritis, & talibus consiliis adquieveritis, nunquam me fidelem habebitis, sed & quoscumque potuero a vestra fidelitate revocabo, & cum omnibus Coepiscopis meis vos & omnes vestros excommunicans, æterno anathemate condemnabo. Pro fidelitate quam vobis servo, hæc gemebundus scribo, quoniam cupio vos secundum Deum & sæculum semper esse honoratum, & non Sathana, sed Christi adjutorio, ad debitum vobis conscendere regni fastigium. Regnum enim quod Deus dat, firmum habet fundamentum: quod vero per injustitiam & rapinas acquiritur, caducum est, & cito decidivum, nec poterit diu permanere.*

Sunt verba Iehu ad Iosaphat Regem Juda 2.p. 19.

Ms i.Papir. consentaneis.

Lamberto Imperatori congratulationis apices dirigens, notificat quid sibi de ipso domnus Papa Formosus suis literis intimaverit: quod scilicet eumdem imperatorem multum diligeret, & in omnibus ei consuleret, loco carissimi filii, atque indissociabilem vellet ad eum servare concordiam. Hortatur ergo hunc principem, & admonendo flagitat, ut tantæ benignitati ejusdem Papæ gratus existat, illum ut patrem piissimum diligat, omnemque illi fidelitatem, & obedientiam servet, ejusque monitis, ut verus filius, obtemperet, & sedem Romanam digna veneratione honoret. *Ita enim vestrum*, inquit, *perenni soliditate stabilietur imperium, & contra omnes inimicos, & hostes vestros divinum vobis auxilium suffragabitur, fietque ut omnibus adversariis, divino adjutorio, semper superior & fortior sitis. Recordamini quæso avunculi vestri & æquivoci Lamberti illustrissimi, qualis erga sanctam Romanam sedem fuerit, qualemque exitum consecutus sit, & caute ne in idem exemplum deveniatis, si aliquid simile agere volueritis. Domnum etiam Apostolicum deprecamini, ut eum dignetur absolvere, & pro illo apud Deum intervenire. Pro me quoque attentius postulo, ut ejus mihi benevolentiam concilietis, quatenus tam de me, quam etiam de sede Remensi mercedem dignetur habere, & sua illi privilegia inviolabiliter custodire, sicut omnes sancti prædecessores ipsius semper fecisse noscuntur: & si aliquis * unquam aures clementiæ ipsius inquietare, & de nobis sinistri aliquid dicere præsumpserit, non prius obloquentibus credere, donec per me, aut certe per suum, vel meum missum, quod verum sit, possit agnoscere. De cætero cognoscat imperialis dignitas vestra, Ramponem propinquum vestrum, & meum, ab eodem domno Apostolico excommunicatum, sicut ex ejus literis agnovimus. pro quo obsecro * mansuetudinem vestram, ut eum deprecamini, quatenus illi locum pœnitendi, & quod admisit emendandi non deneget, nec eum perpetuo anathemate innodatum inrecuperabiliter perire sinat: sed quam illi placet, pœnitentiam & satisfactionis mensuram illi injungat. Nobis etiam & universis Italiæ, vel Galliæ Episcopis, quibus de ejus damnatione scripsit, vicissim de sua misericordia quid illum agere, & qualiter esse conveniat, rescribi jubeat.*

j. nequam.

Ms magnitudinem.

Albrado Regi Transmarino amicabiles literas mittens, grates refert, quia tam bonum virum & devotum Ecclesiasticisque regulis congruentem destinaverit Episcopum in civitate Cantaburg. nomine. Audierat enim, quod * perversissimam sectam paganicis erroribus exortam, & in illa gente tunc usque relictam, verbi mucrone satageret amputare. Quæ secta suggerere videbatur: Episcopis & Presbyteris subintroductas habere mulieres: ad propinquas quoque generis sui, quisque vellet, accedere insuper & sacratas Deo feminas incestare, & uxorem habens concubinam simul habere. Quæ omnia, quam sanæ fidei sint adversa documentis manifestat evidentissimis, ex sanctorum patrum * probatis auctoritatibus. Richildim Reginam, vel Imperatricem literis commonens atque redarguens, dolore multo se fatetur esse correptum, pro fama non bona, quæ ad ipsum de vita, vel actibus ejusdem reginæ pervenerat: quod scilicet esset diabolus, ubi fuisset illa, magis quam Deus, cum sorores circa illam quæ contra salutem militant ani-

Albradus Rex Angliæ.

Ms perversissimam.

Ms j.prolatis Richildis vidua Caroli Calvi de qua lib. 3.c. 17.

A mæ, id eſt, iræ, rixæ, diſſenſiones, incendia, homicidia, luxuriæ, rapiuæ quoque pauperum, pervaſiones Eccleſiarum. De quibus omnibus debita ſollicitudine & paſtorali diligentia commoneat eam, ut transferat ſe de tantis malis ad fructum æternæ ſalutis: proponens ei quadrivium, vel quadrigam virtutum, quam aſſumens & aſcendere nitens, apprehendat ea quæ ſunt ſapientiæ, atque ſanctimoniæ, ac felicitatis æternæ. Velamen quoque Chriſti, quod aſſumpſerat viduitatis, incorruptum ſervare ſtuderet, ut illud inviolatum Deo repræſentare poſſet: nec properare velit ad inferos, ut inveniat inæſtimabile malum maltatum, quas ei propalare nititur, mi-
Tit. 2. ſeriatum. Perpendat, ſi eſt amica Dei, vel ſo-
B ror. Quod ſi non eſt ſine intermiſſione det operam, ut eſſe poſſit, etſi non candore virginitatis, ſtudio tamen continentiæ ſalutaris,
Heb. 3. recte credendo, Deum ac proximum diligendo, pietatis opera faciendo, ſobrie & juſte & pie vivendo, attendat ut vitam corrigat donec hodie cognominatur, ne incidat in laqueum confuſionis æternæ, dum non recogitat quam velociter præſens hodie tranſeat. Parcat animæ ſuæ, & attendat ut Deo pro-
Ms. habeat columba ſimplicitatem. xima fiat, & * habeatut columba per ſimplicitatem & innocentiam, ut audire mereatur a
Cant. 2. Chriſtu cum exierit e corpore: Hyems tranſiit, & receſſit, columba mea veni, mecumque requieſce, ſedens in dextera patris mei. Multumque, ſe ideo loqui aſſeris, quod de
C ipſius ſalute plurimam ſollicitus ſit, optans ut vere fiat regina, ornando virtutibus viduitatem ſuam, præ oculis habens diem mortis, vel reſurrectionis ſuæ, audiatque Apoſtolum dicentem: Evigilate juſti, & nolite pec-
1 Cor. 15. care. Det tandem Deo ſuo gloriam, & operetur ſalutem propriam, divertat a malo, &
Pſal. 33. faciat bonum. Oratque exoptans ut correptio ſua & emendatio neceſſaria ſalabriſque compunctio tangat cor ejus, ut tandem aliquando reſipiſcat a diaboli laqueis: gratia quoque Dei reſuſcitet eam de ſepulchris vitiorum, & cæ-
2. Tim. 2. tera. Febricitantem quoque in malis, faciat eam firmam & ſtabilem Deus, fixamque in
D bonis, ut hic & in æterna vita poſſit gaudere cum ſanctis. *Quod ſi conſilium noſtrum*, inquit, *audieritis, tales vobis erimus, quales eſſe debemur, in omni fidelitate & reverentia atque debito ſervitio, & quod his omnibus majus eſt, erit vobis Deus propitius ſicut optamus, & oramus. Alioquin volumus, ut ſciatis revera quod pro vobis nolumus incurrere offenſionem Dei, ſed ſecundum miniſterium noſtrum, facimus de vobis, quod canonica nobis*
Rom. 11. *jubet auctoritas. Quod quam invitus facie-*
1. Cor. 3. *mus, Deus teſtis eſt, non enim poſſumus di-*
Philip. 2. *ſcedere ab Apoſtolo, qui dicit: Quamdiu A-*
2. Cor. 13. *poſtolus ſum gentium miniſterium meum ho-*
E *norificabo. & Dei adjutores ſumus, &, Deus eſt, qui operatur in nobis, &, An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chriſtus? Unde precor Deum in conſcientia mea, ut adhæreant cordi veſtro verba mea, & ipſe qui per me loquitur, hæc in auribus veſtris per ſeipſum loquatur in corde veſtro, Deus omnipotens ad vota noſtra manum ſuam de alto, & liberet vos de cœnulento hujus ſæculi profundo.*

CAP. VI.

Quæ diverſis ſcripſerit Epiſcopis.

A Diverſis etiam Præſulibus diverſa reperitur direxiſſe ſcripta, pio ſale reſperſa, & divinis auctoritatibus referta. * Flothero Archiepiſcopo pro rebus Remenſis Eccleſiæ in ſua conjacentibus diœceſi, quæ ab invaſoribus non modicum patiebantur diſpendium: monens & rogans, ut memor miniſterii ſibi a Deo col-
B lati, & Apoſtolicorum præceptorum, quorum plura ſubjungit exempla, his pervaſoribus auctoritate canonica interdicat, ne de rebus hujus Eccleſiæ amplius præſumere audeant, * ſi- *Rectius 6*
cut offenſam Domini, Sanctorumque ipſius incurrere nolint. Ruſtagno Arelatenſium præſuli, grates refereus, quod eum de rebus Eccleſiæ Remenſis ſollicitum eſſe compererat, quas ſub ipſius providentia, & tutela conſtituerat: ſed audiebat eas a quibuſdam pravis invaſoribus infeſtari, vel uſurpari. Unde hortatur, ut eoſdem pervaſores, niſi reſipiſcant, diſtricta percellat excommunicatione, ſi non indicet rem hujuſmodi ad Apoſtolicam ſedem deferri. Herimanno Agrippinenſium Archiepiſcopo ſignificans ſe deſiderare cum ipſo, cæteriſque diœceſeos ipſius Epiſcopis loqui, & de
C neceſſariis Eccleſiarum cauſis, ut ab eodem ſibi ſuggeſtum fuerat, pertractare: id tamen inſurgentibus Nordmannicæ perſecutionis turbinibus impediri. Ut autem opportunitas ſe temporis aperuerit, maturata facilitate adimplere conati. Intimat præterea res quaſdam Remenſis Eccleſiæ in ipſius parochia perverſo jure a quibuſdam pervaſoribus poſſideri. Qua de cauſa expetierat Arnulfum Regem apud Vvarmaciam, ut ipſe Vvilleberto præſuli hujus prædeceſſori præciperet, quatenus ipſe ſuper hoc negotio, ſecundum edicta Canonum ageret. A quo ſcilicet Rege, idem etiam Herimannus ſuper hoc ipſo legatus, ad præmiſſum E-
D piſcopum fuerat deſtinatus. Sed quia idem Vvillebertus præceptum Regis in hoc adimplere non potuit, hunc monens rogat, ut eoſdem pervaſores, vel qui res ipſas inquietare conantur, animadverſione canonica feriat, niſi a cœpta præſumptione reſipiſcant. Decretum quoque Symmachi Papæ idem Herimanno dirigit, ubi quid de talibus ſit agendum manifeſtiſſima poſſit aſſertione cognoſcere. Item eidem, pro quibuſdam rebus hujus Eccleſiæ ſuper Rhenum ſitis, in loco qui dicitur * Bothert, quas * Maingaudio com- *ſ. Bobert.* *ſ. Magingaudo.*
E mendaverat: quo defuncto petit, ut idem præſul Herimannus eas tuendas ſuſcipiat. Quendam etiam Vvicbertum, qui res alias Remenſis Eccleſiæ tenere videbatur, admoneat, ut eas cum amicitia ſibi reſtituat. De rebus quoque cujuſdam Abbatiæ ſibi a Rege conceſſæ, quæ in partibus ipſius Herimanni conjacebant, rogat ut eas ab extraneorum pervaſione defendat, & cætera. Vvaltero Senonenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, pro cauſa Hildegardis Abbatiſſæ de qua placita quædam conſtituerat, ſed ad nullum idem Vvalterus, partim occupatione, partim infirmitate

firmitate preſſus , attenderat . Unde præſcribit eidem, quem res ipſa finem legitimum ſit habitura : precanſque monet ut nullatenus omittat , quin ad id placitum veniat . Si vero non venerit , ipſe tamen , ſalva curitate , quod agendum eſt, auctore Deo , inde perficere conabitur: & quod hactenus id diſtulerat , non quaſi auctoritatam , aut privilegium hoc agendi non baberet , egerat : ſed potius cauſa dilectionis ipſius , quam per omoia inviolatam ſervare cupiebat. Petit etiam ut præfatsm Abbatiſſam idem Vvalterus , utpota diœceſaneam ſuam , præmoneri ſciat , quo ne velut ignaram ſe a conventu ipſius ſubtrahere , ſed potius die prænominata præſentem ſtudeat exbibere . Item conſolatorias eidem dirigens ſuper ipſius ægrotatione literas , & de abſolutione , qūam ſibi petierut idem Vvalterus, tam ab eo, quam u fratribus ipſius fieri : ſimulque de ipſorum providendo ab eodem domno Fulcone , quando fieri poſſet, colloquio. Pleonico Archiepiſcopo Tranſmarino , congratulans bonis ejus ſtudiis , quibus eum laborare cumpererat , pro abſcindeodis & extirpandis inceſtuoſis luxuriæ fomentis, ſupra in his literis, quæ Albrado Regi ſcripſerat, commemoratis , quæ in ea gente videbantur inolevisse : ſacris aum inſtruens & armans auctoritutibus * cenſuræ canonicæ , particeps nimirum piis ipſius laboribus cupiens exiſtere. Joanni cuidam Romano præſuli, commemorans affectionem dilectionis , quam habebas erga eum, itaut diceret, oullum ſe iuveniſſe recordari , cum quo ſic concorditer mutuo conjungeretur caritatis affectu: rememorans magua ſe quondam benivolentia ſuſceptum ab eo fuiſſe, liberaliſſimaque humanitate tractarum , magniſque beneficiorum impendiis accumulatum. Aſſeritque ſe quantocius , pace reddita, dignis ſervitiis oſtenſurum , tam erga eum , quam erga domnum Papam Stephanum gratam animi devotiouem : precaturque ut eum ſuo favore tueatur apud ipſius excellentiam Papæ , & in quibuſcumque neceſſarium viderit, ei ſicut optima in ipſo confidit, aſſiſtat. Dodiloni Cameracenſium præſuli, pro placitis ſibi ab eo dutis, ad quæ minime attenderat : monens & rogaos, ut ſatagat venire ad proximum placitum ubicumque Rex Odo fuerit cum Epiſcopis, quoniam rem de qua tunc agebatur de Hildegarde & Hermingarde terminare deberent . Accuſatores quoque ipſius Hirmingardis , eoſque qui presbyterum luminibus privari, ac ſuſpendi juſſerunt , cum omoibus qui eidem nefandæ juſſioni paruerunt , vel fautores ejus ſceleris extiterunt, commoneri faciat , & canonice convocari, ut huic conventui ſe ſtudeant præſentare. Item pro eadem cauſa , gratias referens quia devote ipſius commonitionem ſuſceperit, & ad conſtitutam diem paratiſſimus occurrerit . Illud vero ſuccenſere videtur, cur cum de negotiis Eccleſiaſticis ageretur cauſa , non per Clericum , ſed per laicalis ordinis hominem ſibi mandare voluiſſet . Ipſe vero domnus Fulco , partim ſenioris ſervitio detentus, partim corporeæ incommoditatis moleſtia præpeditus , juxta condictum venire nequiverat . Admonet etiam , eum meminiſſe debere, qualis ipſe erga eum quondam extiterit , qualiter ſine Rege, ſine ullo ipſius parti conſulente modis omnibus inſtiterit , ut ad hunc Epiſcopalem perveniret honorem, cum adhuc ſibi perfectu notus non eſſet. Ita tamen pro eo egerit, veluti pro fratre cariſſimo, quia crediderat & credebat in eo ſimplicem prudentiam, fidem non fictam, & firmam & inde mutabilem ſtabilitatem: ſperaverat etiam in omnibus ſibi cooperatorem & adjutorem fore. Per illam ergo ſinceram dilectionem, quam in ipſo credebat , eum ſe dicit monere: mandans ut poſtbabita omni dilatione, vel occupatione , ad condictum conventum Epiſcoporum præſens adeſſe ſtudeat , nulla cauſa excepta, niſi tantum infirmitate corporea. Perſonas etiam præmiſſas, quas per alteram ſignificaverat epiſtolam, commoneri canonice ſciat, ut præparatæ ad ſolennem cœtum Epiſcoporum die præfixa ſe ſatagant præſentare. Item cum cæteris Coepiſcopis, Didone ſcilicet Laudunenſi , Hetilone Noviomenſi , Riculfo Sueſſorum * Herimando Morinenſi ſcribens : huic Præſuli Dodiloni ſignificat, hos præmiſſos in urbem Remenſem conveniſſe Præſules, ad tractandum de pervaſione Balduini , de quo ſcripſerat eidem * Dodilo, admonere illum , ut reſipiſceret a pravo temeritatis ſuæ faſtu . Sed quoniam idem Præſul reſcripſerat , occurrere eiſdem Præſulibus ſe nequiviſſe ; quia ſuum iter Nordmannorum præripuit gladius , ceo de communi compatitur exitio . Cæterum quod petierat de Balduino , in hoc aquieſcit ei , ut admonendo , exhortando , & increpando , ſedulo eum corripiat , ut a ſua corrigatur pravitate , divinas ei proponens Sanctorum ſententias patrum : literat etiam eidem Balduino ab ipſorum Epiſcoporum parte dirigi ſignificat . De quibus hortatur , ut ſi fuerit præſens , ei recitentur : ſi abſens fuerit , per ſuum Archidiaconum ipſi tranſmittat, qui etiam illas eum intelligere faciat . Quod ſi & eum ille nequiverit adire , literas ipſas publice coram ſe legi faciat in loco , ubi Balduinus religionem pervaſit , & deinceps , niſi reſipuerit non ei vel Monachus , vel canonicus , vel quilibet rite Chriſtanus adjungatur, ſi non anathematis vinculo implicari voluerit . Si Hetilo quoque ad civitatem Atrabatenſem venerit , Dodilo illi occurrat , ut de hac re quod agendum eſt , canonice peragere poſſint , & quidquid inde fecerint , literis ſibi ſignificet . Hetiloni præſuli literis mandat , ut proficiſcatur cum fidelibus Regis ad Atrabatem , agens pro poſſe quod in alio ſcripto agendum ſibi repereris ſignificatum. Item pro his quæ a Dodilone Cameracenſi patiebatur Epiſcopo , aſſerens quomodo pro benefactis , ab eo ſibi contomelioſa retribuantur : adſciſcenſque hunc ſibi teſtem , qualiter eumdem Dodilonem paterno , ſimplicique benignitatis affectu ad potiora provexerit, Sed & quomodo Rodulfus vir devotus Abbatiam quandam in hujus Hetilonis parochia ſitam Remenſi delegaverit Eccleſiæ , committens ſimul eidem corpus beati Calixti Papæ & martyris , quod imperratum a Romana detolerat urbe . Intimat ergo qualiter precatus ſit amicabiliter præfatum Dodilonem , ad Atrabatenſe caſtellum venire , & inde pignora præfati martyris honorifice levare , atque uſque ad cœnobium ſancti Quintini deducere . Hunc etiam Hetilonem expetierat , ut ad ipſum cœnobium occurreret , & tamdiu cum ſacro comitaretur corpore , donec ipſe domnus Fulco veniret , & illud decenter exci-

Cap. 5. fur. criptura .

Supra c. 3. Herilando Bald. Calvus. Fland. Comes). Dodiloni .

pere, & usque ad hanc Remensem valeret urbem deducere: ubi randiu servaretur, quousque, pace reddita, loco proprio ipsius Hetilonis parochia sito restitui posset. At Dodilo cum debuisset agere quod petebatur, e contra, filiationis ac fraternitatis posthabita reverentia, in medio occurens viæ, & de manibus gestantium sanctum pignus abripiens, apud se reposuit, dicens: non illud cuiquam se redditurum, nisi eidem Hetiloni, in cujus dioscebatur fuisse parochia depositum: & hoc ipsum novæ fraudis argumento gessisse, quo valeret præfatum corpus sacrum cuidam * Hucboldo Comi- (Ms. Burbold.) ci tradere. Quocirca petit hanc Hetilunem, ut missum suum ad eum dirigat, & paterno **B** ac fraterno amore ipsum redarguens, corrigat, & in memoriam ei revocet, quomodo religionis solius & fidei, quam in eu forte credebat, intuitu, illum absque Regis aut Principis alicujus expectatione in Sede Pontificali locaverit, moneatque ut a cœpta temeritate pedem revocet, ne aliquid hunc eumdem Archiepiscopum contra se, quod idem nolit, agere compellat. Hunc quoque precatur Hetilonem obnixe, ut illi assensum in re tali præbeat, sed justæ parti in omnibus faveat, & thesaurum cœlestem, Remensi Ecclesiæ a præmemorato viro traditum, utbi ac basilicæ ipsius restitui non solum **C** consentiat, sed etiam totis viribus adjuvet. Didoni Laudunensi Episcupo, pro reconciliatione animæ cujusdam VValcheri, qui reus majestatis inventus, supplicium mortis incursit. De quo audierat, quod in articulo mortis pœnitentiam per confessionem & sacræ Communionis viaticum ab ipso expetierat, nec impetrare valuerat. Insuper & sepulturæ beneficium fuerat ei denegatum, & orari pro eo prohibitum. Succenset ergo eumdem Præsulem, horrens cur sic voluerit agere, cum sciret optime, quod auctoritas sacra de non neganda in ultimis statuerit pœnitentia: adhibetque nonnulla Sanctorum Patrum super hac re testimonia, monens ut considerato communi periculo imitetur communis Domini pieta- **D** tem, & huic peccatori remedium pœnitentiæ in ultimis deprecato, impendat misericordiam, ut & orari pro eo faciat, & per seipsum reconciliationem, animæque commendationem more Christiano persolvat; cumque de loco pervio, in quo non sepultus, sed projectus jacet, ad cœmiterium fidelium transferat. Item pro hac eadem causa, postulans & adhibens exemplum Beati Gregorii de quodam monacho, quem jusserat nec sepulturæ communi tradi, nec orationibus: at juvari post * legitimum (Gregor. l. 4. Dial. ca. 55.) spatium reconciliationem eidem præcepit im- (Ms. e. longum.) pendi; adsciscens etiam illud Evangelicum: **E** quia filius hominis venit quærere, & salvum (Luc. 19.) facere quod perierat. Sed & Nicæni Concilii (Conc. Nic. c. 12. alii 13.) testimonium, quo generaliter cuilibet in exitu posito, & poscenti gratiam communionis, tribui præcipitur. Petro cuidam Romano scribit Episcopo, pro his de quibus Formosum Papam consuluerat, super Herioandu Morinensi Episcopo, quem Catalaunicæ præficere decernebat viduatæ Ecclesiæ, petitque ut suggerat Papæ pro hoc suo consultu, quatenus optatum super eo citius adipisci mereatur responsum: commemorans quod gestum reminiscatur super Actardo Namneticæ urbis Episcopo, quod eum Nicolaus Papa Morinensi Ecclesiæ postea cen-

A sueris præficiendum, ac demum in Archiepiscopatu Sedis Turonicæ decreverit incardinandum: precatur etiam ut idoneam super hoc exquirat auctoritatem, repertamque sibi destinet exequendam. Honorato Belvacensium Præsuli scribit, asserit se mirari vehementissime, quomodo id potuerit contingere, ut animus ipsius tam contrarius & adversus sibi existeret, cum sciret qualis erga eum fuerit, & qualiter eum loco fratris ac filii semper habuerit, qualique affectu, ut ad eumdem honorem perveniret, decertaverit. Nec tamen ideo desperare debeat, sed quantocius ad pacem & concordiam secum tenendam redeat. Monet igitur eum tanquam filium carissimum, redire ad se- **B** metipsum, & cogitare cujus sit ordinis, cujusque professionis, perpendatque quod in nullo ab ipso læsus existat, & si ipsi possibile sit, ad se veniat, quatenus de hic collato sermone melius conferant. Si vero id fieri nequit, quemdam familiariter sibi dirigat, per quem quæ fert animus eidem remandare valeat. Notificat etiam se audisse quædam de ipso, quæ non facile credere potuerit, scilicet quod rapinis insisteret, alienas possessiones invaderet, & pecunias diriperet; nominatimque designat Rotbertum quemdam apud se fuisse conquestum, quod universa mobilia sua ea abstulerit. *Ego autem*, in- **C** quit, *non hoc de vobis credere possum, sed puto esse aliquem, qui vestra gratia & auctoritate fretus, hæc agere præsumpserit, & idcirco vobis adscribitur quod ab alio gestum est. Si ergo a quocumque vestro id factum est, obsecro ut auctorem hujus mali digne corripiatis, & damnum suum emendare jubeatis. Si autem verum est, quod vos ipsi hoc egeritis precor ut a tali intentione desinatis & ei qui damnum passus est, sua ex integra restitui faciatis.* Item redarguens eum de nonnullis, quæ ad se non simplici professione scripsisse videbatur, quasi domnus Fulco pacem & concordiam perturbasset. Significaverat etiam a pravis quibusdam suam vexari Ecclesiam, & su- **D** per hac re nullum ad hoc Archiepiscopo petente se suscepisse responsum. Unde revocat ad memoriam, quia precatu, quam præcepto apud ipsum maluerit obtinere illis hominibus inducias interim dari, quousque simul quivissent ipsi Præsules loqui. De quodam quoque Aledremoo, quem tunc excommunicare minabatur, & Archiepiscopo suam exequi censuram præcipere videbatur: asserisque se numquam destinasse communibus & collatis Coepiscoporum præceptionibus ac suggestionibus non parere, Belvacensi tamen Ecclesiæ singulariter Ecclesia Remensis parere nesciret. Et quia in hac excommunicatione non Ecclesiastica vigere censura, sed præceps prævalere cernebatur animositas. **E** Cujus rei erat initium desertio Regis Odonis, & institutio Caroli. Annectitque post aliquanta, de viduatione Ecclesiarum Silvanectensis videlicet atque Catalaunensis, quarum Silvanectensia tunc elegerat Otfridum quemque ad Remensem Præsulem perduxerant, sibique petierant ordinandum Pontificem. Ad quam petit hanc ordinationem venire, remota, ut canonica jubet auctoritas, omni excusatione. Subjungit quoque monens, ne intendat ejus animus hæc ita dicta, tanquam eumdem non liceat Episcopum ultra in ipsius sperare amicitiam, quam sibi mutuo conjunxerant, quamque inconvulsam omni tempore Archiepiscopus tenere cupiebat, & ad honorem

A suæ sedis, sedem ipsius bonorare ac sublimare desiderabat. Sed quia se mordaci reprehensione viderat ejus latenter corrodi literis, a tanta subreptione se voluerit excusabilem reddere, ne videretur in boc ei silendo assentire, Item pro ordinatione Mancionis Catalannensis Episcopi, ad quam eundem Honoratum venire mandaverat : sed ille non veniens, etiam ipsam ordinationem reprehensionis elogio notarat : quam tamen reprehensionem Archiepiscopus charitatis studio patienter ferebat, mandans & posceus, ut ad ordinatiooem præmissi Otfridi occurrere studeat, &c. Item pro literis ab eo sibi directis, in quibus bortatus fuerat, ut statui, & religioni sanctæ Eccle-
B siæ labentia soccurrere deberet. Unde gratiarum vota Deo se persolvere Archipræsul asserit, qui ad hoc suadendum ejus escitaverit animum, cum priores ipsius Episcopi epistolæ tumidum videretur præferre rancorem : hæc vero tota fraternum testaretur amorem. Si vero quod verba resonabant, Honoratus corde teneret, paratum se dicit ejus caritati respondere, eamque inviolabiliter conservare. Sed quia tunc opportunum tempus, quo simul convenire valerent, non videbatur, cum, Domino juvante, tempus arrisisset, id competenter tam ipsi, quam cæteris suffraganeis prænunciare curaret. Item pro jussione Stephani Papæ,
C quia mandaverat domno Fulconi, data eidem licentia interim, ut petierat, remorandi, quatenus bunc Honoratum Episcopum, atque Rodulfum Laudunensem Ravennam mitteret ad Synodum ibidem celebrandam. Unde monet, ut sicut Papa jubet, ejus præceptioni obtemperet. Teutbbaldo Lingonensi Episcopo amicabiles & caritatis utrimque * conjunctrices dirigit literas, significans de privatis inter se rebus, quas ei Teutbbaldus per suum significaverat missum, & de communi colloquio secum, de regia quoque & ipsius Teutbbaldi consanguinitate, atque amicitia ipsius Episcopi Regi Karolo grata. Rogat etiam sibi remandari de Richardo Burgundionum Principe, & de Aquita-
D nis, quod eum contigerit scire, &c. Rodulfo jam dicti Didonia Episcopi successori, gratulando de honore ipsius, & profectu in Domino. Item pro quodam ipsius Rodulfi subjecto, sed ab eodem abjecto, monens cavendum ne lædatur in hoc Episcopalis opinio, dum quod agitur zelo rectitudinis, feratur fieri zelo exercendæ ultionis : inserens Ecclesiam Remensem hoc ex antiquo privilegium babuisse, ut quicunque diœcesaneorum proprios Episcopos quoslibet offendisse se modo sensissent, ad banc cæterarum matrem confugerent Ecclesiarum, auxilium sibi veniæ flagitantes ab ipsa. *Ast ego*, inquit, *nulla in hoc negotio uti volui auctori-*
E *tate : sed sicut amicus ab amico, immo sicut a specialiter dilecto filio postulare: ta quod me apud vos, non dicam aliquid, sed bene posse, cansitebam*. Subjungens quoque post aliqua, quia miseratio non est prævaricatio: cum Deus quotidie, post minas districtæ ultionis, ad se conversis paternæ consueverit impendere viscera pietatis : & quia nemo sic unquam cadit, ut ei resurgendi copia debeat denegari, &c.

Ms. Convinctrices.

CAP. VII.

Qua Abbatibus, vel illustribus viris quibusdam.

STephano cuidam Abbati ac nobilissimo viro, qui ad Episcopatum electus videbatur, tunc autem forte rejectus vel reprobatus, consolatorias dirigit literas, amicitiam, quam ei promiserat, asserens se perpetuo servaturum. Dolens vero & ingemiscens, quod eum, quem prælectum regimini gaudebat Ecclesiæ, hoc videbat tunc effectu frustratum : hortatur tamen, ut licet elisus sit fortiter validius resurgat : cupiens eidem omnes propinquos & amicos suos, vel quoscumque alios posset ad pacem & concordiam revocare, & cetera Balduino Comiti Flandrensi, pro admissis ipsius, de quibus cum Coepiscopis diœceseos suæ, quæ forent agenda tractaverat. Qui Balduinus inter alia quælibet prava, etiam Presbyterum flagellaverat. Quod factum quanti sit sceleris, ex divinis ostendit auctoritatibus. Basilicas etiam quasdam abstulerat a Presbyteris inibi ordinatis, & aliis dederat, loconsulto ipsorum Episcopo. Possessionem quoque quamdam, quam Rea Ecclesiæ Noviomensi tradiderat, idem Balduinus invadens, per violentiam retinebat. Adnectit ergo canonica & legalia super hujusmodi facinoribus capitula. Redarguit etiam eumdem pro eo quod monasterium monachorum sibi usurpaverat, & insurrexerat contra Regem cum infidelitate & perjurio. Super quibus rebus jamdudum data sibi dilatione, & adbibita Episcopali admonitione ; hanc, de loco ad locum sese convertendo, videbatur subtersugere. Unde & his eum literis paterna vocans admonitione, bortatur emendationem profiteri. Quod si non faceret, extorrem se sciret esse * a Christiana communione, & cætera. Item ad eumdem cum Coepiscopis suis scribens ea Synodo Remis habita Dominicæ Incarnationis anno dccc.xcii. arguit eum quod Ecclesiastica simul & legalia jura contemneret, res Ecclesiasticas, & honores sibi non concessos invaderet. Dei timorem a se projiciens, & fidem quam in baptismate Deo permiserat, operibus abdicans, locum sacri monastici ordinis pervadens, & Abbatis sibi nomen usurpans. Unde communi decreto Episcoporum judicatum fuerat, eum auctoritatis canonicæ anathemate feriendum. Sed quoniam & Ecclesiæ, & publicis regni utilitatibus videbatur accommodus, censura suspenditur adhuc animadversionis Ecclesiasticæ, recogitandique sibi & emendandi spatium reservatur, & obsecratur per misericordiam Dei, ut ab hac præsumptione animum revocet, nec amplius iram Dei contra se provocet, * nec illi quodammodo gladium præbeat, & cætera. Divinarumque sequuntur auctoritatum testimonia ad correptionem ipsius quoque prolata. Quibus si adquiescere nollet, ab omni se nosset Ecclesiæ consortio sequestrandum, perpetuoque anathemate feriendum. Ipsius quoque propalat excommunicationis sententiam in eumdem, si se corrigere noluit, quantocius [illegible]landam. Clero & plebi Silvanectensis [illegible], pro pastoris sibi præferendi [illegible], [illegible] censens cur ad se venire distulerint, vel apud-

S. Vedasti Atreba.

Ms. Dei, a.

Ms. Ne.

bus alloqui se, quam viva voce maluerint: mandans ne electas e collegio suo personas, tam ætate, quam sapientia maturas & idoneas, ad se mittere maturent, qui nec gratia, nec odio, aut ullius avaritiæ obtentu, a tramite recto exorbitare nullatenus * appareant. Ministris quoque Laudunensis Ecclesiæ pro eo quod audierat inter eos contentiones esse, & conventicula seorsum facere, Quapropter monet eos ut filios, quod si hæc ita fuerint, omnimodis amputentur: conventus autem ipsorum fiat moderatus atque jocundus, in quo secundum ætatem, vel datam sibi a Deo probitatem, omni deposito supercilio, quisque loquatur, &c. De concordia & caritate vera constituenda atque servanda, mittens eis exemplar epistolæ ad Odonem Regem pro obtinenda ipsis canonica electione a se missæ, & exhortans, ut unanimes cum Sancti Spiritus adjutorio congregati, magnopere satagant, & Dei clementiam attentissime implorent, ut eorum pastorali dignetur adesse electioni. Fratres Corbejacensis cœnobii litteris suæ visitans admonitionis, redarguit & vehementer increpat super abjectione sui Abbatis, quem gravi correptum infirmitate, crudeli abdicaverant temeritate, nec eum ad ipsos venientem, saltem ut peregrinum susceperant, aut ei ullam humanitatem impenderant; sed eum de communi habitatione perturbantes, in vilissimo extra claustra monasterii loco retruserant, & communi statuto firmaverant, ut ad eumdem visitandum vel consolandum venire nullus auderet; sed neque moriens communi sepultura dignus haberetur. Unde admirans talem sensibus eorum obrepere potuisse improbitatem, & Apostolicas atque regulares, super obedientia præpositis exhibenda, præponens præceptiones, ostendit non eis licuisse Abbatem regulariter electum, & Archiepiscopi ordinatione rationabiliter institutum, ita contra fas omne dehonorare, & divina humanaque in eo jura vel instituta convellere atque confundere; cum non sit in eorum arbitrio vel potestate, cum voluerint, Abbatem deponere, & alium ad libitudinem suæ voluntatis instituere. Proponit etiam maledictionem Cham, qui pudenda patris irrisit, & ejusdem complices eos ostendit esse maledictionis; ac proinde interposito ordinis ipsorum periculo, monet, auctoritate & ministerio sibi a Deo injuncto præcipiens, ut ab hac pertinacia resipiscant, eumdemque sui loci patrem, sicut Abbatem honorent ac diligant, donec si convaluerit, & ipse tale onus ferre non potuerit, ipse ad Regem excusaturus accedat, ut ejus præceptione, & Archiepiscopali auctoritate ipsius in loco alius substituatur Abbas.

j. Appareant.

Gen. 9.

CAP. VIII.

De rebus quibus Episcopium auxit, & cæteris bonis quæ in Episcopatu egit.

Multa denique bona in hac sede Remensi Præsul hic operatus est. Nam & Episcopium, rebus impetratis pluribus, tam monasterio Avennaco, quam nonnullis aliis, a regibus, ac diversis personis obtentis possessionibus amplificavit, atque diversis muneribus & ornamentis hanc Remensem Ecclesiam decoravit. Urbem quoque (cujus murum, ob ædificationem basilicæ Dei Genitricis Ebo destruxerat) isto novo circumdedit muro. Quædam etiam castella a novo instituit, Altimontem scilicet, & aliud apud oppidum Sparnacum, quod Odo Rex quia desciverat ab eo propter evectionem Karoli, subvertit. Venerabile quoque beatissimi Remigii Corpus ab Orbacensi Monasterio Remensem revocavit ad urbem. In qua relatione multa & magna sunt ostensa miracula superius a nobis partim declarata. Eo tempore Nordmannis Francorum terras infestantibus, & diversa loca depopulantibus, hic Pontifex plures, tam sacerdotes, quam cæteros clericos & monachos, ad se undecumque confluentes benigne suscepit, & paterne fovit. Inter quos etiam monachos S. Dionysii cum ipsius Martyris pretioso corpore, aliorumque sanctorum pigneribus recepit, & aluit. Corpus etiam beati Calixti, concessa sibi vel Ecclesiæ Remensi Abbatia ejusdem sancti, Remos deduci fecit, & post altare sanctæ Mariæ venerabiliter collocavit, juxtaque illud pignera beati Nicasii, & sanctæ sororis ejus Eutropiæ, ab Ecclesia tituli sancti Agricolæ honorifice delata, constituit.

Omont.

Lib. 1. ca. 21.

CAP. IX.

De sancto Gibriano & fratribus ejus.

Delata sunt etiam tunc temporis ad Ecclesiam Beati Remigii membra S. Gibriani a pago Catalaunensi, ubi peregrinatus fuisse noscitur & humatus. Advenerant siquidem in hanc provinciam septem fratres ab Hibernia, peregrinationis ob amorem Christi gratia: hi scilicet, Gibrianus, Helanus, Tresanus, Germanus, Veranus, Abranus, Petranus, cum tribus sororibus suis Francla, Promptia, Possenna sibi eligentes super fluvium, nomine Maternam, opportuna degendi loca. Quorum hinc Gibrianus sanctus Sacerdus quemdam vicum elegit ad habitandum Cosla vocatum, ubi plurimis annorum curriculis sobrie, juste, & pie vivens, usque ad exitum vitæ bonum studuit certamen certare. Cujus corpus primo juxta publicum fertur aggerem sepultum fuisse, ubi postea supra tumbam ipsius est oratorii ædicula constructa, ob insignia, scilicet quædam miraculorum ibidem manifestata. Ad quam confluere populi solita fuerat frequentia, maxime cum depositionis ejusdem celebrarentur festa. Multa namque inibi sanitatum tribuebantur remedia, ex quibus quædam habentur descripta, sed plurima celantur ignota. Tres tamen mulieres nominibus adscriptis ibidem notantur illuminatæ. Cuidam præterea * Grimoaræ manus cum integra est sanitate restituta. Tempore denique Regis Odonis, grassante Nordmannorum crudelitate, terrasque Francorum vastante, hujus sancti Ecclesiola igne cremata est cum aliis multis ejusdem pagi. Post cujus combustionem sæpius auditæ feruntur voces inibi psallentium personarum non apparentium: luminaria tamen quædam noctibus inibi videbantur ardentia. Cumque fama hujuscemodi virtutum circumquaque percrebuisset, superno ductus amore, sanctique veneratione * Hadericus religiosus Comes, accessit ad Rodoardum Episcopum Ecclesiæ Catalaunicæ

j. Nomine Grimperti.

Ms. Aldericus.

A oboixe flagitans, ut qoia locus ille, obi hoc sacrum corpus sub dio jacebat, funditus erat destructus, daret ei licentiam illud transferendi, ubi devotius & venerabilius servari valuisset. Qui dum diu persistens in precibus tandem suæ petitionis obtiouisset effectum, vocasn oauta fertur ei osutom dedisse, en tenore, ut oo&tu ante galli cantum ad nram flumiols ejus præstolaretur adventum. Cumque statoto noctis tempore viri tres cum quodam sacerdote adessent fluvii ripæ, missi ab hoc Comite, nsuta defuit, nave ulterioti defixa flumiois oræ. His quoque vitis adventum navigeri diu præstolantibus, & vicissim clamantibus cum oemo eis responderet, dolore perculsi corruuot in tettam proui, devote precantes ut si Deo placitum foret corpus illius saucti de loco eodem stansferri, aliquibus id eis dignaretur osteodere sigois. Moxque navis solusa divina virtute, nexu quo tenebatur affixa, ripæ qua expectabator mirabiliter accedit appulsa. Quod admirando perspicientes, & maximas Deo gratias refereotes, asceodunt navem, de voluntase Dei sreuriores effecti. Accedeotesque ad locum sepulchri, & aperto saxeo in quo sacra membra jacebant sarcophago, reverenter elevant, transpoueutes hæc in præparato ad id opus ooviter scrioiolo: sicque cum ingenti gaudio remeantes ad oavem, transeuot celeriter flumeo, hoc pignus com laudibus desereotes ad vicum Balbiacum, obi per trienoium constat venerabiliser conservatom. Post hæc ad Ecclesiam Beati Remigii honorifice est delatom, & custodi Ecclesiæ devote commissum, juxtaqoe sepulchrum hujus Saoctissimi Patris hooorifice collocatum. Post bieooium præfatus Comes cum oxore sua Herisinde domoum Fulconem præsulem humilitet expetiit, postulans ut ei locum sepulturæ concedetet io dextera hujus Ecclesiæ parte, juxta ostiom cryptæ. Quo impetrato, & altari statuto, atqoe argenteo decore cooperto, dreenser hæc veoerabilia deponuntur membra. Denique postquam a præfaso sepulturæ suæ sublata sunt loco, quædam mulier cæca, Erentrudis oomine, illo caudelam deferens accessit, impetrandæ causa medelæ. At comperto sacrum corpus inde sublatum penitus esse, nimio angore affecto cœpit fleodo couqueri, cur sanctus hic Domini abiode se permisisset auferri? cur deseruisset vicioos quibus beoeficia solitus erat præbere divina? Subveoiri ergo sibi gemitibus exposceos, visum sibi est proficisci debere ad vicum Matusgum, ubi fratee ejus sanctus quiescebat Veranus. Ad cujus sepulchrum caodelam ponens, seseque in oratione prosternens, cœpit flendo utrumque invocare fratrem. Dumque sancti oomen crebro repetit Gibriani, cœpit caligo albuginis ab oculis ejus abrumpi: sicque divina propitiante pietate, prisco redonatur lumine. Præfatus denique Præsul honorabilis Fulco, sollicitus circa Dei cultum & ordinem Ecclesiasticum, amore quoque sapientiæ fervens, duas scholas Remis, Canonicorum scilicet loci, atque ruralium clericorum, jam pene delapsas restituit, & evocato Remigio Autissiodorense magistro, liberalium artium studiis adolescentes clericos exercere fecit, ipseque cum eis lectioni ac meditatiooi sapieotiæ operam dedit. Sed & Hucbaldum sancti Amaodi Monachum, virum quoque disciplinis sophicis oobiliter eruditum accersivit, & Ecclesiam Remensem præclaris illustravit doctrinis.

Balby.

Marong.

Remig. Antis.

Hucbaldus

C A P. X.

De interemptione Fulconis Archiepiscopi.

ACcidit autem ut Abbatiam sancti Vedasti, quam Balduinus Comes tenebat cum Atrabatensi castro, Rex Karolus pro infidelitate Balduini ab eo auferret, atque huic Præsuli eam concederet, Altmaro quodam Comite Abbatiam sancti Medardi tenente: quam sibi visum est, opportunitatis gratia, cum eodem Comite commutare debere, quod & egit. B Accepit itaque ab eodem Altmaro Abbatiam sancti Medardi, & dedit illi Abbatiam sancti Vedasti, recepto per vim obsidionis a Balduino Atrabatensi castro. Cujus anxietatis dolore succensus tam Balduinus, quam omnis ejus comitatus, dum quærunt qualiter ulcisci se possint, amicitiam cum eodem Præsule se fingunt resarcire: quærentes ultionis locum, explorantesque quomodo a metatu suo ad Regis colloquium stipatoribus vallatus proficisci soleret: quadam die, dum paucis admodum comitatus, Regis peteret alloquium, eum in via, duce C quodam VVinemaro aggredientes, intercipiunt. Et quidem primum quasi de amicitia & recuperatione Balduini affantur, demum vero improvisum lanceis impetunt, prosternunt, ac perimunt. Quidam vero suorum sese ob nimium ejus amorem super ipsum prosternentes, pariter cum eo transfixi & interempti sunt. Cæteri qui superfuere, his qui ad hospitalia remanserant, hæc maximi sui doloris nuntia portant. Qui rei novitate perculsi, armisque muniti percussores Episcopi conantur ultione adoriri. Quibus minime repertis, corpus exanime, immensis ejulantes plangoribus, levant, & cum ingenti suorum omnium luctu Remensem ad urbem deferunt. Ibi tandem lotum, & dignis D exequiis honoratum, decenti est sepulturæ mandatum. Cujus Antistitis hoc habetur Epitaphium.

Hoc tumulo magni Fulconis membra teguntur,
Remorum sedis Præsulis egregii.
Germine nobilium quem Francia protulit ortum,
Aulaque de scholis sumpsit, & excoluit.
Hinc Deus assumptum statuit virtute probatum,
Ecclesiæ speculum, Pontificemque pium,
Septenos denosque simul cui præfuit annos,
Tres menses, denos insuper atque dies.
Auxit Episcopium superaddens plurima rerum,
Urbis & istius mœnia restituit.
Orbis honor, patriæ tutor, pietatis amator;
Pro studio pacis confoditur jaculis.
E *Septenam denumque diem jam mensis agebat*
*Junius, ut dira morte peremptus * abit.* Apud Baron. obiit.
Cui matris Domini pariter quoque præsulis almi
Remigii pietas obtineat requiem. Amen.

Denique VVinemarus ejus interemptor ab Episcopis regni Francorum cum suis complicibus excommunicatus & anathematizatus, insuper insanabili a Deo percussus est * vulnere: ita Baron. ulcere. ut computrescentibus carnibus & exundante sanie, vivus devoraretur a vermibus: & dum propter immanitatem fœtoris nullus ad eum accedere posset, miserrimam vitam miserabili decessu finivit.

CAP. XI.

De Præsulatu domni Herivei.

SEquitur in Pontificatu Remensi domnus Herivens, ex aula quoque Regis ad Episcopatum assumptus, vir genere nobilis, nepos videlicet ex sorore Hucbaldi Comitis qui juvenis quidem ad hunc provectus est honorem exequentibus & rite celebrantibus ejus ordinationem Riculfo Suessorum Episcopo, Dodilone Camaracensi, Otgario Ambianensi, Mancione Catalaunensi, Rodulfo Laudunensi, Otfsido Silvanectensi, cæterisque diœcesaneis consensum præbentibus, & decretum hujus ordinationis corroborantibus. Qui mox huic adeo gradui sese exhibere studuit habilem, bonis omnibus præbens amabilem, ipsis etiam senibus imitabilem: benignus amator existens pauperum, largus solator religiosorum, multumque misericors recreator lugentium miserorum: Ecclesiasticis apprime cantilenis eruditus, ac psalmodia præcipuus, & hujus exercitatione limitatus, animo vultuque jocundus, suavis atque mitissimus, omnique bonitate conspicuus, pater cleri, atque totius populi pius patronus: tardus ad irascendum, & velox ad miserandum amator Ecclesiarum Dei, & fortissimus ovilis sibi commissi cum Dei virtute defensor. Recepit denique res diversas & villas Ecclesiæ, quas antecessor suus per precarias sive præstarias diversis contulerat personis. Cui sedula intentione sectanti spiritalia, affluenter exuberabant temporalia, quæ ipse honesta dispensabat prudentia, disponens competentibus Episcopium ministerialibus, ipse orationibus incessanter intentus. Replentur igitur Ecclesiæ diversa bonis uberrimis tam horrea, quam promptuaria: disponuntur cuncta tum rationabiliter, tum misericorditer prædia: sed & quædam reparantur ab eo, vel etiam instituuntur municipia.

CAP. XII.

De relatione B. Remigii ad monasterium suum.

Ann. 9ar. 5. Cal. Januarii.

HIc Præsul corpus Beati Remigii, quod eatenus in civitate servabatur locatum post altare Dei genitricis majoris Ecclesiæ, ad basilicam sepulturæ ipsius sancti referre disposuit. Erat autem hyemale tempus, & ad celebrandam Domini natalis solemnitatem, tam Rex Karolus, quam nonnulli proceres ejus in hanc convenerant urbem. Cumque his diebus, multis imminentibus imbribus, nimium per totam, & circumquaque haberetur lutum, conqueri multi cœpere, qualiter illud sanctum corpus tunc ad locum destinatum valerent efferre. Factum est autem, ut nocte post Sanctorum Innocentium natale, cujus insequente die id operis disponebatur expleri, Borea ex improviso media nocte insurgente, totius subito cœni gelaretur immanitas, ita ut humilimique humore desiccato, per glaciei repente datæ superficiem, sicco liberoque vestigia, membra * sacra valerent deferri Pontificia. At ubi extra civitatem ventum est ad locum, unde monasterium ipsius directo jam peteretur itinere, claudus quidam, de quo jam supra retulimus, virtute divina erectus, & incolumitati est restitutus. Ubi cum multus haberetur populus, turbis undique confluentibus, principi Burgundiæ Richardo vaginæ auro exornatæ, gemmisque decenter exculptæ, agminis densitate stipato, abscinduntur a baltheo. Quas quidam negotiator emptas per diversa detulit fora, nec alicubi venundare potuit, donec post annum ad eumdem principem * in Burgundiam retulit, quas ille cum gratiarum actione, & sancti Remigii benedictione recepit.

Ms. j. Sacri. — Lib. 1. c. 22. — Ms. in Burgundia.

CAP. XIII.

De reparatione castri Mosomi, aliarumque munitionum quarumdam, vel Ecclesiarum.

HIc Pontifex castrum Mosomum reparatis muniit muris, & Ecclesiam inibi dirutam a novo restauravit, atque in honore sanctæ Dei Genitsicis, ut olim fuerat, dedicavit, * collocatis ibi sancti Victoris ossibus, quæ haud procul ab eo fuerant castello reperta. Munitionem quoque apud Codiciacum super loco constituit, atque firmavit. Aliam nihilominus munitionem apud Sparnacum super fluvium Maternam construxit. Ecclesias etiam nonnullas, quæ sub persecutione Nordmannorum dirutæ fuerant, restaurari fecit atque consecravit. Sed & in Vosago intra possessionem beati Remigii Ecclesiam construxit, ac per assensum Magontiacensis Episcopi, depositis inibi pigneribus ejusdem sancti, dedicavit. Remis quoque Ecclesiam in honore sancti Dionysii extra murum civitatis a canonicis urbis constructam consecravit, ubi & membra sanctorum Beati Rigoberti Episcopi, & sancti Theodulfi Abbatis servanda deposuit. Cryptam quoque sub ipsa sede majoris Ecclesiæ, quæ diu tellure manserat oppleta, ubi beatus Remigius secreto preces Deo fundere fertur assuevisse, mundatam & exculptam in honore ipsius sancti præsulis consecravit. Multis quoque donariis Remensem Ecclesiam perornavit, coronis argenteis atque lampadibus, tam aureis, quam argenteis, illuminavit. Aliis etiam vasis utriusque hujus pretiosi metalli, sed & * gemmeis locupletavit. Insuper & altare in medio chori sub honore sanctæ Trinitatis edidit atque dicavit, & tabulis argento coopertis circumdedit. Crucem quoque majorem auro cooperuit, & gemmis cum sacrosanctis pigneribus decenter insignivit. Ornamentis etiam holosericis quam plurimis almam decoravit aulam. Mihi quoque & cæteris tam clericis canonicis, quam monachis, & sanctimonialibus, omnibusque pro diversis eum petentibus necessitudinibus multa largitus est bona.

Mouson. — C. j. Collatis. Coury. — j. Gemmis.

CAP. XIV.

De Synodalibus Conciliis habitis, & Narmannorum conversione, vel expeditione contra Hungaros.

COnventus denique synodales sæpe cum Coepiscopis suæ diœceseos habuit: in quibus de pace & religione sanctæ Dei Ecclesiæ, statuque Regni Francorum salubriter competenterque tractavit. De Nordmannorum quoque mitigatione, atque conversione valde laboravit, donec tandem, post bellum, quod Robertus Comes contra eos Carnotenus gessit, fidem Christi suscipere receperunt, concessis sibi maritimis quibusdam pagis, cum Rotomagensi, quam pene deleverant urbe, & aliis eidem subjectis. Ad petitionem quoque Vvittonis tunc Rotomagensis Episcopi, collecta ex diversis auctoritatibus sanctorum patrum XXIII. capitula, qualiter ipsi Nordmanni tractari deberent, eidem Archiepiscopo delegavit. Insuper etiam Romanum Pontificem super hujuscemodi negotio consulere studuit. Ad cujus consulta quæ circa gentis hujus conversionem exequendam forent, insinuare non destitit. Hungaris quoque regnum Lothariense deprædantibus, dum Karolus proceres Francorum in auxilium sibi contra gentem ipsam convocaret, solus hic Præsul ex omnibus regni hujus primatibus, cum suis tantum in defensionem Ecclesiæ Dei Regi occurrit, habens armatos secum (ceu fertur) mille quingentos.

Extant inter epist. Hincmari a Joan. Cordesio editas.

CAP. XV.

De Karoli Regis a suis derelicti sustentatione.

An. 920. SEquenti vero anno, cum pene cuncti Francorum optimates apud urbem Suessonicam a Rege suo Karolo desciscentes, propter Haganonem consiliarium suum, quem de mediocribus electum super omnes principes audiebat & honorabat, eum penitus reliquissent, hic Pontifex fidelis & pius atque robustus in periculis semper existens, Regem intrepidus ab eodem loco suscipiens, ad metatum suum deduxit: indeque secum ad urbem Remensem perduxit, per septem fere menses eum prosecutus atque comitatus est, donec illi comites suos, eundemque regno restituit.

CAP. XVI.

De Erlebaldi Comitis excommunicatione, & absolutione.

EXcommunicavit hic Præsul Erlebaldum Comitem Castricensis pagi, propter Remensis Episcopii terram, quam pervaserat, ibique munitionem quamdam super Mosam construxerat, indeque frequentia Ecclesiasticæ familiæ mala ingerebat. Insuper & castrum Altimontem furtim irruperat. Sed cum nec ita cessaret a malis quæ cœperat, pergit Archiepiscopus cum suis ad capiendam munitionem, quam ille construxerat, Maceriasque nominabat. Quam per quatuor pene hebdomadas obsidens, deserente tandem illam Erlebaldo, cepit, & dispositis inibi custodiis Remis rediit. At Erlebaldus profectus ad Regem, qui tunc morabatur in pago VVarmacensi contra Henricum principem Transrhenensem, ibidem ab hostibus Regis sibi supervenientibus interemptus est. Quem tamen postmodum in Synodo, quam apud Troslejum idem domnus Archiepiscopus cum diœcesaneis suis habuit, intercedente Rege & obnixe flagitante, a vinculo excommunicationis absolvit.

Maseres sur la Meuse.

CAP. XVII.

De abitu Herivei Præsulis.

EXcrescente denique discordia inter Regem Karolum & Rotbertum, cum pene cuncti Regni proceres ad constituendum Regem Robertum apud S. Remigium congregati essent, idem Archiepiscopus, languore depressus, vita decessit, tertia die scilicet postquam Robertus Rex factus fuerat, quarto vero die antequam vicesimum secundum sui Episcopatus expleret annum. Contigit autem ut ipsa die sui decessus plures qui advenerant Episcopi, Remensem ingrederentur urbem, quique funus ipsius dignis exequiis celebrantes, cum maximo suorum, sed & exteriorum luctu, decenti tradidere sepulturæ.

Robert. Rex Francor.

An. 922. 2. Julii.

CAP. XVIII.

De successione Seulfi Episcopi.

SUccessit huic Præsuli Seulfus, qui tunc urbis hujus ministerio fungebatur Archidiaconatus: vir tam Ecclesiasticis, quam sæcularibus disciplinis sufficienter instructus: quique apud Remigium Autisiodorensem magistrum in liberalibus studium dederat artibus. Quo per consensum & jussionem Roberti Regis ab Abbone Suessonico, cæterisque Remensis Provinciæ Præsulibus ordinato Episcopo, delati sunt Odo frater quondam Herivei Archiepiscopi, & Heriveus nepos ipsius apud eumdem Præsulem, quod fidelitatem, quam ei promiserant, minime servarent. Qua de re, quia noluerunt ad reddendam venire rationem coram eodem Pontifice, vel singulari certamine cum accusatoribus decernere, sublatis sibi Ecclesiæ possessionibus, quas plures ex hoc retinebant Episcopio, per Heribertum Comitem deducti sunt ad Robertum Regem, & sub custodia usque ad mortem Regis Rotberti, Odo quidem penes eundem Heribertum, Heriveus vero Parisius detenti sunt. Fertur autem tunc ab hoc Archiepiscopo, & a consiliariis suis, Heriberto Comiti depactum, de electione filii sui in hac sede pro prædictorum virorum expulsione. Hic denique Præsul Legatos hujus Ecclesiæ Romam dirigens, pro consensu Papæ Joannis in ordinatione sua, pallium ab eodem sibi missum literis privilegii hujus sedis suscepit.

Heribert. Comes Aquitaniæ.

An. 923. Jo. X

CAP. XIX.

De Synodo quam habuit, & cæteris actibus, vel fine ipsius.

HIc etiam Synodum habuit, in villa Trosleio cum Episcopis Remensis diœceseos, *924. Mense Octobr.*

ubi affuere nonnulli quoque Comites: in qua & Isaac Comes ad satisfactionem venit pro his, quæ prave perpetraverat adversus Ecclesiam Camaracensem, quoddam castellum Stephani præsulis ejusdem urbis, dolosa comprehensum pervasione, succendens. Pro quo facinore vadatus in hac synodo, centum libris argenti pacatur cum præfato Stephano Episcopo, satagente Heriberto, & aliis qui aderant Franciæ Comitibus. Hic præsul monasterium S. Remigii, cum adjacentibus Ecclesiis, vel domibus muro cingens, castellum ibidem instituit, domum Episcopalem ea metis reparans, picturis excoluit. Fecit & calicem aureum majorem cum gemmis, in honore Dei Genitricis, pondo decem librarum: sed & alia quædam Ecclesiæ præparavit ornamenta. Ciborium quoque super altare S. Mariæ argento aggressus est operire, quod opus morte præventus explere nequivit. Fertur autem veneno putatus a domesticis vel familiaribus Heriberti Comitis vitam finisse.

CAP. XX.

De electione Hugonis filii Heriberti.

Anno 925. NEc mora, post obitum ipsius Heribertus Comes Remis venit, advocans Abbonem Episcopum Suessionicum, & Bovonem Catalaunicum. Quibus sibi junctis tractans super electione rectoris hujus Remensis Ecclesiæ, tam clericos, quam laicos ad voluntatem suam intendere fecit. Sequentes igitur ejus consilium ne forte per extraneas personas Episcopatus divideretur, eligunt filium ipsius, nomine Hugonem, admodum parvulum, qui nec adhuc quinquennii tempus explesset. Qua re patrata ad Regem properant, ejus auctoritatis impetrandæ gratia. *Rodulfus Rex Burgundiæ.* Rodulfus igitur Rex, hac electione comperta, præfatorum Episcoporum consilio Remensem Episcopatum committit Heriberto, æquitatis censura disponendum atque regendum ab ipso. Qui etiam legatos Ecclesiæ cum Abbone præsule Romam mittere satagit, hujus electionis decretum secum ferentes, & assensum Papæ super ea petentes. Joannes itaque Papa, interveniente Abbone præsule, petitioni eorum consensum præbens Episcopium Remense Abboni Episcopo delegat, quæ sunt Episcopalis ministerii ab ipso in eodem Episcopio tractanda ac finienda decernens. Heribertus itaque Comes potestate potitus Remensis Episcopii, injuste privavit tam me, qui non interfueram præmissæ electioni suæ, quam nonnullos alios, & clericos, & laicos beneficiis possessionum Ecclesiasticarum, quibus a præcedentibus Episcopis munerati videbamur obsecundationis gratia. Quæ pro libitu suæ voluntatis, quibus sibi placuit, impertivit. Nec longum postea, tumultu infra claustrum canonicorum inter clericos exorto, supervenientibus quibusdam militibus cum armis, duo interempti sunt ibidem clerici, quorum alter diaconus, alter habebatur subdiaconus.

CAP. XXI.

De infestatione Hungarorum, & discordia inter Rodulfum Regem, & Heribertum Comitem.

926. HUngaris Rhenum transgressis, & usque in pagum Vouzinsem depopulationibus incendiisque bacchantibus, Corpus sancti Remigii, aliorumque quorumdam sanctorum pignora Remis hoc metu a suis sunt locis delata. 927. Sequenti denique anno simultas inter Rodulfum Regem, & Heribertum Comitem exoritur pro Laudunensi Comitatu, quem Heribertus Odoni filio suo dari petebat, concedente illum Rege Rotgario Rotgarii Comitis filio. *Rotga. Comes Laudun.* Acies igneæ Remis in cœlo visæ quadam Dominica die in Martio mense. Cui signo pestis e vestigio successit, quasi febris & tussis: quæ prosequente quoque mortalitate, per cunctas Germaniæ Galliæque gentes desævit. Heribertus Comes legatos suos trans Rhenum dirigit ad Henricum, per quos ad ipsius evocatus colloquium, properat cum Hugone Rotberti filio, pactoque inter se fœdere, muneribus Henricum honorant, & honorantur ab ipso. Synodus sex *Syn. Trosleiensis. ann. 927. Carol. Simpl.* Episcoporum Remensis diœceseos apud Trosleigium, Heriberti Comitis jussione convocata, Rege tamen Rodulfo contradicente, patrata est. Post quam Synodum Heribertus Karolum de custodia, in qua eum detinebat, ejecit, & ad sanctum Quintinum deduxit, indeque cum eodem Karolo Nordmannorum colloquium expetiit: ubi se VVillemus, filius Rollonis principis Nordmannorum, Karolo commendavit, & amicitiam cum Heriberto confirmavit. Deinde Remis veniens cum Karolo Heribertus Comes, literas Romam Joanni Papæ dirigit, 928. significans ei de restitutione & honore Karoli, ut ille sibi, etiam sub excommunicationis intermination mandaverat se pro viribus decertare. Reversus autem missus, qui easdem pertulerat literas, nunciat Joannem Papam retrusum in custodia detineri a VVidone Regis Hugonis fratre. Heribertus Comes Lauduno potitus, exinde ad placitum Nordmannia obviam proficiscitur, amicitiamque cum eis componit, filius tamen ipsius Odo, quem Rollo habebat obsidem, non illi redditur, donec se committit Karolo patri, cum aliis quibusdam Franciæ Comitibus & Episcopis.

CAP. XXII.

De introductione Odalrici Aquensis Episcopi Remis, & redactione sub custodia Karoli Regis.

PEr idem fere tempus Odalricus Aquensis Episcopus, qui ob persecutionem Sarracenorum a sede sua recesserat, in Ecclesia Remensi recipitur ab Heriberto Comite, ad celebrandum Episcopale duntaxat ministerium, vice Hugonis ipsius Comitis filii, tunc adhuc parvuli, concessa eidem Præsuli Abbatia sancti Timothei, cum unius tantum præbenda clerici. Hugo & Heribertus Comites ad colloquium proficiscuntur Henrici. Unde reversi pergunt obviam Rodulfo Regi, rursumque Heribertus committit se illi, redacto iterum sub custodia Karolo. At Rodulfus Rex Remis veniens, ubi Karolus custodiebatur, pacem fecit cum illo, humilians se ante ipsius præsentiam, & reddens illi Attiniacum fiscum, muneribus quoque quibusdam regiis eundem honorat. Heribertus Comes Victoriacum castellum Bosonis fratris Rodulfi Regis *Vitry.* cepit. Deinde cum Hugone Monasteriolum 929. *Monstreuil.* munitionem Erluini Comitis juxta mare sitam

situm obsidet, obsidibusque tandem acceptis,
ab obsidione discedit.

CAP. XXIII.

De simultate inter Hugonem & Heribertum Comites, ac Rodulfum Regem exorta.

NEc longum, simultas inter eosdem Co-
mites, Hugonem scilicet ac Heribertum,
exoritur, recepto Erluino ab Hugone cum ter-
ra sua, & Hilduino, nec non & Arnaldo,
930. qui erant Hugonis, ab Heriberto: indeque di-
versi mutua agitantur bellorum per Franciam
inter Hugonem & Heribertum. Cujus rei gra-
tia Rodulfus Rex de Burgundia veniens, pa-
cem inter eos atque Bosonem, multo labore
per diversa placita componit, & Heribertus
Bosoni Victoriacum reddit. Paucis autem die-
bus pace servata, Heribertus Ansellum Boso-
nis subditum, qui prædictum custodiebat ca-
strum, cum ipso castello recipit, & Codicia-
cum S. Remigii municipium illi cum alia terra
concedit. Nec longum, Bosonis fideles oppi-
danorum proditione Victoriacum recipiunt, &
Mosomam fraude pervadunt. At Heribertus a
quibusdam Mosomensibus evocatus, supervenit
insperatus, transmissaque Musa vadis inopina-
tis, & intrans oppidum, potis latenter a ci-
vibus aperta, milites Bosonis, qui ad custo-
diam loci residebant, ibidem omnes capit. Eo-
dem tempore ante Natalem Domini, Remis
infra & circa Ecclesiam sanctæ Mariæ lumen
931. magnum ab Aquilonari & Orientali parte pau-
lo ante initium diei apparens, ad Australem
partem pertransisse visum est. Anno post hunc
Heribertus Comes a Rege Rodulfo desciscit,
Braine sur Vesle. & milites ipsius ad urbe Remensi profecti, quod-
dam Hugonis castrum super Vidulam situm,
nomine Brainam, quod idem Hugo tulerat ab
Episcopo Rotomagensi, capiunt ac diruunt.

CAP. XXIV.

De ordinatione domni Artoldi Episcopi.

ROdulfus Rex literas Remis mittit ad cle-
rum & populum, pro electione Præsulis
932. celebranda: ad quas illi respondent, id agere
se non posse, salvo suo electo, & electione,
quam fecerant, permanente. Interea Heriber-
tus Comes ad Henricum profectus, ei sese com-
mittit, & exercitus Regis atque Hugonis Re-
mensem & Laudunensem deprædantur pagum:
obsessaque civitate Remorum, tertia tandem
Rex potitur obsidionis hebdomada, aperienti-
bus sibi militibus Ecclesiæ. Conjunctis igitur
sibi nonnullis Episcopis ex Francia vel Burgun-
dia, facit ordinari hac in sede præsulem Ar-
toldum quemdam ex cœnobio sancti Remigii
Monachum. Exinde Rex pergens Laudunum,
obsidet inibi Heribertum, qui aliquandiu resi-
stens, petit demum egrediendi locum. Quo
accepto, recedit a Lauduno, dimissa uxore
933. sua in arce, quam construxerat ipse infra idem
castrum, & ad quam postea capiendam majoris
laboris & moræ opus Regi fuit. Artoldus E-
Joan. XI. piscopus post annum ordinationis suæ pallium
suscipit missum sibi per Legatos Ecclesiæ Re-
mensis a Joanne Papa filio Mariæ, quæ & Ma-
rocia dicebatur, vel ab Alberico patricio fra-

A tre ipsius Papæ, qui eundem Joannem fratrem
suum in sua detinebat potestate, & prædictam
matrem ipsorum in custodia clausam tenebat: Syn. apud
Hugonem quoque Regem Roma depulerat. Cast.
Rodulfo Rege præsidium Heriberti, quod di- Theoderici.
citur castellum Theoderici, obsidente, congre-
gatis ad hanc obsidionem nonnullis Franciæ vel
Burgundiæ Præsulibus, ibidem celebrari visa
est Synodus, præsidente eidem Teutilone Tu-
ronensi Antistite, Artoldo Remensi: quique
tunc Hildegarium Belvacensi urbi ordinavit E-
piscopum. Eodem quoque anno Fulbertum Ca-
maracensis urbis præsulem consecravit.

B

CAP. XXV.

De signis Remis visis, & morbis inde secutis.

SEquenti anno igneæ Remis in cœlo discur- 934.
rere visæ sunt acies, & jacula quædam.
Sed & serpens igneus per cœlum celeri defer-
ri meatu, moxque subsecuta pestis diversis af-
fecit humana corpora morbis. Anno post istum
secuto synodus septem Episcoporum apud san- Syn. apud
ctam Macram, Artoldo Episcopo vocante con- S. Macram
venit: in qua prædones & Ecclesiasticarum re- an. 935.
C rum pervasores ad satisfactionem venire vo-
cantur.

CAP. XXVI.

De receptione Ludovvici post mortem Rodulfi Regis.

ANno denique subsequente, defuncto Re- 936.
ge Rodulfo, Hugo Comes trans mare *Lud. Car.*
mittit pro accersiendo Ludovvico Karoli filio *Simpl. filius.*
quem Rex Alstannus avunculus ipsius nutrie-
bat, quique accepto jurejurando a Franco-
D rum Legatis, eum in Franciam dirigit. Cui
Hugo, cæterique Francorum proceres ad eum
suscipiendum profecti mox navem egresso in
ipsis littoreis arenis apud Bononiam sese com-
mittunt; ut erat utrimque depactum. Inde
Laudunum deductus, ab ipsis regali benedi-
ctione ditatur, ungitur atque coronatur ab
Artoldo Archiepiscopo præsentibus Regni prin-
cipibus, & Episcopis amplius viginti. Epis-
copatus etiam Laudunensis datur Rodulfo ejus-
dem loci Presbytero, concorditer a civibus suis
electo, quem præfatus quoque ordinavit Ar-
chiepiscopus. Sed & per alias Remensis diœ-
ceseos sedes, excepta Catalaunensi & Ambia- 936.
nensi, diversos ordinavit Episcopos, Heri-
E berto denuo cum Hugone pacato, homines
ejusdem Heriberti Comitis quoddam castrum
Remensis Ecclesiæ quod vocabatur Causostis,
super Maternam fluvium ab Artoldo Præsule
constructum, prodente quodam Vvicperto ca-
piunt, & Ragembertum Artoldi præsulis con-
sobrinum, qui eidem præerat municioni,
comprehendunt, circumpositasque villas Eccle-
siæ crebris deprædantur infestationibus. Inte-
rea Rex Ludovvicus, accersitus ab Artoldo
Episcopo, Laudunum venit, & arcem no-
vam inibi nuper ab Heriberto editam val-
lat obsidione, multisque tentato machinis

Corbeny. muto, tandemque suffossione diruto magno capit A irruptum labore. Corbanacum quoque castrum, quod pater ejus sancto Remigio tradiderat, quodque sibi monachi ipsius monasterii committerant, ab Heriberti subjectis bellando recepit: & homines Heriberti, qui erant in eo comprehensos, rogante Artoldo præsule, salvos ad suos abire permisit.

CAP. XXVII.

De excommunicatione Heriberti Comitis.

939. ARtoldus denique Episcopus cum quibusdam aliis Episcopis collocutus, Heribertum, qui oppida quædam villasque Remen-
940. *Comitatus Rem. & jus moneta datur Rem. Ecclesia.* sis Ecclesiæ pervaserat ac detinebat, in præ- B sentia quoque Regis excommunicat. Post hæc Rex Ludovvicus dedit Artoldo Episcopo, ac per eum Ecclesiæ Remensi, per præceptionis Regiæ paginam, Remensis urbis monetam, jure perpetuo possidendam. Sed & omnem Comitatum Remensem eidem contulit Ecclesiæ. Artoldus Episcopus Causostem munitionem obsidet: quam quinto tandem die Ludovvico Rege illuc veniente, hi qui erant intus reddentes, deserunt. Nec longum, subversa funditus ab his qui recepere dissipatur. Missi Hugonis ad Regem veniunt, & de pace cum eis Rex inter Artoldum præsulem & Heribertum laborare studet. Deinde ad castrum quoddam, C quod Heriveus nepos Herivei quondam Archiepiscopi super fluvium Materoam tenebat, unde & villas Episcopii Remensis circumquaque positas deprædabatur, proficiscitur cum Artoldo Episcopo. Nec mora, obsidibus acceptis, ab ipso Heriveo revertitur Remis, pergensque in crastinum ad sanctum Remigium, sese ipsius sancti committit intercessionibus, promittens vadibus libram argenti se daturum annis singulis. Monachis quoque ejusdem loci præceptum de eodem castello dedit immunitatis.

CAP. XXVIII.

De expulsione Domni Artoldi ab urbe Remensi. D

Hugo dictus magnus. HUgo princeps filius Rotberti, junctis sibi quibusdam Episcopis, tam Franciæ, quam Burgundiæ cum Heriberto Comite, & Vvillelmo Nordmannorum Principe Remensem obsidet urbem, sextaque obsidionis die, deserente omni pene militari manu Artoldum Episcopum, & ad Heribertum transeunte, idem Comes Heribertus urbem ingreditur. Artoldus præsul ad sanctum Remigium, evocatione procerum Episcoporum profectus, persuasus est, vel conterritus a principibus Episcopii se procuratione vel potestate abdicare, concessaque sibi Abbatia sancti Basoli, & Avennaco monasterio, ad sanctum Basolum commoraturus ab- E
Ms. sex. scessit, post annos octo & menses * septem in Episcopato exactos. Hugo & Heribertus locuti cum quibusdam Lotharienfibus, ad obsidionem Lauduni cum Vvillelmo proficiscuntur, relicto Remis Hugone Diacono Heriberti filio, jampridem ad Episcopatum ipsius urbis evocato, quique tertio postquam regressus est meose, Presbyter a Vvidone Suessionico præsule ordinatus est, expletis postquam fuerat electus annis quindecim, quos Antissiodori commorans egerat, literarum studiis occupatus, apud Vvidonem ipsius urbis Antistitem, a quo & dia-

conus ordinatus fuerat. Nam cæteros inferiores gradus ab Abbone Suessionico præsule Remis acceperat. Ludovico Rege post hæc a Burgundia regresso, Artoldus Episcopus deserens cœnobium sancti Basoli, ad eundem Regem proficiscitur cum quibusdam propinquis suis, a quibus quædam Ecclesiæ beneficia, quæ tenebant, Heribertus Comes abstulerat. Mihi quoque Ecclesiam Colmiciaci vici abstulit cum terræ beneficii, quam tunc temporis tenebam. Ego denique disponens, orationis gratia, sepulchrum visere sancti Martini, retentus sum ab ipso, clam me quibusdam personis insimulantibus apud eum, quod sui causa nocumenti, vel filii sui vellem proficisci: & quia renuebam me huic electo nostro committere, nesciens utrum Deo placeret eum præsulem nostrum fore. Sicque plenis quinque mensibus apud fratres nostros, ipso Comite jubente, sub custodia partim libera sum detentus. Contigit autem mihi, Domina mea beata Dei Genetrice intercedente, ut ipsa die Conceptionis & Passionis Domini nostri JESU CHRISTI absolveret a custodia, & die tertia scilicet vi. Kal. Aprilis, quas Dominus a mortuis resurrexit, egressus ipse cum præsato electo nostro ad urbem Suessonicam profectus sum. Ubi convenientes Episcopi hujus diœcesos cum principibus Hugone ac Heriberto, tractarunt quid eis esset agendum super Episcopali hujus Hugonis ordinatione; sicque decreverunt, pœnitentibus quibusdam filiis Ecclesiæ Remensis, tam clericis, quam laicis, eum ordinandum, asserentibus fautoribus ipsius, quod Artoldus nequaquam electus, sed per violentiam fuerit intromissus, sesque Episcopali abdicaverit ditione. Ibi ergo Hugo princeps tunc me per * manum accipiens, huic Hugoni nepoti suo ad benefaciendum commisit; quippe mihi Ecclesiam sanctæ Mariæ dedit in Colrido sitam, terram quoque quam pater suus mihi abstulerat, reddidit, & aliam in prædicta villa supra adjecit.
Cormicy.
25. Martii.
27. Martii.
Syn. Suess. an. 941.
c. l. manus.

CAP. XIX.

De malis quæ deinceps consecuta sunt.

NEc mora civitatem Remensem a præfato conventu adeuntes Episcopi, prætaxatum electum nostrum in Ecclesia sancti Remigii dignitate sublimant Archiepiscopali. Sub iisdem fere diebus monasterium sancti Theoderici nonnullis illustratur miraculis, de quibus jam quædam supra retulimus, ubi commemorationem ejusdem beati viri fecimus. Ab Ecclesia vero sanctæ Mariæ Remis Crux major, quam Domnus Heriveus Archiepiscopus auro cooperuerat, & gemmis ornaverat, a furibus noctu, tenebrarum scilicet amatoribus, aufertur. Quæ diu quæsita, tandem post annum, pars auri gemmarumque ipsius, mulratis repertis latronibus. Ex quo postmodum auro hic Præsul, adjecta quadam sui quoque maneris quantitate, calicem sub honore Dei Genitricis fabricari fecit. Hugone ac Heriberto Laudunum pariter obsideotibus, Rex Ludovicus, sumptis secum undecumque colligere potuit in pagum Portensem venit. Quo audito Hugo, & Heribertus, scilicet quod Rex eis appropinquaret, obsidione relicta, properant contra, & insperatum Regis invadentes exercitum, non-
Lib. 1. c. ult.

nullos sternunt, reliquos in fugam vertunt. A
Rex ipse cum paucis eductus, a suis, & eximere se bello coactus, vix evasit, Artoldo Episcopo & Rotgario Comite comitantibus secum. Artoldus Episcopus perditis rebus, quas ibi habuerat, ad Hugonem & Heribertum accessit adductus ab amicis, redditisque sibi Abbatiis sancti Basoli & Avennaco cum villa Vin-
Vendeure. denissa, & facta pace cum Hugone præsule,
ad sanctum Basolum, illic habitaturus devenit.
Sequenti anno proditores quidam Remis reper-
642. ti, interfecti sunt: quidam rebus Ecclesiæ privati ab urbe depelluntur. Legati Remensis Ecclesiæ Roma regressi pallium deferunt Hugoni Archiepiscopo, a Stephano Papa transmis-
Stephan. sum. Cum quibus pariter & legario venit prin-
8. cipibus Regni, ut Lodovvicum Regem recipiant, B
& sic Legatos suos Romam dirigant.

C A P. X X X.

De occupatione Altimontis castri, vel Mosomi, & morte Heriberti.

943. ANno quoque post istum Artoldus Episcopus, relicto cœnobio sancti Basoli, ad Regem profectus est. At illi promittit ei se redditurum Remensem Episcopatum. Qui assumptis secum fratribus suis, & aliis quibusdam, qui abjecti fuerant ab Episcopatu Remensi, Altimontem castrum occupat. Cum quibus Rex Ludovicus etiam Mosomum agres-
fus, repellitur a fidelibus Hugonis Episcopi, a C
quibusdam suorum interemptus: suburbanas tamen domos quasdam ipsius castri succendit. Interea defuncto Heriberto Comite, de recipiendis filiis ipsius a Rege crebra inter ipsum Regem & Hugonem principem versabatur intentio. Quorum Rex primum tunc Hugonem Archiepiscopum, mediatoribus Othone duce Lotbariensium, & Adalberone Præsule, Hugone quoque Duce præcipue insistente, recipit eo tenore, ut Abbatiæ, quas dimiserat Artoldus ad Regem profectus, Artoldo Episcopo restituerentur: aliud etiam Episcopium ipsi provideretur: fratribus quoque & propinquis ejus
honores, quos ex Episcopatu Remensi habue- D
rant, redderentur. Postea ceteri quoque filii Heriberti Comitis recipiuntur a Rege. Hugo
Ambly. denique Præsul Amblicum castrum cepit atque combussit, quod Robertus & Rodolfus fratres, qui fuerant Remis expulsi, detinebant: unde deprædationes per Episcopium Remense faciebant. Item præfatus Archiepiscopus Altimontem munitionem obsidet, quam tenebat Dodo frater Artoldi Episcopi: tandemque accepto parvulo ipsius filio obside, descendit, Rege
944. quoque mandavit. Anno sequente Regii milites Episcopatum Remensem deprædantur, &
filii Heriberti Abbatiam sancti Crispini: Ra- E
genoldus, quoque Abbatiam sancti Medardi: sicque alterutris debacchabantur rapinis atque deprædationibus.

C A P. X X X I.

De obsidione urbis Remensis ab exercitu Ludovvici Regis.

ANno post hunc, qui est hujus Præsulis 943
quintus in Episcopatu, Rex Ludovicus, collecto secum Nordmannorum exercitu, Veromandensem pagum deprædatur. Assumptoque
cum ipsis Erluino cum parte militum Arnulfi, *Arnulfus Comes.*
sed & Artoldo Episcopo cum his qui dudum
Remis ejecti fuerant, comite quoque Bernar- *Laud. Filius Baid. Bernard. Comes Silvanect.*
do, ac Theoderico nepote ipsius Remorum vallat urbem, vastantur circumquaque segetes, villæque diripiuntur, & partim exuruntur, nec non Ecclesiæ plures effringuntur. Quotiens pugnatum ad portas, vel circa murum, vulnerati ex utraque parte non pauci, quidam etiam interempti sunt. Hugo denique Dux præliatus cum Nordmannis, qui fines suos ingressi fuerant, eos non modica cæde fudit, & a terminis suis ejecit. Post hæc Remos ad Regem mittit, quosdam obsides, ut Ragenoldus ex parte Regis ad colloquium sibi occurrat. Quo abeunte, tractat cum eo, uti Rex obsides ab Hugone Archiepiscopo accipiat, & ab obsidione Remensi discedat: quatenus idem Præsul, denominato placito ad reddendam rationem de omnibus, quæ Rex ab eo quæsierit, accedat. Quibus hoc sibi tenore datis, Rex ab obsidione recedit post quintam decimam, qua civitas obsessa fuerat, diem. Nec multo post idem Rex a Nordmannis comprehensus est, & Rodomi detentus. Hugo Præsul Altimontem castrum obsidens, post septem ferme obsidionis hebdomadas recipit, reddente illud sibi Dodone Domni Artoldi fratre, tali sub conditione, ut filium ipsius, & filium fratri sui suscipiens idem Præsul, concederet eis terram patrum suorum.

C A P. X X X I I.

De restitutione regulæ in monasterio sancti Remigii, & constitutione Abbatis Hincmari.

ADvocans denique hic Pontifex Ercamboldum monasterii sancti Benedicti Abbatem, regulam monasticam in monasterio sancti Remigii restituere decertat, constituens ibi Abbatem Hincmarum ejusdem loci monachum. Regina Gerberga nuper ad Othonem Regem fratrem suum legationem direxerat, auxilium deposcens ab eo contra Hugonem principem, cui Laudunum reddiderat, ut reciperet Ludo-
vicum Regem, quem Hugo, sub custodia re- 946.
ceptum a Nordmannis, retinuerat. Qui Otho maximum colligens ex omnibus regni sui exercitum, venit in Franciam, Conradum quoque secum habens Cisalpinæ Galliæ Regem. Quibus Rex Ludovvicus obviam profectus, satis amicabiliter & honorifice suscipitur ab eis. Sicque pariter Laudunum venientes, consideratataque castri firmitate, deverterunt ab eo, Remensem aggredientes urbem quam cingentes obsidione, ingenti vallarunt exercitu.

CAPUT XXXIII.

De repulsione Hugonis Episcopi.

VIdens autem Hugo Præsul obsidionem se tolerare non posse, neqoa tantæ resistere multitudini, locutus est com quibusdam principibus, qui videbantar esse sibi amici, videlicet cum Arnulfo, qui ejus sororem, & * Widone quia amitam ipsius habebat oxorem, sed & cum * Herimanno Widonis fratre quæsivit ab eis, quid sibi foret agendum. Qui tale consilium dederaot ei, ut egrederetur cum suis, & relinqueret urbem, quia id dispositum a Regibus erat ut omnimodis expellerentur, oeque intervenire possent apud Reges pro ipso, quio ei eruerentur oculi, si urbem vi capi contigisset. Quo consilio percepto, ac suis intimato, post tertiam obsidionis diem eum pene cunctis qui secum tanc aderant militibus, egressus est. Sicqne Reges cum Episcopis & principibas ingredientas orbem, Domnum Artoldum præsulem, qui dudum sucrat ejectus, iterum inthronizari seceruot. Quem Rotbertus Treverensis Archiepiscopus, & Fredericus Megontiecensis accipieotes utraque mann eidem sedi restituarunt. Deinde relinquentes Gerbergam Reginam Ramis, ipsi Reges cum exercitibus suis terram Hugonis ingrediuntur, & gravibus atterunt deprædationibus. Terram quoque Noidmannorum peragrantes, loca quæque devastant, & inde remeantes ad sua quique regrediantar. Anno sequenti Rex Ludovicas Mosomum castrum, quod Hugo Remis ejectus retinebat, obsedit: sed oibil pro votis efficiens, recedentibus tandem post mensem Lotharsensibus qai secum erant, ipse Remos revertitor. Quo ad Othonem Regem ad celebrandum Pascha profecto, Hugo princeps a qoibosdam præsumptuose pervasas, Remensem cum Hugone Præsule, quasi mox captorus, aggreditur urbem: frustratoque oegotio, resistentibus Regis & Artaldi Episcopi militibus, octavo postqoam advenerant die, illusi recedunt. Defuncto Detaldo Ambianensium præsule Tetbaldus quidem Ecclesiæ Suessonicæ Archidiaconus ordinatur ab Hugone Ambianensis Episcopus. Conventu placiti Regum Lodovvici & Othonis super Charam fluvium congregato, res litis inter Aldum & Hugonem Remensis Ecclesiæ præsules, ab Episcopis auditur: & quia synodus tanc congregata non fuerat, altercatio determinari non potait. Synodus aotem circa medium mensis Novembris habenda denunciatur. Interim vero sedes Remensis Artoldo conceditur, Hugo Mosomi remotari permittitur. Heriveus nepos Herivei Archiepiscopi habens munitionem quam ædificaverat citra Matronam fluviam, villas Remensis Episcopii circumquaque sitas deprædabatur, excommuoicatus ab Artoldo præsule, pro rebus quas invaserat Ecclesiæ. Contra cujus prædones egressi quadam die Ragenoldus Comes, & fratres Artaldi præsulis cum quibusdam militibus Ecclesiæ ipsos grassatores io fugam vertunt. Qao audito, Heriveus, armatis quos secum habebat militibus, egressus a sua munitiooe, contra nostros ad pugnam vaoit, & congressus cum eis interemptus est cum suorum quibusdam, reliqui omnes in fugam sant acti, vulneratis utrimque nonnullis. Corpus ejusdem Remos a victoribus perlatum est. Hugo Præsul assumens secum Theobaldum de monte acuto, sororis suæ maritum, cum aliis quibasdam a grassatoribus, in villas Ramis contiguas vindemiæ tempore venit. Qui omne pene vinam abinde colligentes, in diversos pagos abducunt.

Arnulf. Comes Fland.

j. Uddone, & infra Uddonis.

mr. Hermanno.

947.

Chera.

Theobaldus de Monte acuto.

CAPUT XXXIV.

De Synodo Virduni habita.

SYnodus postea Virduni habetur, præsidente Rotberto Trevirensi præsule, cum Artoldo Remensi, Odalrico Aquensi, Adalberona Metensi, Gozlino Tullensi, * Hildeboldo Transrbenensi, Israele Britone, præsente quoque Bruoone Abbate, Regis Othonis fratre, Agenoldo etiam & Odilone Abbatibus, cum aliis nonnullis. Ad quam Hugo evocatus, missis qaoque duobus ad eum dedacendum Episcopis venire noluit. Universa vero synodus Artoldo Remense regendam decernit Episcopium. Indicitur itaqua synodus, quæ & convenit in Ecclesiam sancti Petri in prospectu Mosomi ex diœcesi Trevirensi atqae Remensi. Veniens autem illuc Hugo Præsul, & locutus cum Rotberto Archiepiscopo, synodum noluit ingredi. Literas vero qaasdam ex nomine Agapiti Papæ misit ad Episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulerat, nihil auctoritatis canonicæ contineotes, sed hoc tantom præcipientes, ut Hugoni Remense redderetur Episcopium. Quibus lectis responderunt Episcopi, non essa dignam val congruum, ut Apostolicæ legationis mandatam, quod dudum Rotbertus Archiepiscopus, deferenta Frederico Magontiacensi Præsule, coram Regibus & Episcopis susceperat, intermittarent propter has literas, quas insidiator & mulus Artaldi Præsulis exhibebat: immo quod regalariter cœperant canonice pertractaratur. Sicque præcipitur recitari capitulum XIX. Carthaginensis Concilii de accasato & accasatore. Qao recitato, dijadicatum est juxta diffinitionem bujus capituli, ut Artoldo communionem & Parochiam Remensem retinente, Hugo qui ad duas jam Synodos avocatus venire contempserat, a communione & regimine Remeusis Episcopii abstineret, donec ad universalem Synodum sa purgaturus occurreret. Ipsumque capitalum mox in charta describi fecerunt Episcopi coram se, subnectentea hanc etiam diffinitionem suem, & eidem Hagoni miserunt. Qui post alteram diem eandem chartam Rotberto Pontifici remisit, boc verbis remandans, quod ipsoram judicio nequaqaam obediturus esset. Iotcrea literæ proclamationis Artoldi Præsulis ad Romanam diriguntur sedem. Domnus igitur Agapitus Papa vicarium suum Marinum Episcopum misit ad Othonem Regem, propter evocendam & aggregandam generalem Synodum: Literæ quoque ipsius Papæ mittuntur ab arbe quibusdam speciatim Episcopis, vocantes eos ad eamdem synodum. Cangregata deniqoe synodo in palatio Enguleobeim, recitata sant hæc quæ sequuntur coram Regibus & Episcopis.

an. 947.

ms. Hildobaldo.

Alia Syn. juxta Mosom. Idib. Januar. 948.

Agapit. II.

948. 7. Junii

CAP. XXXV.

De Synodo apud Engulenheim congregata, & excommunicatione Hugonis Episcopi. Series litis inter Artaldum & Hugonem Episcopos agitatæ.

SAnctæ Romanæ & Apostolicæ sedis vicario Domno Marino, universæque sanctæ Synodo apud Engulenheim congregatæ, Artoldus, divina propitiante clementia, Remorum Episcopus. Domnus Agapitus, Papa literas nobis & cæteris Corpiscopis nostræ diœceseos direxit, in quibus præcepit, ut ad hoc vestræ sanctitatis Concilium convenire studeremus, ita instructi de omnibus, ut rei veritas miseriarum nostræ sedis, quas patimur, coram sanctitate vestra manifesta fieri posset. Quocirca propalare prudentiæ vestræ commodum ducimus, qualiter res exordium cœperit litis hujus, quæ adhuc inter me & Hugonem miserrime ventilatur. Defuncto siquidem Heriveo Archiepiscopo, Seulfum, qui Archidiaconatus urbis nostræ tunc officio fungebatur, ad præsulatum ejusdem sedis elegimus. *Vide supra cap. 18.* Qui Pontifex ordinatus, assumens zelum contra proximos prædecessoris sui, cum eos per semet a loco depellere non valeret, consilio inito cum quibusdam laicis scilicet consiliariis suis, amicitiam quæsivit Heriberti Comitis, quam datu jurejurando per eosdem consiliarios obtinuit, eo tenore, ut post obitum ipsius ad electionem Pontificis milites Ecclesiæ nullatenus aspirarent sine consilio ipsius Heriberti: idem vero Comes fratrem Herivei præsulis, & nepotes ipsius a participatione rerum Remensis Episcopii separaret. Quibus patratis, insimulati sunt iidem propinqui Herivei præsulis a consiliariis Seulfi Episcopi de infidelitate ipsius senioris sui, accercitoque Heriberto Comite cum pluribus suis jubentur ad rationem reddendam coram ipsis venire. Et quia contra eos a quibus accusati fuerant, singulari congredi certamine noluerunt, sublatis ab eis rebus quas ex Episcopo possidebant, comprehensi sunt atque deducti per Heribertum Comitem ad Rotbertum Regem, a quo etiam sub custodia sunt detenti usque ad mortem ipsius Rotberti. Tertio demum sui Episcopatus anno Seulfus Episcopus (ut plures asserunt) ab Heriberti familiaribus veneno potatus defungitur. Mox itaque Comes Heribertus urbem Remensem adiit, & Ecclesiæ milites, clericorum quoque quosdam de rectoris electione ad suum consilium (ceu juratum fuerat) intendere fecit. Cum quibus ad Rodulfum Regem pergens in Burgundiam, obtinuit ab eo, ut sibi committeretur idem Episcopium, eo tenore, ut tam clericis, quam laicis debitum honorem concederet & conservaret, nec injustitiam alicui faceret: sed ipsum Episcopium æquo jure gubernaret, donec talem clericum eidem Regi præsentaret, qui ad Episcopale ministerium exequendum rite ordinari valeret. Qui Comes ad eamdem urbem regressus, res Episcopii (prout sibi placuit) fautoribus suis divisit, cæteris abstulit, & absque ullo judicio vel lege, quos voluit rebus expoliavit, vel ab urbe propulit. Odalricum

A denique Aquensem Episcopum in eadem urbe suscipiens Episcopale inibi ministerium celebrare præcepit. Sicque per annos sex & eo amplius idem Episcopium suo dominio vendicavit, pro libitu proprio illud tractans & in sede præsulis residens tam ipse, quam conjux sua, donec septimo tandem anno, ortis inter ipsum & Regem Rodulphum atque Hugonem Comitem quibusdam simultatibus, Rodulphus Rex cum Hugone & Bosone fratre suo, cæterisque pluribus tam Episcopis, quam Comitibus Remorum obsidet urbem, succensentibus sibi Episcopis, & conquerentibus adversus eum quod tam diuturno tempore, contra divinæ legis au-

B ctoritates, hanc urbem permiserit vacare pastore. Quorum querimoniis permotus Rex admonet clerum & populum de pastoris electione, dans eis id agendi facultatem ad Dei honorem & sui fidelitatem. Sicque concordantibus cunctis, tam clericis, quam laicis, qui extra obsidionem erant, pluribus etiam eorum qui clausi tenebantur in idipsum faventibus, eligitur humilitatis nostræ persona in hoc magis onere, quam honore subeundo. Aperientibus tandem tam militibus, quam civibus portas urbis Regi Rodulfo, & Episcopalem Benedictionem mibi tradentibus Episcopis qui aderant decem & octo, & suscipientibus nostram humilitatem tam clero universo, quam reliquis civibus,

C inibi inthronizatus ab Episcopis nostræ diœceseos, impositum mihi, prout Deus concessit, ministerium per annos ferme novem tractavi, ordinans per diœcesim Episcopos octo, & in Episcopio multos, prout competens videbatur, clericos, quousque nono postmodum anno, postquam Ludovicum Regem, favente Hugone cunctisque Regni principibus Gerbergam quoque Reginam benedixeram, & sacro perfuderam chrismate, instigatus Hugo Comes iracundia, quod ei consentire vel conjungi noluerim ad ipsius Regis infidelitatem, adhibitis secum Heriberto Comite, Vuillelmo Nordmannorum prin-

D cipe, Remensem obsidet urbem. Nec longum, sexta scilicet obsidionis die, deseror ab omni pene cœtu laicalis militiæ. Sicque derelictus ab his, ad Hugonem & Heribertum compellor exire, *Supra c. 27.* a quibus coarctatus & conterritus, cogor memet Episcopali procuratione abdicare, & ita me propellentes, in cœnobio sancti Basoli habitare constituunt: Hugonem vero filium Heriberti, qui Antisiodori diaconus ordinatus fuerat, in urbem introducunt, & civitate potiuntur. Ludovicus autem Rex a Burgundia rediens, me apud sanctum Basolum reperit, & assumens secum, simul cum propinquis meis, quorum res Heribertus Comes ab-

E stulerat, Laudunum deducit, quod castrum tunc obsidebant Heribertus & Hugo: solutaque obsidione oppidum ingrediuntur, nobisque metatus degendi disponitur. Interim clerici nostri loci, sed & laici quidam pessime ab Heriberto tractantur, & quidam clericorum in custodiis retruduntur, res eorum auferuntur atque diripiuntur, rapinæ per totam urbem licite perpetrantur. Interea convocantur Episcopi nostræ diœceseos ab Hugone & Heriberto, satagentibus & quærentibus ab eis de ordinatione Hugonis filii Heriberti. Qui Suessionis congregati, mittunt ad me Laudunum Hildegarium Episcopum cum aliis quibusdam lega-

A sis, mandantes ut ad eos venirem, ad consen-
siendum scilicet hujus ordinationis perversita-
ti. Quibus remandavi, quod non esset mihi
competens ad eos illo proficisci, ubi adversa-
rii & inimici mei cum ipsis erant aggregati.
Quod si loqui mecum vellent, ad talem lo-
cum devenirent, ubi sine periculo ad eos ac-
cedere possem. Quibus advenientibus in locum
ab aisdem delectum, profectus sum ad eos,
adveniensque prosternor coram ipsis, obsecrans
ot propter amorem & honorem Dei, tam mi-
hi, quam sibi competens consilium dare stude-
rent. Qui me de ordinatione prædicti Hugo-
nis interpellare cœperunt, & hoc omnimodis
suadere, ut eis in hac ordinatione consensum
B præberem, promittentes res nonnullas Episco-
pii mihi se impetraturos. At ego postquam re-
sponsum diu distuleram, videns eos cunctos in
proposito quod cœperant perseverantes, sur-
gens interdixi palam cunctis audientibus, ex-
communicans auctoritate Dei Patris omnipo-
tentis, & Filii, & Spiritus sancti, ut nullus
eorum ad eamdem ordinationem accederet, nec
alicui in Episcopali honore, me vivente, ma-
nus imponeret: sed nec ullus eamdem benedi-
ctionem suscipere præsumeret. Quod si forte
fieret, ad sedem Apostolicam eos provocabam.
Illis inde sortentibus, ut possem extra de me-
dio eorum, & Laudunum reversi, temperavi
C responsum dicens, ut mitterent mecum, qui eis
renunciaret, quid consilii reperire valerem su-
per hac re in domina mea Regina, & fideli-
bus ejus, quia rex non aderat. Ad hoc illi
mittunt Deroldum Episcopum, putantes me
esse mutaturum consilium. Quo veniente, &
coram domina regina & fidelibus ejus inde me
interpellante, iterum exurgens præfatæ modum
excommunicationis in eosdem Episcopos jacula-
tus sum: vocationem quoque ad sedem A-
postolicam iterare curavi, excommunicans ip-
sum hunc Deroldum, id ut eis omnino non
taceret, sed cunctis manifesta proferet. His
ita gestis, parvipendentes illi nostram excom-
municationem, Remis accedunt, & quidam
D eorum ordinationi huic manus applicarunt,
quidam vero se subduxisse sciuntur. Ego vero
cum Rege manens, quas illi scitur angustias
pertulisse secum pertuli: & quando eum bello
aggressi sunt Hugo & Heribertus, cum ipso e-
ram, & vix mortis evasi periculum. Prolap-
sus itaque, auxilio & protectione Dei de me-
dio inimicorum, profugus & vagabundus loca
invia quæque silvasque perlustro, non ausus
certo consistere loco. Comites autem Hugo &
Heribertus affari quosdam nostros amicos sibi
subditos, suadent ut me requirentes, ad ip-
sos deducant, pollicentes se mibi benefacturos
E & rebus quas ipsi petissent ditaturos. Requi-
rentes ergo me amici, reperiunt per diversa
vagantem, & ita perduco a fratribus meis &
amicis ad præfatos Comites. Qui postquam me
in potestate sua conspiciunt, quærere cœpe-
runt, ut eis pallium a sede Romana mihi colla-
tum traderem, & sacerdotali me ministerio
penitus abjurarem quod nullatenus me factu-
rum, neque pro amore hujus vitæ præsentis
attestor. Districtus igitur & coangustiatus ab
eis, Episcopii tandem rebus abrenunciare com-
pellor: sicque rursus ad S. Basolum qui vacans.
habitaturus deducor. Mansi denique paucis die-
bus in ipso cœnobio, quoadusque comperiens

A per certos ex familiaribus Heriberti Comitis
nuncios, quod ab eo male de mea tractaba-
tur perditione, iterum iterumque nunciis
hujusmodi pavefactus & impulsus, locum de-
serui, & abdita lustra silvarum vagabundus re-
petii, horisque silentibus, & itinere devio
Laudunum revertor, ibique susceptus a Rege,
secum manere constituor. Mansi vero ibidem
cum ipso vel fidelibus ejus, expectans & de-
precans misericordiam Dei, donec ipse digna-
tus est in cor Domni Regis Othonis mittere,
ut ad subventionem senioris mei Regis, &
nostram, properaret in Franciam. Denique
postquam Domina nostra Regina Laudunum,
propter absolutionem Domni Regis, reliquerat, *Vide supra cap. 31.*
B egressus inde ad Domnum Regem Othonem *Supra c. 33.*
cum seniore meo deveni Rege, simulque Re-
mos accessimus. Cingitur itaque urbs exerci-
tibus, & Episcopi qui aderant, me sedi no-
stræ restitui censent. Mandatur ergo Hugoni
a Domno Rege Othone, ut egrediatur, & per-
vasam deserat urbem. At ille nurans aliquan-
diu & pro posse, ubi vidit ad resistendum pe-
nitus sufficere se nequaquam valere, nec ami-
corum sibi præsidia subvenire, decernit exeun-
dum, quærens ut liber cum suis dimittatur ab-
scedere. Permittitur itaque sanus exire, cum
omnibus qui secum voluere comitari, & quæ-
cunque secum voluit ferre, nullo contradicen-
C te, asportavit. Sicque cum Regibus ingres-
sus urbem, præcipiur loco nostro, & honori
restitui. Susceptus igitur a Domnis Archiepis-
copis Rutberto Trevirensi, & Frederico Mogon-
tiacensi, comitantibus cæteris & congratulan-
tibus, tam clericis Ecclesiæ nostræ, quam re-
liquis civibus, ab ipsis restituor cathedræ Epi-
scopali. Hugo vero Remis egressus Mosomum
castrum cum suis occupat, & muniens contra
fideles Regis senioris nostri detinet. Habito
denique colloquii placito inter reges, seniorem
meum videlicet ac Domnum Othonem, super
* Charam fluvium, convenimus ad illud tam
ego, quam ipse Hugo cum ordinatoribus suis. *Ms. Karam*
ibique res litis hujus ab Episcopis auditur:
D protulitque litteras ad sedem Romanam, quasi
ex nostra persona datas, excusationis meæ,
ac si vacationem petentes administrationis Epis-
copii nostri: quas me nunquam dictasse, neque
vel subscribendo aliquatenus corroborasse pro-
testatus sum, atque protestor. Et quia tunc
Synodus convocata non fuerat (id opponen-
tibus fautoribus ipsius Hugonis) altercatio no-
stra determinari non potuit. Synodus autem
circa medium mensis Novembris habenda Vir-
duni utriusque partis Episcopis annuentibus de-
nunciatur. Interim vero sedes Remensis mi-
E hi regenda decernitur: idem vero Hugo Mo-
somi commorari permittitur. Nec longum, in-
stante scilicet vindemiæ tempore, hic noster
æmulus Hugo, assumens secum Theobaldum
Regis inimicum & Regni nostri, cum aliis plu-
ribus malefactoribus, in villas Remensis Epis-
copii contiguas urbi devenit, & omne pene vi-
num ex his colligens in diversos pagos abduci
fecit. Tam multa mala ibibi perpetrata, &
Ecclesiæ nostræ homines captivi abducti, &
ad redemptionem variis sunt adacti tormentis.
Synodus autem circa medium mensis denuncia-
ta, Virduni celebratur, præsidente Rotberto
Præsule Trevirensi, præcepto Domni Papæ Ro-
mani, præsente quoque Domno Brunone, cum

Episcopis & Abbatibus nonnullis. Ad quam præfatus Hugo evocatus, missis etiam duobus ad eum deducendum Episcopis, Adalberone & Gozlino, venire contempsit. Universa vero Synodus mihi Remense regendum decernit Episcopium. Indiciturque iterum Synodus habenda die Iduum mensis Januarii, quæ & aggregatur, ut denunciatum fuerat, in Ecclesia sancti Petri ante prospectum castri Mosomi, a Domno Rotherto, convenientibus cæteris quoque Trevirensis diœceseos Episcopis, & aliquibus Remensis. Veniens autem illuc æmulus noster Hugo, & locutus cum Domno Rotberto Synodum noluit ingedi: literas vero quasi ex nomine Domni Papæ direxit ad Episcopos per clericum suum, qui eas Roma detulisse se e- B batus, nihil auctoritatis canonicæ continentes, sed hoc tantum præcipientes, ut Hugoni Remense redderetur Episcopium. Quibus recitatis ineuntes Episcopi consilium cum Abbatibus & cæteris qui aderant sapientibus, responderunt non esse dignum vel congruum, ut mandatum legationis Apostolicæ, quam dudum Rotbertus Archiepiscopus, deferente Frederico Præsule Magontiacensi, coram regibus & Episcopis tam Galliæ, quam Germaniæ susceperat, & partem jam præceptionis ipsius exegerat, proptee illas literas intermitteret, quas insidiator noster exhibebat: immo quod regulariter cœptum fue- C rat, ut canonice pertractaretus, unanimiter, censent: præcipiturque recitati capitulum Carthaginensis Concilii nonum decimum. De accusato & accusatore. Quo recitato, judicatum est juxta definitionem ipsius capituli, ut communionem & Parochiam Remensem me reti-

Ms. quia. oente, Hugo, * qui ad duas jam Synodos evocatus interesse contempserat, a communione & regimine Remensis Episcopii abstineret, donec ad universalem Synodum, quæ indicebatur, sese purgaturus, vel rationem redditurus præsentaret. Ipsumque capitulum mox in charta Episcopi coram se describi fecerunt, subnectentes hanc etiam definitionem suam, & eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram D diem chartam eamdem Rotberto præsuli remisit, hoc verbis remandans: quod ipsorum judicio nequaquam obediturus esset. Sicque absoluto Concilio, ipse Mosomum contra mandata Regum & Episcoporum retinet, & ego Remos regressus reclamationis meæ querelas ad sedem Romanam per legatos Domni Regis Othonis destinavi, præstolans mandata ipsius sanctæ sedis, ejus decretis & universalis hujus sancti Concilii vestri judiciis parere paratus.) Post quarum literarum recitationem, & earum

Ms. Teutonicam f. Theotiscam. propter Reges juxta Thudesticam linguam interpretationem, ingressus quidam Sigehaldus, præmissi Hugonis clericus, attulit literas quas E Roma detulerat, quasque jam in alia Synodo Mosomi propalaverat, Asserens easdem literas sibi Romæ ab ipso qui aderat Marino Vicario datas. Qui Domnus Marinus proferens literas quas idem Sigebaldus Romam detulerat, præcepie eas coram Synodo recitari, in quarum recitatione repertum est, prout ipsæ literæ fatebantur, quod Vvido Episcopus Suessonicus, Hildegarios quoque Belvacensis, Rodulfus Landunensis, cæterique cuncti Remensis diœceseos Episcopi, easdem literas ad sedem delegaverint Apostolicam, pro restauratione Hugonis in sede Remensi, & expulsione Artoldi. Post qua-

A eum lectionem, exurgentes Artoldus præsul, & præfatus Rodulfus qui in eisdem literis nominabantur, Fulbertus quoque Camaracensis Antistes eas literas refutarunt, adstruentes quod eas antea nunquam viderint vel audierint, neque in earum delegatione consensum præbuerint. Quibus dum idem clericus contraire non posset, licet in eos calumniis obstrepens, præcepit Domnus Marinus, suggerens universæ Synodo, ut sibi consilium & rectum judicium proferrent super hujusmodi calumniatore, & calumniarum in Episcopos delatore. At illi, postquam delator publice confutatus est falsa detulisse, lectis capitulis de hujuscemodi calumniatoribus, judicant & unanimiter censent B eum quo fruebatur honore privari debere ac secundum capitulorum tenorem in exilium retrudi. Diaconatus igitur quo fungebatur ministerio mulctatus, a conspectu Synodi reprobatus abscessit. Artoldo vero præsuli, qui omnibus se synodis præsentem exhibuerat, non refugiens synodale judicium, Episcopium Remense juxta canonum instituta sanctorum Patrum decreta omnino retinendum atque disponendum decernunt, laudant, atque corroborant. Secunda concessionis die, post recitatas divinæ auctoritatis lectiones, & Marini Vicarii allocutionem, suggessit Domnus Rotbertus C Trevirensis Archiepiscopus, ut quoniam juxta sacræ legis instituta, restitutum atque restauratum fuerat Remense Artoldo præsuli Episcopium, in ejusdem sedis invasorem synodale perageretur judicium. Præcepit itaque Marinus Vicarius, ut Canonicam super hac præsumptione Synodus proferret sententiam. Jubentur ergo sanctæ legis Catholica recitari capitula. Quibus recitatis, secundum sacrorum instituta canonum, & sanctorum decreta patrum, Sixti, Alexandri, Innocentii, Zozimi, Bonifacii, Cælestini, Leonis, Symmachi, cæterorumque sanctorum Ecclesiæ Dei Doctorum, excommunicaverunt, & ab Ecclesiæ Dei gremio repulerunt prædictum Hugonem Remensis Ecclesiæ D pervasorem, donec ad pœnitentiam & dignam satisfactionem venire procuraret. Cæteris quoque diebus synodi tractata sunt quædam necessaria de incestis conjugiis, & Ecclesiis, quæ Presbyteris in partibus Germaniæ dabantur; immo vendebantur indebite, & auferebantur illicite, prohibitumque ac statutum, ne id omnino præsumeretur ab aliquo: sed & de aliis Ecclesiæ Dei utilitatibus tractata sunt, & definita nonnulla. Interea Rex Ludovvicus deprecatur Regem Othonem, ut subsidium sibi ferat contra Hugonem, & cæteros inimicos suos. Qui petita concedens, jubet ut Contadus Dux cum exercitu Lotbariensium in ejus E pergat auxilium. Interim vero dum congregaretur exercitus, Rex Ludovvicus cum ipso duce maneat, & Episcopi, scilicet, Artoldus & Rodulfus, qui erant cum Rege, ne quid in via pateretur adversi, degerent cum Lotbariensibus Episcopis. Mansimus itaque cum Rotberto Trevirensi, Rodulfus Landunensis cum Adalberone Metensi, hebdomadas fere quatuor. Exercitu denique collecto, Lotharienses Episcopi Mosomum petunt, ipsumque obsidentes castrum atque oppugnantes, milites qui erant ibi cum Hugone ad deditionem compellunt, & acceptis ab eis obsidibus pergunt obviam Ludovvico Regi & Contado duci in

A

CAP. XXXVIII.

De quibuſdam Eccleſiis vel Monaſteriis urbis Remenſis.

PLures denique apud nos quondam ſanctorum fuere Baſilicæ, ſed & monaſteria infra vel circa Remenſem hauc urbem, quæ modo non haberi probatur. Duo taman adhuc ſuperſunt infra urbem puellarum monaſteria: quorum unum (quod ſuperius a ſitu ſcilicet loci nuncupatur) S. Baldericus Presbyter cum ſorore ſua Bova, ejuſdem cœnobii poſtmodum Abbatiſſa, in honore S. Mariæ, vel S. Petri construxiſſe traditur. B Qui regali genere exorti fuiſſe referuntur, patre ſcilicet Sigeberto Rege, habentes neptem, nomine Dodam, caſtiſſimam puellam, quæ deſponſata fuiſſe fertur cuidam magnati ejuſdem Regis Sigeberti: quamque præfata ipſius amita Bova inſtituens ad ſerviendum Deo, ſervandamque perpetuo virginitatem, ab amore terreni avertit ſponſi. Qui cum ſibi adverſaretur, ſponſam inuitens eamdem corripere, aſcenſo equo, dum id conatur quoquo modo adimplere, furente lapſus ab equo, fractis cervicibus, traditor interjiſſe. Beata denique Doda in caſtitatis propoſito permanens, amitæ ſuæ in ejuſdem Monaſterii ſucceſſit regimine. C Quæ præceptum quoque immunitatis, quod adhuc apud nos habetur, a principe Pippone eidem poſtmodum obtinuit fieri cœnobio. Quarum corpora in Eccleſia extra muros urbis, ubi primum puellarum fuerat Monaſterium, tumulata diu quieverunt, donec poſtmodum, revelationibus quibuſdam elevata, & ad hanc novam ſunt Eccleſiam perlata, ibidemque venerabiliter collocata, continua honorificantur inibi Deo famulantium reverentia puellarum.

CAP. XXXIX.

De ſancto Balderica Abbate.

S. Bauldry. SAnctus autem Baldericus poſt hujus Monaſterii conſtructionem, locum quærens, ubi ſuam quoque conſtitueret habitationem, in qua collectis ſecum viris religioſis religioſe converſari, Deoque devote ac quiete ſervire valeret, tandem reperit ſibi placitum, quem dicunt Montem falconis locum. (Mont-faucon.) D Qui locus tunc temporis inhabitabilis, denſis operiebatur ſilvis, quas ipſe ſuccindens, proprio ſibi labora condidit habitaculum. Fertur autem, avem quam nuncupamus falconem, præviam & quaſi præducem itineris, dum locum illum expeteret, habuiſſe: quæ loco eidem inſederit, ac per triduum illo rediens in loco, ubi nunc habetur altare in honore S. Petri Apoſtoli, ſine permutatione reſederit. E Unde & cœnobium ab hoc eventu ſic vocitatum plurimi aſſeruot. Ubi cum Deo devotius ſervire cœpiſſet, nonnulli Deum timentes res ſuas eidem contulere: ſicque collectis ſecum Monachis, cœnobium ſub regulari conſtituit inſtitutione: atque idem ſub honore beati Germani ædificavit Monaſterium. Quibus patratis, ad ſororem ſuam reverſus Ramis, ultimum ſui curſus ibidem clauſit diem, ubi & ſepultus tempore non modico requievit.

CAP. XL.

De miraculis poſt obitum ipſius oſtenſis.

PRoceſſu denique temporis diligentia Clericorum prænotatum ipſius beati viri Monaſterium incolentium, ejus eſt illuc furtim corpus delatum, deluſis fraude cuſtodibus, Remis ablatum. Quos dum inſequerentur quidam cives Remenſes, eo uſque ſunt perſecuti, donec eos viſu quidam deprehenderent. Dumque turbarentur horum adventu ſacri latores pigneſis, inter utroſque denſa dirimens nebula divinitus creditur illata, qua ſequentes obtenebrati, & errore in devia rapti, veſtigia præcedentium ſervare nequiverunt. Evectores autem ſacri corporis in nocte ſplendor ſuperne miſſus irradiavit, donec ad proximam cœnobio poſſeſſionem, quæ dicitur villa * Spanulſi, infatigabiles pervenerunt. (A'. Spanulſi.) Ubi quia ſancta depoſuere membra, in honore ipſius poſtea conſtructa eſt Eccleſia. Quibus abinde cum ſacro promoventibus pignere, ubi Monaſterio propinquare cœperunt, Eccleſiæ ſigna cœnobii ſponte, abſque humano ſcilicet impulſu, ſonuiſſe feruntur. Quod audientes fratres obviam ſunt agreſſi: ſicque diu deſiderata ſuſcipientes munera, dum in Eccleſiam S. Germani ea conantur inferre, tantò perſentiunt ante ipſius introitum baſilicæ defixa pondera, ut hæc nequaquam potuerint ulterius emovere, cum per triduum id enitentes omni geſtierint conamine patrare. Sic demum tecto ſuper defixa condito membra confeſſoris, per triennium illic ita manſiſſe traduntur. Quo temporis peracto ſpatio, ad Eccleſiam S. Laurentii, ubi vivens ipſe ſibi ſepulchrum paraverat, celebrato per triduum jejunio, venerabile corpus ejus perlatum, & in ſuo reverenter eſt depoſitum ſarcophago. Ibique conſtat venerabili cultu ſervatum, uſque ad tempora Karoli Regis, & Hincmari Archiepiſcopi, quando Nordmanni hoc cœperunt regnum depopulari. Quorum terrore compulſi Canonici ejuſdem loci, corpus hujus patroni ſui de ſepulchro levatum ſuper altare S. Laurentii poſuerunt. Quod dum fieret, tres guttæ ſanguinis de capite ipſius defluxerunt, ita recentes & calidæ, ac ſi de vivente profluerent corpore. Sicque delatum eſt Virdunum. Unde relatum in Eccleſia eſt S. Germani locatum. Interim dum ſuo abeſſet Monaſterio, Nordmanni ad id pervenerunt: ſed Domino illud protegente, nec Eccleſias incenderunt, nec homines, niſi unam duntaxat mulierem, occiderunt. Ut autem receſſerunt, altaria muneribus ſuis cumulata dimiſerunt. Altera vice dum Nordmanni ad eumdem locum rurſus accederent, quidam Canonicus loci, nomine Ottradus, corpus ſancti accipiens, reliquis fuga delapſis, ipſe cum ſacro corpore in quamdam conſcendit arborem. Quem inſecuti pagani, uſque ad ipſam pervenerunt arborem & reſpicientes ſurſum, neminem potuerunt eamdem conſcendiſſe deprehendere. Idem vero frater per novem dies inibi permanens, nihilque victus, præter unam ſolummodo ſumens glandem, neque famem, neque ſitim paſſus tuiſſe

memoratur. Iterumque tunc locus idem meritis hujus beati viri a cædibus & incendio paganorum liberatus est. Postea contigit, ut quidam prædones, Regiæ majestatis infideles, ad eumdem devenirent locum, & non invenientes ibi manum repugnantem sibi, desolatum prædari aggressi sunt locum. Quod dum peragerent, signa Ecclesiæ sancti Laurentii, nemine pulsante, sonare cœperunt, & duo cerei supero sunt igne divinitus accensi. Prædonibus vero timore perculsis, & aufugientibus, unus eorum prolapsus ad ipsam Monasterii portam corruit, tamque ipso, quam superbo ejus equo ruine contrito, utres quoque, in quibus vinum deferebat ablatum, disrupti sunt. Cæteri hoc videntes, donis Ecclesiam muneraverant, metuque affecti recesserunt.

CAP. XLI.

De villa Vvaslicia.

Hujus venerabilis loci Canonici famisquondam necessitate compulsi, sumptis a corpore venerandi patroni sui reliquiis, ad suam quamdam villam, supre ripam Rheni sitam, cognomento Vvasliciam, quam quidam eorum Abbas nomine Adelardus, eidem contulerat cœnobio, profecti sunt. Ubi dum pagenses, alma venerantes pignera, sua dona deferre cœpissent, Abbas quidam Monasterii, quod vocatur Bunna, pergens ad Vvillebertum Coloniensem præsulem, cœpit hanc infamare devotionem, nec re vera sancti alicujus pignera illuc adstruens esse delata. Timentes autem Canonici qui advenerant, ne forte constringerentur, & discuterentur ab Episcopo, quoniam totum ipsius sancti corpus secum haberi ferebant, mox ut hæc audissent, sub duobus diebus ad suum per leucas fere centum redire Monasterium: assumentesque cum integritate beati viri membra, sub totidem diebus ad prænotatam remeant villam. Cui dum propinquare cœpissent, eis adhuc ab ipsa villa spatio leucæ fere distantibus, Ecclesiæ signa, nullo impellente, resonare cœpere. At si qui remanserant in eodem loco Clerici hoc audiunt, & patronum suum advenire intelligentes, obviam cum crucibus pergunt, & honore digno tutorem suum suscipiunt. Quibus missarum solemnia celebrantibus, tria mihi repente miracontigerunt. Contractus unus erectus, cæcus quidam illuminatus, & loquelam mutus adeptus est. Iterum præfatus Abbas blasphemare Dei non cessabat miracula, quos poterat a visitatione sancti avertens. Quæ dum gereret, febre correptus ita graviter est vexatus, ut nec manducare, nec bibere, vel incedere posset. Ardoribus autem languoris hujusce * coactus, tandem peccatum suum recognovit, & sella sege statoria usque ad Rhenum, indeque navigio usque ad prædictam villam, sicque ante corporis almi præsentiam præferri fecit; ibique culpam suam confessus, absolvi se petiit, & quantitatem ceræ sui corporis ponderi coæquans dedit; factisque votis annuatim solvendis, per sex remoratus dies, sanitatem integerrimam recipere meruit, & sic pedibus suis ad sua sanus recessit. Demorantibus hic præfatis per anni spatium cum patrono suo clericis, nulla atferant

Al. exceptus.

A dies præterlit, quo non ibidem Dei miracula patrarentur. In ipsis autem vigiliis S. Joannis Baptistæ, confluentibus de Saxonia pluribus, & a longinquis etiam regionibus, decem & octo insignia probantur ostensa: vixque aliquis æger accessit, qui non sospes, alacerque recesserit. Ubi tanta rerum delata est copia, ut & ipsi clerici exinde viverent, & cæteros qui remanserant in Monasterio sustentarent, Ecclesiamque ipsius villæ amplificarent, vel decorarent. Postea contigit ut propter aquæ indigentiam, foras extra Monasterium suum, idem sacram corpus efferretur, & obviam S. Jovini pigneribus portaretur. Cujus dum fuisset in occursum perlatum, mox ut simul venerunt,
B obnubilato cœlo cum magna siccitas existeret, copiosa pluviarum vis effusa est: & dum humectarentur imbre omnium vestimenta, pallia duntaxat, quæ supra Sanctorum præfactorum ferebantur corpora, penitus intacta manserunt a pluvia. Ibi quidam lusens lumen amissi recipit oculi. Qui statim fugiens, nec Deum glorificans, ut erat jocularis, ingratus recessit: at ubi domum pervenit, lumen quod receperat, iterum perdidit. Dum vero perventum est ad Monasterium cum utriusque sancti corpore, ita sancti Balderici pignus est aggravatum, ut nullatenus moveri posset, donec sancti Jovini usque ad cœnobium præcedere
C membra fecissent. Cum autem domnus Dado Virdunensis Episcopus hanc a Rege * impetrasset Abbatiam, & hæc mira cœpisset audire, constituit ut omnibus annis trium Monasteriorum sacra pignera simul in quemdam medium deferrentur locum, nomine Gaudiacum. De sede scilicet urbis Virdunensis Sanctus Vitonus, & Sanctus Agericus, Sanctus vero Baldericus de Monasterio suo, & Sanctus Rodvicus de Vvasinio. In quo conventu innumera postmodum sunt patrata miracula, ut vix præterierit hujusmodi coitio, in qua non aliquis infirmorum fuerit sospitate redintegratus: maxime tamen illi, qui patrocinia beati Balderici sunt expetere visi.
D Quodam tali conventu quidam locutus est mutus, quem Virdunenses arripientes secum ducere cœperunt, asserentes quod Sanctorum virtus, quos detulerant, hoc miraculum perpetrasset. Sicque dum separati quique referrentur ad sua, tanto sancti Balderici pondere aggravata sunt ossa, ut penitus manere viderentur immobilia. Ad quem miraculi stuporem recurrentibus multis, dum quæruntur sui, cur inibi vellet immorari, quid ibidem disponeret operari, accidit ut requireretur ille qui locutus fuerat mutus. Tandemque revocatus, ubi ad locum defixi perductus est pigneris, mox absque difficultate sublatum, &
E ad suum, sacrum corpus gratanter est cœnobium reportatum. Præfatus præsul Dado, postquam hanc sancti Balderici obtinuit Abbatiam, res quasdam trans Rhenum sitas ab Adelardo Abbate ad idem dudum Monasterium datas, pro villa Gerlani monte, super Mosellam conjacente, mutavit. Ad quam villam, dum sanciendi sibi causa, proficisci fratres hujus congregationis præcepisset, illi assumentes secum patroni sui, domni videlicet Balderici membra, profecti sunt exequi jussa. Qui dum ad villam, quæ * Deve dicitur, pervenissent, tanto pon-

Arnulfo Transrhenens.

f. Dena.

dere ſancta defixa ſunt pignora, ut progredi nequaquam valerent ulterius ea ferentes: initoque conſilio, ut ad Eccleſiam deferrentur ipſius villæ, ſub honore S. Martini dicatam, perferendi recipiunt poſſibilitatem. Quo perlatis pigneribus, ut poſt orationem ab Eccleſia eſt delatum, iterum ſancti aggravatur corpuſculum: mirantibus cunctis, & quod aliqua inibi Deus pro ſancti ſui glorificatione ſigna vellet oſtendere quibuſdam ferentibus, ſi qui adeſſent forte debiles, eſt requiſitum. Advenientibus autem læſis aliquibus, atque delatis quibuſdam, vir quidam claudus erigitur, & fœmina quædam brachiis ab octo retro annis contracta reſolvitur, duæque fœminæ cœcæ ſunt illuminatæ, & infans annorum ſeptem mutus loqui cœpit. In quo loco crux ab ipſius villæ hominibus poſita eſt, ubi poſtea duæ fœminæ lumen oculorum receperunt, & candelæ divinitus accenſæ, multique diverſis ſunt ab infirmitatibus liberati.

C A P. XLII.

*De Eccleſia ſancti Romani, & miraculis in * Gallani monte.*

ſ. Gerlani.

ECcleſiam ſancti Romani in præfata villa Gellani monte conſtructam dudum Milo præpoſitus Canonicorum hujus loci ab eis auferebat: quam dum Boſone Comite ſibi eam reddente, recepiſſent, & ſancti Balderici membra illuc retuliſſent, audientes multi ad ipſius cœperant confluere patrocinia. Inter quos duæ cœcæ nobiles fœminæ deductæ ſunt, & quædam perlata paupercula omnibus fere membris contracta. Nocte vero vigiliarum ſancti Romani, dum de more pervigiles in Eccleſia celebrarentur excubiæ, ſubito tantum cælitus eſt lumen effuſum; ut omnia quæ fuerant accenſa videretur luminaria ſuperare. Altare tantum, ſupra quod ſancti erant oſſa depoſita, denſa tegi videbatur nebula, ipſamque ſacri pigneris quaſi moveri cernebatur geſtamen: Cum repente una cœcarum primum, moxque altera ſeſe videre proclamant. Tum media jacens contracta, ubi cœpit clamare, auxiliumque Dei, & ſancti Balderici deprecari, paulatim reſolvitur, primum brachiis, & inde poplitibus, donec erecta ſtetit in pedibus. Quæ poſtmodum ſana effecta, Clericorum ſtipe hucuſque ſuſtentatur. Igitur dum præfato morarentur in loco Clerici cum pignere ſacro, contigit quadam veſpera cum ſimul reſiderent, ut cujuſdam Milonis amici homo, ebrietate atque furore ſuccenſus, cœpiſſet ad eos dicere, quid ibi facerent, & quare in villam Milonis ingreſſi fuiſſent? Quibus reſpondentibus, quod S. Balderici non Milonis eædem res eſſent, illoque contradicente: quod non Balderici, ſed Milonis haberentur, comminantibus eum Clericis receſſit, & in eminentem villæ contiguam rupem conſcendens ſeſe in præceps dedit, ſicque attritus jacuit ut mortuus, vel morti videretur proximus: indeque ſublatus ante ſancti corporis præſentiam eſt deportatus, ibique tandem ſe culpabilem reddens, inſperate ſanatus, & integræ in brevis reſtitutus eſt ſoſpitati. Item dum nuper ad præmemoratam villam VVaslitiam hujus ſancti membra relata fuiſſent, quoniam Godefridus principis Henrici Comes palatii eamdem pervaſerat villam, quidam Clericorum S. Balderici ad eumdem Godefridum pro hac cauſa perrexerunt: & cum nullam dignam potuiſſent apud eum percipere reſponſionem, nec magis ſe pro eis inde quam pro ſuo cane facturum reſpondiſſet, Clericus quidam ex his intentando ſubjecit, quod calidum proinde ſudorem ſudaturus eſſet, nec canis ſuus adjuturus cum foret. Ille furibundus ad hæc eos a ſuo præcipit ejici conſpectu. Quibus recedentibus ipſe mox divina plectitur ultione, validaque correptus febre cœpit graviſſime vexari, nimiiſque ſuccendi ardoribus, atque ferventiſſimis effluere ſudoribus. Mittens igitur ad Epiſcopum Colonienſem VVicfridum, hunc ad ſe venire petiit, eique rem retulit atque id ab eo conſilii percepit, ut ad præfatos Clericos mitteret, eoſque ad ſe venire faciens, & errata corrigens, ab eis de ſua infirmitate conſilium & pariter auxilium quæreret. Quod ille obaudiens, & ad eos mittens, ad ſe venire mandavit. At miſſus ejus typho, ut videbatur, inflatus ſuperbiæ, cœpit ut ad ſuum Dominum mox Clerici pergerent, imperitando præcipere. Quibus renuentibus, ſed eum caritatem ſecum facere rogantibus, ille contempſit, eoque recedente, in ipſo egreſſu equus ejus incitatus ab ipſo proſiliens ruit, & collo fracto interiit. Sic ille humiliatus ad fratres rediit, caritatem quam ſpreverat egit, & ita correctus receſſit. Hinc iterum, tertioque vocati, atque petiti, hujus tandem viri compertis incommodis, ad eum tum demum veniunt, patientis compatiuntur cruciatibus, & confitentem peccatum ſuum, emendationemque promittentem precibus ſuis abſolvere ſtudent. At ille ſtatim ſe melius habere profeſſus, ubi receſſere fratres, convaluit, res quas invaſerat reddidit, ac deinceps ab earum ſe læſione continuit. Verum tanta domus ejus affecta clade fuiſſe perhibetur, ut vix aliqui remanſerint, qui eiſdem rebus uſi fuerant: ipſi etiam equi & canes interierint, & ipſe pervaſor, perditis cum cute capillis, & ungulis, vix evaſerit.

Vigili in Eccleſia.

C A P. XLIII.

De miraculo in Rheno flumine patrato.

TUnc ob infeſtationem Hungarorum, quæ primitus eo tempore in hoc emerſerat regnum, conſilio inito Canonici ſancti Balderici Rhenum cum Domino ſuo tranſmeant. Inde quadam veſpera remeantes, in fluminis medio navem jactis defigunt ancoris. Relictiſque paucis in navi cum ſacro pignore cuſtodibus, ipſi ad prædictam ſchapha properant ſuæ poſſeſſionis villam. * Tres vero quidam latrones, comperto quod pauci reſediſſent in navi cuſtodes, ibique theſauros, vel ornamenta ſancti remanſiſſe rati, conſcenſa tendunt illo cymba. Sed antequam pertingerent ad ipſam, quam petebant navem, cæcati divinitus, perditoque ſenſu remigare non valentes, impetu fluminis ferri cœperunt. Sicque navicula eorum navi, qua ſancti corpus ſervabat, impacta, contritaque, mediis eos in fluctibus dereliquit. Quorum duobus fluvio mox abſorptis, tertius, qui etiam famulus erat ſancti Balderici, jacta manu navem ſancti arripuit, & taliter evadens mortem, Clericorumque perductus in præ-

Scr. VVaslitiam.

sentiam, nihil eorum quæ passus fuerat edicere valuit, donec in crastinum resocillatus, sensuque recepto tandem quæ gesta fuerant enarravit. Postquam vero a præfato loco hujus beati viri ad suum Monasterium sunt ossa relata, multa inibi feruntur ostensa miracula, quæ præ multitudine non habentur scripta. Illuc nuper quidam pauper candelam deferens in circulo devolutam, paulo ante horam vespertinam supra loculum sacrorum hanc posuit ossium. Qui dum data oratione recederet, subito candela, supero accensa igne, cœpit ardere: Quæ donec custos Ecclesiæ ad vespertinalia pulsanda venit signa, pallio, cui superjecta jacebat, illæso, deflagavit, nec ullam pallio læsionem, cui adhærebat, ingessit. Multa præterea sanitatum, clarificationumque ibidem creberrime ad declaranda sancti sui merita Dominus ostendere dignatur miracula, ad honorem scilicet ac laudem nominis sui, quod est benedictum in sæcula.

CAP. XLIV.

De miraculis in Monasterio sanctarum Bovæ ac Dodæ factis.

Supra ca. 28.

IN prænotato denique puellarum Monasterio, in quo præfatarum sanctarum Bovæ, ac Dodæ translata præfati sumus corpora, nonnulla postmodum patrata probantur miracula. Ubi frigoritici, atque diversis ægritudinibus occupati venientes optata merentur sospitate donari: maxime in die solennitatis earumdem. * In qua quædam nuper puella, auditu frustrata, vi invalitudinis sensus hujus obturatis meatibus, interventu earumdem sanctarum Christi sponsarum, perdita dudum munia recipere meruit aurium.

Id est 24. Aprilis.

CAP. XLV.

De visione cujusdam puellæ.

HAbetur in hoc Monasterio quædam sanctimonialis virgo, neptis quondam Guntmari religiosi presbyteri, nomine Rieuidis, cui apparuerunt olim per visum beatus Petrus Apostolus, & beatus Remigius, significantes ei, quod iter Romæ sidem, dum reverterentur ad ipsam, præcepturi essent: asserueruntque se medio mense Septembri, Exaltationis sanctæ Crucis die, reversuros. Qua expectatione suspensa nihil inde alicui, prohibita scilicet ab eis, ausa est intimare. Die vero qua prædixerant sedituros, iterum apparuerunt ei, jubentes ut accerseret fratrem suum Fredericum presbyterum, & exhortaretur eum sequi, prout magis potuisset, vestigia præmissi Sacerdotis Guntmari, & ex ipsorum jussione prædictum iter injungeret illi secum exequi, tali videlicet tenore, ut ab ea die nec ille, nec ipsa carnem comederent, aut vinum biberent, donec iter ipsum arriperent, nisi tantum vini, quantum emi potuisset ex pretio, quod super altare quoddam ab ipsis ei designatum repertum esset, ipsa duntaxat perciperet. Ut ergo inde magis crederetur, quasdam sorores, tres videlicet sanctimoniales hujus Monasterii, ad id inquirendum sibi testes adsciscere, denominatis scilicet personis, quas advocare debuisset. Sanctus autem Remigius hoc insuper addidit: ut diceret illa fratri suo, quatenus esset memor, quod illi quondam apparuerat, & ei locutus fuerat. Addens etiam pro signo recognitionis, quod eum in palma de cultello visus fuerat percussisse. At illa mox ad præfatum fratrem suum mittens, mandavit ei ut ad se festinanter veniret. Qui veniens sororem suam hora jam vespertina jejunam adhuc, & de visione valde stupefactam invenit. Quæ advocans denominatas sibi sanctimoniales, pariter ante denotatum altare septem psalmos pœnitentiales decantaverunt, additis insuper litaniarum precibus, accesserunt ad altare, & exeuntes operimentis, repererunt in cornu ejusdem altaris obolum parvum, quem assumentes cum gratiarum actione dederunt pro vino, quod tantummodo hæc sanctimonialis bibit, non deinceps amplius vinum sumptura, donec iret injunctum tam ipsa, quam prædictus frater suus, inirent. Quod fideliter & fiducialiter arripientes, prospere, Deo juvante, & S. Petro & S. Remigio suffragantibus, ut ipsis promiserant, peregerunt. Ac deinceps a carnibus illa (præter Dominicam) abstinet, ac tribus diebus in hebdomada, usque dum signum sonet ad secundam, nihil operis agit, orationibus & psalmodiæ vacans: quod sibi usque ad septem annos commemorat adimplere præceptum. Fratri vero suo prænotato hoc a supradictis Sanctis per ipsam mandatum est, ut quatuor diebus in hebdomada a carnibus, omni vero sexta feria a vino semper dum advixerit, debeat abstinere. Quæ & observare visi sunt.

CAP. XLVI.

De altero Remis puellarum Monasterio.

ALterum denique puellare Monasterium Remis habetur situm ad portam, quæ olim Collaticia, scilicet a conferendis mercibus, nunc Basilicaris vocatur, eo quod circa se basilicis dudum, præ cæteris portis, abundasse ferantur: seu quod euntibus ad basilicas, in vico S. Remigii consistentes, pervia fuerit. Supra quam domno Rigoberto habitaculum fuisse commemoravimus. Quod Monasterium domnus Guntbertus vir illustris in honore S. Petri construxisse traditur, quod regale, vel fiscale vocatur, eo quod in regali potestate usque ad moderna tempora fuerit habitum. Quod Monasterium Ludovvicus Imperator * Alpheidi filiæ suæ, uxori Begonis Comitis, dono dedit, eidemque sacro loco immunitatis præceptum delegavit, ut & pater ipsius Karolus Imperator egerat olim. Quod cœnobium postea per precariam ipsius Alpheidis, vel filiorum ejus Letardi, & Ebrardi, ad partem & possessionem Remensis devenit Ecclesiæ. Hic haberi asseritur dens S. Andreæ Apostoli: cujus beneficia multi, qui eum osculari promerentur, frequenter experiuntur infirmi. Vidimus hic, in Ecclesia scilicet hujus cœnobii, cereum igne cœlesti ter quoque accensum, quem cereum collata cera fecerant quidam cives Remenses, qui ad visitanda nuper Apostolorum limina profecti fuerant. Vidimus in hoc quoque Monasterio puellam quamdam sudasse sanguinem, quæ tunc hebdomada plena jacuit immota,

Forte Basilis

L. 2. cap. 12.

Al. Alpaidi & infra.

quasi mortua, & visiones ei sunt ostensæ nonnullæ.

CAP. XLVII.

De domno Guntberto, & ipsius uxore Berta.

PRemissus itaque domnus Guntbertus hujus instructor cœnobii, relicta conjuge, maritima petens loca; illic etiam Monasterium quoddam condidisse fertur. Ubi & a barbaris decollatus fuisse traditur. Relicta vero ipsius domna Berta cœnobium puellare apud Avennacum, Domino sibi locum per Angelum demonstrante, construxit. Et dum inibi aquam non haberet, impetravit a possessoribus proximæ silvæ, argenti libra data, fontem quemdam, duobus fere milibus a suo Monasterio distantem. Ex quo fonte mox rivus egressus, secutus est eam ad cœnobium remeantem. Qui adhuc largiter affluens, pro eo quod tantumdem fuerit emptus, Libra vocitatur. Privigni denique ipsius domnæ Bertæ insurgentes contra eam, interemerunt illam. Qui statim traditi Sathanæ in interitum carnis, ab humano sensu in beluinam ferisutem mutati, * decessisse feruntur. Nepti vero domni Guntberti, nomine Montiæ, quæ sceleris hujus consentanea fuerat, noctu vigilanti domna Berta fertur apparuisse, eique præcepisse, ut corpus domni Guntberti ad hunc locum referre satageret, ac juxta suam tumulum collocaret: sicque illi peccatum consciæ necis suæ Dominus indulgeret. Quæ signum petens, quo sibi dimissum id esse sciret, audivit quod mox ut jussa complesset, ex ejus ore vel naribus erumperet sanguis. Quod & impletum est, dum corpus domni Guntberti juxta pignus beatæ Bertæ reconditur. Hujus domnæ Bertæ corpus post centum circiter annos inventum est integrum, & plagæ ipsius ita tunc recenti affluxere sanguine, ac si eadem hora viventi fuissent ingestæ. Ad eorum denique sanctorum honorem & meritum demonstrandum, multa postmodum Dominus dignatus est operari miracula, quæ causa negligentiæ non habentur ascripta. De quibuslibet autem tribulationibus ipsorum congregatio Domini misericordiam, per eorum intercessionum expetiit, misericorditer impensam sibi consolationem percipere meruit. Quædam præterea mulier ab altera hujus Monasterii linteum nuper furata secum ferre voluit, sed egredi Ecclesiam nullo modo potuit, donec suum confessa reatum, sublatum restituit altari velum. Hoc Monasterium, vel Abbatiam domnus Fulco Præsul ab Odone Rege concedi Ecclesiæ Remensi per paginam præceptionis ipsius Regis obtinuit, & pro confirmando eo huic Ecclesiæ a Formoso Papa privilegium Apostolicæ sedis impetravit.

Ms. r. defecisse.

CAP. XLVIII.

De duabus Ecclesiis sancti Hilarii Remis.

SUnt hic Remis Ecclesiæ duæ in honore S. Hilarii: una infra civitatem, in qua nuper quædam puella contracta, & paralytica divina est erecta virtute: altera, quæ est antiquior Ecclesia, ante portam Martis sita, quam sanctus Rigobertus Pontifex antecessoribus nostris Clericis ad sepulturam ipsorum dedit. Quæ dudum, scilicet ante discessionem, vel expulsionem domni Artaldi Episcopi, crebris illustrabatur miraculis. Unde & tunc ab eo, civibus quoque suffragia ferentibus, tectis ac novis est separata laquearibus. Nam quidam cæcus, nomine Paulus, admonitus in somnis, ut ad eamdem pergeret Ecclesiam, lumen ibi recepturus, advenit, & recuperato lumine, nec mora, videns abscessit. Quidam ex Episcopi famulis cum ad ipsam pergeret Ecclesiam, piscatorem cum piscibus ante fores Ecclesiæ obvium habuit: quos apprehendens velut empturus abstulit. At pauper ille piscator, ut inde sibi cum sancto Hilario conveniret, devotionum clamores lugubri mente in eum ingessit. At ille despiciens hujuscemodi voces, Ecclesiam, quasi missam auditurus, intravit. Ubi dum staret, subito corruit, graviterque vexatus ejicitur. De qua vexatione non parvo tempore laboravit. In hujus Ecclesiæ cœmiterio quidam Scotigena Dei servus olim sepultus. Sed cum jam a nostris & nomen, & memoria ipsius sepulturæ videretur abolita, apertis sese cœpit manifestare visibus. Nam dum quidam civium non de inferioribus, sed pauperrimus, olim nostris diebus obisset, amici ejus ad Hildegarium hujus Ecclesiæ presbyterum accedentes, petunt ab eo, ut locum sibi sepulturæ impertiret, ubi sarcophagum reperirent, in quo corpus ipsius recondere possent, quia de rebus ipsius unde emerent non haberent. Qui dum eis petita concessisset, sepulturam servi Dei aperuerunt: sed ipsum ejus sarcophagum aperire nequiverunt. Quo audito, presbyter accessit, & coopertorium sarcophagi levare tentans, aliquantulum aperuit sepulchrum. De quo mox fragrantia tantæ suavitatis emanavit, ut nunquam se delectabiliorem testatus sit hausisse odorem. Introspiciensque videt corpus integrum sacerdotalibus infulis redimitum; recomponensque sepulchri pallam, non ausus est hanc amplius violare sepulturam: permisit tamen ut idem corpus, depositis quibusdam, superponerent tabulis. Ipsa nocte visus est ei avunculus suus presbyter in somnis, qui jamdudum decesserat, asserens quod valde offendisset Deum præterita die, maxime si sepulchrum sancti violare præsumpsisset. Idem quoque beatus vir cuidam sub ipsis diebus apparuit, & quia valde gravaretur præ pondere & indignitate superjecti sibi cadaveris intimavit, & ut indicaret presbytero jussit: quia nisi cito corpus * id fœtidum a sepultura sua repelleret, divina quantocius ultione plectendus esset. His presbyter admonitionibus pavefactus, cadaver quod sepulturæ sancti superpositum fuerat, ejici fecit cum festinatione, & aperta alibi sepultura recondidit. Visus est idem sanctus Domini postea cuidam rustico, præcipiens ei ut iret ad Episcopum Artoldum, & indicaret ei ex verbis ejus, ut corpus ipsius, quod extra jacebat, intra Ecclesiam transferret. Quod idem rusticus intimare timens, neglexit mandatum. Nec longe post iterum apparens evigilanti, duriter increpavit illum, quare præceptum neglexit, & corripiens alapa ejus percussit maxillam. Qui mox auditum amisit ipsius auris, in qua percussus est parte, capitisque dolore per dimidium fere vexatus est annum. Deinde cuidam presbytero in eadem Ecclesia, sub præmisso Sacerdote servienti, apparens in visio-

Ms. jam.

ne quadam dominica nocte, admonuit eum, ut Episcopo indicaret, quatenus corpus ipsius in prædictam Ecclesiam transferret: locum quoque ubi ponendum foret ostendere non omisit, intimans ei obitum, & causam obitus, vel adventus sui: significans se Scotigenam fuisse, Romamque orationis gratia cum sociis petendi itinere occupatum, a latronibus super Axonam fluvium fuisse peremptum, indeque corpus suum a sociis huc delatum, ibique sepultum: propalans etiam nomen suum, quod vocaretur Merulianus, jubens ut id nomen, ne forte memoria delaberetur, ascribere curaret, inclinansque se, partemque cretæ, quæ fortuita jacebat, apprehendens dedit ei, præcipiens ut illud continuo adnotaret in arca quæ lecto ipsius adhærebat. Quam ille cretam visus est accepisse, nomenque descripsisse. In quo dum pro L litera, R scriberet, corrigere hoc eum monuit, & ita in crastinum hoc nomen adscriptum inventum est, ut testaretur idem presbyter, quod vigilando per diem tam bene scribere nequivisset. Quibus revelationibus monitus Episcopus, Ecclesiam quidem restaurari fecit, sed corpus sanctum non transtulit. Nec diu postea sic ei contigit, ut in eadem Ecclesia coram Hugone principe se abdicaret Episcopii gubernatione.

S. Merulianus

CAP. XLIX.

De Ecclesiis in honore S. Martini circumquaque per totum circiter Episcopium constructis.

IN honore quoque beati Martini multæ circumquaque per totum circiter Episcopium habentur Ecclesiæ, divinis miraculis illustratæ, ad quæ neminem credimus enarranda sufficere. In vico denique S. Remigii constat Ecclesia hujus beati confessoris, quæ clericorum olim fertur habuisse congregationem, de qua tale apud nos refertur miraculum. Quidam vir illustris, cum duxisset uxorem, non longe post in expeditionem præcepto Regis profectus, diuque moratus, postquam domum rediisset, significatum est illi, quod uxor ejus adulterio fuisset corrupta. Quam vir uxorem diligens, tali examinatione probare voluit audita, ut supra sacra Ecclesiarum, quæ in hoc vico habentur, uxor sibi juraret altaria, quod hoc crimine esset innoxia, sicque immunis sibi postmodum foret a noxa. Quod illa non abnuens, prompta suscepit, facturaque fidem dictis, cum marito ad vicum pervenit, & dans super quarumdam Ecclesiarum altaria jusjurandum, tandem pervenit ad hujus Ecclesiæ domum, accedens ad altare, dum falsa mente dejerat improba, repente utero disrupto ejus labuntur humo intranea, procidensque mortua ostendit quam vera essent quæ de se marito fuerant intimata. Ille nutu Dei compunctus ad miraculum, vovisse traditur, se ulterius mulierem non habiturum: familiamque uxori delegatam eidem addicens Ecclesiæ, hanc eis dedit legem, ut capitis censum ibidem dependerent, nullique præter id obnoxii servitio forent. Quæ familia hac sibi lege servata, ad duo millia, vel amplius excrevisse reperitur capita, ut olim, scilicet antequam vastaretur a barbaris, duodecim libras argenti partibus præstaret Ecclesiæ.

CAP. L.

De miraculis sancti Martini Remis ostensis.

ALiis etiam nonnullis beati patris hujus urbis nostra fertur insignita miraculis. Ex quibus ea quæ sanctus Gregorius Turonensis in suis miraculorum libris enarrat hic inserere placuit: ut si qui hæc legentes, ea forte non legerint, hic reperire possint. Refert enim, quod transeunte se quondam per pagum Remensem, retulerit ei quidam Remensis, carcerem in quo famulus ipsius hominis inter reliquos vinctus tenebatur, beati Martini virtute patefactum, vinctosque ab ergastulo absolutos, liberos abscessisse. Erat enim hujusmodi carcer, ut super struem tignorum axes validi superpositi pulpitarentur: ac desuper qui * eundem opprimerent, insignes fuerant lapides collocati. Nihilominus & ostium carceris sera ferro munita, obducto, clave pessulo, obserabatur. Sed virtus antistitis, ut ipse relator asseruit, lapides pulpitaque disjecit, catenas confregit, trabem, quæ vinctorum coarctabat pedes aperuit, ac nec reserato ostio, homines per aera sublevatus foras, tecto patente, produxit, dicens: *Ego sum Martinus, miles Christi, absolutor vester abscedite cum pace, & abite securi. Sed cum nos*, inquit Gregorius, *ad regem accedentes hujus virtutis miraculum diffamaremus, affirmavit Rex quosdam ex his qui absoluti fuerant ad se venisse atque compositionem fisco debitam, quam illi fredum vocant, & se fuisse reis indultam*. Refert etiam idem Gregorius se quondam hanc urbem petisse, & in sacrario hujus Remensis Ecclesiæ Siggonis aurem surdam referendarii Sigeberti Regis, virtute beati Martini, cujus habebantur apud se pignora, dum colloqueretur secum, subito patefactam atque sanatam fuisse.

Greg. lib. mirac. San. Martini, cap. 26.

* *Orig. eosdem*

Greg. ubi supra lib. 2. cap. 17.

CAP. LI.

De sancta Macra Virgine.

PAssa est in hoc Remensi pago beata Macra Virgo sub Rictiovaro Præfecto, quæ post insuperabilem Christi confessionem gravissima tormenta perpessa, post mamillarum abscissionem, & repentinam curationem per Angelicam in carcere visitationem, dum super prunas & testulas accensas nuda volutaretur, cum precibus & gratiarum actionibus, immaculatum Deo reddens spiritum, ac triumphans adversarium, inibi læta petiit coelum. Corpus ejus haud procul a loco ubi passa est, tunc extitit tumulatum. Multa vero post annorum curricula cuidam bubulco per visionem locus, quo beatissima virgo condita fuerat, juxta quamdam in honore beati Martini constructam Ecclesiam, revelatus est. In quo visu admonetur, ut corpus sacratissimum virginis intra præfatam Ecclesiam recondderetur honorificentius, quatenus incolis ejusdem loci, prout decebat, innotesceret manifestius. Quod & mox a viris Deo amabilibus magno constat peractum decore. In qua donec venerabile corpus ejus requievit, insignia per ipsius intercessionem sunt patrata miracula. Ibi cæci visum, claudi gressum, surdi auditum, Domino ejus obtentu largiente, promeruerant. Procedenti vero tempore vir quidam strenuus sanctarum

l. Dangulfus, Loco nomen est Fisme. fundator & cultor ædium, nomine * Daugulfus, ejus, ubi oune veneratur, fundavit templum, in quo illius sacratissima transtulit membra, regnante magno Imperatore Carolo: ubi non minima quoque Domino præstante, sæpe * miracula peraguntur. Quam nuper Ecclesiam, tempore scilicet persecutionis Hungaricæ, iidem barbari succendere cupientes, acervos quosdam frugum magnos, qui parieti ejusdem adhæserant incendunt, exustisque segetibus, flamma licet Ecclesiæ tecta lambente, tandem tamen accendere nequiverunt.

C A P. LII.

De sanctis Rufino & Valerio martyribus.

EOdem tempore quo hæc sacra Virgo passa est, lancinator ejus Rictiuvarus per urbem Remorum transiens, & quosdam Christianos ad culturam deorum compellens, ut eos superare nequivit, trucidari præcepit. Et egressus inde repetit duos quosdam viros Rufinum & Valerium, fide Christi robustos, regalium tamen horreorum custodes. Quos comprehensos, ubi competit Christi dilectione & confessione firmissimos, plagis afflictos diuturna carceris maceravit retrusione: ubi Angelica visitatione ac consulatione relevati, & confortati sunt. Sic invicti tandem reperti, capitalem subiere sententiam. Cumque non post longa temporis intervalla ad urbem Remorum sacratissima deducerentur eorum membra feretris imposita, in loco illo, ubi nunc tumulata ipsorum requiescunt ossa, ita tunc * feretra sunt aggravata, ut nequaquam loco moveri valerent. Et ita Deo jubente factum esse probatur, ut ubi pauperibus eleemosynæ distribuerant largitatem, ibidem suorum corporum gratam perciperent requietionem. Sed dum nuper gens barbara Nordmannorum sævitura se Galliis infudisset, ob vitandam hujus persecutionis procellam, eorum pignora ad urbem sunt Remensem delata, positaque in B. Petri Ecclesia, & per dies plurimos ibidem sub honore servata. At cum jam demum, barbaris recedentibus, in nos bacchata diu tempestas * desedisset, cedissetque tandem, Deo jubente tranquillitas, presbyter, qui sanctis deserviebat, & ad propria jam dudum redire cupiebat, accelreavit sanctorum Martyrum glebas tollere, & ad dicatum sibi locum referre. Postque celebrata missarum solemnia levantur a Sacerdotibus sacrata Christo corpora, atque cum magna populorum referunt comitante caterva. Contigit autem diem illam, quæ Dominica scilicet habebatur,, ventorum flatu fuisse nimbosam, itaut omnes candelæ, quæ ad obsequium sanctorum ferebantur, vi turbinis extinguerentur. Cumque carpentes iter partem fluminis fuissent ingressi, cereus qui ante sanctorum pignora ferebatur extinctus, repente cælitus accensus, omnibus mirum exhibuit spectaculum. Sicque intercommixtos grandine nimbos, & ventorum flatus ad quatuor fere millia duxavit ex miraculo flamma. Disposuit denique postea presbyter cereum ipsum in meliorem formam de eadem reficere cera. Cumque id a Sacerdotibus sibi subjectis efficeretur, mirum dictu inter manus eorum mollis cœpit crescere cera, & in magnam grandescere quantitatem.

a.l. feruntur. — c.l. deseviisset

C A P. LIII.

De miraculis eorumdem sanctorum.

CUmque illi stupentes, admirantesque perstreperent, ingressus presbyter, & videns auctam sic fuisse ceram credidit eos aliam ceram illi, quod non præceperat, adjecisse. Sed cognito tandem a Sacerdotibus, quod acciderat, miraculo, Deo gratias egit, & ceram in Ecclesiam ad memoriam tantæ rei reposuit. De qua cera Riculfus Suessionum venerabilis Episcopus reliquias sibi deferri jussit. Sed & vicinarum Ecclesiarum religiosi presbyteri ex inde ob devotionem expetitas particulas in Ecclesiis venerabiliter condiderunt. Alia autem vice, cum de Suessonica civitate, in qua ob similem persecutionem delati fuerant, ad locum proprium referrentur, claudus quidam cum cæteris qui sanctorum corpora devoto comitabantur obsequio, reptabundus, adnisu quo poterat, incedebat. Non quidem hunc natura claudum produxerat, sed ex tempore illi accesserat gressuum dolenda debilitas. Cumque ad villam, quæ Vasneia dicitur, venissent, mox nativæ rectitudini restitutus, projectis adminiculis suis cœpit vadere plantis, & Deum in sanctis suis mirabilem ore collaudare gratanti. Præterea in eos qui sacrum locum violare, & res sanctis martyribus delegatas pervadere nituntur, quam cito divina ultio exeratur, unum exemplum sufficiat demonstrare. Tempore quo inter Regem Odonem & Karolum graves agebantur Francorum in regno discordiæ, per hanc occasionem licito rapinæ & deprædationes fiebant, confusum erat fasque nefasque: nusquam Dei aut humanarum timor legum, sed vi & potentia universa constabant: aliquando ad villam, quæ Basilica dicitur prædones affuerunt, cœperuntque omnes pauperum substantiolas auferre. Tunc quædam muliercula cum supellectili sua fugiens ad Ecclesiam sanctorum Martyrum, cursu rapidissimo tendebat. Quam quidam ex his qui ad prædandum venerant, itaut sedebat equo velocissima insequi cœpit, volens eam capere, & seria sua illi auferre. Sed cum quidam de adstantibus diceret: Noli miser, noli illam in atrium sanctorum insequi Martyrum, ne tibi mali aliquid contingat. Ille nihil veritus, admisso equo rapidissima fugientem insequebatur mulierculam. At ubi primis atrio pedibus equus institit, subito cernuatus cecidit. Sessor autem ejus tam gravi allisione vexatus est, ut a summo genu usque pedem disrupta tibia, caro velut ferro incisa, dehisceret, osque ipsum, carnis * regimine nudatum, pareret, & qui superbus eques venerat, jam humiliatus, nec suis pedibus incedere valens, manibus alienis de atrio Ecclesiæ projectus est. Tunc equo & quæ habere potuit sanctis martyribus pro eo datis, morti quidem subtractus est; sed quod supervixit temporis inutilis & nulli operi aptus fuit, testimonium divinæ virtutis in sua debilitata circumferens, & aliis quibusque salubrem timorem, exemplo patratæ in se ultionis, incutiens, ne talia agentes similia patiantur. Illud quoque notissimum, & omnibus habetur pervulgatum, ad sanctorum Martyrum sepulchra oleum aliquando crevisse. Siquidem presbyter vas quoddam fictile juxta altare posuerat, ad

Ms. l. regmine

fervandum nleum, quod ibidem ad fontem luminis, ardere debebat. In quo vafe parum quidem olei remanferat, majore ejus parte in lychnorum lumine confumpta, cum repeute cœpit crefceie, & nollo infpiciente in majus augeri, dnnec os vafis erefcens oleum exæquaret. Quod cum per dies aliquot fieret, nec jam fe intra vafis anguftias liquor divinitus auctus caperet, ac guttatim in terram flueret, Clericus Ecclefiæ ipfius cuftor hoc folus animadvertit, & fubjecto vafe altero, intra paueos dies ad unum fextarium collegit, furtimque abfcoudit: putans infelix diviunm miraculum cupiditatis fuæ fore compendium, & unda providebatur omnibus patrocinium, inde clandeftinnm fe poffe credidit perficere furtum. Sed Chriftus, qui fanctos fuos mirificare apud omnes decreverat, non diu permifit latere, vel illius pudendum facinus, vel quod ad fuorum martyrum gloriam contulerat mnnus. Nam quadam die domnm, quæ bafilicæ adhæree, in qua etiam Sueffonicus Epifcopus, cum illuc accedit manere

A consuevit, presbyter nefcio quid caufæ fuerit, ingreffus, vidit vas illud nleo fuperfluere, & miratur unde illa effet olei copia, cum illis perraro hujufmodi inveniri poffit liquor, cœpit percunctari Clericum tanti criminis confcinm, cujus effet oleum, aut quis illud ibi depofuiffet. Sed cum ille diceret, nefcire fe unde effet, pueri qui ad difcendos pfalmos ibidem refidabant,.& rem omnem noverant indicaverunt presbytero & factum miraculum, & cnftodis furtum. Illu hoc audito, cito ad vas qnod juxta altare ftabat recurrit, & pavimentum adhuc olei exhundatinne madens invenit. Cumque im-
B menfum in fanetis fnis glorificaret Deum, alins quidam de cuftodibns advenit, & confeffns eft fe magnam partem olei ipfiua, nullo tefte, tuliffe, & ubi voluit, & ficut voluit, expendiffe.

Ejufdem Flodoardi Chronicon habetur tomo fecunda Scriptorum hiftoria Francorum, ab Andrea Duchefnio collectorum.

COL.

GEORGII COLVENERII
SCHOLIA SEU NOTÆ IN QUATUOR FLODOARDI HISTORIÆ LIBROS,

QUIBUS OBSCURA QUÆQUE ILLUSTRANTUR, dubia & involuta explicantur, mutila ac depravata supplentur & emendantur.

IN PROLOGO.

PRÆCLARO *Præsuli R. Flodoardus*.) Sic cum R. P. Jacobo Sirmondo extendimus, cum ms. sit R. F. L. Ubi, ut idem Sirmondus ait, per litteram R. nonnulli putant Rodulphum Episcopum Launduneosem intelligi, quem scribit in Chronico suo hic auctor noster obiisse anno 948. neque hæc historia ulterius progeditur.

SCHOLIA IN LIBRUM I.
CAP. I.

F*Ractis militibus*, &c. *interfectum*.) Sic omnia exemplaria, atque ita frequenter loquitur, subaudita præpositione, pro a fractis militibus, quam adjecit j. sic infra cap. 6. turbis remotus popularibus.

Cujus etiam fornicem prodeuntibus dexterum.) Hoc est eum qui a dexteris est iis qui civitatem ingrediuntur.

Nauta siquidem cygnum bonam prognosin prodere ferunt, ut ait Æmilius.) Hæc verba cum disticho sequente sumpta sunt ex Isidoro lib. 12. Originum sive etymologiarum cap. 7. ex quo adjeci voculam (ait) Isidorus ea desumpsit ex Servio in j. Æneid. ad versum:

Aspice lætantes bis senos agmine cygnos.

Habet autem distichon hoc Æmilius Macer in Ornithogonia, quem librum citat Servius: Item Novius Marcellus verbo, profecta. Ubi tamen pro Æmilius, male legitur Licinius, ut docti adnotarunt. Servius ubi supra ad versum. Ignavum fucos, nominat Marcum Æmilium. Quod vero de anseribus, hic subjungitur, sumptum est ex eodem Isidori loco, ubi de Capitolio per anseres servato citat Livium, Plutarchum, & Florum. Quibus addi potest Plinius lib. 10. Hist. Nat. cap. 22. & lib. 29. c. 3. ipse Virgilius lib. 8. Æneidos sub finem.

Urbis autem nostræ nomen Durocortorum quondam dictum.) Ita hoc loco & infra semper legunt exemplaria c. m. & j. pro quo s. ubique substituit Durocortum: quod legitur quidem vulgariter in textu Julii Cæsaris loco hic allegato. Verum Fulvius Ursinus in suis emendationibus testatur in libro suo a sexcentis pene annis conscripto, & alio codice Vaticano legi Durocortorum, quomodo & Ptolomæus legit Δουροκόρτορον. Eadem lectio probatur ex Æthico, & commentario Hieronymi Suritæ ad itinerarium Antonini, & ex Hincmaro epist. 6. inter eas quæ a R. P. Busæo editæ sunt c. 18. Petrus Divæus, & Abrahamus Ortelius in suo thesauro Geographico Durocortorum scribunt mutata littera r. in t.

Vastatis regionibus, exercitum Cæsar.) Sic Orig. & c. pro quo ms. j. male legunt factis legionibus, ut declarant ea quæ in Cæsare præcedunt.

Æthicus etiam in Cosmographia sic memorat. Verba quæ citat leguntur in Itinerario provinciarum, quod Antonio Augusto, alias Antonino Imp. adscribitur, & in editione Basileensi 1575. Æthici Cosmographiæ subjungitur, estque verisimile Æthicum utriusque auctorem esse, Videatur præfatio dictæ editionis. Cosmographiæ Æthici Philosophi meminit S. Everardus Cisoniensis in suo testamento.

M. P. M.) Ita ubique exemplar nostrum m. Quod lege, millia plenimous, vel potius, milla passuum, ut vult Hieronymus Surita initio sui commentarii in jam dictum itinerarium, refutans aliam interpretationem: Quod liquido, inquit, confirmare possumus vias eas certis & constantibus lapidum dimensionibus fuisse demetatas. Pro quo & illud facit, quod in ipso itinerario non leguntur nisi duæ litteræ M. P. j. distinctis punctis posuit M, P, M. omissa virgula superjacente.

Item a Durocortoro Divodorum & paulo post, *Divodorum*.) Frequentius in dicto itinerario scribitur Dividorum, quomodo verisimile est secundo quoque loco legendum esse, ut legit j. Hæc hodie civitas Metensis, aut Theonis villa esse creditur.

Item a Bagaco Nerviorum.) Restitui pro ab Agracco ex dicto itinerario, in quo tamen quædam exemplaria legunt Bajacum. Videtur autem intelligi opidum Hannoniæ, quod tunc Bavacum dicitur.

CAP. II.

C*Astra in altitudinem pedum XII. fossamque pedum XVIII. munire jubet*.) Clarius orig. Castra in altitudinem pedum xii. vallo fossaque duodeviginti pedum munire jubet.

Cum finem oppugnandi non fecisset.) sic restitui ex orig. pro, non fecissent. Et paulo post, *Eo de media nocte*, pro, Eo die media nocte.

Et doctis rector rostrati Belga covini.) Ita in s. correctum ex orig. quo modo & j. legit, cum m. legat monstrari Belgaco vinci. In corpore Poetarum editio Lugduni 1603. legitur quoque monstrati & in primo versu *Aturi* pro *Satyri*, cum vera lectio, ut in thesauro suo docet Ortelius, sit Atyri. Est autem Atyrus Tarbellorum in Gallia Aquitanica fluvius erumpens in Oceanum. Porro convinus est thedæ seu vehiculi falcati genus, quo Britanni & Galli in præliis utebantur.

CAP. III.

S*Inicium videlicet Suessonicæ sedis primo, nostrum postea Præsulem. Et infra Suessonicam, & Suessoni*.) Hæc est quasi perpetua lectio antiquioris exemplaris m. quam s. ubique mutavit addita littera j. scripsitque Suessonicæ & Suessioni, &c. Sed antiquam retinere placuit, eo quod probationem suam habeat ex Ptolomæo, Æthico, & aliis, atque etiam ex Gallica voce *Soissons*, tametsi posterioribus seculis alia sit usitatior, quæ in Julio Cæsare interdum reperitur. Nec refert utrum hoc an illo modo efferatur. Cæterum veritas historiæ hic narratæ ex eo confirmatur, quod S. Sixtus, & S. Sinicius (de quibus Martyrologia calendis Septembris) ponantur primi in catalogo Episcoporum Suessonensium, sicut & Remensium, ut videre est in tabulis Antonii Democharis, ubi referuntur martyrium passi sub Nerone, sicut & Amansius horum successor. Atque ob eam caussam, teste eodem Demochare. Episcopus Suessionensis primum locum obtinet inter suffraganeos Episcopos provinciæ Remensis & inter eos Decanus appellatur, primamque vocem obtinet in deliberationibus, &c. Quia videlicet iidem fuerunt primi Episcopi Suessonenses & Remenses. Nomina vero Episcoporum, qui olim subesse solent Archiepiscopo Remensi hæc sunt: Suessionensis, Cathalaunensis, Laudunensis, Bellovacensis, Ambianensis, Noviodunensis, Silvanectensis, Cameracensis, Atrebatensis, Tornacensis, & Morinensis. Delatis autem Morinis a Carolo V. Imp. 1533. sedes Episcopalis ex parte translata est Bononiam, manetque Bononiensis Episcopus eidem Remensi metropolitano subjectus. Sed anno 1559. in erectione novorum in Belgio Episcopatuum per bullam Pauli IV. subtractæ sunt a Metropoli Remensi Cameracensis, Atrebatensis, & Tornacensis, & sedes Cameracensis erecta est in metropolitanam, cui subjectæ sunt Atrebatensis, & Tornacensis, & aliæ duæ recenter erectæ, videlicet Audomarensis, & Namurcensis.

At Beatum Memmium Catalaunica urbis relictum.) Hic primus ponitur in catalogo Catalaunensium Pontificum. De eo Romanum martyrologium, Usuardus, & alii 5. Augusti.

Nepote suo, ut fertur, Sancto Divitiano Suessonica se Pontifice ordinato.) In c. deest Sancto, neque titulus sanctitatis apponitur in tabulis Demochatis, in quibus tertium locum obtinet. Et cum omnia exemplaria nostra legant Suessoni in dativo, habet Suessonia.

Fovebat pignora.) Sic fere ubique omnia exemplaria, etsi ms. j. hoc loco pignora, &c. fere ubique. Illud tamen antiquitati consonat. Hinc Aldus Manutius in epitome orthographiæ suæ, Pignus pigneris dicebant veteres, pignoris posteriores.

Clericorum pariter ambitus ministeriis decorata.) Qui nunc Canonici, olim simpliciter Clerici nominabantur, ut constat ex antiquorum scriptis, & ex Joanne Molano lib. 5. de Canonicis c. 2.

CAP. IV.

QUæ narrantur hoc cap. de primis martyribus urbis Remensis Timotheo, Apollinari, & aliis desumpta sunt ex actis, quæ manuscripta se habere testatur Baron. in notis ad Rom. Martyrolog. die 23. Augusti, quorum hoc est exordium: Sub Nerone imperatore, Lampadio præside, &c. Eo enim die conformiter Flodoardo, dies natalitius eorum assignatur, & die præcedenti S. Mauri & sociorum martyrum. Tempus etiam addit Petrus de Natalibus lib. 7. c. 95. videlicet circa annum Domini 57. de iisdem, & præcipue Beato Mauro; late agit Joannes Molanus in natalibus SS. Belgii die 22. Augusti. Nam corpus ejusdem Beati Mauri quod hoc c. scribit Flodoardus reservari in Ecclesia B. Celsini, post ætatem ipsius Flodoardi, sub Arnulpho Remensi Archiepiscopo, reservato capite, circa annum Domini 1012. translatum est in Belgium, ad locum dictum Florinas, diœcesis Leodiensis, ut patet ex litteris ipsius Arnulphi ad Baltricum Leodiensem Episcopum, quas videre est in Molano.

Ubi dominus Gondebertus, vir clarissimus, cum uxore sua Bertha.) De his late infra lib. 4. c. 46. & 47.

CAP. V.

SUb quo Betausius reperitur, qui cum Primogenito Diacono suo, primus ex hac Belgica provincia legitur Arelatensi prima interfuisse Synodo, relata per Marinum Episcopum beatissimo Papæ Sylvestro. Volusiano & Aniano Consulibus.) Berausius legit m. & j. in elencho Archiep. Remens. quomodo etiam legitur ad marginem to. 2. Conciliorum in subscriptione. In epistola vero a Synodo scripta ad Silvestrum Ambirausus, & in margine Bethausus, et Baronius anno 314. corrigit. c. s. & j. hoc loco Betausius, ex tabulis, ut apparet, Democharis scripserunt, qui testatur eum in Concilio Arelatensi secundo Bethanium dici, quod notat habitum esse anno 316. Verum ex Baronio & dictis consulibus ostenditur celebratum fuisse anno 314. qui est Silvestri Pontificis primus, & Constantini Imp. nonus. Porro ex præsenti Flodoardi loco confirmatur sententia Cæsaris Baronii, qua ait Episcopos illos, qui in tomis Conciliorum subscripti sunt secundæ Synodo Arelatensi, subscribendos esse primæ, quod secutus est in nobilissimorum Conciliorum editione Coloniensi anno 1606. vir doctissimus Severinus Binius. Poterit & hinc textus subscriptionis emendari. Cum enim ibi legatur: Ex provincia Galliarum, civitate Remorum. Ibethanius Episcopus, Prigenius Diacon. & in margine Betausius, Pagemus, recte reponatur in textu, Betausius, & Primogenitus. Sequitur.

Post quem Aper, inde Maternianus.) De hoc additio Molani ad Martyrologium Usuardi 30. Aprilis. Eodem die Natalis sancti Materniani Remensis Archiepiscopi, qui sextus rexit eandem Ecclesiam.)

Inter Aprum & Maternianum Democharés adjicit Discolium, quem sextum facit hujus sedis Episcopum, qui subscriptus legitur in Concilio Agrippinensi sub Julio Papa primo contra Eupratem celebrato, circa annum Domini 346. Sed forte fuerit tantum Chorepiscopus, vel titulo tenus Remorum Episcopus, ut de Abel quidam respondent. Nam Discolium illum non esse addendum probatur in primis ex testamento B. Remigii infra cap. 18. Ecclesiæ inquit S. Sixti, ubi cum tribus successoribus suis requiescit. Et supra. Ecclesiæ Jovinianæ, &c. ubi etiam quinque confessores, proximi antecessores domni Nicasii, &c. conditi sunt. Non sunt igitur plures quam novem, qui præcedunt S. Nicasium. Secundo ex epistola Ebonis ad Balduinum Ferreum Flandriæ Marchionem, quæ extat apud Molanum in Natal. SS. Belgii 14. Octobris, in qua diserte scribit B. Donatianum septimum fuisse sedis Remensis Episcopum. Tertio ex Hincmari epistola quæ infra extat lib. 3. cap. 22. ubi S. Remigium vocat decimum quintum Remorum Archiepiscopum. Cur autem de his Episcopis, & aliis hujus provinciæ Sanctis pauca tribuantur, causam adfert Ebo in citata epistola: Ejus, inquit, (Donatiani) sanctique Remigii, ac innumerabilium Sanctorum vitæ scripta, Wandalorum vastatione scias esse deleta.)

Hinc Donatianus extitit Episcopus, cujus etiam pignora maritimas in partes Episcopii Noviomagensis vel Tornacensis prælata.) Sic & infra loquitur auctor, nominatim lib. 3. cap. 23. quia Ecclesia Noviomagensis & Tornacensis sexcentis annis unitæ fuerunt, videlicet a tempore S. Medardi, qui obiit anno Domini 556. usque ad ætatem S. Bernardi Claravallensis Abbatis. Noviomagensis alio nomine Noviomensis & Noviodunensis, *Gal. Noyon.* dicitur. Translatus est autem hic beatus Pontifex ad insignem Flandriæ maritimam civitatem, Brugas dictam, quæ ante subjecta fuit Ecclesiæ Tornacensi, sed nuper, videlicet anno 1559. ipsa S. Donatiani Ecclesia erecta est in Cathedram. Fuit eo translatus tempore dicti Ebonis Archiepiscopi Remensis, & Caroli Calvi, anno, ut Jacobus Meyerus scribit in suis Annalibus Flandriæ, 863. Illud tamen non potest cum veritate subsistere, quod non asserit quidem, sed se invenisse scribit idem Meyerus, videlicet eum ab Dionysio urbis Romæ Episcopo sacris ablutum fontibus, creatumque ab eodem Remorum Pontificem circiter salutis annum 270. Nam ut ex prædictis constat Betausius fuit Remensis Episcopus anno 314. Successerunt ei Aper, & Maternianus, deinde Donatianus. Ut vero nihil omittamus, in tabulis Democharis vocatur L. Donatianus Romanus, Cornelii & Lucinæ filius. Quæ de vita ipsius existant, adnotat Molanus ad Usuardum 14. Octobris, & de ipsius translatione ad eundem diem Laurentius Surius.

Quem beatus Viventius.) Hujus meminit Molanus in additione ad Usuardum die 7. Septembris.

CAP. VI.

ANtiquitus in Ecclesia, quæ ad Apostolos dicitur, extitisse fertur.) Ita m. &c. Sed in m. recentiori manu superscriptum est S. Simphoriani. Quod s. retulit in textum, sicut & alia quædam ad explicationem pertinentia, hoc modo: Quæ ad Apostolos olim, nunc S. Simphoriani dicitur, quomodo etiam legit j. Eamdem adnotationem habet in Gallico suo exemplari Nicolaus Chesneau, Decanus & Canonicus ejusdem Ecclesiæ S. Simphoriani. Sed non probo, quod adnotationes marginales in textum referantur. Idem tamen in textu habent omnia exemplaria lib. 2. c. 6.

Quæ autem hoc c. de Martyrio S. Nicasii, Eutropiæ, & sociorum narrat auctor, ea desumpsit pro majore parte ex gestis ipsorum Martyrum, quæ ex manuscripto codice accepta, habentur apud Surium tom. 7. apud Vincentium in speculo hist. l. 21. cap. 37. & 38. Petrum de natalibus l. 1. cap. 69. & S. Antoninum par. 2. hist. tit. 11. cap. 8. Sed plenius & perfectius inter vitas Sanctorum Coloniæ excusas in folio, in ipsa adhuc quasi typographiæ infantia ann. 1483. Item in Breviariis propriis cathedralium Ecclesiarum, Remensis, Ambianensis, Atrebatensis, & Brugensis. Ubi ante omnia constituendum est de tempore quo hæc acciderunt. Qua in re magnam nobis præferunt lucem ea quæ in fine hujus cap. citantur ex epist. B. Hieronymi 11. ad Ageruchiam sive ad Gerontiam, quam scriptam docet Baronius in Annal. an. 407. Quare eodem anno verisimile est ea contigisse. Nam Wandali & Alani pridie Kal. Januarii anno 406. transito Rheno, Gallias sunt ingressi, ut habet B. Prosper in Chronico, videlicet Arcadio sextum, & Anicio Probo Coss. quos ad annum hunc refert Christianus Massæus, & Baronius, etsi Prosper ad an. 408. Alia enim Chronica chronologiam Baronii duobus annis superant. Hoc idem referunt iisdem Coss. Cassiodorus in chronico, & Zosimus l. 6. Eodem pertinere quæ de hac calamitosa irruptione scribit Hieron. epistola jam dicta, circa eundem annum asserit Arnaldus Pontacus in suis notis ad Chron. Prosperi. Atque imprimis hæc sententia probatur a Baro-

nin, dum an. 407. post citata eadem Hieronymi verba, ita subjungit: Quod autem inter alias Galliarum urbium clades Rhemos a Vvandalis referat devastatos; in eam sententiam me magis trahit, ut existimem S. Nicasium ejus civitatis Episcopum, una cum sorore Eutropia & sociis esse martyrio coronatos, licet aliqui ad Hunnorum id referant tempora, quorum acta passionis æque sub Vvandalis ipsos esse passos habent, sed plane corrigenda in eo dum Vvandalos Paganos fuisse tradunt, quos liquet fuisse Christianos. Sic ille. Verum quod ad posterius attinet, verisimile est, non omnes Vvandalos fuisse Christianos, sed multos Paganos Vvandalis Arianis fuisse permixtos. Quod vero prædicto tempore contigerit hoc martyrium (non autem, ut Sigebertus notat in Chronico, ex vulgaribus, ut verisimile est Francorum Annalibus, sub Hunnis an. 453. aut ut Demochares, 454.) ex Flodoardo nostro probatur, quia inter S. Nicasium, & S. Remigium intercedunt quatuor alii Episcopi qui infra recensentur c. 9. Porro S. Remigius obiit an. Dom. 544. Episcopatus sui 74. ætatis 96. ut patet ex ipsius epitaphio infra hoc eodem lib. c. 21. Ex quo sequitur, eum factum esse Episcopum an. 470. Atque ita pro quatuor istis Episcopis, intermediis non relinquerentur nisi anni 16. aut 17. Adde quod S. Hieronymus juxta aliorum 421. aut 422. Quare omnino ante hoc saltem tempus contigisse oportet. Denique pro hac sententia facit, quod inter coætaneos B. Nicasii nominetur B. Servatius, qui nequaquam vixisse potest usque ad an. 453. Fuisset enim plusquam centum annis Episcopus. Interfuit enim Conciliis Sardicensi & Agrippinensi celebratis respectivo anno 343. & 346. Quod autem legitur trecentis annis vixisse neutiquam probabile est. Quod tamen ad dictam B. Hieronymi epistolam attinet, salva auctoritate Baronii, magis credo eam scriptam esse anno 408. Nam cum excidium urbis Remorum contigerit in fine ann. 407. videlicet 14. Decemb non potuit eodem anno ejus rei notitia ad B. Hieronymum in Bethlehem commorantem pervenisse. Altera difficultas hic est An a Vvandalis, an vero ab Hunnis passi sint: sed quæ jam manifesta relinquitur ex solutione prioris Nam Hunnorum persecutio, & Galliarum per eos vastatio sub Rege Attila posterior est, videlicet circa annum 450. Quo sane tempore vixit B. Anianus Aurelianensis Episcopus, & B. Lupus Trecensis, qui præpropere ab auctore hic nominantur, quique suas civitates precibus suis & meritis liberaverunt a vastatione Attilæ Hunnorum Regis. Sed de S. Lupo facilis videri posset conciliatio, quia annis 52. fuit Episcopus. At obstat, quod demum anno 427. ad Episcopale solium evectus sit, juxta calculum Baronii, qui eum defunctum recenset an. 479. Sed excusandus Flodoardus, qui in hac re sequitur Hincmarum epist. 5. c. 7. inter eas quas R. P. Joan Busæus edidit Quot annis sederit S. Anianus non invenio in historiis, sed obiisse scribitur an. 453. Verum & hunc diu in Episcopatu vixisse, & utramque persecutionem videre potuisse ex eo potest colligi, quia Vincentius Bellovacensis de ipso agit, ubi de morte B. Hieronymi & Vvandalorum persecutione, tanquam ab eo tempore fuisset Episcopus, nempe lib. 20. c. 11. 12. & 13. secutus, ut ipse ait, Hugonem Floriacensem. Certe omnia eorum gesta, tam in Breviariis, quam seorsim edita, meminerunt Vvandalicæ persecutionis, non autem Hunnorum, quos de ipso, motus forte auctoritate Sigeberti, Franciscus Haræus Vvandalis conjungit in compendio de vitis Sanctorum, cum integra acta non habeant. Postremo Vvandalorum, non Hunnorum, meminerunt Hieronymus & Ebo locis ante citatis. Item Martyrol. Usuardi a Joanne Molano auctum, & Martyrologium proprium Ecclesiæ Cameracensis. Sigebertum tamen secutus est Otho Frisingensis in Chron. l. 4. c. 28. Joannes Tilius in Chronico Francorum, & Vitæ SS. Gallice a Parisiensibus Doctoribus editæ. Post hæc omnia à me digesta, invenio Massæum non indiligentem historicum lib. 11. Chronicorum mundi ann. 406. mecum idem sensisse, iisdem fere nixum rationibus, dum ait: eodem consulatu, (videlicet Arcadii sextum & Anicii Probi) teste Prospero prid. Kal. Januarii, trajecto Rheno, Vvandali, Alani, & aliæ barbaræ nationes in Gallias irruerunt, & infinitas cædes perpetraverunt: inter quas S. Nicasius Remis occubuit. Testatur idipsum propria ipsius historia, nullam Hunorum, sed Vvandalorum tantum faciens mentionem. Hoc & S. Hieronymus ad Gerontiam apertissime contestatur, qui diu ante adventum Hunorum in Galliam defunctus est. Quare merito detestamur eorum negligentiam qui plusquam 40. annis posterius S. Nica-

sium passum scribunt, ut nullum ferme inter ipsum & Remigium tempus fuerit. Hactenus ille. Idem advertit Nicolaus Camuzat in fine sui promptuarii sacrarum antiquitatum Trecassinæ diœcesis, docens non recte Attilæ tribui cædem S. Nicasii a Sigeberto, Floardum, inquit, auctorem paulo antiquiorem forte sequuto, qui sanctissimos Præsules Servatium Tungrensem, Nicasium, & Lupum æquævos & contemporaneos facit, cum tamen perspicuo palam sit, D. Lupum non nisi 20. annis post obitum ipsorum Antistitum, ad Episcopalem apicem evectum. Sic ille. Quod vero quidam ratiocinantur, quia legitur hic Eutropia timuisse castitati suæ, propter pulchritudinem, idcirco potius ab Hunnis id factum, quam à Vvandalis, quod genus Hunnorum præ ceteris in Venerem fuerit prona, & impudica, ut testis est Salvianus lib. 4. de recto judicio & providentia, id nimis leve argumentum est. Nam in quavis hostili irruptione talia merito timeri debent.

Aliique nonnulli virtutibus insignes.) Ut Nicasio coævus S. Exuperius Tolosanus Episcopus, cujus meminit, ubi supra, Hieronymus, & S. Germanus Antisiodorensis æqualis Lupo Trecensi, sed S. Nicasio posterior.

Unde & juxta B. Augustini sententiam, majorem caritatis reperit fructum.) &c. Locus est epistola 180. ex cujus ferè verbis appositæ suæ narrationis filium contexuit auctor ab eo loco: *B. itaque Nicasius animam suam pro fratribus*, usque ad illud. *Non ut mercenarius videns lupum venientem.* Hæc vero sententia Augustini integre sic habet. Nam qui clades hostiles ideo non fugit, cum possit effugere, ne deserat ministerium Christi, sine quo non possunt homines vel fieri, vel vivere Christiani: majorem charitatis invenit fructum, quam qui non propter fratres, sed propter seipsum fugiens, atque comprehensus non negat Christum, suscepitque martyrium.

Viduam Aggeruuchiam.) Ita m. accedit j. Ageruchiam, e. Geruntiam, similiter s. Gerontiam, quam lectionem in operibus Hieronymi prætulit Erasmus, Marianus eam quæ legit Ageruchia. Vide notas nostras ad Chron. Camer. lib. 1. c. 5.

Nemetes, Argentoracus translatæ in Germaniam.) In Hieronymo nunc legitur, Nemetæ, Argentoratus, translati in Germaniam, quomodo mutavit r. Verum recte legitur translatæ, ut ad urbes referatur.

Illuc enim intentus his degebat officiis.) m. Isto. Vera lectio istuc, vel illic, quomodo legitur in vita B. Remigii per Hincmarum, ubi paulo latius declaratur, quod hic dicitur de incendio urbis Remorum, & vestigiis pedum ejus lapidibus impressis, sicut & infra ab auctore c. 12.

C A P. VII.

Quæcumque hoc capit. referuntur (excepta translatione per Fulconem facta) iisdem pene verbis habentur in actis horum martyrum Coloniæ excusis 1483. de quibus supra.

Quam ut apud Tornacum castrum (ubi nunc quoque servari perhibentur.) Fuerunt olim Tornaci in Ecclesia B. Mariæ notabiles reliquiæ S. Nicasii, sed centum annis post tempora Floduardi Remos sunt relatæ, tempore Gervasii Archiepiscopi, qui antea Cenomanensis fuerat Episcopus. Unde & Remensis Ecclesia festum translationis S. Nicasii celebrat die 23. Julii. Quo die in Breviario ejusdem Ecclesiæ sic legitur. Quidam è clericis Tornacensibus audiens Gervasium, prælatum sacrarium (S. Nicasii Remis) instaurare cœpisse: ut partem corporis B. Nicasii, quæ in Tornacensi Ecclesia servabatur, suæ restituat Ecclesiæ omnibus modis elaborat, tempusque & locum perficiendo desiderio quærit. Cumque id per se præstare non posset, quadam nocte Tornacensis ardet Ecclesia: quod incendium universæ civitati minatur ruinam. Prædictus vero Clericus opportunam nactus occasionem, intrepide ardentem Ecclesiam ingreditur, gloriosumque thesaurum deferens, Rhemos pervenit, Gervasioque ut res se habebat, ordine exponit. Qui exceptam hanc beati corporis partem, alteri (quæ in arca recondita erat) apponens, æqualia omnia invenit. Postmodum vero integrum corpus in ædem divæ Virginis sacram, ubi nunc religiose colitur, translatum est. Hæc ibi.

C A P. VIII.

De S. Oricolo & sociis agit Molanus in addirione ad martyrologium Usuardi 18. Novembris, his verbis: Ipso die, beati Oricoli martyris, sociorumque ejus, qui

A sub Wandalica persecutione passi sunt. Et Romanum Martyrol. Eodem die sanctorum Oricoli & sociorum, qui in persecutione Wandalica pro fide catholica passi sunt. In notis ibidem Baronius hoc tantum adnotavit. De eo, videlicet Oriculo, cetera manuscripta, ex quibus Molanus apud Usuardum. Eosdem lego in additione Coloniensi, quæ facta est ad Usuardum Anno 1522.

Quod adhuc manifeste parere dicitur.) Ita m. c. recenti manu syllaba ap. adjecta est. Unde c. & j. legunt apparere. Cum parere pro apparere usitatissimum sit, ut Matth. 24. Tunc parebit signum filii hominis.

Presbyter ejusdem loci, nomine Betto.) ms. Becco, c. Beto. Per Presbyterum autem hujus, aut illius loci passim in hac historia, & antiquorum scriptis intelligitur is, qui nunc pastor, parochus, aut Gallica voce Curatus dicitur. Sic in vita Sancti Bavonis Domlinus Presbyter ex Thurolto venisse dicitur, qui ejusdem loci pastor B erat.

CAP. IX.

TUm Bennadium, cujus tamen Bennagius nomen in testamento suo.) In tabulis Democharis, & in Annalibus Baronii male legitur Gennadius, ubi & obiisse scribitur anno 471. cum potius uno anno ante obierit. Nam ut constat ex adnotatis ad cap. 6. & infra ad cap. 13. Remigius Episcopatum suscepit anno 470.

CAP. X.

QUæ de nativitate & vita S. Remigii hoc cap. & sequentibus disserit, ea fere delibata sunt ex vita ipsius per Fortunatum & Hincmarum descripta. Illa exstat apud Surium die 1. Octobris, hæc 13. Januarii, quas accurate cum his quæ Flodoardus habet contulit. Et in C Hincmaro quidem omnia uberius, interdum etiam clarius, recensentur. Nonnulla tamen addidit Flodoardus aliunde accepta. Natus est autem S. Remigius teste Sigeberto, Christiano Massæo, & aliis anno 449. Vide infra notas ad cap. 13.

Principium, Suessorum civitatis postea sanctum Episcopum, & patrem beati Lupi, ejusdem Principii successoris.) Hic S. Principius in catalogo Suessionensium Episcoporum apud Democharem est 12. beatus vero Lupus 13. De Principio Romanum Martyrol. 25. Septembris, & eodem die additio Molani ad Usuardum. De utriusque vero, id est Principii & Lupi elevatione Calendis Junii. Ceterum etsi hæc verba accipi possent, ut significent B. Ciliniam matrem S. Remigii non duos habuisse filios in juventute, sed ipsum Principium fuisse patrem B. Lupi, ut expresse in Gallica translatione dicitur: in vita tamen D S. Remigii per Hincmarum diserte significatur duos habuisse. Sic enim ibi legitur. Quæ in flore juventutis pepererat de unico viro suo Æmilio Principium, Suessionum civitatis postea sanctum Episcopum, & fratrem ejus, patrem beati Lupi Episcopi, ejusdem Principii successoris.) Idem dicere voluisse Flodoardum, qui Hincmarum abbreviet, non est dubium. Quare non recte Baronius in Annalibus anno 463. & 507. dicit S. Lupum Suessionensem, fuisse filium S. Principii Episcopi Suessionensis. Sed illud verum est, fuisse successorem Principii & nepotem S. Remigii, ut patet ex actis, & ex testamento ejusdem. Sane Joannes Savaro in notis ad epistolam Sidonii 14. lib. 8. & 8. libri 9. dicit Principium fuisse patruum Lupi Suessionis Episcopi, suique successoris, non patrem. De hac difficultate consultus a me Dominus Guillelmus le Begue, S. Theol. Doctor, & Archimagister Collegii Remensis, respondit conformiter his quæ E habent Hincmarus & Savaro, addens testimonium anonymi cujusdam Scriptoris monasterii S. Remigii, quem vixisse scribit circa annum Domini 1400. quod sic habet. Cilinia in flore juventutis, peperit de unico viro suo Æmilio duos filios, videlicet Principium, & alium cujus nomen nobis est incognitum, qui duxerat uxorem, ex qua filium procreavit, nomine Lupum, qui quidem post S. Principium avunculum suum (vult dicere patruum) Episcopum Suessionensem suscipit.

In cujus lactatione.) Sic omnia exemplaria, sed ex Hincmaro videtur legendum ablactatione.

Jam tamen senum.) Ita c. j. In m. legitur dum tamen, quod s in unam dictionem conjungens, exponit, ut sit quod veruntamen.

Et æquorum maxime votis adhuc insignis habetur.) Æquorum deest bonorum & piorum virorum, ut opponatur iniquis.

In cujus & ipsa beata Genitrix ejusdem requiescit Ecclesia.) Loquitur de B. Balsamia, vel ut c. Balsemia, nutrice S. Remigii, quæ requiescit in Ecclesia S. Celsini filii sui, quæ hodie vocatur Ecclesia sanctæ nutricis. Celsini autem meminit Molanus in additione ad Usuardum die 25. Octobris, his verbis: Remis sancti Celsini Confessoris & Presbyteri, discipuli B. Remigii.)

CAP. XI.

QUod Ecclesiastica regula hanc ætatem ad tantam non admitteret dignitatem.) Juxta antiquos canones, ut patet ex decretis Fabiani Papæ, & Concilii Neocæsariensis can. 11. prohibetur, ne quis Presbyter ordinetur ante annum ætatis trigesimum, etiamsi valde dignus sit, qui canones habentur quoque apud Grat. dist. 78. Quare multo minus poterat Episcopus ordinari.

Paulus videretur in spiritu.) Sic omnia exemplaria præter c. quod legit inspectu. Sed legendum in spiritu patet, tum ex Hincmaro, tum ex initio vitæ S. Rigoberti apud Surium 4. Januarii, ubi eadem sententia reperitur.

CAP. XII.

IN vicum Calmiciacum nomine, ipsius accessit studii devotione.) Ita ms. j. & infra c. 21. & lib. 2. c. 7. & 11. omnia exemplaria. Similiter in Fortunato, ex quo hoc miraculum est desumptum: In vicum, cui vocabulum est Calmaciacus, ipsius devotionis studio accessit. Hoc loco c. legit Culmiciacum. Infra interdum Calmisciacum, ut capite decimo octavo in testamento sancti Remigii, aliquando Culmisciacum, Culmisciacum, & Culmiliacum, ut cap. 20. in fine. Ejus loci pastor fuit ipse Flodoardus, ut patet ex libro quarto cap. 28. In Gallico vertitur *Cormiçy*, & in margine ponit alias *Chaumisy*, quomodo vertit capite vigesimo hujus libri, & libro secundo, capite septimo *Chaumisi*. Capite autem 12. iterum *Cormicy*, & ita consequenter.

Pro salvando scilicet eodem.) subaud. vase: hoc est, ne vas corrumperetur, si plane esset vacuum.

Per portam Patentem.) Hincmarus rationem nominis affert, adjecta hac parenthesi: Sed enim tunc temporis vocabatur, quia portis aliis clausis ob civitatis custodiam, pro exeuntium & introeuntium commoditate, in die patebat. Locus, ait, Remis est, ubi nunc est Ecclesia templi: quæ, ut reor, a Templariis nomen habet.

Eorumque litteris ad beatum Remigium datis, ut traditur, freti.) Litteræ sancti Benedicti ad beatum Remigium adhuc hodie extant in fine chronici Casinensis, & in Breviario Benedictinorum Calendis Octobris, & alibi aliquoties, teste Arnoldo Wion libro 1. ligni vitæ, c. 1. Extant eædem tom. 6. annalium Baronii anno 507. ubi eas vocat in suspicionem imposturas tum ex inscriptione, quæ videtur ei insolentior, tum ex eo quod in testamento S. Remigii ille cujus filiam curavit a Dæmone, & a morte suscitavit Benedictus vocetur, & errore factum existimat, ab Hincmaro (ex quo accepit Flodoardus) ut pro Benedicto isto patre puellæ homine prædivite in Provincia, positus sit S. Benedictus hoc tempore monasticam vitam in Italia excolens. Verum hæc epistola & narratio Hincmari de S. Benedicto neutiquam repugnat cum testamento S. Remigii. Nam ut habet historia vitæ S. Remigii, iste Benedictus filiam suam primo ad limina Apostolorum, & ad S. Benedictum deduxit, deinde S. Benedictus cum hac epistola ipsos parentes in Gallias remisit. Quam epistolam non esse illius Benedicti, cujus vult esse Baronius, ex eo deducitur, quod ipse in persona, non per litteras ad S. Remigium venerit. Adde nec titulum, nec verba epistolæ ullo modo quadrare posse in Benedictum hujus puellæ patrem. Neque vero quempiam moveat, quod Flodoardus ait (ut traditur) quomodo loqui solemus, dum res non est plane comperta, quia id non est in Hincmaro, sed a Flodoardo adjectum, tum hoc loco, tum alias sæpe, ubi nulla subest dubitatio, ac nominatim infra cap. 17. Hincmarus autem plane assertive id refert, de litteris tam ipsius viri Dei Benedicti (sic enim eum vocat) quam Alarici Regis Gothorum Utrarumque pariter meminit longe ante Hincmarum Fortunatus Presbyter in vita S. Remigii, & ab antiquitate non est leviter recedendum. Sed nec insolitatum prorsus videri debet. Considerata præsertim priscorum Monachorum vere candida & Christiana simplicitate, quod inferior ætate & dignitate scribens ad majorem, se fratrem & conservum in Christo Jesu nominet, & æ-

ternæ benedictionis nomen, non dico auctoritative superiori impertiatur, sed humiliter exoptet: quomodo passim cuivis scribentes, salutem, vitam æternam, vel aliud bonum exoptamus. Ut autem de hac re quisque suum ferat judicium, litteras illas, quæ breves sunt ex dicto chronico hoc loco inserendas censui. & quidem aliquanto correctius, quam Gallicæ suæ versioni inseruit Nicolaus Chesneau ex manuscriptis Chartis VV. Religiosorum Monasterii S. Remigii Remensis. Sic igitur se habent: Domino co sacerdoti Remigio, frater & conservus in Christo Jesu, cœnobialis vitæ humilis cultor Benedictus, æternæ benedictionis munus.

Sanctissime tuo congratulans profectui, sacerdos Regis summi, quia summi capitis membra sumus, quod mihi sentio deesse in me, totum, laus Deo, possidere me credo in te. Ecce quod mea peccata fieri prohibuerunt, tuæ authoritatis sacerdotalia habent merita: & desinant ammodo circa me tumores hominum, cum apud te constet omnium esse perfectionem virtutum. Hanc captivam & ab antiquo hoste obsessam tuæ delego celsitudini: quatenus pro ejus liberatione sacram hostiam offerre Deo debeas, & meam parvitatem victoria ipsa non minimum lætifices. Vale sacerdotum Christi limpidissime calcule.

Cum devincta sobole pervenerunt.) Devincta, id est ligata, vinculis constricta. Nam in Hincmaro est, illam secum vinctam adducentes.

Sidonius domno Papæ Remigio salutem.) Nomen Papæ tribui solere omnibus Episcopis patet innumeris exemplis in Cypriano, Hieronymo, Augustino, Sidonio, Fortunato, Eulogio Cordubensi, & aliorum Patrum scriptis. Floruit autem hic Eulogius anno 850. ad quod usque tempus hoc nomen commune fuit omnibus Episcopis, licet paulatim frequentius ac peculiarius tribui consuevisset Romano Pontifici, ut facile observari potest ex scriptis Cassiodori. Cum igitur futuris temporibus obtinuisset communis usus, ut Papæ nomen tantummodo Romano tribueretur Pontifici, & schismatici quidam Episcopi illud sibi in odium ejusdem Romani Præsulis fastu superbo vindicarent, aliaque non concessa præsumerent, tandem sub Gregorio septimo anno Domini 1073. habita Romæ Synodo, inter alia statutum est adversus prædictos schismaticos, ut Papæ nomen unicum esset in universo orbe Christiano, nec liceret alicui seipsum, vel alium eo nomine appellare. Extat ea Synodus in registro epistolarum Gregorii VII. in bibliotheca Vaticana. Hæc ex notis Baronii ad Romanum martyrol. 10. Januarii. Utinam vero in lucem aliquando proferantur, si ab edentibus absumpta non sint ea B. Remigii scripta, quorum meminit Sidonius in hac epistola. Nam B. Remigium multa scripsisse testatur quoque Romanum Breviarium Calendis Octobris, dicens eum multos interpretatum esse divinæ scripturæ libros. Hincmarus eum vocat undecumque doctissimum, & in scripturis sanctis eruditissimum. Gregorius Turonensis lib. 2. historiarum Francorum cap. 31. recitat principium epistolæ consolatoriæ B. Remigii ad Clodoveum Regem super morte sororis suæ Albofledis. Aimonius lib. 1. de gestis Francorum capite ultimo recitat Epitaphium ejusdem Regis Clodovei, ab eodem, ut creditur, S. Remigio compositum. Guillelmus Eysengrein in catalogo testium veritatis dicit eum, editis libris, adulterinas de Christi fide Arianorum opiniones prodidisse, & alia plurima litterarum monimenta reliquisse. Prodierunt nuper Moguntiæ excusæ in folio Anno 1614. ejus in epistolas Pauli explanationes opera R. P. Joannis Baptistæ Villalpandi Societatis Jesu Theologi, qui in præfatione ad lectorem probabiliter ostendit esse hujus Remigii, non autem Remigii Antissiodorensis, dissolvens quæ contra objiciuntur. Certe non solum Bellarminus, sed ante eum Cuthbertus Tonstallus Dunelmensis Episcopus lib. 1. de veritate corporis & sanguinis Domini in Eucharistia, & post eum Joannes Garetius de eodem argumento centenario sexto, citant ex Remigio Remensi Archiepiscopo præclarum locum, qui extat in his explanationibus. Addit Cuthbertus: Hujus Remigii librum unum atque alterum vetusta scriptos manu, atque illius inscriptos nomine nos aliquando vidimus. Villalpandus autem in dicta præfatione testatur in variis libris Monasterii Cassinensis varias asservari homilias, quæ Remigii Episcopi nomen atque inscriptionem retinent. Res tamen hæc mihi necdum certa est. Est opus in folio Hanoviæ excusum anno 1613. cui titulus: *Corpus Franciæ Historiæ veteris & sinceræ*. In eo est tractatus multas continens Regum & Episcoporum epistolas, & inter ceteras quatuor sunt Remigii, duæ videlicet ad Clodoveum, quarum prima est consolatoria, de qua supra, tertia Heraclio, Leoni, & Theodosio Episcopis, quarta Falconi Episcopo dirigitur.

Quæcumque detulerat, quanquam mercari paratis, quod civis, nec erat injustum, pro munere ingessit.) Ex operibus Sidonii castigatis studio Joannis Savaronis restitui voculam paratis, pro, paratus, & civis pro cujus, & infra tria alia verba: vicissim ex nostro auctore, in eadem Sidonii epistola poterunt novem aut decem loca restitui. Sic autem ibidem legitur hæc sententia. Quicquid detulerat, quanquam mercari paratis, quod tamen ut civis, nec erat injustum, pro munere ingessit. Eodem modo legit editio cum notis Joannis de Wouweren, & Petri Colvii, nisi quod in medio ita legat & distinguat, facta parenthesi (quod tamen civis nec erat, injustum) sicut & alias in eadem epistola mendas habet, ut editio Savaronis merito sit præferenda, si ex ungue leonem judicare fas est.

CAP. XIII.

Siagrium, Romanum quemdam principem.) Is erat Ægidii filius, dux Romanorum, qui Suessione residebat. Gregor. Turonensis lib. 2. hist. Francorum cap. 27. Sigeb. in chronico anno 489. quo eum occubuisse scribit.

Quo quondam foras urbem Remorum transitum faciente.) Scilicet per viam quæ usque hodie, inquit Hincmarus, propter Barbarorum per eam iter, Barbarica nuncupatur, Gallice, *Rue de Barbatre*, & in ea vicus *Barbastre*, ut in manuscripto suo exemplari adnotavit Nicolaus Chesneau. De his autem quæ describuntur hoc cap. agit ubi supra Gregor. Turon. c. 27. 28. 29. 30. & 31.

Quo vitæ fontem perennis ingresso.) Nota olim baptizandos ingredi solere, saltem pube tenus, fontem baptismalem, non autem, ut nunc fit, caput tantum aqua perfundi. Probant id antiquæ picturæ & historiæ. Unde de Rabbodo Frisonum duce legitur in vita S. Vulfranni Episcopi, scripta per Jonam Fontanellensem Monachum, apud Surium tom. 2. die 20. Martii, quod postquam ad fontem processerat, a fonte pedem retraxerit, dicens: Non se carere posse consortio prædecessorum suorum Frisonum principum, & cum parvo pauperum numero residere in regno cœlesti. Interrogaverat enim Episcopum, ut esset major pars principum, seu nobilium gentis Frisonicæ, in illa videlicet cœlesti, an in ea quam dicebat Episcopus Tartarea regione. Idem refert Sigebertus in Chron. anno 718. his verbis: Rabbodus dux Frisonum prædicatione Vulfranni Episcopi ad hoc inductus, ut baptizari deberet, cum unum pedem in lavacro intinxisset, alterum pedem retrahens, interrogavit ubinam plures suorum majorum essent, in inferno, an in Paradiso? & cætera.

Mitis depone colla Sicamber.) Ex hoc videri potest Clodoveus ortu aut origine Geldrus fuisse. Nam Geldros Belgiæ nostræ populos olim dictos Sicambros, multi constanter efferunt, & inter eos Hermannus a Nuenare in narratione de origine & sedibus priscorum Francorum, & in commentariolo de Gallia Belgica. De hac re videatur Molanus in Natal. SS. Belgii die 13. Januarii.

Porro in quem Domini annum inciderit baptismus Clodovei non omnes consentiunt. Post finem exemplaris m. eadem manu, qua scriptum est illud exemplar, hæc sunt adjecta: & quidem integris dictionibus, non notis numerorum, in quibus facilis est lapsus. Ab incarnatione Domini ad transitum sancti Martini anni quadringenti quadraginta tres. Ab incarnatione Domini ad baptismum Francorum anni quingenti quadraginta duo. Ab incarnatione Domini usque ad transitum Clodovei anni quingenti quinquaginta sex. Ab incarnatione Domini usque ad transitum S. Remigii anni quingenti septuaginta quinque computantur. Sic ibi. Sed hæc multis modis a vero deficiunt. Nicolaus Chesneau in translatione sua Gallica hoc loco margini adjecit, Clodoveum esse baptizatum in vigilia Paschæ anno 497. regni sui 15. quamvis idem in præfatione ad Clerum & populum Remensem, baptizatum dixerit anno 542. ut est in fine dicti exemplaris. Margarinus de la Bigne in indice chronologico Bibliothecæ Patrum secundæ & tertiæ editionis, seculo quinto, in Claudiano Mamerto dicit Clodoveum baptizatum anno 452. hoc est cen-

T iij

tum fere annis citius. At juxta Sigeberti Sebastiani Munsteri, Joannis Tilii, & Baronii Chronologiam baptizatus est an. 499. Ab his non longe recedit Aimonius in fine libri primi de gestis Francorum, scribens Clodoveum regnasse annis 30. & obiisse anno Dominicæ incarnationis 512. Consentiunt enim plerique eum esse baptizatum anno regni sui 15. ut Joannes Trithemius, Franciscus Belforestus in Annalibus Francorum, & alii. Ab iisdem quoque parum, aut nihil dissentiunt, qui docent eum fonte baptismatis lotum fuisse anno 500. ut Massæus, Belforestus, Genebrardus, & alii recentiores. Cum enim constet eum baptizatum fuisse in vigilia Paschæ, & stilo Gallicano, ad nostra usque tempora etiam in Belgio usitato, annus Domini inchoari soleat a festo Paschæ secundum illos baptizatus fuit ultimo die anni 499. secundum hos primo die anni 500. Quibus ex antiquitate accedit Hincmarus in epitaphio B. Remigii, quod refertur infra cap. 51. in quo exactissime tempus ætatis, ordinationis, sedis ipsius, & baptismi Francorum exprimitur. Nam constat ex illo epitaphio Beatum Remigium creatum fuisse Remorum Episcopum anno ætatis suæ 22. præfuisse annis 72. obiisse anno Domini 544. ætatis suæ 96. & gentem Francorum baptizatam anno 500. Quare oportuit eum creatum fuisse Episcopum anno 470. Nec ab his quoad obitum dissentit Sigebertus, qui eum ponit natum fuisse anno 449. creatum Episcopum 471. & obiisse 545. sicut & Jacobus Meyerus in Annalibus Flandriæ. Nam cum obierit 13. Januarii, unus idemque annus incipiendo a Januario est 545. a Paschate (ut Galli hactenus usque ad tempora Caroli IX. computaverunt) est 544. His tamen non consentit, quod Flavius, qui post Romanum B. Remigio successit, legatur subscripsisse Concilio Arvernensi celebrato anno 541. juxta Baronium, (uti mecum sentit præfatus Guillelmus le Begue) quod ponat illud Concilium Arvernense dicto anno celebratum, cum potius 15. aut 16. annis postea habitum sit.

Cum quodam Raganario principe trans Somnam fluvium.) &c. id est Cameraci, ut exponit hæc verba Baldericus auctor Chronici Cameracensis lib. 1. cap. 4. ubi plura de isto Raganario, sive ut ipse scribit, Ragnachario. ms. Somnam & codex Monasterii S. Remigij, ut notat Nicolaus Chesneau, qui tamen in textu habet Somenam, & Gallice vertit *Somme*. Similiter Somenam habet j. & Sigebertus Anno 443.

Præfato Rege Ludovico.) Ita m. c. cum m. infra fere semper scribere soleat Ludouvico: quomodo, ut notavit idem Nicolaus Chesneau, hic etiam legit dictus codex sancti Remigii. Quod nomen multis etiam aliis modis scriptum reperitur ut notavi ad Chron. Cameracense libro primo, capite trigesimo septimo. Observant autem quidam Clodoveum post baptismum vocari Ludovicum, quod eo nomine in baptismo dictus sit, ut notavit Laurentius Surius die decimo tertio Januarii. Quare, obnitentibus præsertim omnibus exemplaribus, non est hic mutandum nomen Ludovici in Clodovei, ut in s. factum est & j. etsi idem nomen esse non sit negandum.

CAP. XIV.

N*On modicam, nec non earundem partem rerum, Ecclesiæ sanctæ Mariæ Lauduni Clavati Remensis parochia nostri, ubi nutritus fuerat, tradidit.*) Scilicet fructus Remigius. Cum enim castrum Laudoni clavati, & Comitatus Laodunensis pertinerent ad parochiam, seu diœcesim Remensem, ipse B. Remigius novum Episcopatum Lauduni erexit, ut tum ex hoc capite, tum ex Sigeberto patet in chronico. Sic enim ait ad annum Domini 500. Collatis a Clodoveo Rege multis prædiis Ecclesiæ Remensi, Remigius, multa eorum parte data Ecclesiæ Laudunensi, sedem Episcopatus ibi esse constituit, & eumdem in fornicationem cum sua quondam uxore prolapsum, sed septenali pœnitentia purgatum, & de reclusione divino jussu eductum, sedi suæ restituit. Hæc Sigebertus. Sequitur in Flodoardo.

Ibique Genebaudum, carne nobilem virum.) Nicolaus Chesneau in margine Gallicæ suæ translationis vocat eum Comitem. Porro nostra exemplaria perpetuo legunt Genebaudum. In Hincmaro apud Surium vocatur Genebaldus, uti & in tabulis Demochares, qui addit a quibusdam Geraldum, ab aliis Genebaudum dici, quomodo etiam legit Hincmarus manuscriptus in Monte S. Eligii. Diversitas ex eo nata videtur quia ex voce Gallica Genebauld, alii u abjiciunt, alii l.

Tacitusque tam viri, quam mulieris ardor, in corde libidinis.) ms. pro tacitusque male legit totiusque. In Hincmaro integra sententia ita habet: Sicque factum est, ut recta hominibus culpa, & in cordibus, tam Episcopi, quam feminæ, tectus luxuriæ ardor, quoniam, ut notum est, quo magis tegitur, tectus magis æstuat ignis: contra culpam compunctus Episcopus, &c. tacitum ergo dixit tectum & secretum. Patet autem ex hac S. Genebaudi historia, quam sit à veritate aliena Sectariorum nostri temporis doctrina, qui illud Apostoli: Unius uxoris virum intelligi volunt de uxore quam habeat, cum tanta pœnitudine eum oportuerit congressum cum uxore quam a se thoro separaverat: & verissimum esse, quod ait Hieronymus libro primo, adversus Jovinianum: Certe confiteris non posse esse Episcopum, qui in Episcopatu filios faciat. Alioqui si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur.

S. Remigium petit ire Laudunum.) Hoc est ut iret, seu veniret. Clarius Hincmarus: Ad sanctum, inquit, Remigium misit, petens ut Laudunum veniret.

Obiit igitur Genebaudus in pace, sanctis Dei connumeratus.) Agunt de eo additio Coloniensis ad Usuardum, & Molanus quinto Septembris, de quo (inquit additio Coloniensis) in gestis S. Remigii legitur. Quæcumque enim hic de eo sunt commemorata fusius explicat Hincmarus in vita S. Remigii Petrus vero Equilinus de eodem, & filio ejus S. Latrone agit lib. 1. c. 42.

Quarum rerum sunt Juliacus & Codiciacus capita.) Ita constanter omnia nostra legunt exemplaria, tum hoc loco, tum multis infra, & Hincmarus manu scriptus. Quapropter quod apud Surium in Hincmaro typis excuso legitur, Judaicus & Ociliacus ex hoc auctore nostro corrigendum est.

CAP. XV.

G*Ondebaudum & Godegisilum.*) Ita codex Remig. conformiter Gregorio Turonensi, lib. 2. hist. Francorum, c. 32. & sequentibus, & Aimoino lib. 1. de gestis Francorum, c. 19. quibus locis eadem historia describitur, & legitur Godegisilus, quomodo hic legit j. Cui accedit quod in Hincmaro apud Surium legitur Gudegisilum. Alia nostra exemplaria Godigeselum legebant. Erat autem Gondebaudus iste, vel ut in Hincmaro & Aimoino Gundebaldus, in Gregorio Gundobaldus, Rex Burgundionum, qui teste eodem Gregorio hæresi Ariana infesti erant. Massæus initio lib. 12. Chron. scribit Gundebaldum & Gundegisilum.

Venerunt super Oscaram fluvium secus Divionem castrum, &c. & in Avimone castro se Gundebaudus concludens.) In Hincmaro Oscharam quomodo scribit s. Omnia autem exemplaria præter j. Avionem habebant, sed Avinionem scripsimus ex Hincmaro, & Gregorio, qui eum Avenionem urbem ingressum esse dicit. Similiter & Massæus Avinionem nominat. Nicolaus Chesneau vertit *Avignon*.

Et Synodo, per sancti patroni sui Remigii consilium, in urbe Aurelianensi habita.) Hæc est prima Synodus Aurelianensis: extat tom. 2. Concil. Eam vult Baron. habitam anno 507. Sigebertus, Massæus, Onuphrius & alii anno 512. Inter cæteros subscripti leguntur S. Gildaldus Rothomagensis Episcopus, & S. Lupus Suessionensis.

Tunicaque blattea.) Sic m. j. & Hincmarus manusc. excusus apud Surium, qui in margine quoque adnotavit: Blattam pro purpura ponit Sidonius. Sic & Sigebertus ex mss. codicibus a viro doctiss. Auberto Miræo editus etsi Gallica exemplaria legant blacteam, Germanica Bracteam, c. baltea, s. blattrea. Verum a prima lectione non est recedendum. Nam & blatteum pro purpureo usurpant Eutropius, Cassiodorus & alii. Adde quod tunicam blateam legit Gregor. Turonensis lib. 2. hist. Francorum, cap. 38. Quod autem hic dicitur iisdem pene verbis habet Sigebertus ad annum 510. ita scribens: Clodoveus Rex ab Athanasio Imperatore codicillos de consulatu, & coronam auream cum gemmis, & tunicam blatream accepit, & ex ea die Consul & Augustus est appellatus. Ipse vero Rex misit Romam S. Petro coronam auream cum gemmis, quæ regnum appellari solet.) Pertinet ad ejusdem rei clariorem intelligentiam, quod ait Papirius Massonus, In-

bro primo Annal. Francorum, his verbis: Anastasius Cæsar Glodovei nomen resque gestas miratus, legatos ad eum in Celticam misit ex Græcia, honoraturos Regem Francorum Patricii dignitate a Consulatu longe diversa, illa enim perpetua, hæc annalis. Sic ille.

Literis suis ad illum directis.) Litteræ Hormisdæ Papæ, quibus vices suas B. Remigio in regno Ludovici commisit, exstant tomo secundo Concil. & apud Surium, tomo primo, in vita ipsius B. Remigii per Hincmarum conscripta.

CAP. XVI.

Nomen Synodi in qua S. Remigius convertit hæreticum, nusquam invenio, Bar. tom. 6. anno 514. ait fuisse Synodum Remis coactam ab ipso S. Remigio post acceptas litteras ab Hormisda Papa, quibus ei suas vices commisit, quem, ut in cæteris omnibus sequitur Severinus Binius tom. 2. Concil. ponens illud celebratum anno jam dicto, sub Hormisda, in causa Ecclesiasticæ disciplinæ in Gallia reformandæ. Verum his adversatur quod initio hujus capitis dicitur: Præsules Galliæ petiisse, ut B. Remigius ad illud Concilium veniret. Quod idem habet Hincmarus, & uterque dicit in causa fidei celebratum esse, non tantum ab Episcopis Galliæ, sed & Belgicæ Provinciarum, ut diserte asserit Hincmarus. Neque hanc Synodum, ut ad me scripsit supra citatus Guillelmus le *Begue*, Remenses agnoscunt. Quare existimant id factum in prædicta Synodo Aurelianensi. Verum id manifeste adversatur Hincmaro & Flodoardo, qui duas Synodos, & hanc a priore diversam recensent.

CAP. XVII.

Semper (inquiens) est bonus focus, si non super potest.) Ita omnia exemplaria, & Hincmarus. Sensus esse videtur: si nihil amplius haberi potest. Quo facit quod in Hincmaro præcedit, B. Remigium hæc tranquillo corde & ore dixisse. In Gallico vertitur: Si non excedit, & non nimis potens est.

Viri ponderositate, & fœminæ gutturis calamitate plectantur.) Hic ponderositas vitium est genitalium, quod quale sit explicat S. Greg. 3. part. curæ pastoralis cap. ult.

Quoniam Vicedominum Ecclesiæ Remensis in eadem villa necarunt.) Quodnam fuerit olim hoc officium, videantur canones apud Grat. dist. 89. cap. Volumus, & sequentibus. Ex quo loco, & infra ex Flodoardo, libro secundo, cap. 13. constat eadem fuisse, Vicedominum & Oeconomum Ecclesiæ. Eodem modo exponit Onuphrius in interpretatione vocum Ecclesiasticarum. Gallice vertitur *Vidame de Reims*. Nam Gallice *Dame* olim usurpabatur genere masculino pro Domino, ut probat Sebastianus Roulliard in sua Parthenia Carnotensi, cap. 17. ubi late agit de vicedominis Ecclesiæ Carnotensis, declarans quodnam, & quale fuerit eorum officium.

Cum dederit dilectis suis somnum, hæc est hæreditas Domini.) Ita Psalterium Romanum legit. Nostrum vulgatæ editionis, quod consentit cum Gallicano, paulo aliter.

Et nullius propalati corpus servabatur in ea sancti, circumjacentibus tamen atriis, Ecclesia cœmiterium ferebatur ex antiquo Remensis.) s. j. Remense, & tota sententia clarior est in Hincmaro, ad hunc modum: Sed nullum corpus nominati Sancti in ea jacebat, & in qua eique circumjacentibus atriis, ex antiquo erat cœmiterium Remensis Ecclesiæ. Ut enim ad marginem adnotavit in Gallica versione Nicolaus Chesneau, antiquum cœmiterium Remense extra urbem fuit.

Adeloldi quoque tui miserere famuli.) Hic videtur, vel auctor monimenti ibi positi, vel potius horum rythmorum, quos per modum versuum excudi curavimus, quia facti sunt instar prosarum, sive sequentiarum, quæ olim frequentes recitabantur ad sacrum Missæ officium.

CAP. XVIII.

Beati Remigii testamentum Barnabas Brissonius, lib. 7. de formulis & solemnibus populi Romani verbis integre transscripsit ex hoc nostro auctore, & aliunde, de quo sic præfatur. Exstat D. Remigii Remensis Archiepiscopi, qui laudum suarum præconem egregium Sidonium Apollinarem æqualem suum epistola 7. lib. 9. habet elegans testamentum, a me pridem ex Hincmari & Flodoardi scriptis, & ipsius Remensis Ecclesiæ archiis descriptum, versione & nuper a Nicolao Querculo in Gallica Flodoardi, editum, &c. Habet eodem loco Brissonius testamentum Hadoindi Cenomanensis Episcopi. Hujus meminit Flodoardus libro secundo, capite quinto, ejusdem fere seculi & stili, quod sic incipit: In nomine Domini nostri Jesu Christi & Spiritus S. viii. id. Februarii in anno v. regnante gloriosissimo Glodoveo Rege. Ego Hadoindus, ac si indignus tametsi peccator, Episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Cenomannis civitatis, sanus, Deo propitio, mente & corpore sanoque consilio, metuens casum humanæ fragilitatis, testamentum condidi, idque Cadulto Diacono scribendum dictavi. Quod testamentum meum, si qua casu jure civili, aut prætorio, vel alicujus novæ legis interventu valere nequiverit, ac si ab intestato, ad vicem codicillorum valere id volo, & valeat. Itaque si quando ego Hadoindus suprascriptus Episcop. a rebus humanis excessero, & debitum venturi temporis complevero tunc tu SS. Ecclesia venerabilis hæres mea esto hæredemque meam te esse constituo: ita ut ubicumque aliquid per hoc testamentum meum dedero, legavero, darive jussero, id ut detur, fiat, præstetue, fidei tuæ hæres mea committo, &c. Quæ ideirco huc attuli, quia faciunt ad majorem testamenti B. Remigii intelligentiam, quod quidem, etsi fidelissime a Brissonio sit editum, est tamen ubi majorem admittere possit diligentiam & emendationem.

Si ei juris aliquid videbitur defuisse.) Restitui, si ei, pro, fieri, ms. male affuisse pro defuisse, nisi forte scriptum fuerit abfuisse.

Donavero, legavero darive jussero.) Ita ms. j. & Brisson. c. donando legavero. Paulo post male Brisson. Pontensi pro Portensi, quod forte Typographi mendum est, sicut & multo post, colonos pro colonas, & post tres dictiones omittit illa verba: *Cum omnibus quos intestatos reliquero*, quæ desunt etiam in c. & alia nonnulla, quæ ex aliis exemplaribus supplevi.

Tuo Domino vindicabis.) Sic tam hoc loco, quam bis in medio testamenti habent omnia exemplaria, & Brisson. cum legendum videretur vendicabis. Sed etiam hodie docti sic scribendum judicant, & ita olim scriptum fuisse docet Aldus Manutius in sua orthographia. Unde vindex, non vendex, & vendiciæ. Certe vindicare inter cætera significat asserere. Videatur Ludovicus Rhodiginus, lib. 17. antiquarum lectionum, c. 19.

In ptochiis, cœnobiis, martyriis, diaconiis.) Ptochium, Græce πτωχεῖον domum mendicorum significat, Martyria dicebantur Ecclesiæ, vel oratoria, in quibus martyres colebantur. Diaconiæ, a Diaconis dictæ sunt. Erant hæ publicæ pauperum hospitales domus, quæ oratoria & sacella adjuncta habebant, in quibus a patre Diaconiæ sive Diacono egenis necessaria subministrabantur. Vide Onuphrium ubi supra. Meminit horum Zacharias Papa epist. 7.

Vicus ex proprio in Portensi. & ... Villanis quoque, &c. ms. hoc loco, & mox infra Porcensi, item villaris leguot, & in m. vacat spatium, ut significetur deesse aliqua dictio, uti & infra, quod a Brissonio & aliis non est animadversum, ideoque omnia continenter scribunt. Similis est varietas, lib. 2. c. 12. ubi initio capitis ms. j. iterum Porcensi leguot, sed c. vertit *Posses*, & in s. litera *s* superponitur. In fine vero m. & c. Portensi, lib. 3. c. 7. omnia legunt Porcensi, & ibidem vertit, *Porez*, sed in margine ponit *ou de Portiam*. Item lib. 1. c. 29. pagum Portensem, c. j. Porcensem, & Gallice vertit *la terre de Portiam*.

Duodeciacus vero fiscus a Clodowallo.) &c. m. Ludovvallo, & similiter infra Ludovvaldus Brisson. Hlodovvaldo, & similiter infra lib. 3. cap. 20. in omnibus exemplaribus bis legitur Sanctus Clodualdus. Beatus Remigius paulo infra vocat eum puerum sanctissimum, sibique unanimem. Agunt de eo Usuardus, Romanum martyrol. monasticum Arnoldi Wion, & alia die 7. Septembris. Quiescit juxta Parisios Gal. *S. Clou*. Agit de eo Gregor. Turonens. lib. 3. histor. Francorum cap. 6. & 8. ubi scribitur Chlodovaldus & Sigebertus anno 531. Filius fuit Clodomeris Regis, nepos Clodovei primi.

In Austria, sive Toringa.) Sic omnis exemplaria, sed s. Thoringi, Brisson. & j. Toringia.

Futuro Episcopo successori meo Amphibalum album paschalem relinquo.) Sic cetera omnis præter tertium exemplar. quo usus est Nicolaus Chesneau, quod legit pastoralem pro paschalem. Amphibalos autem indumentum aliquod designat, a Græco ἀμφιβάλλω, circumpono, operio, induo.

Inter te, hæres mea, & diœcesim tuam Ecclesiam Laudunensem, & infra, *Lauduni.*) Ita hic & infra recte correxit s. Similiter Brisson. & j. perpetuo legit, cum m. & r. ubique Lugdunensem, & Lugdunum haberent, sed perperam. Quid enim Ecclesiæ Remensi, cum Lugdunensi? Laudunensis vero cum pars esset diœcesis Remensis, ab ipso Remigio erecta est in cathedralem Remensi subjectam, ut adnotavimus supra ad cap. 14. ideoque Ecclesiam Lauduoensem hic vocat diœcesim Remensem. Præterea sic legendum patet ex cap. 20. infra, ubi diserte Anisiacus Laudunensi Ecclesiæ attribuitur, & ex capite 14. supra, ubi dicitur S. Remigius non modicam partem possessionum sibi a Clodoveo, & aliis datarum tradidisse Ecclesiæ S. Mariæ Lauduni clavati, quomodo legendum est in Greg. Turon. lib. 6. cap. 2. ubi Lugduni clavati legitur.

Illud quoque vas aureum decem librarum.) Sic ms. j. & e. in margine. In texto vero sic habetur: Aliud argenteum vas decem librarum. Quod secutus est Brisson. Sed legendum aureum patet ex antithesi, cum postea dicat: *quæ Lauduni in argenteo ipse dictavi.*

Jubeo Turriculum & imaginatum calicem fabricari.) Sic m. & j. ex quo alius fecit thuribulum, quomodo c. legit in texto, & Brissonius, sed in margine notat c. alias legi turriculum: pro quo, inquit, turriculam censeo reponendum. Est autem turricula quod vulgo ciborium vocant. Sic ille, & propterea s. turriculam scripsit. Non esse legendum thuribulum, primum ex eo probatur, quod omnino sit verisimilius ex vase aureo (quomodo legendum docuimus) eum potius jussisse fieri vas ad usum venerabilis Sacramenti Eucharistiæ, quam thuribulum. Secundo quia addit. *Et epigrammata quæ Lauduni in argenteo ipse dictavi, in hoc quoque conscribi volo.* Quæ prorsus ea videntur esse quæ supra habentur cap. 10. Imaginatum calicem dicit imaginibus & figuris sculptum. Infra quoque libro secundo, capite sexto, mentio est turris aureæ super altare beatæ Mariæ positæ, quam & ibidem ciborium interpretatur idem Nicolaus Chesnean, hoc est repositorium venerabilis Sacramenti Eucharistiæ, a figura sic nominatum. Et infra lib. 4. capite decimo nono, meminit Flodoardus ciborii super altare sanctæ Mariæ. Item turris aureæ ad eumdem usum mentione facit Venantius Fortunatus libro tertio, capite vigesimo tertio, in epigrammate ad Felicem Bituricensem, qui subscripsit Synodo secundo Turonensi habitæ anno 570. Absolute turrem nominat Gregorius Turonensis, libro primo de Gloria Martyrum, capite 86. dicens: Acceptaque turre Diaconus, in quo mysterium Dominici Corporis habebatur ferre cœpit ad ostium; ingressusque templum, ut eam altari superponeret, elapsa de manu ejus ferebatur in aera, &c. Ut tamen a veteribus exemplaribus non recedamus, qui turriculum constanter legunt, (& plerumque ea lectio verior est, quæ est minus verisimilis) potest illud accepi, ut sit adjectivum, pro turritum, vel turriculatum. Nam turricus, a, um legitur ea significatione in summa Joannis Januensis, quæ Catholicon dicitur. Porro ex eo quod huic calici velit inscribi versus illos, quos habes supra capite decimo, intelligimus hunc fuisse calicem ministerialem, ut docet Onuphrius ubi supra. Idcirco autem calices ministeriales dicebantur, quod ad ministrandum sanguinem Christi populo deservirent.

Balatoforum.) Sic omnia exemplaria, nisi quod in manuscripto c. sit Badatoforum, & videtur nomen proprium.

Almaniam præstolantibus.) Sic ms. j. & Brisson. c. s. postulantibus.

Calmisciaco, Tessiaco.) Sic s. j. & Brisson. alias ut in m. Colmisiaco. Item alias Tamaco, & Trissiaco legitur.

Ad portam Suessonicam solidos duos.) Ita c. s. j. & Brissonius tum sequentibus quindecim articulis, videlicet usque ad Ecclesiam sanctorum Martyrum Cosmæ & Damiani. M. vero ubique in nominativo casu solidi duo, sicut & codex Remigianus. Quæ diversitas ex eo provenisse videtur, quod non plena dictione, & per notas numerorum scriptum sit sol. ii. quomodo plerisque locis adhuc habetur in m. quod alius literis extendit.

Supra cryptam Remorum ædificavi.) Sic omnia exemplaria. Quare male Brisson. supra scriptam, nisi mendum Typographi.

Rebus prioribus superaddidi.) Sic ms. j. Brisson. vero & c. rebus superioribus addidi, nec Brissonius id bene jungit sequentibus contra omnia exemplaria.

Plebeias supra Matronam adjunxi.) Ita Brissonius & omnia exemplaria, quomodo & infra bis legitur in hoc testamento, nisi quod c. in impresso hoc loco habet Maternam, quod ejusdem fluvii recentius nomen est: Gallice *Marne*. Itaque promiscue nunc unum, nunc alterum in Flodoardo legitur. Nam libro tertio, capite ultimo, omnia exemplaria, & Aimonius loco ibidem in margine a me notato Matronam legunt. Infra autem primo libro, capite vigesimo quarto. Maternam legunt ms. & omnia exemplaria, libro secundo, capite septimo, & octavo. Rursum, libro quarto, capite nono, decimo tertio, vigesimo sexto, & vigesimo septimo, omnia nostra exemplaria præter j. Materna legunt, & ms. cap. 33. Similiter Materna legitur in litteris fundationis Monasterii, seu prioratus S. Martini a campis, Parisiis anno 1060. per Henricum primum Francorum Regem fundati. Matronam habet Gregorius Turonensis, libro sexto, historiarum, capite vigesimo quinto, & libro octavo, capite decimo.

Et Paschasiam conjugem suam.) Ita c. s. & Brissonius, sed m. Pascasidam, j. Paschasidem, c. vero notat alias legi Paschasiolam.

Theodonima.) Brissonius & c. in impresso, Theudonima. j. Theodonivia.

Edoneifan, quæ homini tuo.) Sic & Brissonius Edoversam autem legunt ms. In codice r. legi potest Edoveifan (quomodo habet,) & Edoveresam.

Ad imitatem montium posito.) Sic j. & Brisson. Sed ms. c. ad unitatem.

Et quæ Jovia sunt pratella.) Sic omnia exemplaria. Legendum forte adnotat Nicolaus Chesneau, quæ juxta sunt.

Et uxorem suam Morlam.) Sic ms. j. & c. in margine sed in textu uxorem ejus Moram, quomodo & Brisson.

Medaridus eorum filius.) Ita c. j. & Brissonius ms. Medarius.

Delegoque nepoti meo Prætextato Moderatum.) Hæc est vera lectio ex diversis restituta, quam habet c. & j. ut Prætextatus sit nomen proprium. Sic infra meminit proneptis suæ Prætextatæ. Sed c. in textu excuso, s. & Brissonius legunt Moderato, ut cohæreat cum Prætextato, veluti cognomen, m. prætextato, Moderatum, ut sit appellativum pro prædicto, quam lectionem codex notat in margine.

Tottitionem.) Ita ms. Cætera Tottionem.

Lacernam.) Sic c. t. & Brissonius alias laternam, ms. j. lucernam. Est autem lacerna, idem quod penula, nimirum vestis genus tunicæ superductum ad arcendam pluviam. De qua in actis S. Cypriani, & in Sulpitio libro primo, dialogi, capite decimo quarto. Utitur Martialis, aliique prophani scriptores. Videantur loca in Baron. tomo secundo annalium, anno 261.

Et argenteam cabutam figuratam.) Sic omnia exemplaria, Brissonius cambutam, qui non recte sequentia verba: *Filiolo illius Parovio*, jungit præcedentibus, cum inde nova incipiat sententia, ut quatuor nostra declarant exemplaria. Et cui aliquid legat, eum in principio nominare solet. M. j. parvulo legit, c. Parovio s. utrumque conjungit, parvulo Parovio. Vera lectio videtur Parovio. Quid sit Cabuta explicent alii. Hoc mihi tantum occurrit. Cum Brissonius cambutam legat, si cambuca legeretur, pedum Episcopale, vel potius Baculum pedi Episcopalis significaretur. Qua voce utitur Petrus Comestor in historia Exodi capite 51. Sicut, inquit, in baculo cambucæ Pontificalis eburneo fieri solet. Hinc in Pontificali Guillelmi Duranti, quod habeo manuscriptum, parte secunda, ubi agitur de consecratione Ecclesiæ, cum accedit Pontifex ad ostium Ecclesiæ, ita legitur: faciat crucem cum gambuca in limine superiori, & inferiori. Pro quo Pontificale Romanum excusum anno 1503. & Venetiis 1561. & alia

dicunt

dicunt cum baculo pastorali. Et antea diserte dicit idem Pontificale Duranti, cum inferiori parte gambucæ, seu baculi pastoralis.) Quibus verbis aperte significat illa eadem esse.

Hechinaculum quoque dono illi.) Ita c. r. & Brisson. ms. j. blelinaculum.

Vitium pedaturam.) Infra c. ms. peditura, sed male. Videtur autem accipi pro eo quod Columella vocat pedamentum vitis, & statumen, hoc est pro perticis & palis qui vitem sustentant.

Aetio nepoti meo.) Sic c. in margine & infra in textu cum Brissonio & j. ms. hic Actio, sed paulo infra, & c. 23. m. quoque Etio, & s. j. Aetio. Nomen Actius legitur epistola 56. Leonis Papæ primi.

Ita ut a patribus suis.) Sic j. Cetera patribus.

Quos libertos esse præcipio, Catusionem & Auliatenam,) Ita ms. c. j. At Brissonius legit percepio, Cattusionem, & Aulietenam, quomodo & c. in impresso.

Leutiberedum.) Sic ms. At c. j. & Briss. Leuberedum.

Vasantem, Cocum.) Sic ms. c. & Brissonius sed c. notat in margine, alias legi Adcum. j. Vasantem cocum, ut sit appellativum, non autem duo propria nomina.

Dagarasenam, & Baudorosenam. Et infra. *Flavarasenam.*) Sic c. j. & Brissonius. Item s. nisi quod legat cum m. Degarasevam. Reliqua duo m. legit per v. in ultima syllaba Baudorosevam, Flavarasevam.

Modorosenam.) Sic c. & Brissonius m. Odorosevam. s. j. Odorosenam.

Leudoneram.) Ita c. s. & Brissonius. Sed m. j. Leudoveram per v.

Salvonarias supra Moram.) Ita omnia exemplaria, & Brisson. Nisi quod m. legat Salvanarias c. hanc adnotationem margini adjecit: Forte reponendum Salinarias supra Mosam, vel Sablonarias, ut infra.

Domitextilis casulam subtilem.) In omnibus nostris exemplaribus sunt duæ dictiones, sed cum Brissonio conjunxi.

Ceteri omnes exheredes estote, suntote.) Sic omnia exemplaria, nisi quod m. omittit posterius. Sed non recte. Ita ad majorem firmitatem & exaggerationem in formulis testamenti dici solet.

In quo si qua litura, vel caraxatura fueris inventa, facta est me præsente, dum a me relegitur & emendatur.) Similis est clausula in fine testamenti sancti Berthicranni apud Brissonium his verbis: Si quæ lituræ, si quæ caraxaturæ, si quæ literæ adjectæ sunt, vel detractæ, ego feci, fierique jussi, dum meam mihi sæpius prælego voluntatem, & omnia per singula recognosco, vel emendo, ut lex edocet, septem virorum honestorum subscriptionibus & sigillis credidi muniendum, & pro totius rei firmitate, atque stipulatione adnecti præcepi. Actum Cenomannis in civitate, die & anno superius comprehenso.) Ubi caraxatura, seu potius charaxatura significat obductionem, sive deletionem. Verbo caraxare & caraxari, pro insculpere & insculpi utitur Gregorius Turonensis libro septimo, capite trigesimo sexto, & libro octavo, capite vigesimo nono. Auctor noster in prologo, charaxatorum indigentia, id est scriptorum, seu scribentium, libro primo, capite nono caraxatum, id est, scriptum. Infra libro tertio, capite decimo sexto idem significare videtur quod notare, vel redarguere. Vide nostrum indicem vocum obscurarum in Chron. Cameracensi, ubi & locum ex Prudentio citavimus.

A *Perallum Remis, die & consule supradicto.*) Hinc constat quantacunque facta sit a nobis diligentia, ut sincere & integre hoc testamentum ederemus, tamen aliquid adhuc initio deesse, quia ibi nec diei, nec consulis ulla fit mentio. Quod dolendum est, quia ob hoc ignoratur tempus hujus testamenti conditi.

Intercedentibus & mediis signatoribus.) Ita c. j. Brissonius quo tendit m. quod legit meridicis. Ex quo s. fecit veridicis. Quæ lectio vera videri posset, nisi obstaret illud (&)

Episcopi qui testamento subsignarunt, hoc ordine recensiti, hi sunt. Sanctus Vedastus Atrebatensis, Sanctus Genebaudus Laudunensis, Sanctus Medardus Noviomensis & Tornacensis unitarum, S. Lupus Suessionensis, Benedictus, & Eulogius.

In exemplari m. post Medardum duo addendi videntur. Nam bis deinde ponuntur illa verba: *Cui pater meus* B *Remigius*, &c. addita cruce, sed omissis nominibus, & ideo ab aliis præteriti. Quare operæ pretium fuerit inquirere, an in archivis Ecclesiæ Remensis, vel in scriptis Hincmari non possit reperiri correctius aliquod exemplar testamenti hujus. Nam sane verisimile est omnes illius provinciæ Episcopos, qui tunc novem erant, subscripsisse.

In manuscripto c. post Agricolam Presbyterum sequitur iterum Eulogius Episcopus: Cui pater meus & c. deinde iterum: Agricola Presbyter. Verum hoc scriptoris mendum est. Nam etsi fieri possit, ut duo subsignarent Episcopi ejusdem nominis, tamen nunquam Episcopus post Presbyterum subsignaret. Itaque hæc cum reliquis omnibus exemplaribus, & Brissonio prætermisi.

Theodonius Presbyter.) Sic Briss. & c. notans alias le- C gi Theodonus, ms. j. Theodericus. Forte legendum Theodorus.

V. C. Pappolus interfui, & subscripsi.) Sex aut septem sequentibus laicis in exemplari m. præponuntur duæ istæ literæ, quas ex eo adjeci, easdemque expressit j. Quæ ab aliis forte non intellectæ, vel non animadversæ, prætermissæ sunt, uti ab c. s. & Brissonio. Legendum porro hoc est, vir clarus, sive clarissimus, aut vir consulatis. Inter subsignationem Eusebii, & Rusticoli in m. hæc interponuntur: *V. C. interfui*, ideoque videtur hic unus præteritus, & forte Attolus, de quo infra capite vigesimo tertio, vel illa verba abundat. Certe infra cap. 23. sex tantum laici nominantur subscripsisse, quorum sunt expressa nomina.

CAP. XIX.

D Hoc capitulum in exemplari ms. præcedit caput de testamento in aliis sequitur, idque magis exigit ordo rerum gestarum.

Populum prima Germania devastaret.) Id est superioris Germaniæ. Intelligit Treviros & circumjacentes. Germania prima (inquit Papirius Massonus lib. 1. Annalium Francorum in Moroveo) Salviano, Sidonio, & veteribus cis Rhenum est, ad quam Ammianus narrat præter alia pertinere Moguntiacum, Vangiones, Nemetes, & Argentoratum. Idem Massonus in Clodoveo ait Agrippinam Coloniam inter civitates Germaniæ secundæ primas tenere. In eadem est Tungrorum civitas. Vide infra ad c. 23. Contigit autem hæc pestis anno 565. teste Baronio.

CAP. XX.

IN monte Bardonum,) is est qui alio nomine Apenninus dicitur, qui Italiam secundum longitudinem dividit. Vide Ortelii thesaurum Geographicum.

Quod vocatur Bercetum.) Alias Berterum, Bertecum, & Berietum. Sed Bercetum esse veram lectionem, quam habent meliora exemplaria, probatur quoque ex Paulo Diacono, qui meminit hujus Monasterii in Bardonis alpibus a Luitprando constructi.

Quando tres fratres, Lotharius, Ludovicus & Karolus, regnum sibi Francorum post patris obitum divisere.) ms. omittit dictionem Francorum, nec habet Hincmarus, & forte rectius. Sunt autem hi tres filii Ludovici Pii Imper. Lothario cessit Imperium, Ludovico Germaniam, Karolo Calvo Franciam.

Villas Episcopi Remensis, quod tenebat Fulco Presbyter.) Sic omnia exemplaria vetera, & Hincmarus, ut ad Episcopum referantur, quod tenuit, Ebone deposito, ut patet ex ultimo cap. lib. 2. & c. 1. lib. 3. quomodo sedes per decem annos vacavit. Quare non recte j. (quod) mutavit in (quas) ut ad villas referatur, sicut & c. in Gallico retulit.

Villam Juliacum quidam Ricuino dedit.) Quomodo hanc donationem postea idem Carolus Calvus revocavit, & villam istam cum omnibus aliis bonis, quæ alienata fuerant Ecclesiæ Remensi restituerit per publicum edictum, videre est lib. 3. c. 4.

Moderno tempore colonus quidam.) Id contigit ætate Hincmari, nam ipse pro eo dicit: nostra ætate.

Pro qua re nuper anno præterito, cum Rege Ottone, & præfato Duce locuti fuimus, quando Aquis ad eundem Regem missi fuimus.) Sermo est de Ottone primo, de quo infra, lib. 4. cap. 33. & sequentibus. Vera lectio est Aquis. Gallice *Aix*, quomodo legunt omnia exemplaria: pro quo s. substituit Aquisgranum ejusdem civitatis nomen. Sed prius sæpissime apud auctores invenitur.

CAP. XXI.

INtegrumque illud cum brandeo, quo prius repertum fuerat involutum.) Hincmarus in vita S. Remigii, brandeo rubeo involutum. Quod Nicolaus Chesneau Gallice vertit: *Drap de samy vermeil*, ut capite præcedenti legitur. Significat autem brandeum pannum sericum sive linteum, quo Sanctorum corpora, seu reliquiæ involvebantur. Moris enim fuit, ut alicubi in Conciliis decretum, ut hujusmodi pretiosis velis Sanctorum corpora involverentur. Utitur eadem voce S. Gregorius Papa libro tertio epistola 30. pro serico, aut velo, quod ad eum finem missum, Sanctorum corpora contigisset. Sic enim scribit ad Constantiam Augustam: Cognoscat autem tranquillissima domina, quia Romanis consuetudo non est, quando Sanctorum reliquias dant, ut quicquam tangere præsumant de corpore, sed tantummodo in pyxide brandeum mittitur, atque ad sacratissima corpora Sanctorum ponitur. Quod levatum in Ecclesia, quæ est dedicanda, debita cum veneratione reconditur: & tantæ per hoc ibidem virtutes fiunt, ac si illuc specialiter eorum corpora deferantur. Unde contigit, ut beatæ recordationis Leonis Papæ temporibus, sicut ut a majoribus traditur, dum quidam Græci de talibus reliquiis dubitarent, prædictus Pontifex hoc ipsum brandeum, allatis forficibus, inciderit, & ex ipsa incisione sanguis effluxerit. Hæc ille. Ejusdem moris antiquissimi ponendi vela, vel alia ejusdem supra Apostoli Petri sepulchrum, ut benedictione locupletata reciperentur, meminit Gregorius Turonensis libro primo Miraculorum capite vigesimo octavo.

Tertius & Karolus regni, componeret pellus). Is est Carolus Calvus. Primus enim est Carolus Metellus, secundus Carolus Magnus.

Octember primum,) &c. Sic exemplaria, sed j. Octember, a. mutavit October, cum primum illud antiquitatem redoleat, & exprimat vocis originem, eodemque modo legitur in metrico martyrologio Wandelberti Promiensis.

Tri centum fuerant, ter & deni quater anni,) &c. Id est trecenti, & quater tredecim, qui sunt quinquaginta duo anni elapsi erant a baptismate Clodovei & Francorum, quando hæc translatio corporis S. Remigii facta est, quod fuit anno 952. Ex quo sequitur baptismum Clodovei contigisse anno 500. Non autem sensus est, ut videri posset, trecenti quadraginta tres anni. Tunc enim oporteret eum fuisse baptizatum anno 509. quod est contra communem sententiam, ut supra ad cap. 13. annotavimus.

Comitantibus undique secus populorum stipatus catervis.) Secus, id est prope, & sic omnia exemplaria, ne quis legendum putet secum.

CAP. XXII.

MUlier quædam de pago Trecassino membrorum omnium agitatione mulctata.) Similem punitionem ex maledicto matris provenientem, ejusque curationem ad memoriam S. Stephani protomartyris narrat Augustinus lib. 22. de civit. Dei, c. 8.

Ex villa quæ vocatur Caurella.) Sic r. ms. j. sed c. Caurella.

De relatione S. Remigii ad locum sepulturæ suæ, seu ad Monasterium suum, per Herivæum Archiepiscopum facta anno 902. de qua in fine hujus capituli paulo latius agit auctor, lib. 4. c. 12.

In eo vero loco ubi hoc salutis accidit donum, posita deinceps extat columna, cruce præfixa, glorificationis hujus continens monumenta.) In circuitu pedis columnæ crucis sitæ in burgo S. Dionysii Remis, ejus rei testis est hæc inscriptio. Nongentu primo anno incarnati Domini, sub quarto Cal. Januarii, secundaque sabbati, glorioso ab hac urbe delato corpore Domini nostri ac patroni beati Remigii, cum honore dignitatis utriusque ordinis concurrebat plebs devote Heriveo præsuli, Carolo Rege subsequente, cum Richardo principe, Christo laudes una mente jubilando consone. Cum fuisset huc perlatum pignus sanctissimum, cælitus virtute lapsa illico prosiliit (miro dictu) quidam claudus directis poplitibus, novo gressu ab hinc suum prosequens remedium, cujus ope adjuvemur hic & in perpetuum.

Sancte tui Sigloardi miserere Monachi,
Qui ductus amore istius patrati miraculi,
Ob istius monimentum hunc erexit titulum.

CAP. XXIII.

Quidam Belgica secunda Provincia.) Belgica secunda continet Remos, Catalaunos, Ambianos, &c. Ut enim docte scribit Jacobus Meyerus in suis Flandriæ annalibus ad annum 453. Romani dividebant Belgicam Galliam in Germaniam primam, seu superiorem, quæ Argentoratum, Magonciacum, Nemetas, Vangiones, aliasque Rheno propinquas continebat gentes. Et in Germaniam secundam, seu inferiorem, cujus caput erat Colonia Agrippina cum Tungris ac Nerviorum Morinorumque maritimis populis, qui nunc Brabantini & Flandri vocantur. Rursus secabant eandem Galliam in Belgicam primam, cujus caput Treveris, cum Mediomatricibus, Leucis & Virodonensibus. Et in Belgicam secundam, ubi principatum tenebant Remi habentes sub se Suessiones, Catalaunos, Laudunos, Camaracos, Nervios, Morinos, Atrebates, Ambianos, Bellovacos, Noviomagenses. In qua secunda Belgica Flandria includitur.

CAP. XXIV.

Est Silvula in monte sita tribus a civitate millibus separata.) Nomen montis est Hor, ut est in vita hujus de quo agitur Theodorici apud Surium.

Quin vocatur Theodorica.) Sic c. & t. sed s. j. Theoderin, alia Theoderico. Quomodocumque legatur, exprimere voluit nomen diminutivum, quæ apud Gallos desinant in o, ut a Petrus *Pierre*.

Die Kalendarum Juliarum.) Natalem diem S. Theodorici, sive Theoderici hoc die habet martyrologium Usuardi Romanum cum notis Baronii, item Petri Galesinii, Francisci Maurolyci, qui Theodorum vocat, & Arnoldi Wion libro tertio, ligni vitæ. Ejusdem vita exstat hoc die apud Surium, consona iis quæ hoc cap. habentur, sed hic aliquanto uberius.

Quadam denique sabbatorum die, jam vespera Dominici diei accedente, quædam paupercula,) &c. Graviter punita fuit hæc mulier, quod vespere diei Dominicæ operaretur, quia tum celebratio Dominicæ incipiebat a tempore vesperarum, quod duravit fere ad nostra usque tempora. Videatur quæ scripsi in notis ad Thomam Cantipratanum, lib. 2. cap. 53. parte 9. Idem vero patet ex hoc auctore supra, cap. 20. ubi Ragenbaldus quidam ob eamdem causam punitus est.

CAP. XXV.

De S. Theodulfo, de quo hoc cap. agit Molanus in additione ad Usuardum Calendis Maii. Eodem die Petrus Galesinius, & Arnoldus Wion. Utriusque, videlicet S. Theodorici, & Theodulphi meminit Sigebertus in chronico ad annum 532. his verbis: Theodoricus Abbas discipulus sancti Remigii, & Theodulphus Abbas discipulus ipsius Theodorici in Francia clarent. Inventionem corporis S. Theodulphi apud Treviros notat ex Trithemio dictus Arnoldus Wion die ult. Februarii, quam late describit Thomas Cantipratanus ubi supra, part. 2. Sed an ne sit idem Theodulphus ille cum isto multum ambigo. Eodem facit Trithem. lib. 3. de viris illust. Ord. S. Benedicti, cap. 260. ubi sic habet: Theodulphus Abbas in monte Hor, vir sanctæ conversationis & innocentis vitæ, multis virtutibus clarus effulsit. Hujus corpus non ante multos annos repertum integrum, & incorruptum, cum magno honore Treveris apud Prædicatores reconditum est in summo altari. Hæc inventio celebratur pridie Calendas Martii. Sic ille. Verius tamen existimo diversos esse.

SCHOLIA IN LIBRUM II.

CAP. I.

Beato Remigio successisse traditur Romanus.) Sub annum videlicet 545. Hic B. Romanus cœnobium in vico cui nomen Mentoniacum, duabus ab urbe Trecensi leucis semoto, condidit, & primus in eo Abbas fuit, quod a sexcentis annis penitus est dirutum nec quicquam ejus superest præter crucem in rei memoriam ibi collocatam. De eo in vita S. Leonis Abbatis ex breviario Trecensi sic legitur: Beato Romano Mentuniaci cœnobii Abbatem in Episcopum Remensem electo, beatus Leo ejus Monasterii factus est Abbas. Ejusdem S. Leonis vita alia, sed mutila, testatur eumdem S. Romanum à Rege Clodoveo seniore confirmationem donationis quorumdam prædiorum impetrasse, quæ Mernaudus patricius eidem cœnobio liberalissime impertiverat.. Sequitur.

Romano Flavius.) Hic Flavius subscriptus legitur Concilio Arvernensi. Vide scholia in cap. 23. libri præcedentis.

CAP. II.

Ex iis quæ hoc c. ex Fortunato citantur nonnulla possent in ipsa restitui, ut in primis Egidi, pro Igidi, v. 4. favens pro fovens, 24. sonet pro fonet, & alia quædam.

Quod legatus ex parte Childeberti Regis, Sigeberti filii, ad Chilpericum Regem patruum ipsius Childeberti.) &c. Sigebertus iste Rex Austrasiæ est, qui uxorem habuit pessimam Brunechildem, fratres autem Gunthramnum, qui fuit Rex Burgundiæ, Charibertum, & Chilpericum, qui omnes fuerunt filii Clotarii primi. Mortuus est autem Sigebertus anno 578. cui successit filius Childebertus.

Ut ablato Guntramni Regis, Chilperici fratris regno.) Nomen Guntramni, vel Gontramni varie scribitur. Sic enim constanter legit m. cum littera m, in secunda syllaba, j. semper Gontrannus, quomodo interdum etiam c. pro priore lectione facit, quod Gregorius Turonensis, locis in margine citatis, integre nomen illud scribat Gunthchramnus, pro quo in tomis Conciliorum & alibi, Guntheramnus.

A Fredegunde regina fuerat missus,) Hæc erat uxor Chilperici, cujus perfidia ipse Chilpericus tandem interfectus est. De ea Aimoinus, lib. 3. de gestis Francorum, c. 56 Erat, inquit, Fredegundis forma egregia, consilio callida, dolis (excepta Brunechilde) parem non agnoscens, &c. Quæ vero deinceps hoc c. sequuntur ad verbum pene sumpta sunt ex Gregorio Turonensi, l. 10. historiarum, c. 19. Synodus autem hæc Metensis, & Ægidii depositio facta est anno 594. ut tom. 2. Concil. adnotavit Severinus Binius.

Multa enim auri argentique in hujus Episcopi regesto pondera sunt reperta.) Eadem prorsus habet verba Gregorius ms. pro regesto vitiose legit regesta. Quæ vox regestum eodem cap. supra legitur in Gregorio, cum dicit: Scripta enim ista in regesto Chilperici Regis in uno scriniorum pariter sunt reperta. Nicolaus Chesneau Gallice vertit *Espargne*. Regestum Latine dici potest, quod vulgo registrum vocamus, inquit Budæus. Hoc loco videtur thesaurum significare, vel locum ubi thesaurus reponitur. Qua significatione accipit Gregorius jam dictus, lib. 9. hist. c. 10. & 34.

CAP. III.

De S. Basolo, Gallice *S. Basle*, agit Molanus in additione ad Usuardum 26. Novembris, quo die hoc cap. obiisse legitur. Item martyrol. Romanum ex veteribus manuscriptis, ut notat ibidem Baronius, Petrus in Catalogo, lib. 9. c. 69. Arnoldus Wion in martyrologio suo monastico, sive lib. 3. ligni vitæ ad eundem diem citans Galesinium & alios, ac nominatim Vincentium in speculo, lib. 21. cap. 116. De eodem Trithem. de viris illust. Ord. S. Benedicti, lib. 3. cap. 45. & Sigebertus in chronico anno Domini 567. De ejusdem translatione per Hincmarum facta agit Molanus die 15. Octobris.

Quem nemus inde incipiens obumbrat Rigetium.) Sic c. & j. sed ms. Rigentium. In breviario Remensis Ecclesiæ Rietum; Gallice vertitur, *Forest de la Rouse*.

Misit ad nepotem suum nomine Balsemium, qui eum ad se, a Lemovicina regione perduceret.) Vitiose j. Balseonum. Gallice *S. Bassange*. Vitæ hujus Balsemii martyris exstat fragmentum in Promptuario sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœcesis, eumque adjecit Usuardo Molanus 16. Augusti, quo die festum ejus celebratur in Tricassina diœcesi.

Ibique metatum suum constituunt, hoc undecumque prædatu reverti ceperunt.) Sic omnia exemplaria, id est a prædatu sive prædatione. Quare non recte s. mutavit in prædati. Prioribus verbis significatur eos ibi fixam sedem, seu tentorium habuisse, Gallice *Retraicte*, unde Latine dicimus castrametari. Vide infra ad cap. 10. lib. 4.

CAP. IV.

P*ost Egidium Romulfus.*) m. Remulfus legit hoc loco, & c. seq. Sed in summario hujus cap. & supra c. 2. & in textu Romulfus, quomodo legunt cætera exemplaria, & Gregorius Turon. lib. 9. hist. Francorum, c. 30. ubi nominatur Comes palatii Childeberti Regis, & lib. 10. c. 19.

CAP. V.

D*e Sonnatio Episcopo.*) Hæc est communis scriptura exemplarium, tam hoc cap. quam præcedenti. m. tere scribit Sompoacius, & interdum Sompoiacius, c. Sonnacius. Remensis vero Synodus sub eo habita, de qua hoc c. admodum celebris fuit, & plusquam Provincialis, utpote cui multi etiam aliarum provinciarum Archiepiscopi interfuerint, quæ utinam extaret in tomis Conciliorum.

Palladio Antisiodorensi) ms. Altisiodorensi, j. perpetuo scribit Autisiodorensi, cui favet vox Gallica *Auxerre*.

Ansarico Suessionensi.) c. j. Anserico.

Claudio Reiensi.) Sic omnia exemplaria. Videtur esse *Rieux* in Archiepiscopatu Tolosano, a quo alias Rivensis & Rivenensis Episcopus nominatur. Nisi quis legendum putet Regiensi sive Regensi. Nam Claudius Regiensis Episcopus subscriptus legitur Concilio 2. Cabilonensi celebrato circa hæc tempora, videlicet anno 658. vel ut alii 664. In quo etiam subscripti leguntur duo alii, qui huic Remensi interfuerunt, Donatus Visontiensis, & Palladius Antisiodorensis. Verum in eo Concil. forte legendum Reiensis, quod est ignotius, pro Regiensis.

Vero Rutenensi.) Sic j. cui accedit ms. Rutensi. c. Terrensi. Est autem Ruthenensis Episcopatus, Gallice *Rhodes* (Nam Ruthenum alias Rhodium dicitur) in Archiepiscopatu Bituricensi.

Agricola Gabalensi.) Hoc est, ut posterioribus seculis vocatur, Mimatensi in eodem Archiepiscopatu Bituricensi, in quo est Arvernensis & Ruthenensis, qui proxime præcedunt. Nam Gavali, qui & Gabali Ptol. & Fortunato, & Gabales Cæsari, Plinio, & Straboni dicuntur, Gallice *Mande*, hoc est Mimatum in Aquitania regionis Gavalitanæ, quæ *Gevodan* dicitur, civitas primaria & caput est, ut docet Philippus Ferrarius in nova topographia Martyrologii Romani. Quod adnotamus, ne forte quis putet esse oppidum Cabilonense, quod est sub Archiepiscopatu Lugdunensi, præsertim cum Robertus Cænalis sentiat Gabales esse Cabilonenses. Et quidem Agricola Cabilonensis Episcopus subscriptus legitur Concilio 4. & 5. Aurelianensi, quorum posterius habitum est anno 552. Item Parisiensi 2. & Lugdunensi primo, quod habitum est anno 570. Præfuit autem Ecclesiæ suæ annis 48. & vixit annos 83. ut habet Gregor. Turon. lib. 5. hist. cap. 45. & ex eo Baron. in notis ad Rom. martyrol. die 17. Martii. Sed ut sit idem cum eo qui huic Remensi Synodo interfuit, obstare etiam videtur distantia temporis.

Auderico Auscensi.) Auxii, alio nomine Ausitani, unde Auxitanus Archiepiscopatus. Gall. *Auchs* in Vasconia.

Ut capitula Canonum Parisiis acta in generali synodo, in Basilica sancti Petri, Lotharii Regis studio congregata, omni firmitate custodiantur.) Videtur intelligi Concilium III. Parisiense cujus extant 9. Capitula tom. 2. Conciliorum per Binium editorum. Nec obstat quod ibi dicatur celebratum sub Childeberto, quia intelligitur Childebertus primus filius Clodovei magni, qui obiit anno 559. Quo eodem tempore regnavit frater ipsius Clotarius primus, qui hic Lotharius nominatur, & obiit anno 563. Et quidem dictus Childebertus solium regni tenuit Parisiis, Clotarius autem Suessione, sed tandem etiam toti Galliæ præfuit. Unde verisimile est post annum 559. celebratam esse hanc Synodum Parisiensem, quod diserte docet Binius.

A *Ad matriculam præterea sanctæ Remensis Ecclesiæ.*) Ante hæc verba ms. & j. adjiciunt: Ad Basilicam S. Medardi solidos quindecim. Quæ omisimus alia exemplaria secuti, quia supra de Ecclesia S. Medardi dictum fuit.

CAP. VI.

P*ost hunc beatum virum Landegiselus, Attila Episcopi frater.*) Hic Attila, ut ex cap. sequenti patet, fuit Episcopus Laudunensis. In tabulis Democharis sextum locum obtinet, quem vocat Attulam, uti & Hincmarus in opuscul. lv. Capit. e. j. Consecravit S. Autbertum Cameracensem Episcopum anno 642. ut adnotavi ad Chron. Cameracense lib. 1. c. 19. Sequitur:

Tempore Dagoberti Regis Episcopium rexit.) Hic est Dagobertus primus, qui post patrem suum Clotarium secundum, regnavit adhuc annos 14. & obiit 645. Suc-
B cessit ei filius natu maximus Sighertus, de quo in fine capitis, qui obiit 656.

Hunc sequitur Anglebertus.) Sic omnia exemplaria præter j. quod toto hoc cap. legit Angelbertus.

CAP. VII.

P*ræsente Bercario Abbate.*) Sic omnia exemplaria, quod s. mutavit ubique in Bercharium, sicut & j. Quomodo per contractionem legitur apud Sigebertum in chronico, & in Promptuario sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœcesis Nicolai Camuzæi, in quo continetur integra vita ejus & passio conscripta per Assonem Abbatem Dervensem, & apud Surium tom. 5. ubi brevem ejusdem vitam recenset ex Vincentii speculo historiali lib. 24. die 16. Octobris.

C *Ecclesiam in Virziaco,*) Ita legendum patet ex c. 1. & 5. hujus libri, ubi constanter sic legitur, Gal. *Verzy*. Alioqui tum hoc loco, tum infra c. 10. variant exemplaria, m. Vitiaco, c. Virisiaco, quomodo m. legit cap. 10. Ubi c. legit Virigiacum.

Cui Ludovicus quoque Rex.) Intelligitur Clodoveus II. qui obiit 662.

Hujus etiam tempore tradidit Grimoaldus vir illustris S. Remigio.) &c. Hic videtur fuisse Maior domus seu Magister palatii Francorum, filius beati Pipini de Landis, & frater Sanctarum Gertrudis & Beggbæ, qui obiit anno 658.

Concilium præsulum Galliæ Namnetis habitum jussione Romani Pontificis, cujus hic meminit, videtur deesse in tomis Conciliorum. Nisi forte sit illud, quod
D 20 continens capitula, ponitur tom. 3. post Concilium Triburiense habitum anno 895. De quo sic notat ibidem Binius: Incertum habemus quo tempore hoc Concilium actum sit, itaque hoc loco collocavimus.

Post hæc in Ecclesiola S. Mariæ, quam in eodem Monasterio construxerat, obiisse fertur.) Quam solemnes Nivardo exhibitæ fuerint exequiæ refertur ubi supra, in vita & passione S. Berecharii Abbatis. Obiit Calendis Septembris, ad quem diem ad Usuardum adjecit Molanus: In Alto Villari depositio sancti Nivardi Episcopi Remensis. Quo die ponit eundem in suo Martyrologio Petrus Galesinius. Meminit ejusdem Sigebertus in chronico anno 661. his verbis: Sanctus Nivardus Remensis Archiepiscopus, & Reolus successor ejus, Bercharius quoque martyr, qui fuit Abbas primus Altivil-
E larensium: Sancta etiam Bertha martyr, & Abbatissa sanctitate clarent in Gallia.) Hunc vitiose quidam Viviardum vocant.

CAP. VIII.

A*d prænotatum hujus sancti viri) Nivardi (cœnobium) hoc est ad Altum villare) Beata Helena regina constat corpus ab urbe Roma devectum.*) Dies translationis, & adventus ad hoc Monasterium adnotatur septima Februarii in addit. Molani ad Usuardum. Scripsit translationis hujus historiam Almannus monachus Altivillarensis, teste Sigeberto de viris illustribus cap. 99. & ut ibidem refert, vitam quoque S. Nivardi, & S. Sindulphi, de quo seq. cap. Hæc autem translatio ab urbe Roma in Gallias, teste eodem Sigeberto in chronico, facta est anno 849. ut refert post eum quoque Baronius tom. 10. in fine ejusdem anni, addens: *Sed de ejus corpore inter Latinos & Græcos antiqua est controversia, ubi sepultum fuerit. Veneti insuper illud ab Oriente delatum, possidere se gloriantur, quod & digno cultu prosequuntur.* Hæc Baronius.

Gemino ditati gaudens esoce.) Sic m. j. s. reliquit locum vacuum. Significari putatur piscis, qui alio nomine salmo dicitur. Sulpicius Severus lib. 3. dialogi de virtutibus B. Martini cap. 13. Ad primum actum reti permodico immanem esocem diaconus extraxit. Ad quem locum Sur. t. 6. notavit ad marg. Ezocem, id est, salmonem. Scribit enim ipse per z. Hadrianus Junius in suo Nomenclatore, recensens nomina piscium, ita scribit Esox, quod ossibus careat, vel ut alii legunt esna Plinio. Anglice *a Lax*, & distinguit a salmone. Plinius nat. hist. lib. 9. c. 15. Sturio & in quibusdam amnibus haud minores, silurus in Nilo, Esox in Rheno, attilus in Pado.) Qui ibidem cap. 18. agit de salmone.

CAP. IX.

De S. Siudolfo agit Molanus ad Usuardum die 20. Octobris, Romanum martyrol. cum Baronio, & Petro Galesinio ad eundem diem, sicut & Wion. Item Trithem. de viris illust. Ord. S. Benedicti lib. 3. cap. 26. qui scribit eum claruisse anno Domini 600. & socium fuisse beati Basoli Abbatis, de quo supra cap. 3. Unde de iisdem conjunctim ait in Chronico Sigebertus ad annum 567. Basolus Abbas, & Siodolphus Presbyter, & reclusus in Francia clarent.

CAP. X.

De *Sancto Reolo Episcopo*,) De hoc nihil invenio in martyrologiis. Hic ante Episcopatum neptem S. Nivardi, filiam Childerici Regis, uxorem habuit, ut constat ex auctore supra c. 7. Post ejus mortem præfuit in hoc Archiepiscopato annis 26. ut dicitur in vita Sancti Gumberti, fratris S. Nivardi, quæ est in vitis Sanctorum Gallice editis per Parisienses die 29. Aprilis. Hunc alii, ut Papirius Massonus in suis annalibus, & Jacobus Sirmondus in catalogo Archiepiscoporum Remensium vocant Regulum.

Cruciniacum montem, Curbam villam, cum Ariniaco in pago Tardonensi.) Hæc ita vertit Gallice Nicolaus Chesneau: *le mont de Cruny, Courville, & Acini en Tardenois.* Atque ita legunt omnia fere exemplaria, tum hoc loco, tum c. 17. hujus libri, nisi quod ms. hoc loco, & c. 11. legunt Torham, & Tardoisse.

CAP. XI.

Gerniacam cortem.) Ita hic & sepius infra omnia exemplaria, Gall. *Genicourt.* pro quo aliquoties aliquoties Germanicam, quod supra cap. 5. vertitur *Germiny.* Ex hoc loco corrigendus Surius, Haræus, & Lippello, qui in vita S. Rigoberti die 4. Januarii legunt Gremaca. Locus est non procul Remis, ut constat ex cap. sequenti. Corrigendum & illud in iisdem auctoribus, quod pugnam Caroli cum Chilperico & Ragemfrido ponant accidisse 12. Calendas Augusti, cum legendum sit Aprilis. Nam accidit in quadragesima, Dominica die ante pascha, ut habent Annales Francorum a Pithoeo editi, & appendix Gregor. Turonensis. cujus auctor Fregedarius Scholasticus, qui res sui temporis describit.

Villam nomine Carsobrum.) Sic c. r. & j. Alia Carobram, Gal. *Chartreune*,

Et in villa, cui nomen Turba.) Ita hic omnia exemplaria, Gal. *Tourbe*.

De villa Braunnelo super fluvium Rotumnam.) r. m. Braeaneco, j. Bracaneto.

A Dagoberto denique Rege.) Intelligitur secundus hujus nominis, filius Childeberti, qui obiit anno 715. cui successit filius Theodoricus ii.

In Rodonico etiam.) Sic j. sed ms. Rodinico, c. Rodolito, aliud Rodocino.

Hic venerabilis præsul Pippinum majorem domus regiæ traditur amicissimum habuisse: cui eulogias pro benedictione crebro solebat mittere.) Hic est Pippinus Herstallus, filius S. Begghæ, pater Caroli Martelli ex pellice. Eulogiæ erant panes benedicti, communionis mutuæ & amicitiæ symbola, de quibus late Baron. tom. 3. Annalium anno 313. Concilium Namnetense cap. 6. de quo supra, formam benedictionis exprimit.

In Monte Betelini.) Sic r. & j. cui accedit mt. Berelinol, c. Beliol.

In pago Castricensi.) Sic & infra c. 18. alias in vico Castricensi, mt. conjunxit hic utrumque: In vico in pago Castricensi.

CAP. XII.

Orta denique simultate inter Regem Chilpericum & Karolum præfati Pippini filium, Majoremque domus Ragemfridum.) Hic est Chilpericus ii. frater Dagoberti ii. obiitque anno 719. vel ut alii 726. Hæc autem gesta sunt anno 717. ut referunt Annales Francorum a Pithoeo editi, Sigebertus & Meyerus tribuunt anno 718. Quæstio erat de obtinendo principatu, sive magisterio equitum, ut est in vita S. Rigoberti. Nam Chilpericus magistrum equitum, sive Majorem domus constituerat hunc Ragemfridum.

Quod non illi eam prius aperiret.) Sic c. r. & j. Quo accedit quod in m. legebatur nonnulli, sed (non) transfixum est, & relictum est nulli, quomodo legit s.

Rigobertum patronum suum, qui ut traditur,) *eum de lavacro sancto susceperat, Episcopatu deturbavit.*) s. corrigi vult patrinum. Verum obstant omnia exemplaria. In vita ipsius dicitur S. Rigobertus hunc Carolum baptizasse, & de sacro fonte suscepisse. Sed & recte susceptores patroni dicuntur. Ejus depositionem ab Episcopatu, sicut & Eucherii Aurelianensis, notant Sigebertus & Massæus anno 723.

De quo patrum scripta relatione traditur.) &c. Historia de visione S. Eucherii Aurelianensis Episcopi de æterna damnatione Caroli Martelli ob invasas res Ecclesiasticas, iisdem fere verbis extat in Capitulis manuscriptis, quæ ab Episcopis provinciarum Remensis, & Rothomagensis Ludovico Regi missa fuerunt: estque adjecta in notis ad novum corpus Canonicum cura Gregorii XIII. recognitum 16. q. 1. Cap. Quia. Extat item in vita ejusdem S. Eucherii apud Surium 6. Februarii, scripta a contemporaneo, & in vita ipsius S. Rigoberti 4. Januarii: in quibus omnibus asseritur dictum Martellum ex nunc in corpore & anima pœnis sempiternis esse deputatum. Meminit ejusdem Hincmarus in præfatione vitæ S. Remigii, & inter recentiores Paulus Æmilius lib. 2. de rebus gestis Francorum, & Petrus Despinac Archiepiscopus Lugdunensis in oratione habita Blesis coram Rege Franciæ Henrico III. anno 1575. ut testis est Arnoldus Wion. lib. 3. ligni vitæ die 20 Februarii. Verum his contradicit Petrus Pithœus in glossario Capitulorum littera R. & Baronius tom. 9. Annalium anno 741. idque ex eo quod Eucherius ut minimum decem annis obierit ante Martellum. Quin etiam addit Baron. de salute ipsius bene sperandum esse, eo quod pœnitentiam egerit. Quid de ea re sit examinent alii. Flodoardus fideliter narrat quæ ex scriptis patrum accepit, quæ temere convellenda non sunt, & præcipue Conciliorum acta.

Cujus in monasterio S. Trudonis humatum est corpus.) Locus est in Hasbania, quæ Brabantiæ pars est, inter oppidum sancti Trudonis, in quo sepultus est S. Eucherius. Hæc contrario modo Gallice vertit Nicolaus Ches. dicens: In monasterio S. Eucherii sepultum esse corpus S. Trudonis.

Qui regressus petitur a Milone.) &c. id est rogatur, requiritur. Est enim passivum, eodem modo, quo supra hoc libro c. 3. Petitusque secretiore conversationis habitaculum concedere. Ubi contra omnia exemplaria male correxit. s. petentisque. Sensus igitur est, quod S. Rigobertus fuerit requisitus a Milone.

Habitavit in Germaca corte tempore non pauco.) annis 15. aut 17. ut in marg. adnotavit qui supra lib. 1. Guillelmus le Begue, idemque adnotat, eum quinque aut septem annis exulasse in Vasconia.

CAP. XIII.

Hujus beati præsulis Adrianus sedis Apostolicæ Pontifex meminit in epistola sua Tilpino, post Episcopo Remensi directa.) Extat hoc fragmentum tom. 3. Concil. inter scripta Gregorii II. idque factum est ex judicio Baronii tom. 9. anno 717. Qui omnino aliter censuisset, si reliquam partem ejusdem epistolæ, quæ habetur infra cap. 16. perlegisset. Nam inde plane convincitur vere esse Adriani, non Gregorii: quia in ea meminit Zachariæ & Stephani antecessorum suorum, qui sunt posteriores Gregorio secundo. Poterit autem compleri hæc epistola additis duabus partibus, quæ infra cap. 16. & 17. recitantur, & corrigi adnotatio Severini Binii, qui notat mendose irrepsisse apud Surium die 4. Januarii, nomen Adriani pro Gregorio II. sicut & Nicolaus Serrarius, qui in notis ad epist. 142. S. Bonifacii similiter citat nomine Gregorii II.

Simul cum alio Episcopatu,) Videlicet Treverensi, ut probatur ex epist. 46. Hincmari cap. 19. inter eas quæ prælo excusæ sunt, & ex præfatione ejusdem Hincmari in vitam sancti Remigii, in qua ait, quod Milo, de quo sermo est, Episcopia Remorum ac Treverorum usurpans insimul, per quadraginta circiter annos pessumdederit.

C A P. XIV.

D*Efessit (S. Rigobertus) pridie Nonas Januarii.*) Additum est in uno exemplari in margine: Anno incarnationis Dominicæ circiter septingentesimo septuagesimo tertio. Quæ verba ms. e. j. non habent, etsi habeantur in vita apud Surium, ex qua sumpta sunt pleraque, quæ in hac historia de eo hactenus relata sunt. Additur quoque in vita, ad majorem temporis certitudinem, indictione octava eum obiisse. Exstat apud Surium die 4. Januarii. Quo die ejus legitur memoria in Romano Martyrologio, tam Petri Galesinii, quam Baronii. Eodem quoque die a Molano additus est Usuardo. Scribit ibidem Baronius in notis, eum pervenisse usque ad tempora Hadriani Papæ, qui, inquit, ipso defuncto, rejecto Milone, in locum ejus subrogavit Turpinum, ut ejus acta testantur. Quod conforme est illis, quæ de anno obitus ipsius dicta sunt. Nam Hadrianus sedere cœpit anno 772. Meminit ejusdem Sigebertus in chronico anno 723. quo eum dicit ab Episcopatu depositum, seu ejectum. Quæ si vera sunt, oportet eum annis 50. exulasse. Verum Franciscus Haræus in vitis Sanctorum a se editis ponit eum obiisse circa annum 733. hac apposita adnotatione post vitam ipsius: Ponebatur obiisse anno Christi 773. Sed omnino error videtur esse in numeris. Nempe Martellus Princeps, quem ille Episcopus puerum baptismate abluit, obiit quinquagenarius anno salutis 741. neque debuisset sanctus Rigobertus Episcopatum gessisse integris octoginta annis. Sigebertus quoque Historicus refert eum anno 23. illius seculi a Martello Episcopatu pulsum. Adde quod solum memoretur vixisse sub his tribus Regibus, Childeberto, Dagoberto, & Chilperico, quorum postremus certe in vivis esse desiit anno 727. Itaque suspicor pridem pro xxxiii. substitutum lxxiii. ut anno 33 illius seculi, non 73. Sanctus Rigobertus mortem obierit. Hæc Haræus satis probabiliter,

C A P. XV.

I*N pagum Veromandensem, ad villam Nemincum.*) j. Memnicum. In hoc tractu Veromandensi insignis est civitas S. Quintini, non procul a Cameraco,

Hæc pretiosa illuc delata membra.) ms. j. munera, quomodo & c. vertit in Gallico, sed alia lectio melior est, quam paulo post habent omnia exemplaria.

Nec longum post hæc.) &c. Hæc est quarta translatio S. Rigoberti, facta ab Heriveo Archiepiscopo, de qua infra lib. 4. c. 13.

C A P. XVI.

Q*Uamvis eum quidam Corepiscopum tantum fuisse tradunt.*) Alias Coepiscopum. Sed vera lectio est Corepiscopum, seu ut melius scribitur, Chorepiscopum. Dicti sunt enim Chorepiscopi a χώρα, quæ vox Græcis regionem, vel agrum significat, quasi certarum regiuncularum in qualibet diœcesi speculatores. Quod officium in eos qui Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani rurales, & Decani Christianitatis hodie vocantur maxime competere videtur. Hincmarus infra lib. 3. cap. 22. vicarium Episcopum a vico idem nomen interpretatur. Unde & Gallice Nicolaus Chesneau interpretatur hoc loco, & infra, *Doyen rural.* In m. scriptum fuit Corepiscopum, sed littera r. recenti manu ab aliquo imperito deleta est, ad faciendum Coepiscopum. Quod autem Abel vere fuerit Remensis Archiepiscopus sufficienter probat hoc cap. Flodoardus. Eodem facit & illud apud Surium in vita sancti Rigoberti, ubi dicitur, quod Hincmarus fuerit quintus a sancto Rigoberto Remorum Archiepiscopus. Si enim non connumeretur hic Abel, non nisi quartus erit. Cur autem a quibusdam prætermittatur in catalogo Remensium Archiepiscoporum, rationem habemus ex iis quæ citantur ex epistola Adriani hoc cap. quia etsi ibi constitutus sit Episcopus; tamen ibi permanere permissus non fuit, ideoque rediit Lobium celebre in Belgio Monasterium, ubi ad infidelium conversionem laborasse creditur, adeo ut sancte vivendo & prædicando pertigerit ad æternæ vitæ bravium. Nomen ejus sacris martyrologii tabulis Usuardi adjecit Molanus die 5. Augusti quo die agit de eo idem Molanus in Natalibus SS. Belgii, asseribens ei titulum Remensis Archiepiscopi, & in suis martyrologiis Petrus Galesinius, & Arnoldus Wion. Item Trithemius lib. 3. de viris illust. Ordinis Sancti Benedicti cap. 298. & lib. 4. cap. 118. Quo loco scribit festum ejus agi nono Calendas Octobris. Fuit natione Scotus.

Grimonem in civitate quæ dicitur Rodomus.) m. & aliud exemplar Rodomis, pro quo a. & j. substituerunt Rothomagus, ejusdem civitatis nomen, quæ etiam Rodoma dicitur. Vide annotat. Nicolai Serrarii ad epistolam 143. Sancti Bonifacii. Sed non probo ut pro veteribus nova nomina, quamvis notiora reponantur, quia hac ratione perit notitia antiquitatis. Sic & infra lib. 4 cap. 31. omnia exemplaria legunt, Rodomi, nisi quod ibi e. vitiose legit Rodonii, & utrobique Gallice vertitur *Rouen.* Utitur ea appellatione Sigebertus anno 751. Remigius, inquit, Pipini Regis frater Rodomensis Archiepiscopus in Gallia claret. Est autem hic Grimo 27. Rothomagensis Archiepiscopus in tabulis Democharis, Roberto subrogatus anno 733.

Tertium denique Harthertum in civitate, qua dicitur Senonis.) Sic c. & j. At ms. Harthertum. In tomis Conciliorum Arthertus, in tabulis Democh. Othertus, sive Ochibertus Cardinalis anno 762. estque numero 36. Porro ex his quæ hic citantur ex duabus Zachariæ epistolis non pauca poterunt restitui in tomis epist. decretalium, & tom. 3. Concil.

C A P. XVII.

D*E Tilpino Episcopo.*) Ita constanter omnia exemplaria. Alii auctores vocant absolute Turpinum, aut Joannem Turpinum. Exstat ejus nomine historia de vita Caroli Magni, & Rolandi, tametsi Papirius Massonus lib. 2. Annalium Francorum existiment non esse ipsius, sed hominis otiosi, qui fabulas illas post Caroli Calvi imperium descripsit in gratiam juventutis. Idem recte docet Antonius Possevinus in Apparatu sacro, in Tilpino.

De ordinatione Episcopi nomine Lul, sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ.) Sic omnia vetera exemplaria, pro quo s. & j. Lulli substituerunt. Sed in tomis Conciliorum sæpe Lul appellatur, ac nominatim epistola 12. Zachariæ Papæ, sicuti & in epistolis sancti Bonifacii. Fuit hic Beatus Lullus S. Bonifacii martyris successor, & II. Archiepiscopus Moguntinus.

Noviliacum in pago Ursinse.) e. Ursince, j. Urcinse,

C A P. XVIII.

M*Issus dominicus ad recta judicia determinanda fuerat ante Episcopatum constitutus.*) Missus, id est legatus. Frequens est missorum mentio in capitulis Caroli Magni, & Ludovici Pii: quorum officium hic c. describitur. Misso autem dominico fere addebatur comes, ut patet e a lib. 2. Capitulorum c. 25. Quod nomen officii erat non dignitatis aut sublimitatis ut hodie. De Missis dominicis lib. 1. capitulo 122. lib. 2. cap. 11. 16. 17. 19. 25. 26. 27. 28. lib. 3. cap. 17. 18. 33. &c. de Comitibus lib. 2. cap. 6. 9. 10. 12. 18. 23. 24. 25. 26. 28. 32. &c. De his & Petrus Pithœus in glossario Capitulorum verbo Missi dominici. Florentius Vander Haer in Castellanis Insulensibus, & Petrus Lovvet in histor. Bellovacensi lib 3. c. 9.

In his quoque pagis Dolomense scilicet, Vongense.) &c. Sic omnia hæc nomina per e legunt ms. quomodo olim frequenter loquebatur, quod servari placuit, e. j. Dolomensi, Vongensi, &c. per i.

Ut bonos & idoneos Vicedomnos & advocatos haberent.) Sic m. cætera Vicedominos. De his Vicedomnis & advocatis est Capitulum. 12. lib. 3. Capitulorum, ubi similiter legitur vicedomnis. Nam si tunc pro dominus, domnus dicebatur, conformiter vicedomnum dicebant, & scribebant.

Hic Synodum invenitur habuisse anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCXIIII. in Ecclesia Noviomensi.) Hæc Synodus deest in tomis Conciliorum. Sed tom. 3. habetur Concilium Remense primum sub eodem Volfario & Carolo Magno celebratum anno præceden

ti 813. mense Majo, quod habet Capitula seu Canones 44. Cujus auctor noster mox infra meminit, dicens in eo constituta fuisse capitula xliii. sed facile fieri potuit, ut unum in duo divideretur.

Congregatis secum Corepiscopis suis Hildoardo, Ermenone, Jesse, Ragamberto, Grimbaldo, Rothardo, Wendilmaro, Ostroaldo.) j. scribit Hildoaldu. Erat hic Episcopus Cameracensis. Ermeno Silvanectensis, qui in tabulis Democharis vocatur Herminius. Jesse Ambianensis, Ragumbertus, vel ut c. j. Ragimbertus, Bellovacensis, cui successit S. Hildemannus, de quo infra c. 20. qui obiit anno 848 die 8. Decembris. Grimboldus Morinensis, qui alias Grimbaldus & Erembaldus. Rothardus Suessionensis, qui infra cap. 20. & lib. 3. semper Rothadus nominatur in omnibus fere exemplaribus, quæ hic variant. In tomis Concil. & tom. 3. bibliothecæ Patrum a. editionis fere Rothaldus legitur. Wendilmarus erat Episcopus Noviomensis, Ostroaldus Laudunensis.

Adalbardo.) c. j. Adalardo.

Fulrado, Eriobo.) Sic c. & j. Alia Fulrado, Eriono. Paulo post, pro Otnero, c. j. legit Othero.

Id est, Varina, Urbs campus, Trapiarus, Jerusalem, Harbaudianisia sive Ecclesia S. Leodegarii.. Sic exemplaria, nisi quod in ms. sit Varinne, & postremum in duo dividat, legens: Haer, Haudiavisna. Quæ Nicolaus Ches. Gallice vertit: Varesnes, Urcamp. Trepi, Hierusalem, Herbaudia vissa.

De annona modii M. D. CCCC. LXXV.) Sic j. sed ms. prætermittit vocem modii, ut dubium sit an illud M. D. non sit modii, ut paulo post in ms. scribitur md. j. li. n. vini hoc est modii mille quinquaginta duo vini.

CAP. XIX.

H*Ujus Præsulis hortatu Alitgarius Cameracensis Episcopus seu libellos de Remediis peccatorum, & ordine vel judiciis pœnitentiæ conscripsit.*) Extant hi lib. tom. 3. antiquæ lectionis, editi per Henricum Canisium, præfixis quoque his duabus, quæ hic referuntur, epistolis. Ex hoc autem loco auctoris probatur, sextum quoque librum, quem seorsim ponit Canisius, ipsius esse Halitgarii: seu ut legit Chronicon Cameracense lib. 1. cap. 38. Halitcharii. Hi libri merito recenseri debent inter primus Casuistas. Fuisse tamen & alios, qui ante ætatem Halitgarii de eodem argumento scripserunt, ex ipsa hac Ebonis constat epistola: ut est Pœnitentiale Romanum, & Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, de quo Beda in chronicis sub Dagoberto. Item liber ipsius Bedæ de Remediis peccatorum. Præterea Orliberti & Hattonis Episcopi Basileensis, deinde Theodulphi Aurelianensis, Rabani, & c. quorum meminit Rhenanus in argumento libri Tertulliani de pœnitentia, & Jacobus Pamelius adnotatione j. ad eumdem librum. Patet autem ex hoc Halitgarii opere, adhuc tum temporis pœnitentias imponi suisse secundum exigentiam Canonum.

Ubi cum diu orassent.) ms. Deum orassent. Sed alia lectio, quæ ceterorum est exemplarium, merito præferenda est, quæ congruit cum Thegano in opere de gestis Ludovvici Pii cap. 16. ex quo verisimile est Flodoardum accepisse, cum iisdem etiam verbis utatur. Contigit autem tam bellum contra Sclavos, quam ipsius Ludovvici in Imperatorem coronatio anno 816. ut patet ex eodem Thegano, & Baronio.

Apostolica repetimentur munia contulisse.) Sic omnia exemplaria. Legendum forte quis arbitratur Imperialia, pro Apostolica, ut in 2. diplomate hujus capitis: Imperialia sumpsimus insignia. Sed vera lectio est Apostolica munia, hoc est quæ a Sede Apostolica conferri solent. Ejus enim est Imperatorem coronare. Quæ lectio probatur ex cap. 18. lib. 3. ubi refertur, quod hic citatur ex Lotharii Imp. epistola.

Et Lotharius adduxit secum patrem ad Compendium palatium, ubi eum afflixit cum Episcopis.) Exstat. tom. 3 Concilium apud Compendium, in quo Ludovicus Imp. depositur anno 833.

Moderamni Redonensis Episcopi.) Sic recte s. & j. & omnia exemplaria c. 20. lib. 1. Gallice vertitur *de Renes*. Est autem sub Archiepiscopatu Turonensi. Cetera exemplaria, Rothomagensis Archiepiscopi, hic legebant. Quod ex eo verisimiliter accidit, quod pro Redonensis aliquis scripserit, Rodomensis, pro quo alius scripserit Rothomagensis. Nam Rothomagus alio nomine Rodoma, & Rodomus dicitur, ut supra ad cap. 16. probavimus. Adde quod in catalogo Rothomagensium Archiepiscoporum apud Democharem nullus invenitur Moderamnus.

CAP. XX.

R*Equirente postmodum Papa Nicolao ab Episcopis Galliæ, maximeque Belgicæ provinciæ, hæc inter alia in responsis accepit.*) Non exstat saltem plene, Episcoporum Galliæ epistolam ad Nicolaum primum, ex quo hæc omnia auctor delibavit. Nam hæc eum ex aliis recitare patet, dum post multa narrata addit: Item post pauca. Rursus: Item post aliquantula.

Ajulfum videlicet Archiepiscopum, & Badaradum Episcopum.) Ajultum legunt c. m. & j. ex quo s. fecit Anulfum c. Arnulfum. Badaradum legunt c. & j. quomodo & infra legitur hoc eodem capit. satis conformiter ab omnibus, nisi quod ms. habeat Baradus. Similiter & Synodus Suessionensis, de qua sub finem hujus capitis, legit Badaradum & Ajulfum. ms. & s. hoc loco Hadaradum legebant.

Quos secundum Africæ provinciæ Canones elegerat sibi judices.) Concilium Africanum, quod aliquoties hoc cap. citatur, illud esse videtur quod exstat tom. 1. Concil. habitum sub Pontificibus Bonifacio & Cælestino. Sunt autem Canones diversorum Conciliorum Africanæ provinciæ numero 105. Quod hic citatur habetur cap. 63. quod nominatim citat Hincmarus in Concil. Suessionensi, de quo lib. 3. cap. 11. Sed quæ infra citantur ex cap. 59. & 74. in illo Concilio, prout nunc exstat, non leguntur.

Theodericum scilicet Episcopum.) Hic erat Episcopus Cameracensis, ut constat ex Chronico Cameracensi libro primo, cap. 41.

Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi octingentesimo tricesimo quinto, anno etiam Imperii gloriosi Cæsaris Ludovici XXI.) Sic c. Sed s. ms. & j. XXIII. non recte. Nam cum regnare cœperit initio anni 815. annus 835. est Imperii ejus 21. ut consentit Sigebertus in Chronico.

Haregarius Episcopus.) Sic s. c. & j. at ms. & aliud exemplar Harogarius.

Rambertus Episcopus.) M. Hranbertus, s. Hrambertus.

Haiminus Episcopus. Sic s. j. & c. in Gallico. ms. Haimus, c. Lat. Hemius.

Cui restitutioni præfata, quæ Suessionis habita est contradixit Synodus.) s. ms. contradicit. Hujus Synodi tacite facta est mentio initio hujus capitis.

A quo in regione Saxoniæ quoddam Episcopium promeruit.) &c. Factus enim est Episcopus Hildesemensis, ordine quartus, in quo 12. annis permansit, ut scribit Albertus Krantzius lib. 1. Metrop. c. 30. Quo cum satis consentit, quod a Flodoardo lib. 3. c. 2. supervixisse scribatur usque ad annum 851.

SCHOLIA IN LIBRUM III.

CAP. I.

A*Nno denique Dominicæ incarnationis DCCC. XLV. Karolus Synodum Episcoporum regni sui apud Bellovagum.*) Sic omnia vetera exemplaria, quomodo etiam ter quaterve legitur in Atrebatensi Breviario die 15. Julii. Id s. & j. mutaverunt in nomen hoc seculo usitatius Bellovacum, Baronius tom. 10. addictum hunc annum ex nostro hoc Flodoardo Gallice edito, totum hoc caput primum inseruit suis annalibus in Latinum conversum, & ex eo Binius tom. 3. Conciliorum.

Archiepiscopo Senonensis Ecclesiæ Wenilone,) Sic omnia antiqua exemplaria, quod rursus s. & j. mutaverunt ubique in Senonensis, quomodo etiam hic correxit aliquis in m. cum prius legeretur Sennensis, quomodo & constanter legitur infra c. 10. & 21. Idemque factum est infra cap. 21. Nam & ibi in m. legebatur cum Wenilone Sennensi. Eodem modo legit Chronicon Cameracense lib. 1. cap. 43. cum Venelone Senensi, infra c. 20. omnia exemplaria Egilunem vocant, c. 21. Vvaullonem. In hist. Tilpino inscripta Ganelo vocatur. Sic & manuscriptum exemplar historiæ Scholasticæ Petri Trecensis quod est in bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ S. Audomari legit Vvihelmo Sennensi, ubi in excusis est Senonensi. Accedit & vox Gallica *Sens*. Et in manuscripto catalogo

Simul cum alio Episcopatu,) Videlicet Trevirensi, ut probatur ea epist. 56, Hincmari cap. 19. inter eas quæ prælo excusæ sunt, & ex præfatione ejusdem Hincmari in vitam sancti Remigii, in qua ait, quod Milo, de quo sermo est, Episcopia Remorum ac Trevirorum usurpans in simul, per quadraginta circiter annos persumdederit.

C A P. XIV.

D*Ecessit (S. Rigobertus) pridie Nonas Januarii*.) Additum est in uno exemplari in margine: Anno incarnationis Dominicæ circiter septingentesimo septuagesimo tertio. Quæ verba ms. c. j. non habent, etsi habeantur in vita apud Surium, ex qua sumpta sunt pleraque, quæ in hac historia de eo hactenus relata sunt. Additur quoque in vita, ad majorem temporis certitudinem, indictione octava eum obiisse. Exstat apud Surium die 4. Januarii. Quo die ejus legitur memoria in Romano Martyrologio, tam Petri Galesinii, quam Baronii. Eodem quoque die a Molano additus est Usuardo. Scribit ibidem Baronius in notis, cum pervenisse usque ad tempora Hadriani Papæ, qui, inquit, ipso defuncto, rejecto Milone, in locum ejus subrogavit Turpinum, ut ejus acta testantur. Quod conforme est illis, quæ de anno obitus ipsius dicta sunt. Nam Hadrianus sedere cœpit anno 772. Meminit ejusdem Sigebertus in chronico anno 723. quo eum dicit ab Episcopatu depositum, seu ejectum. Quæ si vera sunt, oportet eum annis 50. exulasse. Verum Franciscus Hatæus in vitis Sanctorum a se editis ponit eum obiisse circa annum 733. hac apposita adnotatione post vitam ipsius: Ponebatur obiisse anno Christi 773. Sed omnino error videtur esse in numeris. Nempe Martellus Princeps, quem ille Episcopus puerum baptismate abluit, obiit quinquagenarius anno salutis 741. sicque debuisset sanctus Rigobertus Episcopatum gessisse integris octoginta annis. Sigebertus quoque Historicus refert eum anno 23. illius seculi a Martello Episcopatu pulsum. Adde quod solum memoretur vixisse sub his tribus Regibus, Childeberto, Dagoberto, & Chilperico, quorum postremus certe in vivis esse desiit anno 727. Itaque suspicor pridem pro xxxiii. substitutum lxxiii. ut anno 33. illius seculi, non 73. Sanctus Rigobertus mortem obierit. Hæc Hatæus satis probabiliter,

C A P. XV.

I*N pagum Veromandensem, ad villam Nemiacum*.) j. Memoicum. In hoc tractu Veromandensi insignis est civitas S. Quintini, non procul a Cameraco,

Hæc pretiosa illuc delata membra.) ms. j. munera. quomodo & c. vertit in Gallico, sed alia lectio melior est, quam paulo post habent omnia exemplaria.

Nec longum post hæc.) &c. Hæc est quarta translatio S. Rigoberti, facta ab Heriveo Archiepiscopo, de qua infra lib. 4. c. 13.

C A P. XVI.

Q*Uamvis eum quidam Corepiscopum tantum fuisse tradunt*.) Alias Coepiscopum. Sed vera lectio est Corepiscopum, seu ut melius scribitur, Chorepiscopum. Dicti sunt enim Chorepiscopi a χώρα, quæ vox Græcis regionem, vel agrum significat, quasi certarum regiuncularum in qualibet diœcesi speculatores. Quod officium in eos qui Archidiaconi, Archipresbyteri, & Decani rurales, & Decani Christianitatis hodie vocantur maxime competere videtur. Hincmarus infra lib. 3. cap. 22. vicarium Episcopum a vico idem nomen interpretatur. Unde & Gallice Nicolaus Chesneau interpretatur hoc loco, & infra, *Doyen rural*. In m. scriptum fuit Corepiscopum, sed littera r. recenti manu ab aliquo imperito deleta est, ad faciendum Coepiscopum. Quod autem Abel vere fuerit Remensis Archiepiscopus sufficienter probat hoc cap. Flodoardus. Eodem facit & illud apud Surium in vita sancti Rigoberti, ubi dicitur, quod Hincmarus fuerit quintus a sancto Rigoberto Remorum Archiepiscopus. Si enim non connumeretur hic Abel, non nisi quartus erit. Cur autem a quibusdam prætermittatur in catalogo Remensium Archiepiscoporum, rationem habemus ex iis quæ citantur ex epistola Adriani hoc cap. quia etsi ibi constitutus sit Episcopus; tamen ibi permanere permissus non fuit, ideoque rediit Lobium celebre in Belgio Monasterium, ubi ad infidelium conversionem laborasse creditur, adeo ut sancte vivendo & prædicando pertigerit ad æternæ vitæ bravium. Nomen ejus sacris martyrologii tabulis Usuardi adjecit Molanus die 5. Augusti quo die agit de eo idem Molanus in Natalibus SS. Belgii, ascribens ei titulum Remensis Archiepiscopi, & in suis martyrologiis Petrus Galesinius, & Arnoldus Wion. Item Trithemius lib. 3. de viris illust. Ordinis Sancti Benedicti cap. 298. & lib. 4. cap. 118. Quo loco scribit festum ejus agi nono Calendas Octobris. Fuit natione Scotus.

Grimonem in civitate quæ dicitur Rodomus.) m. & aliud exemplar Rodomis, pro quo s. & j. substituerunt Rothomagus, ejusdem civitatis nomen, quæ etiam Rodoma dicitur. Vide annotat. Nicolai Serrarii ad epistolam 143. Sancti Bonifacii. Sed non probo ut pro veteribus nova nomina, quamvis notiora reponantur, quia hac ratione perit notitia antiquitatis. Sic & infra lib. 4 cap. 31. omnia exemplaria legunt, Rodomi, nisi quod ibi c. vitiose legit Rodonii, & utrobique Gallice vertitur *Roven*. Utitur ea appellatione Sigebertus anno 732. Remigius, inquit, Pipini Regis frater Rodomensis Archiepiscopus in Gallia claret. Est autem hic Grimo 27. Rothomagensis Archiepiscopus in tabulis Demochasis, Roberto subrogatus anno 733.

Tertium denique Hartbertum in civitate, quæ dicitur Senonis.) Sic c. & j. At ms. Hattbertum. In tomis Conciliorum Arsbertus, in tabulis Democh. Otbertus, sive Ochibertus Cardinalis anno 762. estque numero 36. Porro ex his quæ hic citantur ex duabus Zachariæ epistolis non pauca poterunt restitui in tomis epist. decretalium, & tom. 3. Concil.

C A P. XVII.

D*E Tilpino Episcopo*.) Ita constanter omnia exemplaria. Alii auctores vocant absolute Turpinum, aut Joannem Turpinum. Exstat ejus nomine historia de vita Caroli Magni, & Rolandi, tametsi Papirius Massonus lib. 2. Annalium Francorum existiment non esse ipsius, sed hominis otiosi, qui fabulas illas post Caroli Calvi imperium descripsit in gratiam juventutis. Idem recte docet Antonius Possevinus in Apparatu sacro, in Tilpino.

De ordinatione Episcopi nomine Lul, sanctæ Moguntinæ Ecclesiæ.) Sic omnia vetera exemplaria, pro quo s. & j. Lulli substituerunt. Sed in tomis Conciliorum sæpe Lul appellatur, ac nominatim epistola 22. Zachariæ Papæ, sicuti & in epistolis sancti Bonifacii. Fuit hic Beatus Lullus S. Bonifacii martyris successor, & II. Archiepiscopus Moguntinus.

Noviliacum in pago Ursinse.) c. Ursince, j. Urcinse.

C A P. XVIII.

M*Issus dominicus ad recta judicia determinanda fuerat ante Episcopatum constitutus*.) Missus, id est legatus. Frequens est missorum mentio in capitulis Caroli Magni, & Ludovici Pii: quorum officium hoc c. describitur. Misso autem dominico fere addebatur comes, ut patet ex lib. 2. Capitulorum c. 25. Quod nomen officii erat non dignitatis aut sublimitatis ut hodie. De Missis dominicis lib. 1. capitulo 122. lib. 2. cap. 11. 16. 17. 19. 25. 26. 27. 28. lib. 3. cap. 17. 18. 33. &c. de Comitibus lib. 2. cap. 6. 9. 10. 12. 18. 23. 24. 25. 26. 28. 32. &c. De his & Petrus Pithœus in glossario Capitulorum verbo Missi dominici. Florentinus Vander Haer in Castellanis Insulensibus, & Petrus Louves in histor. Bellovacensi lib 3. c. 9.

In his quoque pagis Dolomense scilicet, Vongense.) &c. Sic omnia hæc nomina per e legunt ms. quomodo olim frequenter loquebatur, quod servari placuit, c. j. Dolomensi, Vongensi, &c. per i.

Ut bonos & idoneos Vicedomnos & advocatos haberent.) Sic m. cetera Vicedominos. De his Vicedomnis & advocatis est Capitulum, 11. lib. 3. Capitulorum, ubi similiter legitur vicedomnis. Nam si tunc pro dominus, domnus dicebatur, consequenter vicedomnum dicebant, & scribebant.

Hic Synodum invenitur habuisse anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCXIIII. in Ecclesia Noviomensi.) Hæc Synodus deest in tomis Conciliorum. Sed tom. 3. habetur Concilium Remense primum sub eodem Vulfario & Carolo Magno celebratum anno præcedenti

ti 813. mense Majo, quod habet Capitula seu Canones 44. Cujus auctor noster mox infra meminit, dicens in eo constituta fuisse capitula xliii. sed facile fieri potuit, ut unum in duo divideretur.

Congregatis secum Coepiscopis suis Hildoardo, Ermenone, Jesse, Ragumberto, Grimboldo, Rothardo, Wendilmaro, Ostroaldo.) j. scribit Hildoaldo. Erat hic Episcopus Cameracensis. Ermeno Silvanectensis, qui in tabulis Democharis vocatur Herminius. Jesse Ambianensis, Ragumbertus, vel ut e. j. Ragimbertus, Bellovacensis, cui successit S. Hildemannes, de quo infra c. 20. qui obiit anno 848 die 8. Decembris. Grimboldus Morinensis, qui alias Grimbaldus & Erembaldes. Rothardus Suessionensis, qui infra cap. 20. & lib. 3. semper Rothadus nominatur in omnibus fere exemplaribus, quæ hic variant. In tomis Concil. & tom. 3. bibliothecæ Patrum 2. editionis fere Ruthaldes legitur. Wendilmarus erat Episcopus Noviomensis, Ostroaldus Laudonensis.

Adalbardo.) e. j. Adalardo.

Folrado, Ericho.) Sic c. & j. Alia Folrado, Eriono. Paulo post, pro Otnero, c. j. legit Othero.

Id est, Varina, Urbs campus, Trapiacus, Jerusalem. Harbaudeanisna sive Ecclesia S. Leodegarii. Sic exemplaria, nisi quod in ms. sit Varinee, & postremum in duo dividat, legens: Haer, Haudiavisna. Quæ Nicolaus Chesn. Gallice vertit: *Varesnes, Urcamp. Trapi, Hierusalem, Herbaudia vilpa.*

De annona modii M. D. CCCC. LXXV.) Sic j. sed ms. prætermittit vocem modii, ut dubium sit an illud M. D. non sit modii, ut paulo post in ms. scribitur md. j. li. n. vini hoc est modii mille quinquaginta duo vini.

CAP XIX.

H*Ujus Præsulis hortatu Alitgarius Cameracensis Episcopus sex libellos de Remediis peccatorum, & ordine vel judiciis pœnitentiæ conscripsit.*) Extant hi lib. tom. 5. antiquæ lectionis, editi per Henricum Canisium, præfixis quoque his duabus, quæ hic referuntur, epistolis. Ex hoc autem loco auctoris probatur, sextum quoque librum, quem seorsim ponit Canisius, ipsius esse Halitgarii: seu ut legit Chronicon Cameracense lib. 1. cap. 38. Halitchari. Hi libri merito recenseri debent inter primos Casuistas. Fuisse tamen & alios, qui ante ætatem Halitgarii de eodem argumento scripserunt, ex ipsa hac Ebonis constat epistola: ut est Pœnitentiale Romanum, & Theodori Archiepiscopi Cantuariensis, de quo Beda in chronicis sub Dagoberto. Item liber ipsius Bedæ de Remediis peccatorum. Præterea Otliberti & Hattonis Episcopi Basileensis, deinde Theodulphi Aurelianensis, Rabani, &c. quorum meminit Rhenanus in argumento libri Tertulliani de pœnitentia, & Jacobus Pamelius adnotatione j. ad eumdem librum. Patet autem ex hoc Halitgarii opere, adhuc tum temporis pœnitentias imponi solere secundum exigentiam Canonum.

Ubi cum diu orassent.) ms. Deum orassent. Sed alia lectio, quæ ceterorum est exemplarium, merito præferenda est, quæ congruit cum Thegano in opere de gestis Ludovvici Pii cap. 16. ex quo verisimile est Flodoardum accepisse, cum iisdem etiam verbis utatur. Contigit autem tam bellum contra Sclavos, quam ipsius Ludovvici in Imperatorem coronatio anno 816. ut patet ex eodem Thegano, & Baronio.

Apostolica reperiuntur munia contulisse.) Sic omnia exemplaria. Legendum forte quis arbitratur Imperialia, pro Apostolica, et in 2. diplomate hujus capitis: Imperialia sumpsimus insignia. Sed vera lectio est Apostolica munia, hoc est quæ a sede Apostolica conferri solent. Ejus enim est Imperatorem coronare. Quæ lectio probatur ex cap. 10. lib. 3. ubi refertur, quod hic citatur ex Lotharii Imp. epistola.

Et Lotharius adduxit secum patrem ad Compendium palatium, ubi cum afflixit cum Episcopis.) Extat. tom. 3 Concilium apud Compendium, in quo Ludovicus Imp. deponitur anno 833.

Moderamni Redonensis Episcopi.) Sic recte s. & j. & omnia exemplaria c. 20. lib. 1. Gallice vertitur *de Renes*. Est autem sub Archiepiscopatu Turonensi. Cetera exemplaria, Rothomagensis Archiepiscopi, hic legebant. Quod ex eo verisimiliter accidit, quod pro Redonensis aliquis scripserit, Rodomensis, pro quo alius scripserit Rothomagensis. Nam Rothomagus alio nomine Rodoma, & Rodomus dicitur, ut supra ad cap. 26. probavimus. Adde quod in catalogo Rothomagensium Archiepiscoporum apud Democharem nullus invenitur Moderamnus.

CAP. XX.

R*Equirente postmodum Papa Nicolao ab Episcopis Galliæ, maximeque Belgicæ provinciæ, hæc inter alia in responsis accepit.*) Non exstat saltem plene, Episcoporum Galliæ epistolam ad Nicolaum primum, ex quo hæc omnia auctor delibavit. Nam hæc cum ex aliis recitare patet, dum post multa narrata addit: Item post pauca. Rursus: Item post aliquantula.

Ajulfum videlicet Archiepiscopum, & Badaradum Episcopum.) Ajultum legunt r. m. & j. ex quo s. fecit Aaulfum c. Arnulfum. Badaradum legunt c. & j. quomodo & infra legitur hoc eodem capit. satis conformiter ab omnibus, nisi quod ms. habeat Baradus. Similiter & Synodus Suessionensis, de qua sub finem hujus capitis, legit Badaradum & Ajulfum. ms. & r. hoc loco Hadaradum legebant.

Quos secundum Africæ provinciæ Canones elegerat sibi judices.) Concilium Africanum, quod aliquoties hoc cap. citatur, illud esse videtur quod exstat tom. 1. Concil. habitum sub Pontificibus Bonifacio & Cælestino. Sunt autem Canones diversorum Conciliorum Africanæ provinciæ numero 105. Quod hic citatur habetur cap. 63. quod nominatim citat Hincmarus in Concil. Suessionensi, de quo lib. 3. cap. 11. Sed quæ infra citantur ex cap. 59. & 74. in illo Concilio, prout nunc exstat, non leguntur.

Theodericum scilicet Episcopum.) Hic erat Episcopus Cameracensis, ut constat ex Chronico Cameracensi libro primo, cap. 41.

Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi octingentesimo tricesimo quinto, anno etiam Imperii gloriosi Cæsaris Ludovici XXI.) Sic c. Sed r. ms. & j. XXIII. nec recte. Nam cum regnare cœperit initio anni 815. annus 835. est Imperii ejus 21. ut confecit Sigebertus in Chronico.

Hartgarius Episcopus. Sic r. c. & j. at ms. & aliud exemplar Harogarius.

Rambertus Episcopus.) M. Hranbertus, s. Hrambertus.

Haiminus Episcopus. Sic r. j. & c. in Gallico. ms. Haimus, c. Lat. Hamius.

Cui restitutioni præfata, quæ Suessonis habita est contradixit Synodus.) r. ms. contradicit. Hujus Synodi tacite facta est mentio initio hujus capitis.

A quo in regione Saxonia quoddam Episcopium promeruit.) &c. Factus enim est Episcopus Hildesemensis, ordine quartus, in quo 12. annis permansit, ut scribit Albertus Krantzius lib. 1. Metrop. c. 30. Quo cum satis consentit, quod a Flodoardo lib. 3. c. 2. supervixisse scribatur usque ad annum 851.

SCHOLIA IN LIBRUM III.

CAP. I.

A*Nno denique Dominicæ incarnationis DCCC. XLV Karolus Synodum Episcoporum regni sui apud Bellovagum.*) Sic omnia vetera exemplaria, quomodo etiam ter quaterve legitur in Atrebatensi Breviario die 15. Julii. Id s. & j. mutaverunt in nomen hoc seculo usitatius Bellovacum. Baronius tom. 10. addictum hunc annum ex nostro hoc Flodoardo Gallice edito, totum hoc caput primum inseruit suis annalibus in Latinum conversum, & ex eo Binius tom. 3. Conciliorum.

Archiepiscopo Senonensis Ecclesiæ Wenilone,) Sic omnia antiqua exemplaria, quod rursus s. & j. mutaverunt ubique in Senonensis, quomodo etiam hic correxit aliquis in m. cum prius legeretur Senonensis, quomodo & constanter legitur infra c. 20. & 21. Idemque factum est infra cap. 21. Nam & ibi in m. legebatur cum Wenilone Senonensi. Eodem modo legit Chronicon Cameracense lib. 1. cap. 43. cum Venelone Senensi. infra c. 20. omnia exemplaria Egilonem vocant, c. 22. Vvanilonem. In hist. Tilpino inscripta Ganelo vocatur. Sic & manuscriptum exemplar historiæ Scholasticæ Petri Trecensis quod est in bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ S. Audomari legit Vvihelmo Senonensi, ubi in excusis est Senonensi. Accedit & vox Gallica *Sens*. Et in manuscripto catalogo

Episcoporum totius orbis, quem penes me habeo, lego, Archiepiscopatum Senonensem. Denique Zacharias Papa in epist. ad S. Bonifacium, quæ est inter epist. Bonifacii 143. de hac loquens ait: Tertium denique Hardthbertum in civitate quæ dicitur Sennis. Quo loco intelligi urbem Senonensem recte suspicatur Serrarius, & patet ex nostro Flodoardo supra lib. 2. cap. 16. Denique Senonensis perpetuo legitur in epist. Nicolai primi ad Karolum Regem, & ad Egilonem, quas edidit una cum Hincmari epist. Joan. Cordesius.

CAP. II.

Quæ toto hoc cap. habentur de Synodo Parisiensi in causa Ebonis habita, ea similiter ex Gallico conversa in Latinum habet Baronius anno 847, & ex eo Binius tom. 3. Concil.

CAP. III.

Et imperrent pro nobis offerri sacras oblationes.) Sic e. & j. alias imperent. m. intrent pro nobis offerre, pro quo s. instent pro nobis offerre. Sed prima lectio videtur melior. Hinc autem docemur vivorum suffragia prodesse defunctis.

CAP. IV.

Atque pusillis pumilio.) Incertum est an propria sint nomina, an appellativa, quod verius videtur. Unde Gallice vertitur: *le petit nain*, id est parvus nanus.

Sciat secundum digna memoriæ avi, & pia recordationis genitoris nostri Capitula se emendaturum.) Loca Capitulorum Caroli magni, & Ludovici Pii in margine notavimus. De eodem argumento Pithœus in glossario verbo Nonæ & decimæ citat Canonem 42. Syn. Mogunt. 46. Turonensis, & 62. Meldensis.

Possunt prabere consultum.) Sic e. & j. Quomodo omnia legunt supra lib. 2. cap. 19. in litteris Ludovici Imperatoris. Alias consilium, ut ms. hoc loco. Utitur eadem voce Nicolaus Papa 1. epist. 32. Audivimus, inquit, Lotharium a sede Apostolica petitum non expectasse consultum. Sic & in Rotbaldi appellatione ad sedem Apostolicam: Absque meo consensu, seu consultu. Et Chronicon Cameracense lib. 3. cap. 56 Ut cum a consultu Pontificis longe faceret. Quibus locis consultus significat consulationem, vel consilium. Utitur eadem voce Fulbertus Episc. Carnotensis epist. 39.

CAP. V.

Hujusmodi regia benignitatis fundus auctoritatibus.) Sic omnia exemplaria, pro quo a. substituit fretus Sensus est enim habere hujusmodi auctoritates, hoc est, edicta seu diplomata.

Librum quoque Sacramentorum, sed & Lectionarium, quos scribi fecit, ebore, argentoque decoravit.) Liber Sacramentorum veteribus, ac nominatim B. Gregorio, est quem nos librum Missalem, vel in neutro genere, Missale dicimus. Lectionarius, qui lectiones cujusque diei con tinebat. Similia leguntur infra cap. 9. data ab eodem Hincmaro Ecclesiæ S. Remigii.

CAP. VI.

Reparansque candelarum munuscula.) Hæc vera est lectio. Sed m. candelabrorum munuscula, ex quo fecit a. & j. Candelabrum & munuscula. Ex hoc autem discimus fuisse etiam illo tempore usitatam fidelium devotionem, quam etiamnum cernimus, ut Sanctis luminaria accenderent.

CAP. VII.

Velum vero quoddam oppansum ibidem videbatur.) Sic m. & e. Sed c. j. appensum, s. oppensum.

CAP. VIII.

Scannis tapetia reddit.) Hoc est reponit. Sic omnia exemplaria, præter ms. quod habet: sancta tapetia reddidit. Ex iis autem quæ hic referuntur discimus ornamenta Ecclesiæ non esse applicanda ad usus prophanos.

CAP. IX.

Versibus etiam auro inclytis prætitulavit.) Sic ms. At j. inlitis, c. inditis.

CAP. X.

Quem cotidianum pallii usum nulli unquam Archiepiscopo se concessisse.) De auctoritate & usu palli est titulus 8. lib. 1. decretalium. Baronius tom. an. duobus locis, videlicet 849 & 852. scribit Nicolaum Papam negare, fuisse concessum Hincmaro pallium ad usum quotidianum a Leone Papa, ut, inquit, suo loco dicetur. Verum in gestis Nicolai Papæ id nusquam ostendit falsum fuisse, etsi de aliis Hincmarum redarguat.

Commendasse reperitur Episcopis atque Legatis. Sic ms. At c. j. epistolis. Prior lectio magis placet, quia de epistolis mox infra sequitur.

CAP. XI.

De Synodo comprovinciali apud Suessonicam urbem habita.) Exstat tom. 3. Conciliorum parte prima celebrata anno 853. tempore Leonis IV. Sed ut ibi notatur (& infra fatetur auctor noster hoc eodem cap.) reprobata a Nicolao Papa I. Ex istius Synodi actis ea quæ hic scribit auctor desumpsit, plerumque etiam verba ipsa mutuatus. Quod a Nicolao Papa retractata sit & reprehensa, quoad depositionem illorum clericorum, qui ab Ebone ordinati fuerant (quamvis subreptitie ejusdem Synodi approbationem a Benedicto Papa, & ab ipso Nicolao jam ante Hincmari obtinuerit, ut ostendit epistola Nicolai 52. & 53. inter eas, quæ sunt in appendice epistolarum ejus, quod fatetur etiam ipse Baronius tom. 10. anno 863. ubi eandem intexit epistolam.) quod inquam a Nicolao Papa reprobata sit, patet ex epistola 46. & 47. ejusdem, & in appendice epistola 13. & 15. qui aliam jussit congregari Synodum in eadem civitate Suessionensi super eadem difficultate, quæ dictos clericos restituendos esse decrevit. Hæc habita est anno 866.

Amalrico Turonensi.) Ita e. j. tom. Concilior. & chron. Cameracense. ms. Almarico, & infra Almaricum, & similiter bis cap. 21. Plena dictio est Amalaricus, Regis Wisegothorum nomen. Item m. Turonense, Cathalaunense, Noviomagense, & ita de ceteris omnibus per e, nisi quod legat Senonensi, pro quo mutatum est a Senonensi, & Cameracensi. Verum hoc loco retinuimus usitatiorem declinationem secuti alia exemplaria, & prout legitur in tomis Conciliorum, ut pronuncietur ablativus per i.

Huberto Meldensi.) Ita e. j. sicut & tabulæ Demochares. At reliqua Hucberto ut in tom. Concil. quomodo etiam nomen Leodiensis Episcopi in manuscriptis codicibus Sigeberti perpetuo legitur.

Jona Augustudensi.) m. Augustidunense, pro quo s j. Augustodunensi, quod nunc usitatius.

Godelsado Cavilonensi.) Sic omnia antiqua exemplaria, s. & j. substituerunt nomen recentius Cabillonensi.

Hildebranno Sagiensi.) m. Sagense, j. Sagensi, quomodo & in tomis Concil. hic legitur. At in subscriptione Concilii Tullensis, & 2. Suessionensis Hildebrandus Sagiensis. Similiter in tabulis Demochares inter Episcopos Sagienses nono loco ponitur S. Hildebrandus. Oppidum Sagium appellatur & Saium, Gal. *Seez* in Nordmandia.

Rigbaldo Remorum Chorepiscopo.) Sic e. & tomi Concil. ubi vocatur Rigbaldus, pro quo non recte Coepiscopo legunt ms. & j.

Lupo Abbate Monasterii, quod dicitur Ferrarium.) Sic omnia exemplaria. In tom. Concil. Lupo Abbate Monasterii Bethleem, quod Ferrarias dicitur. Utroque enim vocabatur nomine. Hujus Lupi Abbatis exstat liber epistolarum.

Heriaco.) m. & aliud exemplar Heirico. s. j. Herico, to. Concil. Erico.

Hairoaldus.) Sic ms. al Hairoldus, ut c. j. In tom. Concil. Harovvaldus.

Nomine Halduino.) Ita e. c. & tom. Concil. Sed ms. Balduino, tametsi m. infra Halduinum legit, pro quo male correctum Balduinum. j. Harduinum utrobique.

Præmissi denique Concilii Præsules, Apostolicæ sedis obedientes

obedientes praecepti, &c. hujusmodi praeferentes epistolam.) Hæc epistola, cujus summaria capita tantummodo hic inferuntur, est Synodica epistola Concilii Trecensis, de quo infra cap. 17. quod celebratum est ab iisdem Episcopis anno sequenti, videlicet 867. a quibus celebratum erat Suessionense anno 866. ut ipse titulus indicat, destinata quidem ad Nicolaum, sed reddita ejus successori Hadriano II. Exstat tom. 3. Concil. in fine primæ partis, ubi præcedit & alia epistola eorumdem Episcoporum ex Concilio Suessionensi scripta anno superiori, cujus paulo superius auctor noster meminit. Hac autem 2. epistola plene satisfaciunt iis quæ Nicolaus Papa epistola 46. ipsis injunxerat. Inscriptio paulo plenior est in tomis Conciliorum, & in opusculis Hincmari nuper editis per Joannem Lemovicensis Ecclesiæ Canonicum. Reverendissimo & Sanctissimo domino Patri, ac universali Papæ Nicolao, Episcopi qui præterito anno per gratiam Dei, & decretum vestrum apud Suessonicam urbem cum aliis, qui tunc nequiverunt adesse, viii. Kalend. Novembris, prima indictione apud Trecas convenimus.) Præter litteras Synodales ex Concil. II. Suessionensi dedit & privatam epist. Hincmarus ad Nicolaum Papam, qua se excusat, quod non statim Clericos illos restituerit. Exstat apud Baronium dicto anno 866. post epistolam Synodalem. Utraque missa est per Egilonem Archiepiscopum Senonensem. Ut autem epistola Synodica Trecensis tota huic cap. non inseritur, sic ex iis quæ habet Flodoardus potuerunt aliquot locis suppleri ea quæ desunt in tom. Conciliorum, & apud Cordesium.

In suis ordinibus restituere maturassemus.) Sic quidem s. & j. sed errore hic positum, cum vera lectio sit, quam habent m. & e. maturaremus. Ita enim est in tom. Concil. ita in eadem epistola edita per Cordesium, & in epistola Hincmari ad Nicolaum Papam, quæ est 2. interea quas Cordesius edidit, & in epistola secundi Concil. Suess. ad eundem Nicolaum.

Scripta quoque, quæ hinc a vestra auctoritate directa.) Sic c. j. Consentit lectio quæ est in tom Concil. nisi quod pro hinc legat hac. At hinc accipi potest, non ut adverbium loci, sed quæ hinc, id est, de hac re. ms. quæ hinc a nostra auctoritate. Sed priorem lectionem requirunt ea quæ præcedunt & sequuntur.

C A P. XII.

Canonicam in jam dictum Balduinum & Judith, secundum edicta Beati Gregorii, ab Episcopis depromi sententiam fecit.) Id est curavit eos excommunicari. Respicitur autem, ut apparet, ad decretum 10. & 11. Gregorii II. in Synodo Romana cap. Si quis virginem 36. q. 2. quo cap. raptores virginum & viduarum excommunicari jubentur.

Et honores Balduino pro vestra solummodo petitione donavit.) Hic Balduinus cognomento Ferreus, primus dicitur creatus Comes Flandriæ seu Comes regni a Carolo Calvo, patre ipsius Judith. Videatur Jacobus Meyerus in Annalibus Fland. anno 863. Inter epist. Nicolai hæ sunt de causa Balduini 20. 21. 30. 32. & 52. quæ omnes fere sunt ad ipsum Carolum Regem, ut Balduino parcat. 21. est ad Hermentrudem reginam. Hæ quæ sunt ad Hincmarum, quarum meminit hoc capite, non exstant.

C A P. XIII.

De causa Rothadi Suessonici Episcopi depositi.) Depositus fuit hic Rothadus, sive (ut est plerumque in tom. Conciliorum, & Bibliotheca Patrum) Rothaldus, auctore Hincmaro congregatis aliquot Episcopis in Synodo Silvanectensi anno 863. mense Junio. Qui, illo in Monasterium detruso, alium substituerunt, non obstante appellatione ad sedem Apostolicam, a qua postea sedi suæ est restitutus, cum nulli contra eum accusatores Romæ comparerent. Nec ipse Odo Bellovacensis Episcopus, qui ab hac Synodo Romam missus fuerat eum accusaret. De quibus omnibus late videre est epistolam 28. Nicolai Papæ primi, & sequentes usque ad 44. Quæ sexdecim epistolæ exstant quoque tom. 3. Bibliothecæ Patrum 2. editionis. Et certe Hincmarus in sua epistola apologetica, quæ toto hoc capite continetur, scribit se mittere vicarios suos, non ut accusatores ad confligendum, sed ut a Rothado, atque a vicinis accusatus, ad intimandum, quod non in contemptum sedis Apostolicæ, appellantem Rothadum secundum Sardicenses Canones sedem Apostolicam: sed eum qui ad electorum judicium de certis capitulis provocavit juxta Carthaginenses & Africanos Canones, ac decreta Beati Gregorii, regulariter judicavimus. Sic ille. Verum id negat Rothadus in sua appellatione, quæ exstat post epist. 37. Nicolai Papæ, atque in eo videtur præcipua controversia hujus causæ consistere. Exstat totum hoc caput apud Baron. tom. 10. anno 861. sed ex unico exemplari, eoque ut fatetur Baronius, non sine mendis.

Quidam episcoporum Regni Lotharii, zelo amaro contra nos ducti, quia illorum consiliis de Vvaldrada non adquievimus.) Lotharius Rex, filius Lotharii Imp. repudiata legitima uxore Theutberga, hanc Vvaldradam concubinam sibi in matrimonium adsciverat, qua de re multæ quoque exstant Nicolai Papæ Epistolæ, & Hincmari prolixum opusculum de divortio Hlotharii Regis & Theutbergæ Reginæ.

Et ideo ut se contraderet, locarium ei promittere.) Sic c. & j. Dicitur autem locarium a loco ubi locare, id est collocare te possis. Significat, teste Varrone, pretium quod datur in stabulo & taberna. Unde Gallice vertitur *Moyens de vivre*. m. s. & aliud exemplar legunt jocarium, quod idem significare potest quod jocale, Gall. *Joyaux*, sed huic loco non congruit: prior autem lectio & significatio probatur ex iis quæ non multo ante præcedunt.

Et itineris longitudine atque insoliditate obstrictas.) Iter insolidum vocat, non tutum, Gallice *mal seur*. Quædam exemplaria duo verba faciunt in soliditate, sed non recte.

Nisi quandiu ejecto sine ullo crimine ab ea suo Pontifice.) Scilicet Rigoberto, de quo supra lib. 2. cap. 22. Quæ dictio alia manu super lineas in m. posita est, eamque a. & j. in textum retulerunt.

Quod furatus sit res & thesaurum Ecclesiæ.) Sic c. quæ vera videtur lectio. Reliqui. fraudatus.

C A P. XIV.

Ad conciliabulum nuper Metis habitum, quod vocari Synodum voluistis.) Exstat tom. 3. Concil. in fine primæ partis, habitum anno 863. mense Junio, in causa repudii Theutbergæ Reginæ a Lothario Rege facti. Damnavit illud Nicolaus I. in Concilio III. Romano sub ipso habito eodem anno.

Tandem in Moguntina civitate habita Synodo, Rabano Archiepiscopo libellum sui erroris porrigens, damnatur ab omnibus Germaniæ Episcopis. &c.) Hæc est 2. Synodus Moguntina sub Rabano anno Domini 848. tempore Leonis Papæ IV. de quo eodem anno Baronius, sed ex his Flodoardi scriptis ex Gallica lingua solum translatis.

Postea autem a Belgica Remorum, ac Galliarum Provinciarum Episcopis, auditur.) Videlicet in Synodo Valentina anno 855. ab Episcopis trium Provinciarum, quæ exstat tom. 3. Concil. parte 2. & in Synodo Tullensi in suburbio illius urbis, villa Saponariis dicta, ab Episcopis 12. Provinciarum anno Domini 859. quæ ibidem non integre exstat. Videatur Baronius hoc anno in annalibus. Utriusque infra meminit Auctor cap. 16.

Quæ contra Catholicam fidem ex veteri hæresi Prædestinatiana, &c. dicere videatur.) Recte dicit videatur, quia quædam ex his bene intellecta fidei non adversantur: ut quod secundo loco adsertur, distinguendo de voluntate Dei beneplaciti & signi. Item tertio loco, quod Christus pro omnibus sit mortuus & Crucifixus sufficienter, quia pretium fuit sufficiens quod dedit: sed non pro omnibus efficienter, quia non omnibus applicatur. In quem sensum respondit olim S. Prosper ad Capitula Gallorum, & objectiones Vincentianas. Quod primo loco adserit Hincmarus his verbis. *Dicit* (nimirum Gothescalcus) *quod & veteres Prædestinatiani dixerunt, quoniam sicut Deus quosdam ad vitam æternam, ita quosdam prædestinavit ad mortem æternam.* Hoc impie ab iis, & a Gothescalco dictum, quia dicebant fatali necessitate ex prædestinatione Dei eos ad peccata, deinde in mortem compelli, ut constat ex objectione prima in Capitulis Gallorum, & can. ult. 2. Concil. Arausicani, & cap. 3. Concil. Valentini, in quo, citato eodem Concil. Arausicano, sic dicitur: Verum aliquos ad malum prædestinatos esse divina potestate, videlicet ut quasi aliud esse non possent, non solum non credimus, sed etiam si sint qui tantum mali credere velint, cum omni detestatione, sicut Arausica Synodus,

illis anathema dicimus. Legant autem, & apud se perpendant caput sextum ejusdem Concilii Valentini, qui hujusmodi quæstiones hoc seculo suscitarunt. Cæterum de hæresi prædestinatiana apud veteres rara est mentio sub illo nomine, & recentiores scribentes de hæresibus solum illud adserunt, quod Sigebertus in Chronico anno 415. his verbis: Prædestinatorum hæresis hoc tempore cœpit serpere: qui ideo Prædestinati vocantur, quia de prædestinatione & divina gratia disputantes, asserebant, quod nec pie viventibus prosit bonorum operum labor, si a Deo ad mortem prædestinati fuerint: nec impiis obsit, quod improbe vivant, si a Deo prædestinati fuerint ad vitam. Quæ assertio & bonos a bonis avocabat, & malos ad mala provocabat. Hæc illa.

Quod prædestinatiani, veteres non dixerunt, iste ut audacius, ita & perniciosius dicit, Deitatem Sanctæ Trinitatis trinam esse.) Id quidem minus recte, & improprie dicitur, cum trium personarum in sancta Trinitate non sit nisi una numero deitas. Sed eo sensu dici potest trina deitas, quia est in tribus personis. Unde in Ecclesia Romana a trecentis & quinquaginta circiter annis decantatus est ille S. Thomæ hymnus de V. Sacramento in quo dicitur: Te trina Deitas, unaque poscimus. Cumque de eo mutando ageretur in postrema correctione Romani Breviarii sub Clemente VIII. ut a viris doctis accepi, propter auctoritatem tamen tanti Doctoris, nihil est mutatum. Sic apud Chrysost. tom. 3. homil. de S. Joanne Baptista (quæ quidem ipsius non est, sed incerti auctoris) legitur, quod in Patre, Filio, & Spiritu sancto est triplex & una divinitas. Ubi triplex pro trina ponitur, sicut, & in hymno Prudentii de cereo paschali, cum ait de Deo: Regnum contineat numine triplici. Nam Deus non recte triplex dicitur, sed trinus, ut docent Scholastici Doctores in 1. librum sententiarum dist. 19.

Et non solum Doctorum suorum doctor videri appetit. &c.) Sic omnia exemplaria, estque hæc vera lectio, ideoque in m. male correctum, dictorum, quod secutus est s. est autem sensus doctorum suorum, id est, eorum qui eum docent & instruunt, doctor videri appetit, quos convincere nititur de eo quod contra seipsos, & propriam doctrinam doceant.

C A P. XV.

CEterum capitula synodalia venerabilium consacerdotum nostrorum, trium scilicet provinciarum sicut ibidem continetur, &c.) Loquitur de Concilio Valentino, ut patet ex sequentibus cui interfuerunt in universum 13. aut 14. Episcopi, & inter eos tres Metropolitani, Remigius Lugdunensis, Egilmarus Viennensis, & Rodlandus Arelatensis, quorum tantum nomina initio exprimuntur, cum nomine Elbonis Gratianopolitani Episcopi. In quo Concilio capite 4. illa habentur quæ contra se dicta esse hac Epistola Hincmarus agnoscit, tam de quatuor, quam de 19. capitulis a se collectis.

In Africana & Arausicana Synodo.) Hæc est 2. Synodus Arausicana, quæ etiam hodie exstat. In Africa tria de hac re Concilia celebrata sunt, duo Carthagini, unum Milevi in Numidia, ut patet ex epist. 47. S. Augustini, ubi unum vocat plenarium totius Africæ Concilium, quod dolendum est non exstare, sed ejus quædam fragmenta citat Prosper in respons. ad Capitula Gallorum cap. 8. & lib. contra Collatorem cap. 10.

Veluti Epistola Capitulorum extitit quam venerabilis Ibas Episcopus suam esse in Synodo denegavit.) Hic est Ibas Edessenæ Ecclesiæ Episcopus, de quo in Conciliis, seu potius judiciis Ecclesiasticis Tyrio & Berithensi, & in Concil. Chalcedonensi actione 10. Item Baronius anno 448. qui Epistolam quidem ipsius esse ait, sed negavit Ibas se dixisse hæc aut similia verba: Non invideo Christo facto Deo, si voluero & ipse fieri possum. Et de eo crimine audita testificatione clericorum Edessenæ Ecclesiæ, fuit absolutus.

Tempore divæ memoriæ Karoli Imperatoris, quando Synodus pro cognita infidelitate Felicis est habita.) ms. infelicitate. Loquitur de Carolo Magno, & Felice Urgelitano Episcopo. Agunt de eodem Felice ejusque errore Annales Francorum a Pithœo editi anno 792. Sigebertus in Chron. 793. Aimoinus lib. 4. c. 83. & 85. Jonas Aurelianensis lib. 1. de cultu imaginum, & Paulus Aquilegiensis qui contra errorem ejus librum scripsit, qui exstat tom. 4. Bibliothecæ Patrum secundæ editionis. Damnata est ejus hæresis in Synodo Francofordiensi quæ exstat tom. 3. Concil. ad annum 794.

Et sic tandem subjiciemus illa decem & novem capitula.) Sic omnia exemplaria nostra, & Concil. Valentinum. Quare j. vitiose legit decem & sex.

C A P. XVI.

AN quia vehis a cana patrum fide.) Sic c. id est antiqua, ut Gallice vertit Chesneau, & eo accedit ms. quod pro a cana, legit, archana j. substituit sana. Ita Sidonius Apollinaris carmine 2. Ætas cana patrum, id est prisca ætas, & Isidorus in glossis manuscriptis: Cana fides, antiqua senectus. Et ante hos Virg. 1. Æneid. Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre, Quirinus Jura dabunt.

In conventu Episcoporum habito in territorio Tullensi, in villa quæ dicitur Saponarias.) De hoc Concilio adnotavi supra ad cap. 14.

Et in suburbio Lingonicæ urbis.) Hæc Synodus non exstat.

Quia non ex ipsis, ut non dicamus per ipsos, Synodi Capitula ipsa fuere prolata.) Sensus est non fuisse prolata, quasi ab ipsis profecta.

Timeo ne conniuere sit, hoc tacere.) Sic restitui ex orig. ipsius Cælestini epist. 1. pro cohibere, j. substituit committere.

In villa Rothomagensis Episcopii quæ Melpsa dicitur.) Alias Melpha, vel, Anelpha, sive Avelpha, ut in ms. j. Nelpha.

C A P. XVII.

DE Synodo sex provinciarum Galliæ apud Trecas habita.) Hæc Synodus exstat tom. 3. Concil. parte 2. parte autem 2. exstat Epistola Adriani II. responsoria ad hanc Synodum, quæ inter ipsius Epistolas est 9. Supra vero cap. 11. hujus libri posita est bona pars Synodalis Epistolæ ejusdem Concilii Trecensis.

Per Actardum venerabilem Namnetensem Episcopum.) Sic & in tomis Concil. ms. hoc loco, & infra aliquoties Acardum, interdum Accardum, Actardum, & Attardum. Sed prima lectio communior est.

Nicolaus vero Papa gratanter suscipiens quæ Hincmarus ei scripserat, de omnibus sibi satisfactum esse rescripsit.) Hæc Epistola Apologetica Hincmari bene prolixa exstat apud Baronium anno 867. Sed responsio Nicolai non exstat.

Dicentes ipsi Græci, quod chrisma ex aqua fluminis Latini conficiamus.) Hoc sic intelligo, quod nos Latini Chrisma ex aqua fluminis conficiamus. Unde in editione Romana Epist. Decretalium legitur: Quod tamen Chrisma nos ex aqua fluminis conficere fallaciter arbitrantur. Miror Nicolaum Chesneau sic transtulisse, quasi Latini esset genitivus cohærens cum dictione fluminis, addita in margine hac adnotatione: Flumen Latinum est Tybris. Nam & in refutatione decem calumniarum a Græcis objectarum, quam post eam, quæ hic citatur, Nicolai Epistolam apponit Baronius, illud solum dicitur. Quod utatur Ecclesia Occidentalis aqua pro Chrismate, omnium testificatione est manifesta calumnia. Certe non videntur voluisse Græci dicere totam Ecclesiam Occidentalem uti aqua Tybris pro Chrismate, sed fluminis cujuscumque.

C A P. XVIII.

IN visione Bernoldi redivivi.) Huic visioni Bernoldi de loco tenebroso & altero lucido similia sunt quæ scribit V. Beda lib. 5. historiæ gentis Anglorum cap. 13. & Lupoldus Babenburgius de zelo veterum principum Germaniæ cap. 14. ubi ex Vincentii speculo, & ex historia Francorum agit de Ludovico Pio Imp. in pœnis detento, petente auxilium a Ludovico Germanico filio suo. De quo & Sigebertus in Chron. an. 875.

Quia si inde certamen habuerint, cito de ista pena ero liberatus.) Id est si certatim hoc egerint, sicut in præcedentibus dicitur: Ut ibi quod Rex mandaret, de pace stabilire possent, agereque certarent.

Item de passione S. Dionysii a Methodio.) &c. Hæc Epistola exstat apud Surium de vitiis Sanctorum die 9. Octobr.

CAP. XIX.

De conjecto Normannis dando.) Conjectum genus erat tributi a conjacendo dictum, ut patet ex lib. 4. Capitulorum cap. 69. & ex edicto Karoli in Carisiaco anno 861. Vide Glossarium Pithœi, verbo conjectum. Papirius Massonus lib. 2. Annal. Franc. in Ludovico Balbo hæc verba Flodoardi recitans, notat in margine: Conjectus significat annonam.

Ad filios quoque ipsius defuncti Regis, Ludovicum & Karolomannum.) Hi sunt filii Ludovici Balbi ex Ansgarde priori conjuge: Ex posteriori, cui nomen Adeleidis, genuit Carolum posthumum, cognomento Simplicem. De illis & infra meminit cap. 24. recensens literas ad Hugonem Abbatem de eodem negocio. Sigebertus in chron. anno 880. filios ex concubina nominat. Verum eos natos esse ex legitimo matrimonio docet Papir. loco jam citato.

Post obitum Ragenelini Episcopi,) Sic & infra constanter cap. 23. & 24. legunt ms. 2. hoc loco Ragelini, j. ubi fere Ragenelmi, quomodo & Papirius Mass. lib. 2. Annal. Francor. bis legit. sed cap. 23. in Bernone omnia nostra Rainelini, j. Rainelmi. Is est qui in catalogo Tornacensium & Noviomensium Episcoporum 37. vocatur Rancelinus, aut Raymelinus, & in subscriptione concilii Suessionensis habiti anno 866. Remelinus, cui successit Hedilo.

CAP. XX.

Arduico Vesontionensi.) Ita c. & j. infra sequentibus capitibus omnia exemplaria, vel cum aspiratione Harduico, ms. hoc loco habent Radvicu, quomodo c. legit super lineas, & in Gallico.

Pro villa Duduciaco.) Sic ms. etiam infra, sed ibi facit duas dictiones, j. hoc loco Dudiciaco, infra Dudeciaco. In testamento S. Remigii constanter ab omnibus exemplaribus legitur integrum nomen Duodeciacus, quomodo & infra hoc libro 3. cap. seq. villam Duodeciacam, etsi omissa una littera in ms. legatur solummodo Dudeciaca. Sic & c.56. in ms. bis legitur Dudeciaco, ubi j. priore loco habet integre Dudeciaco, quomodo rursus omnia legunt lib. 4. cap. 2.

Sed & de villa Noviliaca.) &c. De hac supra lib. 2. cap. 17. & latius in fragmento Hincmari quod post finem hujus operis adjecit Jacobus Sirmondus, quod videtur partem aliquam hujus Epistolæ continere.

Karolo quoque Ludovici Transrhenensis filio.) Hic est Carolus crassus, filius Regis Germaniæ, fratris Caroli Calvi.

CAP. XXI.

Ad Lotharium Italiæ Regem, qui se, relicta uxore propria, cuidam feminæ copulaverat.) Hic est Lotharius de quo supra ad cap. 13. Et rursum cap. 20. videlicet Lotharii Imperatoris filius. Verum Baronius ad annum 855. quo obiit Lotharius Imp. dicit eum, diviso Regno, Ludovico Italiam dedisse, qui & successit ei in Imperio, Lothario autem Regnum quod in Francia possidebat, præterquam Provinciam, quam Carolo tradidit, & passim anno 868. hunc Lotharium adulterum, vocat Regem Galliæ & Francorum, & Sigebertus in Chron. dicto anno 855. dicit eum Lotharingiam tenuisse, & anno 862. qua Waldradam pellicem superduxit, vocat Regem Lotharingiæ. Similiter Papirius Massonus lib. 2. Annal. Franc. in Carolo Calvo. Decessit, inquit, Lotharius Imp. relictis liberis Ludovico, Lothario, & Carolo. Hic Provinciam habuit, secundus Leucorum & Mediomatricum terras, quæ priscum nomen in Lotharingiam mutarunt. Ludovicus Rex Italiæ fuit. (Itaque pro Italiæ substituendam videtur Lotharingiæ.

Scripsit etiam quædam ad Adrianum Papam.) Inter Hincmari epist. a Cordesio editas unica est ad Adrianum II. Ejusdem Adriani ad Hincmarum, quæ exstant tom. 3. Concil. 13. & 28.

Formoso sedis ejusdem (scilicet Romanæ) Religioso Episcopo.) Intelligit suffraganeo, ut exponit Baronius, eadem verba citato anno 891. quo idem Formosus, longe post obitum Hincmari, creatus est summus Pontifex, cum ante esset Episcopus Portuensis. Sic infra lib. 4. cap. 6. tempore Stephani VII. scribit Fulco Johanni cuidam Romani Præsuli, quem Baronius anno 897. dicit unum fuisse ex suffraganeis sanctæ Romanæ Ecclesiæ. Idem intellige de Gauderico & Johanne, de quibus mox sequitur.

Evangelium quoque Nazarenorum sibi ad transscribendum missi petens.) Hujus aliquoties meminit S. Hieronymus, qui se illud ex Hebræo in Græcum Latinumque sermonem transtulisse scribit in libro de viris illustribus in Jacobo. De quo vide Sixtum Senensem lib. 2. Bibliothecæ sanctæ, verbo Hebræorum Evangelium. Sic enim alio nomine appellatur.

Wlfado Bituricensi Archiepiscopo.) Is est qui ab Ebone fuerat Presbyter ordinatus, de quo toties in superioribus, ut patet ex Epistola Caroli Regis ad Nicolaum Papam, quæ exstat inter Hincmari Epistolas a Cordesio editas.

Immoni Noviomagensi Episcopo.) Hic alias vocatur Himmo, & subscriptus legitur in Concil. Tullensi anno 859. Vocatur & Emmo & Emino, quem occisum a Nordmannis in urbis suæ direptione anno jam dicto scribit Meyerus.

Prudentio Trecassino.) Hic in catalogo Trecensium Episcoporum est 37. obiit circa annum 864. ut est in Promptuario sacrarum antiquitatum Tricassinæ diœcesis, auctore seu collectore Nicolao Camuzat. Festum peragitur 9. lectionibus 6. Aprilis Exstat in eodem promptuario sermo ejusdem hoc titulo: Sermo B. Prudentii Episcopi Trecensis de vita & morte gloriosæ Virginis Mauræ. Scripsit quoque librum, quo erudite confutat libellum Origianis & Pelagianis erroribus refertum, quem Joannes Scotus concionaverat ex Gothescalci Orbacensis monachi scriptis. Ei successit Fulchericus, deinde Actulfus, sive Odulfus, de quibus infra c. 23.

Æneæ Parisiorum, pro Rothado Suessonico.) Dedit & alias litteras ad hunc Æneam pro Bernone clerico, quæ exstant apud Baronium anno 912. & responsio Æneæ ad Hincmarum.

CAP. XXII.

In Synodo Episcoporum decem Provinciarum.) Hæc est Synodus Duziacensis in Provincia Remensi. Fragmentum Epistolæ hujus Synodi ad Hadrianum Papam II. edidit Joannes Cordesius inter Hincmari Epistolas. Meminit ejusdem Aimoinus lib. 5. c. 24. in fine: habita est anno 817. Exstat tom. 3. Concil. parte 2. Et præcedit ibidem Concilium apud Vermeriam palatium habitum viginti Episcoporum, & in villa & palatio Attiniaco, anno 870. quod ex Baronio ibidem illegitimum, & latrocinale fuisse dicitur, & in eo ipsum Hincmarum Laudunensem injuste depositum. Fuit forte Hincmarus Remensis, (quem patet fuisse vehementem in omnibus suis actionibus, & maximum veteris disciplinæ assertorem) aliquanto severior in suum nepotem Hincmarum Laudunensem, defensorem, ut ait Baronius, jurium Romanæ Ecclesiæ: sed & iniquum fuisse in eum docet in annalibus ad annum 870. & 871. Unde pro Hincmaro Laudunensi est epistola 27. Adriani II. & tres sequentes eiusdem reclamatio sive appellatio ad sedem Apostolicam exstat eodem tom. Concil. post Epistolam 3. Joannis VIII. & tandem in Trecensi Concilio, sub eodem Joanne VIII. anno 878. suo pristino gradui dicit Baronius fuisse restitutum, & probat ex Adone in fine sui chronici. Verum Aimoinus dicto libro c. 37. potius contrarium significat, dum ait: Joannem Papam dixisse, ut Hedenulfus sua auctoritate ordinatus Episcopus, sedem suam teneret, & Episcopale ministerium ageret, & Hincmarus, si vellet, Missam cantaret, & partem de rebus Episcopii Laudunensis haberet. Certe Nicolaus Papa primus, etsi in litteris ad Hincmarum Remensem datis, quæ exstant tom. 3. Concil. eum in quibusdam reprehendat, in ea tamen Epistola, cujus fragmentum citat Ivo in suo decreto part. 14. cap. 46. & Grat. 11. q. 3. cap. 102. Excellentissimus, præclarum ei præbet testimonium, dicens. Quapropter nunc beatitudini suæ injungimus, ut super hoc nostra auctoritate fretus, curam de his sumere studeas: Quia docta Divinitus sanctitas tua valde novit, aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud quod ex studio delinquitur, &c. Eundem fuisse virum pium, & admodum litteratum testatur Meyerus in Annalibus Flandriæ 885. Facit quoque pro Hincmaro Remensi Epistola ejusdem Joannis VIII. quam, quia deest in tomis Conciliorum, hic adscribere placuit a R. P. Jacobo Sirmondo ex Bibliotheca S. Remigii prius exscriptam.

Joannes Episcopus servus servorum Dei Hincmaro

Archiepiscopo Remensi. Quamvis de sanctitatis tuæ judicio nihil dubitassemus: quis tamen carissimus filius noster Carolus Invictissimus Imperatut, a nobis diligentissime percunctitur, circumstaoriam judicii a beatitudine tua Coepiscoporumque suorum in Hincmatum dudum Laudunensem Episcopum prolati Apostolatui nostro retulit, agnovimus justum suisse omnino judicium. Neque enim tantus Princeps nisi veritate fultum quicquam poterat affirmare. Unde nefas esse duximus ejus relationi non præbere fidei incunctanter auditum. Noli ergo jam nunc Ecclesiam Laudunensem viduatam & sine regimine pastorali dimittere, sed indifferenter electum, & de Laudunensis Ecclesiæ clero virum idoneum, & in quo omnium vota consentiant, eidem Ecclesiæ præfice prorsus Episcopum. Cui electioni volumus etiam Missum præfati piissimi Imperatoris interesse, ut sine secularium strepitu omni latere talis eligatur, qui aptus sacris canonibus esse modis omnibus approbetur. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Data est Romæ Theodorico jussu Papæ Joannis, & Domni Caroli novi Imper. per manus Anastasii Bibliothecarii in Secretario Ecclesiæ S. Petri. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII. Non. Januarii, Indictione IX & delata est ab eodem Theodorico in civitate Remis Hincmaro Remorum Archiepiscopo eodem anno, & eadem Indictione v. Idus Martii.

Et a Normanno in Synodo accusatus.) De hoc videatur Epistola Adriani 28. & 29.

Municipium Lauduni, &c. ab exordio sui, postquam a Marcobrio pratore, ut produnt historia, conditum fuit.) De eadem re idem Hincmarus in opusc. lv. Capitulorum, Cap. xvi. sic ait: Quod (nempe Castellum Laudunense) sicut Eutropius antiquus historiographus dicit, auctore Marcobrio prætore conditum, ab exordio sui in paganismo inter civitates, vel provinciales sedes nomen & locum non habuit.

Olim ab horno habita.) Sic ms. & originale j. orno, quomodo legit m. lib. 2. cap. 20. horno autem idem est quod hoc anno. Dicitur & hornus, a, um, ut fructus horni, poma horna, id est hujus anni.

Licet ad tomum caput inclinet, qui eis non obedit, sed potius porto obvias manus inferent.) Sic orig. & j. Phrasis est satis obscura, ms. thomum. Exemplar quo usus est Baronius legit Thomam, & putat restituendum Romam. Pro porro legit, Petro. In ms. obvians legitur. Est autem tomus proprie fragmentum libri abscissum, & pro ipso libro seu volumine imperfecto accipitur.

CAP. XXIII.

Synodum apud Pistas agendum.) Intelligitur Concilium Pistense in loco qui Pistis dicitur ad Sequanam fluvium celebratum anno 863. sub Nicolao primo, quod exstat tom. 3. Conciliorum in fine prioris partis. Unde supra cap. 21. legitur in omnibus exemplaribus: ad Pistas in Sequana: hoc loco ms. Pestas legit, sed male. Alio nomine Pisciacum & Pistæ dicitur quasi Pisciatæ, quia solet esse piscina totius Franciæ, ut scribit Sebastianus Roulliard in sua Parthenia sive historia Ecclesiæ Carnotensis cap. 22. num. 9. Gallice *Poissy*.

Vvaloni Metensium præsuli.) Sic ms. sed j. Vvalæ, quomodo vocat eum Aimoinus lib. 5. cap. 40.

CAP. XXIV.

In Parisiacensem Parochiam.) Sic c. in Gallica translatione, pro quo facit quod scribat ad Abbatem S. Dionysii juxta Parisios. c. in Latino & j. Pariacensem, ms. Parnacensem.

CAP. XXV.

Magenardo Præposito.) ms. Agenardo.

CAP. XXVI.

Viro Illustrissimo Ebrardo.) m. Ebarardo j. Ebrardo per syncopen.

Rorico Normanno ad fidem Christi converso.) Hic Roricos diversus est a Rollone Nordmannorum ductore, de quo chronicon Cameracense lib. 1. c. 29. qui ad fidem est conversus & baptizatus an. 912. ut ibidem adnotavi.

CAP. XXVII.

Irmintrudi Reginæ.) Hæc est Caroli Calvi prima uxor, quæ ab aliis scriptoribus Hermentrudis appellatur, qua defuncta Richildim duxit.

Ut timentes convenientiam, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut, &c.) Convenientiam intelligit pactum seu concordatum, aut juridicam conventionem. Respicit enim ad pactum orationis Dominicæ & ad cap. 13. regulæ S. Benedicti in quo dicitur: ut conventi per ipsius orationis sponsionem, qua dicunt: Dimitte nobis, &c.

Quantum periculosum malum, tam ipsa regina, quam emperix illa subierint.) m. periculum, j. quantum periculi malum, tam ipsa, quam imperatrix illa subierint.

CAP. XXVIII.

Cujusdam fratris Ragamfredi.) Sic m. hoc loco, & paulo infra. s. Ragemfredi, j. Raganfredi.

Si vero ipse Comes hoc fieri negavit.) Sic ms. At j. Sic vero Comes ipse hoc fieri non rogavit. Sensus esse videtur: Si comes negat se fecisse.

Aut timore alicujus, vel hortamento de ipso Presbytero.) Sic j. verum ms. aut timore alicujus impulsu præsumant inde damnari, vel juramento de ipso &c.

Malos autem præscivit tantum, non prædestinavit, nec ut perirent sua præscientia compulit.) Sic j. At ms. addit duas voculas (ad Regnum) hoc modo: Non prædestinavit ad Regnum, nec ut perirent, &c. Quæ sane lectio vitiosa est, & pro ea dicendum fuisset, ad interitum.

CAP. XXIX.

De libro edito a se, qualiter Domini vel Sanctorum sint imagines veneranda.) Quod si liber iste exstaret, tum clare constaret, quid de hac re senserit Hincmarus. Certe, Catholice sensisse patet ex ipsius opusc. lv. Capitulorum contra Hincmarum Laudunensem cap. xxv. Quod vero Matthias Illyricus ex ejusdem operis cap. xx. locum allegat, quo Hincmarus septimam synodum de imaginibus, quæ Nicæna II. damnare videtur: sciendum textum Hincmari corrupte allegare, pro Constantinopoli substituendo Nicææ. Verba quæ allegat habentur in dialogo quarto Alani Capi. c. 18. Item apud Baronium tom. 9. anno 794. At videtur integrum opus ipsius Hincmari quod demum anno præcedenti 1615. Parisiis editum est, ubi sine ulla lectionis varietate Constantinopoli legitur. Videatur item Alanus loco jam dicto, & cap. seq. & latissime de his disserens Severinus Binius in notis ad Concilium Francofordiense tom. 3.

CAP. XXX.

Anno Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXXII.) Sic omnia exemplaria, & in hac re magis credendum auctori, quam Sigeberto & Meyero, qui obiisse scribunt Hincmarum anno 885.

SCHOLIA IN LIBRUM IV.

CAP. I.

Fulco vir valde nobilis.) Alias Folco, quomodo ubique fere scribit m.

Marino Papa delegans.) Hæc est vera lectio quomodo & infra concorditer legitur, etsi in m. recenti manu superaddita sit littera t, ut legatur Martino, & hunc faciunt Martinum II. Sed legendum Marinus Baronius & Binius attestantur, asserentes perperam nominari Martinum secundum.

Pro defensione Frotharii Bituricensis Archiepiscopi.) Hic fuerat Burdegalensis Archiepiscopus, ut patet supra lib. 3. c. 21. & infra hoc eodem cap.

Ad quæ ille respondens.) Recensentur hoc c. decem & amplius Epistolæ Stephani VI. Papæ, quarum nulla exstat in epistolis decretalibus, vel in tomis Conciliorum. Sicuti nec ulla exstat Fulconis, quæ hoc c. enumerantur octo vel novem, & plures c. sequentibus.

Quo, divina vocatione, hominem excedente.) id est mortuo. Sic infra c. 5. Tunc illis feliciter humana excedentibus. Sic chronicon Cameracense lib. 3.c. 19. Baldricus Episcopus hominem exivit, id est mortuus est. Videantur quæ ibidem adnotavi.

Sed Odonis Regis fuit consultu.) Hic Odo, filius Roberti Ducis, fuit tutor Regis Caroli Simplicis, posthumi Ludovici Balbi. Vide scholia infra cap. 5.

Synodum convocare apud Vuangionum civitatem.) ms. Vvangionem. Hæc alio nomine Vvormatia dicitur a Sigeberto, & aliis. Unde Luitprandus in libello de vitis Pontificum in vita Stephani sexti, dicit eum jussisse Synodum convocari Vvormatiam, & titulo Vvormatensis Concilii ponitur to. 3. Conciliorum parte 2. anno 890. Verba ejus sic habent: Hic Herimannum Coloniensem Archiepiscopum, Adalgarium Hamburgensem Archiepiscopum de Bremensi Ecclesia contendentes. Vvormatiam, ad Synodum venire jussit, ubi Fulconi Remensi Episcopo vice sua commissa, causam eorum examinari mandavit.

Qui eorum vicarigatione perfuncti disceptandi & deliberandi libertatem possideant.) Sic c. At m. viricatione, quod s. mutavit in Jurisdictione, j. vicariatione, apud Baronium vicatione, in marg. pro vice. Eodem sensu in Epistola S. Radegundis legitur apud Gregor. Turon. lib. 9. hist. Franc. c. 42. Epistolæ vicarietate. Sensus est, qui ipsorum vicarias operas subeat, sive ut hodie loquimur, qui sint eorum procuratores cum plena potestate rem absolute componendi. Sequitur enim.

Ut nullo ulterius tempore, præcepta finitiva sententia, de hac re necessarium sit vertere quæstionem.) Sic legunt c.& r. sed j. infinitima. In ms. perfecta, pro percepta, & m. nectere pro vertere, quomodo etiam utrumque apud Baronium legitur.

C A P. II.

R*odeniam videlicet.*) Sic j. s. Rodennam, m. Todennam.

Imperatorem quoque Vvidonem coronatum eodem anno significans indictione decima.) Videlicet anno 891. quamvis statim a morte Caroli Crassi, id est ab anno (juxta Reginonem & Baronium) 888. imperium occupaverit, cum esset dux Spoletanorum, & de eo tota vita sua cum Arnulfo, & Berengario duce Forojuliensi certaverit. Utrumque, scilicet Vvidonem & Arnulfum, obiisse scribit Baron. anno 899. Sigebertus Vvidonem anno 901. Arnolfum 902. & Lambertum Vvidonis filium 903. Verum certius hæc omnia Baronius, qui Lamberti Imp. obitum assignat anno 910.

C A P. III.

Q*uod si auderet, Apostolicæ sedis sententiam reformidaret.*) Sic. c. & j. At ms. Quod si non auderet, Apostolicæ &c. Verum in m. recenti manu adjecta est negatio, non. Quare non est dubium, priorem lectionem veram esse.

Item scribit eidem Archiepiscopo) id est Formosus Papa Fulconi, (*pro Berchario quodam Presbytero.*) Ita ms. c. & j. alias Verterio. c. in Gallico hic, & infra Berchario.

C A P. IV.

Q*Uæ tunc a Zendeboldo Arnulfi Regis filio.*) j. Zendeboldo, quomodo & c. Sigebertus Zuendebaldum nominat. Erat autem filius Arnulfi ex concubina, ut habet idem Sigebertus in Chron. 896. ubi scribit eum a patre factum Regem Lothariensium, & ab iis peremptum anno 903. vel ut Regino, 900.

C A P. V.

A*rnulfo Regi Transrhenensi litteras mittens, pro causa Regis Karoli quem parvulum adhuc unxerat in Regem.*) Hic Arnulfus erat filius Carlomanni, qui Carlomannus fuit filius Ludovici Germanici. Hic enim Ludovicus filius Ludovici Pii Imperatoris, dictus Germanicus & Transrhenensis, frater Caroli Calvi habuit tres filios, Carolomannum, Ludovicum, & Carolum Crassum, qui fuit Imperator, cui patruo suo in regno potius, quam imperio successit Arnulfus. Unde tam a Flodoardo, quam ab aliis scriptoribus sæpius Rex appellatur, quam Imperator. Videatur Baron. tom. 10. anno 888. Hæc autem quæ sequuntur usque ad illa verba: Item ad eundem Regem significans ei de fidelitate, &c. ponit Severinus Binius pro gestis Concilii Remensis celebrati anno 892. in quo Carolus simplex filius posthumus Ludovici Balbi ex Adeleide, Francorum Regni legitimus successor, a Fulcone Remensi Archiepiscopo unctus, rejecto Odone Comite Parisieno, tutore ejusdem Caroli, qui titulum Regni Francorum ab obitu Caroli Crassi Imperatoris (qui teste Reginone, quem sequitur Baron. anno Domini 888. e hac vita migravit) tyrannice usurpavit. Sigebertus in Chron. anno 890. scribit Carolum Crassum ab optimatibus repudiatum, & in locum ejus sublimatum prædictum Arnulfum, & Carolum obiisse anno sequenti: Addens, eodem anno 890. Francos, neglecto Carolo Ludovici Balbi puero vix deceni, Regem sibi præfecisse Odonem filium Roberti ducis. Item in eadem Synodo de Balduino Comite Flandriæ tractatum est, ut patet ex cap. 6. & 7. sequenti. Sigebertus prædicta refert ad annum 894. quo anno sic ait: Odone Rege per Consilium Francorum in Aquitania demorante, Franci puerum Carolum duodennem, Ludovici Balbi filium in Regnum paternum revocant, & Remis a Fulcone Archiepiscopo in Regem benedici faciunt. Et anno 899. Odo Rex Francorum moritur, obtestans primates, ut Carolum in Regno reciperent. Quod pluribus declarat ad eundem annum 899. Meyerus.

Quod Aschericus ipse.) Sic c, t. & j. sed m. Addericus, pro quo s. clericus, quomodo in Baronio legitur tom. 10. anno 892. & in Papir. Massono.

Filiorum Godfridi.) ms. Papir. Gosftidi j. Gosfridi.

Quatenus tam de me, quam etiam de sede Remensi, mercedem dignetur habere.) Ita r. ms. exemplar Baronii & j. quod legit de sede, cum alia omittant (de) ut sit dictum phrasi Gallica *mercy.* id est veniam & indulgentiam dare, alias legitur memoriam, quomodo vertitur in Gallico.

C A P. VI.

F*Rothero Archiepiscopo.*) Sic t. & j. At ms. Flothero. Verum illam lectionem præferimus, quia intelligi videtur Frotharius Bituricensis Archiepiscopus, de quo supra c. 2. & lib. 3. c. 21. quinque in tabulis Democharis etiam Froterius vocatur, & subscripsit Synodo Suessionensis habitæ anno 866. & Trecassinæ anno 867. ubi modo Frotarius, modo addita aspiratione, Frotharius nominatur.

Rostagno Arelatensium Præsuli.) Hic sine dubio is est, qui supra lib. 3. cap. 21. Rothstanus appellatur.

Plegmundo Archiepiscopo Transmarino.) Hic est qui numero 19. in catalogo Archiepisc. Cantuarensium vocatur Pleimundus.

Ad tractandum de pervasione Balduini.) Invaserat hic Balduinus Flandriæ Comes monasterium Bertinense ex donatione Caroli Simplicis, de qua re, ex Folchardo & Joanne Iperio Molanus in Nat. SS. Belgii die 9. Septembr. & 17. Junii.

Abbatiam quandam in hujus Hetilonis parochia sitam.) Intelligit Cisonium in diœcesi Tornacensi, de qua supra cap. 1. quæ sita dicitur in parochia Hetilonis Episcopi Noviomensis, quia ut ad cap. 5. libri 1. adnotavimus, Tornacensis & Noviomensis Ecclesia sexcentis annis unitæ fuerunt.

Quod imperatum a Romana detulerat urbe.) S. Everardus Marchio, ut est supra cap. 1. hujus libri, corpus S. Calixti Papæ & Martyris a Romana sede impetravit, sed fieri potuit, ut demum filius ipsius Rodulfus, de quo hic est sermo, inde detulerit. Scribunt tamen Jacobus Meyerus in Annal. Flandr. & Joannes Molanus in Natal. SS. Belgii de 14. Octobris, Beati Calixti reliquias Cisonium allatas per Everardum loci fundatorem anno 854. Addit Molanus eas Remis esse, quo delatas fuisse scribit infra cap. 8. in Epitaphio autem feretri Cisonium delatas legitur anno 855. Quare falli videtur Sigebertus, vel quisquis hoc Sigeberto adjecit anno 884. Hoc tempore Rodulfus quidam Corpus sancti Calixti Papæ & Martyris, a Romana urbe in Franciam transfert.

Promissi Osfridi.) Sic nominatur infra c. 22. in omnibus exemplaribus, & in tabulis Democharis, atque in

A Archiepiscopo Remensi. Quamvis de sanctitatis tuæ judicio nihil dubitassemus: quia tamen carissimus filius noster Carolus invictissimus Imperator, a nobis diligentissime percunctitus, circumstantiam judicii a beatitudine tua Coepiscoporumque suorum in Hincmarum dudum Laudunensem Episcopum prolati Apostolatui nostro retulit, agnovimus justum fuisse omnino judicium. Neque enim tantus Princeps nisi veritate fultum quicquam poterat affirmare. Unde necess esse duximus ejus relationi non præbere fidei incunctanter auditum. Noli ergo jam nunc Ecclesiam Laudunensem viduatam & sine regimine pastorali dimittere, sed indifferenter electum, & de Laudunensis Ecclesiæ clero virum idoneum, & in quo omnium vota consentiant, eidem Ecclesiæ præfice prorsus Episcopum. Cui electioni volumus etiam Missum præfati piissimi Imperatoris interesse, ut sine secularium
B strepitu omni lettere talis eligatur, qui eptus sacris canonibus esse modis omnibus approbetur. Optamus sanctitatem tuam in Christo bene valere. Data est Romæ Theodorico jussu Papæ Joannis, & Domni Caroli novi Imper. per manus Anastasii Bibliothecarii in Secretario Ecclesiæ S. Petri. Anno Incarnationis Dominicæ DCCCLXXVII. Non. Januarii, Indictione IX. & delata est ab eodem Theodorico in civitate Remis Hincmaro Remorum Archiepiscopo eodem anno, & eadem Indictione v. Idus Martii.

Et a Normanno in Synodo accusatus.) De hoc videatur Epistule Adriani 28. & 29.

Municipium Laudani, &c. ab exordio sui, postquam a Marcobrio pratore, ut produnt historia, conditum fuit.) De eadem re idem Hincmarus in opusc. lv. Capitulorum, Cap. xvi. sic ait: Quod (nempe Castellum Laudunense) sicut Eutropius antiquus historiographus dicit, auctore Marcobrio prætore conditum, ab exordio sui in paganismo in-
C ter civitates, vel provinciales sedes nomen & locum non habuit.

Olim ab horno habita.) Sic ms. & originale j. orno, quomodo legit m. lib. 1. cap. 20. hornu autem idem est quod hoc anno. Dicitur & hornus, a, um, ut fructus horni, poma horna, id est hujus anni.

Licet ad tomum caput inclinet, qui eis non obedit, sed potius porro obvias manus deferens.) Sic orig. & j. Phrasis est satis obscura, ms. thomum. Exemplar quo usus est Baronius legit Thomam, & putat restituendum Romam. Pro porro legit, Petro. In ms. obvians legitur. Est autem tomus proprie fragmentum libri abscissum, & pro ipso libro seu volumine imperfecto accipitur.

CAP. XXIII.

D Synodum apud Pistas agendum.) Intelligitur Concilium Pistrense in loco qui Pistis dicitur ad Sequanam fluvium celebratum anno 863. sub Nicolao primo, quod exstat tom. 3. Conciliorum in fine primæ partis. Unde supra cap. 21. legitur in omnibus exemplaribus: ad Pistes in Sequana: hoc loco ms. Pestas legit, sed male. Alio nomine Pisciacum & Pistæ dicitur quasi Piscietæ, quia solet esse piscina totius Franciæ, ut scribit Sebastianus Roulliard in sua Parthenia sive historia Ecclesiæ Carnotensis cap. 12. num. 9. Gallice *Poissy*.

Vualoni Metensium præsuli.) Sic ms. sed j. Vvalæ, quomodo vocet eum Aimoinus lib. 5. cap. 41.

CAP. XXIV.

IN *Parisiacensem Parochiam.*) Sic e. in Gallica transla- tione, pro quo facit quod scribat ad Abbatem S.
E Dionysii juxta Parisios. e. in Latino & j. Pariacensem, ms. Parnecensem.

CAP. XXV.

M*Agenardo Præposito.*) ms. Agenardo.

CAP. XXVI.

V*Ira Illustrissimo Ebrardo.*) m. Ebarardo j. Ebrardo per syncopen.

Rorica Normanno ad fidem Christi converso.) Hic Roricus diversus est a Rollone Nordmannorum ductore, de quo chronicon Cameracense lib. 2. c. 29. qui ad fidem est conversus & baptizatus an. 912. ut ibidem adnotavi.

CAP. XXVII.

I*Rmintrudi Reginæ.*) Hæc est Caroli Calvi prima uxor, quæ ab aliis scriptoribus Hermentrudis appellatur, qua defuncta Richildim duxit.

Ut timentes conventionem, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut, &c.) Conventionem intelligit pactum seu concordatum, aut juridicam conventionem. Respicit enim ad pactum orationis Dominicæ & ad cap. 13. regulæ S. Benedicti in quo dicitur: ut conventi per ipsius orationis sponsionem, quæ dicunt: Dimitte nobis, &c.

Quantum periculosum malum, tam ipsa regina, quam emperix illa subierint.) m. periculum, j. quantum periculi malum, tam ipsa, quam imperatrix illæ subierint.

CAP. XXVIII.

C*Ujusdam fratris Ragamfredi.*) Sic m. hoc loco, & paulo infra. e. Ragemfredi, j. Raganfredi.

Si vero ipse Comes hoc fieri negavit.) Sic ms. At j. Sic vero Comes ipse hoc fieri non rogavit. Sensus esse videtur: Si comes neget se fecisse.

Aut timore alicujus, vel hortamento de ipso Presbytero.) Sic j. verum ms. aut timore alicujus impulsu præsument inde damnari, vel juramento de ipso &c.

Malos autem præscivit tantum, non prædestinavit, nec ut perirent sua præscientia compulit.) Sic j. At ms. addit duas voculas (ad Regnum) hoc modo: Non prædestinavit ad Regnum, nec ut perirent, &c. Quæ sane lectio vitiosa est, & pro ea dicendum fuisset, ad interitum.

CAP. XXIX.

D*E libro edito a se, qualiter Domini vel Sanctorum sint imagines veneranda.*) Quod si liber iste exstaret, tum clare constaret, quid de hac re senserit Hincmarus. Certe, Catholice sensisse patet ex ipsius opusc. lv. Capitulorum contra Hincmarum Laudunensem cap. xxv. Quod vero Matthias Illyricus ex ejusdem operis cap. xx. locum allegat, quo Hincmarus septimam synodum de imaginibus, quæ Nicæna II. damnare videtur: sciendum textum Hincmari corrupte allegare, pro Constantinopoli substituendo Nicææ. Verba quæ allegat habentur in dialogo quarto Alani Capi. c. 18. Item apud Baronium tom. 9. anno 794. At videatur integrum opus ipsius Hincmari quod demum anno præcedenti 1615. Parisiis editum est, ubi sine ulla lectionis varietate Constantinopoli legitur. Videatur item Alanus loco jam dicto, & cap. seq. & latissime de his disserens Severinus Binius in notis ad Concilium Francofordiense tom. 3.

CAP. XXX.

A*Nno Dominicæ Incarnationis DCCC. LXXXII.*) Sic omnia exemplaria, & in hac re magis credendum auctori, quam Sigeberto & Meyero, qui obiisse scribunt Hincmarum anno 885.

SCHOLIA IN LIBRUM IV.

CAP. I.

F*Ulco vir valde nobilis.*) Alias Folco, quomodo ubique fere scribit m.

Marino Papa delegans.) Hæc est vere lectio quomodo & infra concorditer legitur, etsi in m. recenti manu superaddita sit littera t, ut legatur Martino, & hunc faciunt Martinum II. Sed legendum Marinus Baronius & Binius attestentur, asserentes perperam nominari Martinum secundum.

Pro defensione Frotharii Bituricensis Archiepiscopi.) Hic fuerat Burdegalensis Archiepiscopus, ut patet supra lib. 3. c. 21. & infra hoc eodem cap.

Ad quæ ille respondens.) Recensentur hoc c. decem & amplius Epistolæ Stephani VI. Papæ, quarum nulla exstat in epistolis decretalibus, vel in tomis Conciliorum. Sicuti nec ulla exstat Fulconis, quæ hoc c. enumerantur octo vel novem, & plures c. sequentibus.

Quo, divina vocatione, hominem excedente.) id est mortuo. Sic infra c. 5. Tunc illis feliciter humana excedentibus. Sic chronicon Cameracense lib. 3. c. 19. Baldricus Episcopus hominem exivit, id est mortuus est. Videantur quæ ibidem adnotavi.

Sed Odonis Regis sui consultu.) Hic Odo, filius Roberti Ducis, fuit tutor Regis Caroli Simplicis, posthumi Ludovici Balbi. Vide scholia infra cap. 5.

Synodum convocare apud Vvangionum civitatem.) ms. Vvangionem. Hæc alio nomine Vvormatia dicitur a Sigeberto, & aliis. Unde Luitprandus in libello de vitis Pontificum in vita Stephani sexti, dicit eum jussisse Synodum convocari Vvormatiam, & titulo Vvormatensis Concilii ponitur to. 3. Conciliorum parte 2. anno 890. Verba ejus sic habent: Hic Herimannum Coloniensem Archiepiscopum, Adalgarium Hamburgensem Archiepiscopum de Bremensi Ecclesia contendentes. Vvormatiam, ad Synodum venire jussit, ubi Fulconi Remensi Episcopo vice suæ commissa, causam eorum examinari mandavit.

Qui eorum vicarigatione perfuncti disceptandi & deliberandi libertatem possideant.) Sic c. At m. viticatione, quod s. muravit in Jurisdicatione, j. vicariarione, apud Baronium vicatione, in marg. pro vice. Eodem sensu in Epistola S. Radegundis legitur apud Gregor. Turon. lib. 9. hist. Franc. c. 42. Epistolæ vicarietate. Sensus est, qui ipsorum vicarias operas subeat, sive ut hodie loquimur, qui fiat eorum procuratores cum plena potestate rem absolute componendi. Sequitur enim.

Ut nullo ulterius tempore, percepta finitiva sententia, de hac re necessarium sit vertere quæstionem.) Sic legunt c. & r. sed j. infinitima. In ms. perfecta, pro percepta, & m. nectere pro vertere, quomodo etiam utrumque apud Baronium legitur.

CAP. II.

R*odemiam videlicet.*) Sic j. s. Rodennam, m. Todennam.

Imperatorem quoque Vvidonem coronatum eodem anno significans indictione decima.) Videlicet anno 891. quamvis statim a morte Caroli Crassi, id est ab anno (juxta Reginonem & Baronium) 888. Imperium occupaverit, cum esset dux Spoletanorum, & de eo tota vita sua cum Arnolfo, & Berengario duce Forojuliensi certaverit. Utrumque, scilicet Vvidonem & Arnulfum, obiisse scribit Baron. anno 899. Sigebertus Vvidonem anno 901. Arnulfum 902. & Lambertum Vvidonis filium 903 Verum certius hæc omnia Baronius, qui Lamberti Imp. obitum assignat anno 910.

CAP. III.

Q*uod si auderet, Apostolicæ sedis sententiam reformidaret.*) Sic. c. & j. At ms. Quod si non auderet, Apostolicæ &c. Verum in m. recenti manu adjecta est negatio, non. Quare non est dubium, priorem lectionem veram esse.

Item scribit eidem Archiepiscopo) id est Formosus Papa Fulconi, (*pro Berthario quodam Presbytero.*) Ita ms. c. & j. alias Vetterio. c. in Gallico hic, & infra Berchario.

CAP. IV.

Q*ua tunc a Zendeboldo Arnulfi Regis filio.*) j. Zendeboldo, quomodo & c. Sigebertus Zuendebaldum nominat. Erat autem filius Arnulfi ex concubina, ut habet idem Sigebertus in Chron. 896. ubi scribit eum a patre factum Regem Lothariensium, & ab iis peremptum anno 903. vel ut Regino, 900.

CAP. V.

A*rnulfo Regi Transrhenensi litteras mittens, pro causa Regis Karoli quem parvulum adhuc unxerat in Regem.*) Hic Arnulfus erat filius Carlomanni, qui Carlomannus fuit filius Ludovici Germanici. Hic enim Ludovicus filius Ludovici Pii Imperatoris, dictus Germanicus & Transrhenensis, frater Caroli Calvi habuit tres filios, Carolomannum, Ludovicum, & Carolum Crassum; qui fuit Imperator, cui patruo suo in regno potius, quam imperio successit Arnulfus. Unde tam a Flodoardo, quam ab aliis scriptoribus sæpius Rex appellatur, quam Imperator. Videatur Baron. tom. 10. anno 888. Hæc autem quæ sequuntur usque ad illa verba: Item ad eundem Regem significans ei de fidelitate, &c. ponit Severinus Binius pro gestis Concilii Remensis celebrati anno 892. in quo Carolus simplex filius posthumus Ludovici Balbi ex Adeleide, Francorum Regni legitimus successor, a Fulcone Remensi Archiepiscopo unctus, rejecto Odone Comite Parisieno, tutore ejusdem Caroli, qui titulum Regni Francorum ab obitu Caroli Crassi Imperatoris (qui teste Reginone, quem sequitur Baron. anno Domini 888. ex hac vita migravit) tyrannice usurpavit. Sigebertus in Chron. anno 890. scribit Carolum Crassum ab optimatibus repudiatum, & in locum ejus sublimatum prædictum Arnulfum, & Carolum obiisse anno sequenti: Addens, eodem anno 890. Francos, neglecto Carolo Ludovici Balbi puero vix decenni, Regem sibi præfecisse Odonem filium Roberti ducis. Item in eadem Synodo de Balduino Comite Flandriæ tractatum est, ut patet ex cap. 6. & 7. sequenti. Sigebertus prædicta refert ad annum 894. quo anno sic ait: Odone Rege per Consilium Francorum in Aquitania demorante, Franci puerum Carolum duodennem, Ludovici Balbi filium in Regnum paternum revocant, & Remis a Fulcone Archiepiscopo in Regem benedici faciunt. Et anno 899. Odo Rex Francorum moritur, obtestans primates, ut Carolum in Regno reciperent. Quod pluribus declarat ad eundem annum 899. Meyerus.

Quod Asceberum, ipso.) Sic c. r. & j. sed m. Addericus, pro quo s. clericus, quomodo in Baronio legitur tom. 10. anno 892. & in Papir. Massono.

Filiorum Godfridi.) ms. Papir. Goffridi j. Gosfridi.

Quatenus tam de me, quam etiam de sede Romensi, mercedem dignetur habere.) Ita r. ms. exemplar Baronii & j. quod legit de sede, cum alia omittant (de) ut sit dictum phrasi Gallica *mercy.* id est veniam & indulgentiam dare, alias legitur memoriam, quomodo vertatur in Gallico.

CAP. VI.

F*rothero Archiepiscopo.*) Sic r. & j. At ms. Flothero. Verum illam lectionem præterimus, quia intelligi videtur Frotharius Bituricensis Archiepiscopus, de quo supra c. 1. & lib. 3. c. 21. quinque in tabulis Democharis etiam Frotetius vocatur, & subscripsit Synodo Suessionensis habitæ anno 866. & Trecassinæ anno 867. ubi modo Frotarius, modo addita aspiratione, Frotharius nominatur.

Rostagno Arelatensium Præsuli.) Hic sine dubio is est, qui supra lib. 3. cap. 21. Rothstanus appellatur.

Plemnico Archiepiscopo Transmarino.) Hic est qui numero 19. in catalogo Archiepisc. Cantuarensium vocatur Pleimuodus.

Ad tractandum de pervasione Balduini.) Invaserat hic Balduinus Flandriæ Comes monasterium Bertinense ex donatione Caroli Simplicis, de qua re, ex Folchardo & Joanne Iperio Molanus in Nat. SS. Belgii die 9. Septembr. & 17. Junii.

Abbatiam quandam in hujus Hetilonis parochia sitam.) Intelligit Cisonium in diœcesi Tornacensi, de qua supra cap. 1. quæ sita dicitur in parochia Hetilonis Episcopi Noviomensis, quia ut ad cap. 5. libri 1. adnotavimus, Tornacensis & Noviomensis Ecclesia sexcentis annis unitæ fuerunt.

Quod impetratum a Romana detulerat urbe.) S. Everardus Marchio, ut est supra cap. 1. hujus libri, corpus S. Calixti Papæ & Martyris a Romana sede impetravit, sed fieri potuit, ut demum filius ipsius Rodulfus, de quo hic est sermo, inde detulerit. Scribunt tamen Jacobus Meyerus in Annal. Flandriæ & Joannes Molanus in Natal. SS. Belgii de 14. Octobris, Beati Calixti reliquias Cisonium allatas per Everardum loci fundatorem anno 854. Addit Molanus eas Remis esse, quo delatas fuisse scribit infra cap. 8. in Epitaphio autem feretri Cisonium delatas legitur anno 855. Quare falli videtur Sigebertus, vel quisquis hoc Sigeberto adjecit anno 884. Hoc tempore Rodulfus quidam Corpus sancti Calixti Papæ & Martyris, a Romana urbe in Franciam transfert.

Pramissi Osfridi.) Sic nominatur infra c. 21. in omnibus exemplaribus, & in tabulis Democharis, atque in

Chronico Cameracensi lib. 1. c. 64. Supra tamen hoc capite ms. legit Etfredus. j. Otfredus.

Auxilium sibi veniæ flagitantes ab ipsa.) j. omittit veniæ, forte legendum venire.

CAP. VII.

E*X Synodo Remis habita Dominicæ Incarnationis anno DCCC.XCII. arguit eum.*) Hæc est Synodus Remensis in qua Carolus Simplex filius Ludovici Balbi in Regem Francorum unctus est, de quo supra notavi ad cap. 2v.

CAP. VIII.

A*B Ecclesia tituli S. Agricolæ.*) Hæc hodie est S. Nicasii.

CAP. IX.

H*I scilicet, Gibrianus, Helanus.*) &c. Sic ms. Verum Helanus in m. alia manu additus est, cum esset omissus. At c. in Latino & Gallico, & j. pro eo legunt Tesanus. Utriusque meminit Joannes Molanus in additione ad Usuardum. Illius 8. Maii his verbis: Remis depositio sancti Gibriani confessoris, in Ecclesia sancti Remigii quiescentia. Hujus 7. Octobris: In pago Remensi, vico, qui vocatur Boxiolus, depositio sancti Helani Presbyteri & Confessoris. Eumdem S. Helanum habet hoc die Petrus Galesinius in suo Martyrologio, ex tabulis Sanctorum Ecclesiæ Remensis, & utrobique sine ulla varietate Helanus appellatur, sicut & in Natal. SS. Belgii Molani die 3. Decembris, ubi distincte recenset Helanum, Tresanum, Germanum, & Veranum. De ætate horum Sanctorum hæc scribit. Sigebertus in chron. anno 509. Gibrianus Scotus cum fratribus & sororibus in Galliam peregrinatus, urbem Remensem vita & morte sua illustrat.

Francia.) Sic c. r. Sed ms. Frands, j. Frauda.

CAP. X.

D*E historia interemptionis seu Martyrii Fulconis* videatur Molanus in Natalibus SS. Belgii 17. Junii, ex chronicis Berrinensium. Fuit occisus anno 900. ut ibidem dicitur, & consentiunt Sigebertus, Jacobus Guisius, Meyerus, Baronius in annalibus, & alii, idque ex eo probatur, quia, ut patuit supra in fine libri tertii, Hincmarus obiit anno 882. & Fulco sedit annis 17. tribus mensibus, & decem diebus, ut habet hoc loco epitaphium. Quare fallitur Nicolaus Chesneau dum in Gallica sua editione notat in margine eum obiisse anno 903. Idem probatur ex c. 17. infra. Nam cum successor ejus Heriveus, ut est in chronico auctoris, obierit anno 922. die 2. Julii, & sederit, ut ibidem dicitur, annis 22. demptis diebus 4. oportet eum ordinatum fuisse die 6. Julii anno 900.

Explorantesque quomodo a metatu suo ad regis colloquium.) &c. Sic omnia exemplaria. Sensus est, quomodo a loco in quo metari soler, vel ex hospitio suo, proficisci soleret. Unde dicitur infra. Cæteri qui superfuere, his qui ad hospitalia remanserant, &c. Utitur eadem voce meatus infra c. 15. ubi significari hospitium ex eo patet, quia quod ibi dicit: Ad metatum suum deduxit, in chronico suo dicit: Duxit eum ad hospitia sua. Item eadem voce usus est supra lib. 1. c. 20. & lib. 2. c. 3. ubi vide scholion. Quare non recte, reclamantibus omnibus exemplaribus, s. volt corrigi: Quot in comitatu suo. Voce metatus utitur frequenter Gregor. Turon. in hist. Francorum, ut lib. 3. cap. 8. Ad metatum regressis c. 15. in metato ejus. Lib. 5. c. 15. Recedente vero Rege ad metatum suum, item ibidem cap. 39. Lib. 7. cap. 29. bis Lib. 8. cap. 2. ad metatum nostrum advenit. Quod postea dicit. In mansione mea, id est domicilio, &c.

CAP. XII.

E*T Sancti Remigii Benedictione recepit.*) Hoc enim tributum est meritis S. Remigii, quod is, qui corporis ejus translationem honoraverat, non amitteret quod ei furto fuerat ablatum.

CAP. XIV.

C*Onventus denique Synodales sæpe cum coepiscopis suæ diœceseos habuit.*) Nominatim duos, unum anno 909. sub Sergio III. Papa in pago Suessonico apud Trosleium, de quo infra c. 16. ubi ms. legunt Trosleium, & omnia exemplar. c. 19. & 21. Utroque enim nomine locus appellatus invenitur, ut illa appellatio sit integra, hæc per abbreviationem, sicut Heriveus & Herveus Hujus acta summatim ex Baronio habentur tom. 3. Conciliorum parte 2. Alterum anno 921. De quo auctor noster in suo chronico, & Severinus Binius post Synodum ibidem celebratam sub Seulfo, de qua infra c. 19.

Post bellum quod Robertus Comes contra eos Carnotenus gessit.) Sic omnia exemplaria, quod Gallice recte verteris *vers Chartres*, id est, versus Carnotum. Unde s. Carnotenus mutavit in Carnototenus. Quomodo autem Rollo Dux Normannorum Carnotum obsidens, miraculose ab urbe repulsus fuerit sub annum Domini 908. per camisiam seu interulam B. Mariæ Virginis late describit idiomate Gallico Sebastianus Rouillard in sua historia Ecclesiæ Carnotensis cap. 7. num. 5.

Fidem Christi suscipere receperunt. Ita c. & j. Sed ms. Baron. Papir. & auctor ipse in Chron. ceperunt.

Insuper etiam Romanum Pontificem super ejusmodi negotio consulere studuit. Ad cujus consulta.) &c. Rescriptum Joannis IX. Papæ ad Heriveum Archiepiscopum de iis quæ circa Nordmannorum conversionem facienda forent exstat apud Baron. tom. 10. anno 905. & tom. 3. Concil. par. 2.

CAP. XV.

S*Equenti vero anno.*) &c. Deinceps annorum numerus, quem margini adjeci, sumptus est ex Chronico nostri Flodoardi, quod Pithœus edidit inter 12. auctores coetaneos.

Propter Haganonem consiliarium suum.) Ita j. & c. in Latino & Gallico, m. vero Haganem, ex quo s. fecit Hugonem. Sed eam quam retinuimus lectionem veram esse constat ex auctore in dicto chronico, ubi constanter ita legit multis locis. Aliam causam derelicti Caroli Regis indicat Sigebertus in Chron. anno 920. his verbis: Robertus dux frater Odonis Regis, appetens Regnum Francorum contra Carolum, inquietabat Franciam, ejusque instinctu omnes pene primores Franciæ adversabantur Carolo.

CAP. XVI.

D*E Erlebaldi Comitis excommunicatione.*) Ita perpetuo legit j. Alioqui varia est lectio etiam in eodem exemplari ms. in titulo legit Heriboldi. mox in textu m. Herlebaldum, & postea Erlebaldus. s. Heribaldus, Legitur & Erbaldus, Ereboldus, & Erieboldus. Ex fine autem capitis nota eum absolutum fuisse ab excommunicatione post mortem.

CAP. XVII.

T*Ertia die scilicet postquam Robertus Rex factus fuerat.*) Factus erat Rex die ultima Junii 922. Hic Robertus, frater Odonis Regis, eodem anno, ut scribit Odoranus, & Sigebertus, auxilio Lothariensium, apud Suessionem interfectus est. Sed magis auctori nostro res sui temporis scribenti credendum, qui anno seq. 923. interfectum scribit in suo Chronico.

CAP. XIX.

V*Itam finisse.*) Obiit Seulfus anno 925. expletis in Episcopatu annis tribus, & diebus quinque. Ita auctor in Chronico. Cui conforme est quod de eo legitur infra cap. 35.

CAP. XX.

R*Odulfus igitur rex.*) De hoc Rodulfo scribit Meyerus anno 890. Eodem anno Burgundiones, Rodulpho Ricardi ducis sui filio, diadema imposuerunt, Regemque sibi consalutaverunt. Hic igitur Rodolfus, filius Richardi Marchionis præfecti Burgundiæ, erat Rex Burgundię, quem Franci, occiso in prelio Roberto Rege

A

socero ipsius anno 923. nolentes redire ad Carolum Simplicem, sibi Regem elegerunt, rexitque regnum Franciæ per duos annos, ut scribit Sigebertus, dicto Carolo in custodia apud Petronam detento. Verum ex cap. sequentibus constat eum regnasse in Francis usque ad annum 936. quo obiit, ut est infra c. 26. Obiit autem 18. Kal. Junii, atque ita regnavit annos 12. Quod conforme est Roberto Gagnino, Paulo Æmilio, & aliis multis. De hoc ita scribit lib. 2. Annalium Papirius in Carolo Simplice: Rodulphus Richardi filius in matrimonio babebat Emmam Roberti filiam, & Heribertus aliam eius filiam duxerat, socer generique & Hugo filius, auctoritate & gratia, atque opibus multum poterant.

C A P. XXI.

B

H*Eribertus Karolum de custodia, in qua eum detinebat, ejecit.*) Dolo enim Heriberti captus fuerat anno 923. post occisum Robertum, & liberatus e carcere anno 927. sed anno sequenti iterum in custodiam redactus, in qua obiit anno 929. Hæc ex auctore in chronico. Habet his conformia Sigebertus, sed fallitur in tempore, dum scribit anno 924. eum in custodiam Peronæ a Comite Heriberto detrusum ob necem Roberti Ducis ab eo perempti. Et anno 926. Carolus Rex Francorum sub custodia Heriberti exul & martyr. moritur. Similiter in tempore fallitur, dum scribit anno 938. Ludovicum filium Caroli in Franciam esse reversum, cum id demum factum sit anno 936. post obitum Rodulfi Regis Burgundiæ.

C A P. XXIII.

C

N*Ec non & Arnoldo.*) Sic j. alla Arnoldo. Similiter in sequentibus nunc Artoldus, quomodo sæpius c. & j. nunc Artaldus, quomodo frequentius ms. legunt. Item Sigeboldus, & Sigebaldus, &c. & infra c. 33. Deroldus & Daraldus.

C A P. XXIV.

D*E ordinatione domni Artoldi Episcopi.*) Hæc facta est anno 931. & obiit anno 961. pridie Cal. Octobris, ut habet auctor in Chrun. atque ita constat 30. annis Ecclesiam gubernasse.

C A P. XXV.

D

S*Ynodus septem Episcoporum apud S. Macram.*) m. Magram s. Machtam. In tom. 3. Concil. ponitur anno 935. sub nomine Concilii Rhemensis, cum sit pagus quidam ejusdem diœcesis, alio nomine *Fisme* dictus, ut annotavit Nicolaus Chesneau. De passione autem S. Macræ virginis habes infra c. 51.

C A P. XXVI.

L*Udovico Karoli filio, quem rex Alstannus avunculus ipsius nutriebat.*) r. Alstanus, j. Astranus. In catalogo Regum Angliæ apud Joannem Carionem Adelstanus nominatur: Meyerus Atelstanum vocat. Est autem hic Ludovicus Caroli Simplicis filius, dictus Transmarinus, quia trans mare apud Regem Angliæ fuerat enutritus, eo quod matrem haberet filiam Regis Anglorum.

E

Quod pater ejus (scilicet Carolus Simplex) S. Remigio tradiderat.) Idest monasterio S. Remigii, ut patet ex verbis sequentibus. Sic & infra cap. seq. & alibi accipitur.

C A P. XXVIII.

H*Ugo princeps, filius Roberti.*) Hic infra c. 35. & alibi vocatur Hugo Comes, qui dictus est Hugo magnus, Comes Parisiensis, & dux Aquitaniæ, filius Roberti Andegavensis & Parisiensis Comitis, qui in Regem fuerat electus, de quo supra cap. 27. Vocatur idem Hugo Dux Francorum, qui Ludovico Regi Francorum, filio Caroli Simplicis rebellavit, obiit autem anno 956. Hic ex uxore Aurea, quæ filia erat Henrici j. Aucupis, & soror Otthonis primi Imperatoris, quam alii Havidem nominant, genuit Hugonem Capetum postmodum Franciæ Regem, qui extincta stirpe Caroli magni, regnum Francorum obtinuit. Historia describitur apud

A

Aimoinum lib. 5. de gestis Francorum c. 44. & 45. Erat autem dictus Robertus frater Odonis Regis, uxorem habens sororem Heriberti potentissimi Comitis Aquitaniæ & Veromandiæ, de quo hic est frequens mentio. Unde Sigebertus in Chron. anno 949. Hugonem Heriberti filium vocat nepotem Hugonis Magni, sicuti & auctor noster in Chron. 943.

Mihique quoque Ecclesiam Colmisiaci vici abstulit) In Chronico suo anno 940. ait: Ecclesiam quam regebam in Culmiseiaco. Unde constat eum aliquando rectorem seu pastorem fuisse loci illius, cujus frequenter meminit in hac historia. Varie autem hoc nomen scribitur, ut adnotavimus ad lib. 1. c. 22.

C A P. XXX

B

A*Limontem castrum occupant.*) Sic integre scribitur ar r. & j. plerumque Almontem legunt, tam supra quam infra.

Postea ceteri quoque filii Heriberti Comitis recipiuntur a rege.) Papirius Massonus lib. 2. Annal. Francor. de isto Heriberto Comite sic scribit: Liberos reliquit, Heribertum, Hugonem illegitimum Rhemorum Pontificem, Odonem, Adelbertum, & filiam unicam Arnulphi Flandri uxorem.

Amblicum castrum cepit.) Ita j. c. Amblecum. ms. Amblidum, Gallice *Ambli*.

C A P. XXXI.

C

U*T filium ipsum, & filium fratris sui suscipiens idem præsul.*) Ita c. in Gallico & Latino, & j. sed aliud exemplar, & ms. & auctor in Chronico, ut filium hominis ipsius, &c.

C A P. XXXII.

M*Onasterii S. Benedicti Abbatem.*) Sic omnia exemplaria. Quare non recte s. scripsit S. Remigii pro Benedicti. Ut autem adnotavit Nicolaus Chesneau intelligit Abbatem S. Benedicti ad Ligerim in diœcesi Aurelianensi.

D

Regina Gerberga nuper ad Othonem Regem fratrem suum legationem direxerat.) Hæc Gerberga soror Othonis primi Imperatoris sive regis, (Sic enim sæpe ab Historicis nominatur, quod benedictionem Imperialem, non acceperat, sicuti nec Henricus Auceps pater ipsius) hæc inquam Gerberga fuerat uxor Gisleberti ducis Lotharingiæ, quo interfecto, eam duxit uxorem Ludovicus Rex Francorum, ut scribit Sigebertus in Chron. anno 943.

C A P. XXXIII.

R*Emensem cum Hugone præsule, quasi mox capturus, aggreditur urbem.*) ms. post dictionem præsule adducit & Theobaldus quidam, quod abest a ceteris, & a Chronico, nec videtur illud admittere orationis constructio.

E

Defuncto Deraldo Ambianensium præsule Tetbaldus quidam.) Sic c. & r. sed ms. vitiose Derordo. & j. & c. in Gal. Derordo, quomodo & infra bis c. 35. conformiter in omnibus exemplaribus. Pro Tetbaldo m. habet Theobaldus, ex quo s. fecit Theobaldus, quomodo ms. legit c. 37. In tabulis Democharis legitur Deraldus, quem sequitur Raimboldus, postea Theoboldus. Auctor in chronico Deroldum, & Tetbaldum legit.

C A P. XXXIV.

P*Ræsente quoque Brunone Abbate, Regis Othonis fratre.*) Ita etiam auctor in chronico, c. legit Brimone & Gallice vertit *Brimon*, quomodo etiam legi potest in m. sed infra c. 35. apertissime legitur Brunone, quamvis & ibi in Gallico vertatur *Brimon*. Verum placet alia lectio, quia de eo omnino loqui videtur, qui paulo post hæc tempora factus est Archiepiscopus Coloniensis, succedens Wicfredo, anno 953. ut habet auctor in chronico, & Sigebertus: qui ab omnibus Bruno appellatur, fuitque frater Othonis primi Imp. Henrici Aucupis Imp. filius.

Missis quoque duobus ad eum deducendum Episcopis.) Videlicet Adalberone & Gossino, ut c. sequenti dicitur in libello Artoldi, & exprimit auctor in chronico.

Ex diœcesi Trevirensi atque Remensi.) Sensus est, fuisse in illa Synodo Mosomensi utriusque diœcesis Episcopos, quod c. in Gallico non est assecutus. Nam auctor ipse in chronico ita scribit: Anno 948. Synodus prædicta celebratur in Ecclesia S.Petri ante prospectum Castri Mosomi a Domno Rotberto, ceterisque Trevirensis diœceseos Episcopis, & aliquibus Remensis.

Capitulum XIX. Carthaginensis Concilii de accusatore.) Videtur intelligi Capitulum 9. & 10. Concilii tertii Carthaginensis. Pro quo facit quod infra c. 35. legatur nonum decimum, ubi facile omitti potuit conjunctio &.

CAP. XXXV.

De *Synodo apud Engulenheim congregata.*) Habita est 7. idus Junii 948.in Ecclesia B.Remigii honore dicata, ut est in chronico auctoris, ubi etiam recenset nomina eorum qui interfuerunt num. 32. Regino lib. 2. chroni. eorum scribit interfuisse Episcopos 34. Tom. 3. Concil. parte 2. subscripti leguntur 31.

Denique postquam domina nostra regina Laudunum, propter absolutionem Domini Regis, reliquerat.)Sensus patet ex iis quæ dixit auctor supra c.32. Hugo enim princeps, dictus Magnus, ipsum Regem Ludovicum tenebat sub custodia, ipsaque Regina Gerberga, eidem Hugoni Laudunum reddiderat, ut reciperet Ludovicum Regem. Neque enim aliter absolutio, id est liberatio ejus potuit obtineri, ut ait in chronico 948.

Post quarum literarum recitationem,&c. Sequentia omnia usque ad finem capituli, & duo capitula sequentia, etiam quod ad verba, eadem sunt in chronico,anno jam dicto.

Lectis capitulis de hujuscemodi calumniatoribus.) Intelligere videtur Capitula Concilii Carthaginensis, vel Capitula Caroli Magni & Ludovici Pii, in quibus tamen hoc non reperio.

Artaldo vero præsuli, qui omnibus se Synodis præsentem exhibuerat.) Multæ enim Synodi pro hac causa congregatæ fuerunt, ut patet partim ex superioribus,partim ex Chronico auctoris, & tom. 3. Concil.parte 2. videlicet Virdunensis, anno 947. Mosomensis 948. idibus Januarii, Engulenheimensis 948. septimo idus Junii, de qua hoc cap. quæ ceteris fuit celebrior. Postremo Romana 949. in qua Agapitus Papa II.damnationem Hugonis Episcopi apud Engulenheim factam confirmavit.

Cæteris quoque diebus Synodi tractata sunt quædam necessaria de incestis conjugiis.) &c. Hæc videre est in actis & canonibus decem hujus Concilii, quæ edita ab Henrico Canisio, adjecti sunt ad finem 2. partis tom. 3. Concil. per Severinum Binium. Deest tamen ibidem canon de incestis conjugiis.

CAP. XXXVI.

F*Ere quadragintos homines interfecerint.*) ita c. in Gallicu & Latino, & j.Verum ms. quadraginta quomodo legit auctor in Chronico esse ad annum 948. quo hæc gesta sunt.

Winefrede Morinensi.)Ita ms. hoc loco, sed infra Huicfredus c.in Gallico utrobique *Winefrede,*sed in Latino Vvifredus, sicut & j. In Chronico auctoris duplex quoque lectio est, Vincfredus & Vvincfredus.In Chronico manus. Moriensi Vvyefridus appellatur. Integra dictio videtur esse Vvinnefredus, ex qua per contractionem factum est Vincfredus & Vvicfredus. Quo posteriore nomine vivebat eodem tempore Coloniensis Archiepiscopus, qui & Vvicfridus nominatur infra cap. 42. ubi m. legit Hincfridum, quod s. mutavit in Huicfridum.

CAP. XXXVII.

I*Nsistente præcipue Luitdulfo capellano Regis Othonis.*) Hæc vera & integra lectio omnium exemplarium,sed infra variant. Nam c. Lindulfus m. Ludulfus. In chronico Luidulfus & Laudolfus. Est autem sermo de Othone 1. ejus nominis Imperatore, qui & Otto magnus dictus est, propter celebres bellorum ejus victorias, ut ait Lupoldus Bebenbergius lib. de zelo veterum principum Germaniæ, cap. 2. infra Odonis legit. Nam interdum promiscuo pro eodem usurpantur Ottho, Otho, Odo, Ado, & Udo.

Nomine Adelonus.) Ita c. & j. sed ms. Adelonius. In Chronico Adelomus, Gallice vertitur *Adelein.*

Acta Synodi Inghelheimensis, de qua supra c. 35. & Trevirensis, de qua hoc cap. & præcedenti, approbavit Agapitus Papa II. habito Romæ Concilio ad S. Petrum, confirmans damnationem Hugonis Episcopi, & excommunicationem Hugonis principis donec Ludouvico Regi satisfaciat, ut testatur auctor in chronico anno 949. Quod chronicon ulterius extenditur quam hæc historia. Pertingit enim usque ad annum 966. Porro Attaldus obiit anno 961. pridie Kalendas Octobris, ut est in eodem chronico, & sequenti anno successit ei Odalricus.

CAP. XXXVIII.

I*N honore S.Mariæ, vel S. Petri construxisse traditur.*) s. recte notat in margine, vel poni pro, &. Quod & aliis quibusdam locis contingit,præsertim in summariis capitum.

CAP. XXXIX.

D*E Sancto Balderico Abbate.*) De hoc Joannes Molanus in additionibus ad Usuardum die 16.Octobris: in monte Falconis, Beatissimi Baldrici Confessoris; cujus vita crebris miraculis declaratur.) De eodem Arnoldus Vvion.lib. 3. ligni vitæ in martyrologio suo monastico, ad eundem diem, & Joannes Trithemius de viris Illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 3. c. 152.

CAP. XLI.

D*E villa Vvaslicia.*) Sic r. m. & j. quæ videtur vera lectio, pro quos. Vasticia. c. autem Vvasticia. In Gallico autem hoc loco utrumque ponitur, *Vvalsice, ou Valliche*, sed infra semper *Vvalstice*.

De sede scilicet urbis Virdunensis S. Vitonus.) *& S. Agericus.*) Uterque fuit Episcopus illius sedis, ille octavus, hic decimus in tabulis Democharis. De illis enim sic habet: 8. S. Vidomus, seu Vitonus, eligitur 502. in Concilio Aurelianensi primo, tempore Clodovei: 10. S. Agericus eligitur 554. Videndus de his Richardus de VVassebourg Archidiaconus Virdunensis lib. 2. Antiquitatum Galliæ Belgicæ,quod opus Gallice conscripsit, qua lingua nominatur *Sainct Venne & S. Agry*.

Et sanctus Roduicus de VVassoio.) c. Rodincus de Vassoio.

Pro villa Gerlani monte, super Mosolam conjacente.) Sic r. e. & j. sed ms. Celani, quomodo & cap. sequenti cum in titulo, tum in textu legitur etiam in e. sed m. ibi Geiani. c. & s. Gellani.

Ad quam villam dum sanciendi sibi causa. Sic. e. & j. At ms. faciendi. Gallice vertitur, causa accipiendi possessionem, quod Gallice dicimus, *saisir & saisine*, id est possessio. Quod recte Latine dixeris sancire, id est confirmare, quia possessio confirmat rem acquisitam.

CAP. XLIV.

S*Anctarum Bovæ ac Dodæ.*) Agit de his Joannes Molanus in additionibus ad Usuardum die 24. Aprilis his verbis. Remis civitate, sanctarum Bonæ & Dodæ. Ex quo, ut apparet, Baronius transscripsit in Romanum Martyrologium ad eundem diem. De iisdem Petrus Galesinius, Felix, & Arnoldus VVion in suis martyrologiis, omnes in eo corrigendi, quod legant Bona pro Bova. Nam hanc esse veram lectionem omnia nostra probant exemplaria, tam supra cap. 38. quam hoc cap. Sic & superius c. 20. legimus Bovonem Catalaunicensem Episcopum quod non recte s. mutavit in Bavonem, & c.in Bononem. Adde quod hæc eadem Sancta lib. 2. c. 26. Boda nominatur in omnibus exemplaribus. Solet autem b in v. mutari, aut contra, ut Bibiana, Viviana, Jobita, Jovita.

CAP. XLVI. & XLVII.

D*E domno Gunberto, & ipsius uxore Berta.*) Varie scribitur hoc nomen in exemplaribus,sed hæc frequentior est, vel per n Gonthertus. Integra pronunciatio est Condehertus, quomodo legitur supra lib 2. cap.4.

cap. 4. in fioe, vel Guodebertus ut lib. 2. c. 10. Hic vero fere Guntbertus vel Gootbertus, sed ms. in titulo cap. 47. Gombertus, quo oomine exstat vitæ ipsius historia in vitis Sanctorum Gallice editis per Parisienses die 29. Aprilis, ubi narratur fuisse frater Nivardi Remensis Episcopi, quod jam dicto cap. 10. testatur etiam Flodoardus. Idem autem videtur esse de quo Molanus in additionibus ad Usuardum 23. Novembris. In territorio Remensi, sancti Goberti confessoris. Sed obstat quod S. Gootbertus martyr obierit, sicut & S. Berta. De qua Sigebertus in Chron. anno 661. Bertha martyr & Abbatissa sanctitate claret io Gallia. Exstat ejus vita, in vitis SS. Gallice editis a Doctoribus Paris. ad 1. diem Maii.

C A P. XLVIII.

D*E duabus Ecclesiis Sancti Hilarii Remis*.) Hæc est communis & frequentior lectio, sed m. hoc loco Hilari, & in indice Capitulorum Hilarii. Quomodo Baronius Romaoum Pontificem S. Leonis magoi successorem, Hilarum vocat, qui frequentius Hilarius nomioatur.

Quod vocaretur Merolilanus.) S. Merolilanos Scotus nunc Remis in Ecclesia S. Simphoriani quiescit.

C A P. XLIX.

E*jus labuntur humo intranea*.) Id est intestina, quo modo legit ms. Gallice *entrailles*, c. humi, sed altera lectio verior, ut dictum sit humo, pro in humo. Hæc autem pœna adulteræ constituta est a Deo Num. 5.

C A P. L.

C*ompositionem fisco debitam, quam illi fredum vocant, a se fuisse reis indultam*.) Restitui fredum pro fretum, etsi hoc etiam modo legatur excuso Gregorio Turonensi, cujus allegatur locus, sed & in multis aliis corrigendus, ut patebit, si quis ea, quæ hic refert Flodoardus, conferat cum loco ejusdem Gregorii. Certe Pithœus in glossario Capitulorum, verbo freda, & Jacobus du Breul in adnotat. ad cap. 17. lib. 5. Aimoini citantes eundem Gregorii locum, fredum leguot. Similiter semper numero plurali legitur freda lo variis diplomatibus, quæ exstant in Chronico Cameracensi lib. 1. c. 37. 63. 76. & 107. & in litteris fundationis Prioratus S.

A Martioi a Campis apud Parisios datis anno 1060. sb Henrico I. Francorum Rege: io fredis. Exstant in Martinianis. In epitome tamen constitutionum Caroli Magoi frera, pru freda legitur, in eo Capitulo, quod io libris Capitulorum a Pithœo editis est 30. libri 3. ubi dicitur excepta freta, quæ in lege Salica conscripta est. Ad quem locum Vitus Amerpachius: Freta est, quam alii qui fredam & fredum vocant illa secula, &c. Sed cum exemplar. ex quo impressæ sunt istæ Constitutiones valde fuerit incorrectum, vix dubium, quin sint error librarii. Quid autem sit fredum hic indicatur estque dictio Teutonicæ originis pacem significans, quam Germaoi dicuot, fred & Frid, & oos Teutones *vrede*. Fredas legitur tum alibi, tum in privilegio Caroli Calvi quod exstat in promptuario Tricassioo fol. 84.

B

C A P. LI.

B*Marra Virgo sub Rictiovaro præfecto*.) Sic legitur in e. & j. hoc loco & in ms. cap. seq. ut sit una dictio. At ms. hoc loco Rictio Varo separatis dictionibus, quod magis probat Baronius in ootis ad Rom. Martyrologium 6. Januarii. Quo die agit de hac virgine etiam Usuardus. Porro Rictiovarus sævissimus fuit Galliarum præfectus seu præses sub Diocletiano & Maximiano, sub annum Domini 300. Martyres sub eo passos complores recenset Baron. tom. 2. Annal. anno 303. ubi miserandum ejus quoque refert interitum.

C A P. LII.

C D*E sanctis Rufino & Valerio Martyribus*.) De his Baronius, Usuardus, & alii in martyrologiis die 14. Junii.

C A P. LIII.

S*ubito cernuatus cecidit*.) Hæc est vera lectio, quam habent c. & j. Sed quia non intellecta, idcirco in aliis exemplaribus est mutata. Unum enim legit cernatis. In m. legebatur conternatiis, at recenti manu correctum consternatus, quomodo scripsit s. Est autem cernuus, id est, in partem anteriorem inclinatus, vel in caput ruens. Hinc ad illud Virgilii Æneid. 10. Erectoque incumbit cernuus arvo: ait Servius: Cernuus equus dicitur, qui cadit in faciem, quasi in eam partem quam cernimus. Hinc & illud io hymno Ecclesiæ. Tantum ergo Sacramentum veneremur cernui.

VOCUM OBSCURARUM
EXPLICATIO

Quæ in his quatuor libris Flodoardi continentur , sive sint ipsius , sive aliorum , quorum testamentum , vel epistolæ interseruntur.

Quæ non sunt Auctoris , iis præponitur asteriscus .

A*Biudr*, pro inde , id est , ab eo tempore, vel ab eo loco. Utraque enim significatione utitur.

* *Acetabulum*, lib. 1. cap. 18 in testamento S. Remigii accipi videtur ut Num. 7. in Hebræo est scutella . Nomenclator Hadriani Junii recenset inter mensuras liquorum , & capere & dicit cyathum unum & dimidium .

Æquivocus, ejusdem nominis. Vide indicem nostrum vocum obscuratum in Chronico Cameracensi.

Alodis, idem quod alodium. Vide jam dictum indicem, & Glossarium Petri Pithœi in Capitularia, verbo Alode.

* *Amphibalam* . Vide scholia in cap. 18. lib. 1.

Atriam, cœmiterium. Gall. *l'atre*.

* *Beneficiare*, in beneficium dare.

Blatta, purpurea. Vide scholia ad cap. 15. lib. 1.

Brandeum, lib. 1. cap. 20. & 21. pannus sericus, seu linteum , quo Sanctorum corpora , seu reliquiæ involvuntur : vel etiam quod aliunde allatum eorum reliquias contigisset , ut hodie fieri solet. Vide scholia ad cap. 21. lib. 1.

* *Breviculus*, lib. 3. c. 22. scheda seu schedula, a brevi , forma diminutiva , deductum. Sic est in operibus S. Augustini tom. 7. Breviculus Collationum cum Donatistis, id est , (ut Augustinus alio nomine vocat ibidem , & epistol. 158.) Breviarium & breviatio, seu compeodium . Sic juxta Alciarum & alios lib. 7. Codicis titulus 44. est de Sententiis ex breviculo (pro quo vulgo legitur periculo) recitandis. Ad quem locum Christophorus Hegendorphinus in exegesi titulorum Codicis ita scribit : Hic titolus corrupte legitur . Nam pro periculo, breviculo legi debet: siquidem hic tractatur quomodo sententiæ ex scripto recitari debeant . Breviculus vero est vox diminutiva a brevi , hoc est ab schedula , scriptura , dictaceoque .

* *Cabata*, seu Cambuta . Vide scholia ad ca. 18. lib. 1. Quibus addo pedum pastorale S. Burchardi primi Herbipolensis Episcopi fuisse virgam samboceam, ut est in vita ipsius lib. 2. c. 1. tom. 5. Surii.

Caraxatam, lib. 1. c. 9. scriptum . Item caraxare , caraxatura , & caraxatores , seu potius per aspirationem charaxatum , &c. Vide Scholia ibidem ad c. 18.

Cellerarius, lib. 1. c. 12. vel ut j. c. cellarius, idem qui cellarius , quomodo mutavit s. quomodo etiam nunc in Hincmaro legitur, minister cellæ, seu promus , aut promus condus . Vide indicem vocum obscurarum ad Thomam Cantipratanum.

Cernuatus , cernuus . Vide scholia ad capit. lib. 4.

Comes, nomen officii lib. 2. c. 18. & alibi. Hi enim comites cum Missis dominicis judicia exercebant per singulas provincias, ut patet ex eodem cap. & ex capitulis Caroli Magni . Vide scholia ad idem cap.

Conjectas, vel um, genus tributi. Vide scholia ad c. 19. lib. 3.

Consuerant, pro consueverant lib. 1. c. 12.

* *Consultus*, us, consultatio, consilium. Vide scholia ad c. 4. lib. 3.

Cors, cortis, pro aula regia, Gal. *Court*. lib. 3. c. 13. bis in litteris Hincmari : aliquando pro curte, ut lib. 1. c. 17. & lib. 2. c. 6.

Curs , curtis , id est villa , Capitula Karoli Magni lib. 3. c. 19. Curtes nostræ remaneant desertæ . Vide indicem vocum obs. ad Chron. Cameracense.

Decania, decanatus, lib. 3. c. 25. sicut canonia, pro canonicatu.

Decubavit , pro decubuit lib. 1. c. 8.

Depactum, pro pactum sive conventum .

* *Diaconiæ*. Vide scholia ad c. 18. lib. 1.

Domnus, pro Domino. Vide notas ad Chron. Cameracens. lib. 1. c. 27.

Emavere, pro movere, aut dimovere lib. 4. c. 40. Gallice *emouvoir*.

Episcopium, Episcopatus. Vide indicem vocum obsc. ad Chron. Cam.

Esox, esocis, genus piscis , lib. 2. c. 8. ubi vide scholia .

Eulogia . Vide scholia ad c. 11. lib. 2.

Exinde, pro inde id est ab eo loco, vel tempore. Utitur Fortunatus in vita Sancti Medardi .

Fiscalini , a fisco dicti lib. 1. cap. 20. qui villas regii fisci tenebant : Fiscalini servi leguntur in Aimoino lib. 3. de gestis Francor. c. 42. & 55. lib. 3. Capitulorum c. 16. Fiscalini regii leguntur, & in epitome Constit. Caroli Magni lege 2. Ripuarense : Homo regius , id est fiscalinus. Vide Pithœi glossarium.

Flasca, lib. 1. cap. 15. genus vasis, Gall. *un flascon*. Utitur voce flasconis B. Gregorius lib. 2. dialog. c. 28.

Francisca, lib. 1. c. 13. bipennis, quomodo Hincmarus habet in vita Sancti Remigii , & ipse Flodoardus etiam jam dicto capit. Sic & Gregorius Turon. lib. 2. hist. Francorum c. 27. eamdem describens historiam , bipennem & securim nominat . Aimoinus lib. 1. de gestis Franc. cap. 12. Et extensa manu franciscam ejus terræ dejecit , quæ spata dicitur.

* *Fredum* , Vide scholia ad caput 50. lib. 4.

& notat ad cap. 37. lib. 1. Chron. Cameracensis.

Frigoritici, lib. 2. c. 14. & lib. 4. c. 44. febricitantes, frigido morbo laborantes. Utitur eadem voce Fortunatus lib. 1. vitæ S. Radegundis capite 10. quæ extat apud Surium tom. 4. die 13. Augusti, ubi legitur frigoreticus, & in margine notavit Surius: Frigoreticus, pro febricitante. Gregorius Turonensis lib. 5. Historiarum Francorum c. 10. Frigoriticis pustulis laborantibus. Idem de Gloria Confessorum capite 64. Frigoritici ceterique infirmi sanantur. Pluta vide in indic. vocum obscur. in Chron. Camerac.

Glaucoma, *æ*, lib. 1. ca. 24. Utitur Plautus in Milite. Usitatius dicitur glaucoma, atis, item glaucomatum, ti, & significat vitium oculi.

Hichinaculum, vel *biclinaculum* lib. 1. c. 18. in testamento S. Remigii.

Homo hujus aut illius, ut homo Arnulfi, id est vasallus.

Horno, id est hoc anno, libr. 1. c. 20. & lib. 3. c. 22. ubi vide scholion.

Imaginatum, imaginibus & figuris sculptum & decoratum. Vide scholia ad capit. 18. lib. 1. Ejusdem vocis fit mentio lib. 3. c. 5.

* *In ante*, lib. 2. c. 17. id est deinceps, quod alii frequentius dicunt, in antea. Vide indicem vocum obscur. in Chron. Camer. Præter loca ibi notata utitur Gregorius Turonensis lib. 8. Historiar. Francorum capite 28. & Eutychianus Papa 35. qu. 6. c. Episcopus. Item Fulbertus Carnotensis Episcopus epist. 89. Ex nunc in antea excommunicatus sit.

Incardinari, institui, vel constitui in Episcopatu vel alia dignitate libro 3. c. 21. Utitur Adrianus Papa II. epist. 11. Item verbum incardinare, & incardinari frequenter usurpat Joannes Diaconus lib. 3. vitæ S. Gregorii Papæ cap. 15. & sequentibus pro constituere, & ipse Gregorius Papa in epistola. Vide Onuphrium Panvinum in libello de interpretatione vocum Ecclesiasticarum in dictione Cardinalis.

Incardinatus, institutus, lib. 3. c. 29. Ivo Carnotensis epist. 131. ubi vide observationes Francisci Jureti, qui multa citat loca Gregorii Papæ de eadem voce.

Insigne, pro insigniter lib. 1. c. 10.

Intentio, pro lite seu contentione lib. 2. capit. 10.

Intranea, intestina, lib. 4. cap. 49. Vide scholia.

Isdem, pro idem, lib. 1. capit. 25. lib. 3. c. 13. 17. & 19. quo posteriore loco exemplar c. legit idem.

* *Lacerna*, Vide scolia in c. 18. lib. 1.

Legatarius, legatus lib. 1. c. 25.

Libitudo, libitus, libido, lib. 4. cap. 7. Vide scholia.

Licito, pro licite, lib. 4. c. ult.

* *Locarium*. Vide scholia lib. 3. c. 13.

Major domus, lib. 2. capit. 12. præfectus palatii.

Mallus, lib. 2. c. 18. lib. 3. c. 26. Vide notas nostras ad cap. 72. lib. 1. Chron. Cam. & notas Joannis Busæi ad epist. 4. Hincmari.

Mandare, significare: *remandare*, renunciare, utrumque phrasi Gallica.

Maniaticus, insanus, a mania Græca voce insaniam significante. Eadem significatione Gerson, & Joannes Nider in Formicario utuntur voce *maniacus*.

Mansionile, lib. 3. cap. 26. Videtur idem esse quod mansio, seu habitaculum villicorum.

Mansus & Mansum. Vide indicem vocum obscurar. ad Chron. Camer. Nicolaus Chesneau mansos vel mansa vertit Gallice *arpens* vel *arpens de terre*.

Matricula & matricularii. Vide indicem jam dictum. Legitur lib. 1. cap. 18. in testamento Sancti Remigii, & alibi frequentes. Item in Hincmaro epist. 7. c. 35. inter eas quas Busæus edidit.

Matutinorum solemnia, lib. 1. c. 25. Sic olim loquebatur, subaudientes hymnorum, nunc matutinarum dicimus, videlicet precum. Vide eumdem indicem.

Metatus, *us*, locus in quo quis metari, tentorium figere, aut hospitari solet. Vide scholia ad caput 3. lib. 2. & ad caput decimum libri quarti.

Mirum, miraculum.

Missaticum, legatio a misso; id est, legato, vel nuntium, Gall. *message*. Legitur apud Hincmarum in opusculo 56. capit. post cap. 55.

Missaticus, idem quod missus, legatus, seu nuntius, ut clare patet ex c. 28. lib. 3.

Missorium argenteum, in testamento S. Remigii, & lib. 2. c. 5. missorium argenteum deauratum. Utroque loco Gallice vertitur *vase d'argent*. Gregorius Turonensis lib. 6. Histor. Francorum c. 2. Nobis rex missorium magnum, quod ex auro gemmisque fabricaverat in 50. librarum pondera ostendit. Et lib. 7. c. 4. legitur missorium aureum.

Missus, nuntius, legatus, commissarius. Vide schol. ad c. 18. 2. & indicem vocum obsc. in Chron. Camer.

Molendinus, pro molendinum, mola, lib. 1. cap. 14. Sic in 2. appendice ad Hist. Gregor. Turonens. in descriptione dedicationis Ecclesiæ Majoris monasterii legitur, molendinos nostros. Vide notas ad Chron. Camerac. lib. 1. cap. 52.

Necessuosi, lib. 3. c. 26. pauperes, quique res necessariæ desunt, *necessiteux*. Utitur Hincmarus epist. 7. c. ult.

Nomenclator, lib. 3. c. 21. Vide Onuphrium ubi supra.

Nonna, sanctimonialis, lib. 3. cap. 27. Hieronymus in epist. ad Eustochium de custodia virginitatis: Et quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, castæ vocantur, & nonnæ. Ad quem locum Erasmus suspicatur esse vocabulum linguæ Ægyptiacæ, S. Benedictus in regula c. 63. Juniores priores suos nonnos vocant, quod intelligitur paterna reverentia. S. Bonifacius Arch. Mogunt. epist. 19: & Capitularia lib. 5. cap. 2. & 3. eamdem vocem usurpant. De eadem plura R. P. Heribertus Rosvveydus in suo onomastico rerum & verborum difficiliorum ad Vitas Patrum.

* *Octimber*, pro October. vide sch. ad c. 21. lib. 1. Quibus adde ex Beda de ratione temporum, ubi mensis Octobris nomina recensens apud varios: Thesri, inquit, in Hebræo, Paophi apud Ægyptios, Hyperberetæos, apud Macedones, Octimbrios in Græco (quod pro-

cuidubio ex Latino Octimber factum est) October in Latioo.

Omnimodis, omoiuo, omoibus modis, Vide indicem vocum obſ. ad Chron. Cam.

Pagus, regio, tractus, territorium. Gall. *pays*, ut pagus Laodunenſis, Sic teſte Petro Divæo in Antiqaitatibus Galliæ Belgicæ capit. 14. freqoeoeer accipitur a Julio Cæſare. Multos, ioquit, pagos habebaot (loquens de Morinis (teſte Cæſare: non quidem vicos, (ut tunc pagi aomea accipiuot) ſed regiones: in qua ſignificatione Cæſari vocabulum boc familiare eſt. Hæc Divæus,

Pallium, Archiepiſcopatus ioſigoe, eſt faſcia ex caodida laoa contexta, habens deſuper circulom humeros conſtringentem, & duas lineas ab utraque parte dependentes, quatuor purpureas cruces, ante, retro, a dextris, & a ſioiſtris, Vide Oouphrium ubi ſupra, & Pithoei gloſſarium in Capitularia.

Pariſius, iodeclinabiliter lib. 1. c. 15. lib. 2. c. 2. & alibi, pro Pariſii, otum. Indeclinabiliter otitor Ivo epiſt. 16. ad quam vide obſervationes Feanciſci Jureti,

Parochia; ſeu *parrochia*, ot m. plerumqoe ſcribit. Pro diœceſi frequens in ſcriptoribus mediæ ætatis, & io Canooibus. Ioterdum tamen ſic diſtinguuotur, at diœceſis ſit totius provinciæ alicujus Archiepiſcopatus, parochia Epiſcopatus taotum, Unde Hincmarus io opuſc. 55. capitul. c. 16. B. Remigius ſedem Laudunenſem io ſubſellio Remeuſ. metropolis conſedere fecit, quam a ſua parochia, oou autem a diœceſis provincia ſcidit. Idem Hiocmarus in epiſt. 2. ad Nicolaum Papam ioter eas quas edidit Joaooes Cordeſius; Sed qoia non ſolum diœceſis, verum & parochia mea ioter duo regna, ſub duobus regibus habetor diviſa. Itaio epiſt. ad Hadriaoam Papam: Io cujus (nempe Lotharii (parte regni oou ſolam pars diœceſis, verum & pars parrochiæ meæ conjacoit. Et iofra. In cujus regno parrochia, & provincia mea conſiſtit. Idem denique in epiſtola ad clerum & plebem Belvaceoſis Eccleſiæ: Sic etiam de alteeius diœceſi Archiepiſcopi, vel parochia Epiſcopi &c.

Pedatura vitium id eſt pedameotum, ſtatumen. Unde vitis pedata, & ſtatumioata apud Plin. h. e. palis perticiſque firmata. Vide ſch. ad c. 1. lib. 1. Derivatam eſt a verbo pedare, qood eſt viti vel alteri arbuſculæ ſuſteotaculum adhibere.

* *Pradonare*, pro condonare, Gall. *perdonner*. Legieur in Capitularibus, ut lib. 4. c. 37. & alibi, & io Goffrido Abbate Vindocineoſi, lib. 5. epiſt. 19.

Pitatium & *pitatiolum*, vel ut j. fere per c. piraculum, lib. 3. cap. 22. Fuit titulus opuſculi Hincmari Lauduneoſis Epiſcopi, nepotis Hiocmari Remenſis, cui carmen præfixerat ita iocipiens,

Iſte pitatiolus plane depromit & apte.
Sedem appellandam libere Apoſtolicam,

Quod opuſculum late refellit Hincmarus Remeoſis prulixo opere 55. Capitulorum, præfixo etiam carmine in hunc modum:

Hoc tibi de titulo, ioveais Hincmare Sacerdos,
Reſpoodere mihi conveait arte pari, &c.
Namque pitatiolum oeutro dixere priores,
Et capot hoc laogoens cetera ſiaxa docet,

&c.) Alioqui pitacium ſchedulam ſigoificat, ſeu Epiſtolium. Hadriaous Junius in ſuo Nomenciatore: Pyctatium, vel potius pyctacium Caſſiodoro & Lampridio, exigua tabella. πιττάκιον Moſcopulo. Belgice *een cleine ceduile*, Pitacium Celſo idem quod emplaſtrum. Gloſſarium B. Iſidori Pictacium, epiſtola brevis & modica. Pictatiuncula, membrana. De Pittacio plura Heriberrus Roſvveydus, obi ſupra,

Placitum, conventus publicus, ſeu conventus procerum regoi, comitia, Gall. *plaids*. Vide indicem vocam obſ. ad chron. Cam. & notas Buſæi ad ep. 3. & 4. Hiucmari, Et notas Jacobi Sirmoodi ad ep. 56. li. 3. Goffridi Viodocinenſis Abbatis.

Præceptum, reſcriptum principis, vel conſtitatio regis, privilegium, literæ immuoitatis. Vide notas noſtras ad c. 85. lib. 1. chron. Cam.

Praſtaria & præcaria, eadem ſunt, ut patet ex l. 4. c. 11. abi Nicolaus Cheſnean Gallice interpretatur *uſufruict*. Quid autem ſit præcaria, vide dictum iodicem. Præter loca ibi ootata precariarum meminit Ivo ep. 271.

Præſentaliter, pro præſentialiter.

Prævidere, pro providere, l. 4. c. 1. Sic & aliquoties Baldericus in chron. Cam. Vide ooſtrum indicem vocum obſ.

Prætatoria, lib. 2. c. 5. idem quod precaria,

Presbyter, paſtor ſeu patrochus. Vide ſchol. ad c. 8. lib. 1,

* *Ptochium*, lib. 3. c. 18. Græce πτωχεῖον, domus mendicorum, ſeu locus ad recipiendos meodicos. Baſſiaous Epiſcupus io literis ad Valentinianum & Martianum Imperatores, quæ habeotur in Coocilio Calcedonenſi act. 11. Sed ego a jovenili ætate mea vixi cum pauperibus, & ptochium feci, & in eo poſui ſeptaaginta lectos, & omoes languentes & olceratos hoſpitio ſuſcipiebam. Item in eodem Coucilio cao. 8. Clerici qui præficiuntur ptocohodochiis, qui ordinantur io monaſteriis, & baſilicis martyrum ſub Epiſcoporum, &c. poteſtate permaneane. Ubi ſecunda editio ſive verſio in tomis Conciliorum habet io ptochiis. Tertia quæ eſt Gentiaoi Herveri: Clerici ptochotrophiurum. Apud Gratiaoum 18. q. 2. c. 19. Quidam Monachorum ex correctione Gregorii XIII. legitur ut habet 2. editio: In ptochiis, pro quo vitioſe vulgata exemplaria legebant, parochiis, ibique adootatum eſt ptochiis eſſe vocem canonis Græci. De eodem vocabulo Roſvveydus, obi ſupra.

Quæque, pro quocumque.

Quique vel quiſque, pro qoicumque, lib. 3. frequenter.

Quibuſque, pro quibuſcumque;

Quiſque, pro quiſquis. Franciſcus Juretus in ſuis obſervationibus ad epiſtolam S. Ivonis: Vetuſtiores dixerunt quiſque, pro quiſquis, quod pletiqua non obſervantes ſæpe motarant & corruperunt in aothoribus cootra fidem priſcarum membranarum, Sic ille. Et probat ibidem citatis exemplis ex Tertuliano, Hilario, & aliis.

Refutare, renuere, recuſare, Gall. *refuſer*, lib. 2. c. 19. Utitur io eadem ſigoificatioue Ivo epiſt. 131. 173. 178. 186. & alibi ſæpe.

Regeſtum, lib. 2. c. 2. obi vide ſcholia.

Remandare, renuociare.

Repedare, redire. Lucillus rediſſe ac repedaſſe, ut Romam vitet.

Revadiare, lib. 3. c. 4. dicitur a vas vadis, & Gall. ibidem vertitur debitorem ie agooſce-

re. Legitur eodem lib. c. 28. Vide indicem vocum obsc. ad Chron. Cam.

Revestitus, lib. 3. c. 18. indutis paramentis Ecclesiasticis, Gal. *revestu*. Aliquando *revestire*, est in possessionem inducere post privationem, ut eodem lib. c. 26. & lib. 4. c. 1. Unde vestitura, de qua voce Pithœus in Glossario.

Rotula & Rotulas, lib. 3. c. 11. & alibi, scheda, volumen, scriptum convolutum. Ibidem c. 22. rotulam prolixissimam, inquit Hincmarus. Utitur idem in opusc. 55. Capit. c. 43. Eamdem vocem rotulus, pro scheda aliquoties usurpat Stephanus Episcopus Parisiensis in epist. præfixa condemnationi aliquot articulorum in fine Petri Lombardi magistri sententiarum. Est autem rotula diminutivum a rota.

Salarium argenteum, salinum lib. 3. c. 5. ubi ms. male legit solatiam lib. c. 23. leguntur duo vasa salaria a rege S. Stephano missa. Ubi alind forte intelligit.

Sancire, possessionem accipere, Gal. *saisir*. Vide schol. ad c. 41. lib. 4. Verbo saisivit, & resaisivit utitur Ivo Carn. epist. 101.

Senior, Dominus, Gal. *seigneur*. Utitur Hincmarus epist. 1. inter eas quas edidit Busæus, & passim scriptores mediæ ætatis. Vide indicem vocum obsc. ad chron. Cam. & Petrum Greg. lib. 6. syntag. juris universi c. 11.

Signa Ecclesiæ, campanæ. Hinc in pontificali p. 2. titulus est, de benedictione signi seu campanæ. Vide Glossar. Pithœi verbo Signa.

Succensere eum, vel eos, cum accusativo, id est, contra eus irasci.

* *Suetum*, consuetum.

Sumptorium, lib. 3. c. 5. cochlear, ut Gallice vertitur, quo nimirum utimur in calice sacro.

Tenuitas, exiguitas, parvitas, in prologo auctoris.

Theudestica lingua, lib. 4. c. 35. ubi ms. Teutonica. i. Theotisca, id est Germanica.

Thuytsche. Inter epistolas Hincmari a Cordesio editas, exstat epistola Otfridi Monachi ad Luidbertum Archiepiscupum Mogunt. & præfatio in librum antiquum lingua Saxonica conscriptum, quæ ibidem vocatur Teodisca, & legitur Adverbium Theotisce. Item Theudiscæ linguæ exemplum exstat lib. 3. hist. Nithardi.

Titulare, inscribere, insignire.

* *Turriculum*. Vide schol. ad c. 18. l. 1.

Vadatus, lib. 4. c. 19. a verbo vador, aris, communo, id est, fide jubere pro alio. Vide indicem voc. obsc. ad chron. Cam.

Vadius, l. 3. c. 28. Hoc illi emendare per vadium faciat. Videtur significare idem quod vas vadis, id est, fidejussor. Et teste Jacobo Spiegelio in lexico juris primum dictum est vadis, deinde per syncopen vas. Vadimonium sponsio est standi in judicio. Alii scribunt per duplex VV, VVadius, ut lib. 2. capit. cap. 38. Ab his qui decimas non dant VVadios accipiant. Et lib. 3. c. 29. tit. est, de libero homine, qui se loco vvadii tradidit. In epitome Constit. Caroli Magni de lege Ripuarense c. 3. Homo ingenuus, qui multam quamlibet solvere non potuerit, & fidejussores non habuerit, licet ei semetipsum in vvadium, & cui debitor est mittere, usque dum multam quam debuit persolvet. Ad quem locum notat Vitus Amerpachius; In vvadium dare hoc est pignori dare, aut addicere. Vide sub. f. l. 2. ll. Longobar. Plura loca profert Pithœus in gl. verbo vvadii, & verbum vvadiare frequens est in legibus Longobardorum.

Vasalli, vassalli, clientes. Vide idem glossar. in dictione Vassi.

Vel, sæpe ponitur pro, &, præsertim in summariis capit. Quomodo etiam vertit interpres Gallicus, ut lib. 4. c. 19. 36. & 38.

Vicarientia, vices. Vide scholia ad c. 1. l. 4.

Vicedominus, lib. 1. c. 17. vide scholia. Utitur & aliis locis.

Villa, pro pago, aut civitate sæpe accipitur, phrasi Gallica, ut l. 1. c. 14. Sparnacum villam suam, id est civitatem, Gallice *ville*. Nam alias eumdem locum oppidum vocat.

Villaris, masculino genere, lib. 2. cap. 2. & 5. villa.

Ungnen, unguentum, lib. 1. c. 11. ex Hincmaro in vita S. Remigii. Utitur Persius.

Utillimus, utilissimus.

APPENDIX AD FLODOARDUM.

STATUTA SYNODALIA ECCLESIÆ REMENSIS.

Per Dominum Sonnacium.

C A P. I.

Sine fida (teſte Apoſtolo) impoſſibile eſt Deo placere, ideoque mandamus omnibus, ut exacte doctrinam fidei juxta verbum Dei; & ſanctæ Eccleſiæ Romanæ traditionem teneant, ſequanturque. Et quicumque paſtores ſunt, quæ ad inſtruendum populum, & gregem pertinent, diſcant & ſciant, & ſuos ad officia virtutum excitent.

II. Fidelibus pie Sacramenta miniſtrent, ſemperque adferant quod ad explicandam utilitatem Sacramenti, & inſtitutionem pertinet.

III. Pſ. 146. Mercedem non accipiant, ſed in Deo confidant, qui dat eſcam pullis corvorum invocantibus eum.

IV. Baptizaturus ſit ſobrius, idque honeſte expleat, verba attente proferat, & debite de parentibus informet.

V. Confirmationis Sacramentum habet donum roborantis Spiritus ſancti, & uberiorem gratiam proferre, ideoque non negligatur.

VI. Remiſſio peccatorum, & expiatio Sanguini Domini noſtri Jeſu Chriſti nititur præcipue, & ab eo pendet.

VII. Prov. 27. Curet paſtor ovem ſuam, & non negligat: & Injungat intereſſe Miſſæ Sacrificio diebus ſolemnibus & Dominicis, agnoſcat ejus faciem: & ſi bis abſit in anno prohibeatur eidem Eccleſiæ ingreſſus, & careat paſtorali ſepulturâ & conſulatione.

VIII. Nemo tempore quadrageſimæ pœnitentium confeſſiones audiat præter paſtorem. Hujus enim intereſt ovem recognoſcere, pro qua ſuam animam fœnerat Domino.

IX. Sacroſanctam Euchariſtiam Sacerdos celebraturus ſe præparet, & probet: & ut minimum bis in menſe id faciat.

X. Feratur ægrotis vaſe honeſto, & lumine antecedente, & præeunte: Et quicumque peregrinari volunt, illud ad viaticum ſuſcipiant.

XI. Et cur ad mortem condemnatis renuitur? cum iis maxime conducat ad ſpem & ſecuramen certi deceſſus, & præſentis agonis.

XII. Qui ad ordines promoveri volunt, habeant beneficium ad alimoniam ſufficiens, idque ad examinationem virorum proborum & juratorum.

XIII. Matth. 25. Nulli tonſura detur, niſi idoneo, & ad ſacros Ordines poſtea probabiliter aſcenſuro. Quid opus enim mittere panem filiorum canibus, & ſpiritalia mundi amatoribus?

XIV. Epheſ. 5. In matrimonio imago extat ſacroſancti conjugii inter Chriſtum & Eccleſiam enati: Ideoque vinculum eſt divinitus firmatum, quod multum confert ad felicitatem rei familiaris, ad pacem inter partes, & ad proles ſuſcipiendas.

XV. Extrema unctio deferatur laboranti & petenti, eumque paſtor in propria ſæpius inviſet, & pie viſitet, eum ad futuram gloriam animando, & debite præparando.

XVI. Dan. 1. De clericis, luceant ſicut ſtellæ & perpetuæ claritates in firmamento Eccleſiæ. Non ſint ebrii, nugaces & ſecularibus immixti.

XVII. Nec mulieres alloquantur, aut domi retineant: vivant in communi, & ædes pauperi patentes inhabitent.

XVIII. Suffragia defunctorum omnino ſervari præcipimus, & ne Miſſarum ſolemnia, præter fundatorum mentem, alio modo convertantur.

XIX. Sint Epiſcopi fideles & aſſidui verbi Dei diſpenſatores. In hoc etiam eorum charitas dignoſcitur, ſi gregem paſcant exemplo & verbo.

XX. Feſta abſque omni opere forenſi excolenda, & cum debita veneratione celebranda hæc ſunt: Nativitas Domini, Circumciſio, Epiphania, Annunciatio B. Mariæ, Reſurrectio Domini cum die ſequenti, Aſcenſio Domini, dies Pentecoſtes, Nativitas Beati Joannis Baptiſtæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Aſſumptio Beatæ Mariæ ejuſdem Nativitas, Andreæ Apoſtoli, & dies omnes Dominicales.

XXI. Eccleſiæ debite dotentur ad alimoniam paſtoris & cleri, ut ſecurius invigilent ſuper gregem, & de ejus ſalute ſint anxii & ſolliciti.

Hæc ſtatuta accepta ex Majori monaſterio (Gallice *Marmonſtier*) a Sancto Martino ædificato in ſuburbiis civitatis Turonenſis, cum ſerius ad manus noſtras perveniſſent, viſum eſt appendicis loco adjicere. Etſi enim ſint in his quædam, quæ non videntur redolere antiquitatem: ut quod titulum paſtoris tribuat parrochis, qui ætate Sonnacii & multo poſt Preſbyteri tantum, aut Sacerdotes ſolent appellari: quod item feſtum Nativitatis Beatæ Mariæ inter feſta celebranda reponat, quod in his partibus non videtur tam antiquum fuiſſe, quandoquidem Fulbertus Carnotenſis, qui vixit anno 1017. id primum in Gallia celebraſſe dicatur, ſi Demochari credimus. Verum facile potuit fieri, ut loco Preſbyteri a recentiori aliquo poſitum ſit nomen paſtoris, & feſtum illud ab aliquo forte adjectum. Scribit tamen Sanctus Hildephonſus (qui eadem ætate vixit cum Sonnacio) in libro de virginitate & parturitione B. Mariæ, Nativitatem ejus ex auctoritate totius Eccleſiæ celebrari & venerari.

Sunt his ſtatutis ſimilia quæ ſcribit Jeſſe Ambianenſis Epiſcopus in epiſtola ad ſacerdotes ſuæ diœceſis, & Conſtitutio Riculfi Sueſſionum Epiſcopi, quæ cum Hincmari opuſculis edidit Joannes Cordeſius.

Quæ ſequuntur editioni ſuæ adjecit R. P. Jacobus Sirmondus, quæ nec in noſtra deeſſe voluimus, ſed ordine temporis diſpoſita.

De Ministris Remensium Ecclesiæ, quos inordinate Ebo Episcopus invenit, & per deprecationem eorum, inspirante sancto spiritu, hæc dictavit.

PRæpositum decet cura interior ac exterior. Exterior in rebus & familia salvandis, atque secundum Deum gubernandis, summa cum intentione, & pietate, & benevolentia. Ibi etiam consistit omnis nutriendi industria, cuncta proficua ingenia laborandi in agris, in vineis, in sylvis, in hortis, in diversis emptionum generibus provide procurandis. Insuper & de qualitate necessaria ædificiorum, sive quantitate. Interior vero sollicitudo ejus esse debere manifestum est dispensatio fratrum publica, honeste disposita in victu & potu, sive omni subsidio corporali, quod administrat divina pietas, sive per studium laboris ejus, sive de eleemosynis fidelium, necnon & de dono propriæ procurationis publicæ. Cui non minor patet etiam alia dispensatio necessaria in infirmis & senibus, pro diversitate unjuscujusque necessitatis. Sequitur autem hinc studium omnem ornatum corporalem ac spiritalem continens fratrum. Corporalem primum in clausura, inde in refectorio, & in dormitorio, in cellario, in coquina, sive in cunctis habitatoribus necessariis, necnon in vasculis omnibus. Spiritalem vero zelum talis minister veræ religionis habere debet sanctæ conversationis nocte ac die Canonicis partitis in horis. Correctionem morum, per gravitatem levitatis morum deprehendens: vaniloquium secretis in locis & horis suo rigore omnino depellens: omnes negligentias omnium publice deprehensas in capitulo omnium fratrum judicio puniens his modis, id est, aut carcere, aut separatione mensæ, sive in omnium verberum diversitate. Cujus etiam prudentissima circumspectio Decanis sibi suppositis invigilare debet, ne unus quidem, a maximo usque ad minimum, absque ejus conscientia & licentia unius diei spatio nequaquam ab officii sui loco desit.

Archidiaconi officium est, gradus Ecclesiasticos summa cum providentia ætatum & meritorum ordinare: de tempore in tempore nominibus certis uniuscujusque officium de omni regione præfigere, subtiliterve merito probare, & gratiam S. Spiritus unicuique investigando ministrare; in omnibus divinis officiis Sanctæ Dei Ecclesiæ fideles ministros erudiendo & excollendo efficere: festivitatum omnium ac feriarum, necnon totius anni officia in canticis & lectionibus, non solum literaturam corrigere, sed spiritalem intelligentiam omni clero in Capitulo tradere, libertates liberorum cum testibus probare, alienorum servorum ad gradus venire volentium exigere, potestatem etiam habens libertatem Ecclesiastica propria de familia facere, & alienis exigere, Pro neglecta lectione aut officio gradus sui a Diacono usque ad infimum excommunicare; etiam & juvenculos talibus pro excessibus verberibus arcere: verbum etiam faciendi ad populum in diebus festis providere & facere: & sic omnia per ordinem digne usque ad consecrationem Presbyteri studiosissima intentione veræ religionis perducere. Vinctorum etiam publicæ civitatis ex carcere curam in festivitatibus solennibus Domini gerere, id est, in Natale Domini, in Epiphania, in initio Quadragesimæ, media Quadragesima, in Palmis, in Sabbatho sancto, & in die sancto Paschæ, similiter in Ascensione Domini, & in Pentecoste summa cum diligentia eos excipere, & eis obsequia benignitatis corporalis spiritaliaque, ex divinis & humanis beneficiis refectionem benedictionis parare.

Chorepiscopi vero ministerium est, omnem sacerdotalem totius regionis sibi commissæ conversationem corrigere atque dirigere, id est in conficiendis divinis Sacramentis & baptisterio omnium intellectum aperiens excitare, populum regionis prædicare, confessiones exigere, pœnitentiam cum discretione caute imponere, hospitalitatem sectari, infirmos visitando obsequia benignitatis & benedictionis, & sanctæ unctionis inferre. Communioni sanctæ dignos fieri populos assidua commonitione exercere, mortuos cum commendationibus animæ, & orationibus dignis obsequiis sepulturæ venerabiliter tradere, pro vivis etiam ac defunctis totius Ecclesiæ filiis rationabili assiduitate exorare. Insuper vero omnia quæcumque intra Ecclesiam & extra Ecclesiam in claustro, & in omnibus habitationibus a maximo usque ad minimum quemcumque viderit negligere, secundum Ecclesiasticum correptionis modum semper corripiat, & omnem veram religionem, prior ipse faciendo, omnes facere doceat. Et hunc modum nequaquam, nisi præcipiente Episcopo, de causis subsequentibus excedat de omni jure consecrationis.

Episcopum vero civitatis propriæ disponere oportet de consecratione, de confirmatione, de reconciliatione, & de publico indicendo jejunio, aut aliud aliquid publici juris pro tempore digno Deo debito. Cujus officii summa speculationis hæc est, ut & subtilissime providendo insistat qualiter omnium officia studiosissime gu- *Jac. Sirmondi*
bernando ad portum perfectionis dirigat: qui- *annotat.*
bus in causis, nisi jussus, Chorepiscopus nullatenus excedat.

Quod præcessit opusculum Ebonis, ex Sancti Remigii Bibliotheca Remis exscripsimus, cum Joannis VIII. epistola, & Decreto electionis Laudunensis, quæ infra sequentur. Proximam vero Notitiam de villa Novilliaco, cujus auctor Hincmarus ipse videtur, nobis communicavit humanissimus Nicolaus Faber ex Bibliotheca, ut ajebat V. C. Claudii Puteani Senatoris Parisiensis.

Sequuntur gesta quomodo D. Hincmarus villam Novilliacum apud D. Carolum Imperatorem filium Ludovici Imperatoris impetravit. Flod. lib. 3. cap. 20.

DEfuncto Pippino Rege VIII. Kalend. Octobris in Monasterio sancti Dionysii, filii An. 765.
ejus Carolomannus & Carolus secundum dispositionem patris sui, & consilium regni primorum, diviserunt inter se regnum paternum, & elevati sunt in Reges VII. Id. Octobris Carolomannus in Suessioni, & Carolus in Noviomo, sicut in Annali Regum scriptum habemus.

Anno IV. regni sui infirmatus est Carolomannus infirmitate, qua & mortuus est in Salmunciacu, & ante obitum suum per præceptum Regiæ suæ auctoritatis, quod habemus,

tempore Tilpini Archiepiscopi tradidit villsm Novilliacum cum omnibus ad se pertinentibus, pro animæ suæ remedio, & loco sepulturæ, ad Ecclesiam Remensem S. Mariæ, & basilicam sancti Remigii, in qua & sepultus est. Post cujus obitum Carolus frater ejus præcepto, quod habemus, suæ auctoritatis ipsam traditionem confirmavit.

Defuncto Tilpino Archiepiscopo anno XXIII, postquam Carlomannus Remensi Ecclesiæ villam Novilliacum tradidit, tenuit D. Rex Carolus Remense Episcopium in suo dominatu, & dedit villam Noviliiacum in beneficio Anschero Saxoni, qui nonas & decimas ad partem Remensis Ecclesiæ de ipsa villa usque ad mortem suam persoluit: & defuncto Domino Carolo, sed & ipso Anschero, postquam Carlomannus præfatam villam cum omni integritate Remensi Ecclesiæ tradidit, semper ipsa Ecclesia inde vestituram, sicut prædictum est, per annos XXXVII. habuit. Post obitum domni Caroli, & defuncto ipso Anschero, domnus Ludovicus Imperator donavit ipsam villam Novilliacum Donato in beneficio. Qui Donatus, interveniente Bigone, per subreptionem, quasi de fisco Regis quasdam colonias de ipsa villa obtinuit in proprietatem per præceptum domni Ludovici Imperatoris. Et quando Lotharius filius domni Ludovici Imperatoris Cavillonem veniens, eam expugnavit, Donatus a villa supra Matronam, quæ Pomarius vocatur, ab Imperatore defecit, & illi mentitus ad Lotharium confugit, & veniente hostiliter Imperatore Ludovico ad villam quæ Calejacus dicitur, Lotharius ad eum cum suis constrictus venit, & Sacramentum ipse, & sui ab Imperatore quæsitum illi juraverunt. Inter quos & Donatus de infidelitate ejus comprobatus, ipsi Imperatori quæsitum Sacramentum juravit, & Comitatum Miridunensem, & villam Novilliacum cum suis appendiciis Imperator ab eo abstulit, & Athoni, qui fuerat ostiarius Caroli Imperatoris in beneficium dedit. Donatus autem in vita Imperatoris Ludovici nec comitatum recepit, nec de proprietate sua ullam firmitatem promeruit. Post obitum domni Ludovici Imperatoris diviso regno inter fratres, & pace facta inter eos, & mortuo Athone, dedit Carolus Donato in beneficium Novilliacum. Processu denique temporis commendavit Donatus filium suum Gozelum Carolo Regi, cui in beneficium dedit Carolus villam Novilliacum cum appendiciis suis. Deinde Landrada uxor Donati, sed & filii eorum, pergente Carolo Rege ad obsidendos Normannos, qui in Insula, quæ Oscellus dicitur, sesidebant, cum aliis defecerunt. Quorum honores & proprietates a Francis auferri, & fiscum redigi judicatæ sunt. Unde Landrada, & filii ejus extenus auctoritatem Caroli Regis non obtinuerunt. De quibus rebus anno XX. regni sui Carolus villam fiscalem præcepto suo, quod habemus Orbacensi Monasterio dedit.

Cal-

Anno XXXII. regni sui venit D. Carolus Rex gloriosus in basilicam S. Remigii, ubi ostendit ei locum sepulchri Carlomanni Regis, & præcepta ipsius Carlomanni & Caroli avi de villa Novilliaco, & auctores factorum Canonum, qualiter damnent Spiritus sancti judicio eos, qui eleemosynas defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, qui ut infideles ab Ecclesia abjiciendi, & quasi egentum necatores, nec credentes judicium Dei, habendi judicantur. Et reddidit præcepto suæ auctoritatis, quod habemus, Remensi Ecclesiæ ipsam villam cum omnibus, ad se pertinentibus, quam tunc Bernaus post fratrem suum Rothanum in beneficio habebat.

Postea pervenit ad ejus notitiam, quod quidam homines de ipsa villa Noviliaco per subreptionem, tam apud patrem suum, quam & apud eum res & mancipia in proprietatem obtenta tenerent, Landrada scilicet uxor quondam Donati Cuntharinia, Ugo & Vvaltrudis, & Elampodus filius ejus, Rotbertus, & Boso, misit suos missos ad hoc inquirendum, & in quæstione facta, & veritate, sicut ei dictum fuerat, inventa, quoniam prædicti ad rationem non venerunt, sic ut banniti fuerunt, jussit ut præcepta Carlomanni & Caroli, sed & suum præceptum coram suis fidelibus in generali placito suo apud Duziacum in causis palatinis legerentur. Unde fideles ejus, tam Comites quam Vassi dominici quorum nomina scripta habemus, sed & cæteri omnes, qui adfuerunt, relictis eisdem præceptis judicaverunt, ut quicumque de rebus & mancipiis ipsius villæ Noviliaci, per cujuscumque præceptum, vel quocumque modo, post donationem Carlomanni, quam cum omnibus appendiciis suis, vel cum omni integritate, ipsam villam Novilliacum, sicut tunc in fisco erat, ad Ecclesiam Remensem tradidit, & post confirmationem fratris ejus Caroli in proprietatem obtinuit, si commutationem ostendere non posset, qualiter res, & mancipia de ipsa casa Dei juste & rationabiliter commutata fuissent, quia non de fisco Regis, sed de Ecclesiasticis rebus, & mancipiis per donationem obtinuit, ut ipsæ res & mancipia, quæ de villa Novilliaco obtenta fuerunt, ad ipsam casam Dei restituerentur, sicut in præcepto restitutionis ipsius D. Caroli, quod habemus, plenius continetur.

Sed quando D. Carolus Romam perrexit, & D. Ludovicus frater ejus ad Attiniacum venit, per quosdam ex nostris apud domnam Richildem Reginam, & apud D. Ludovicum filium D. Caroli Regis obtinuerunt Donati & Landradæ filii, ut villa Novilliacum cum suis appendiciis eis consignaretur, non attendentes, quia sicut in Capitulis Augustorum scriptum habetur, tales de Regis proprietate, in infideles judicandi sunt, & secundum leges Ecclesiasticas de rebus Ecclesiasticis sacrilegi judicantur.

Reversus autem D. Carolus Imperator Remos veniens, cum tale factum audivit, satis graviter tulit, & misit suos Missos: qui scilicet dictam villam Remensi Ecclesiæ & advocato nostro restituerunt, sicut plenius scriptum habemus.

Hic sequebatur epistola hoc titulo: Joannis VIII. Papæ jussio de ordinando Episcopo in Ecclesia Landunensi vacante. Quam quia scholiis nostris ad caput vigesimum secundum libro tertio, inseruimus, hoc loco prætermittimus.

De-

Decretum Cleri Laudunensis de Hedenulfo electo Episcopo.

DOmino Reverendissimo, & sanctissimo Hincmaro Archiepiscopo, cæterisque nostræ dioeceseos sanctis Patribus & Episcopis, Clerus Laudunensis enm torius parœciæ plebibus & sibi conjunctis Præsulibus, æternam in Domino Jesu Christo salutem, & pacem. Canonicis regulis & Apostolicis institutionibus statutum esse recolimus, ut quotiens qnælibet civitas ministerio Pontificalis dignitatis caruerit, proprioqne pastore vacaverit, eum decreto electionis, singulorum petentium manibus roborato, Metropolitanum adire Pontificem debeant, ac de substituendo in loco ejus qui decessit pastore petitione supplici commonere: quatenus & civitas sollicitudine pastorali destituta proprio recuperetur Pontifice, & qui ordinandus est gratiosius possit accedere. Quia cui debet ab omnibus obediri, utique debet & ab omnibus eligi: ne civitas non optatum Episcopum, aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa quam convenit, cui non liceat habere quem voluit. Hi vero qui ordinaturi sunt, in quem viderint omnium vota propensius concordare, protinus liberiusque illi munus imponere possint.

Quapropter cum decreto nostræ electionis manibus singulorum nostro corroborato ad paternitatem vestram accedentes, Hedenulfum Ecclesiæ nostræ filium, & in Ecclesia nostra suffragantibus stipendiorum meritis ad onus usque sacerdotale promotum, vita & moribus, ac sancta conversatione idoneum approbatum, quem per licentiam vestram, favente Christianissimo Imperatore Carolo, pari consensu ac concordi devotione, atque unanima voluntate eligimus, per manus vestras, ac cæterorum vestræ dioeceseos Sanctorum Episcoporum consecrari, nobisque & Ecclesiæ nostræ doctorem atque Pontificem institui imploramus, precamur, ac petimus. Eligimus autem eum nobis fore pastorem, quem Apostolicæ formæ, qua Episcopum ornatum B. Paulus esse debere demonstrat, congruere, & sacris non obviare canonibus, Christi gratia cooperante, confidimus. Oramus sanctam paternitatem vestram nunc & semper in Christo bene valere.

Actum V. Kalend. Aprilis, in basilica sanctæ Mariæ Genetricis Dei, & Domini nostri Jesu Christi, Anno Incarnationis Domini Jesu Christi DCCCLXXVII. regni domni Caroli Imperatoris XXXVII. ac imperii primo, Indictione IX.

Appendix Historia Flodoardi incerti, sed antiqui Scriptoris, ejusdem Remensis Ecclesia Canonici, qui Flodoardum breviaverat.

HActenus de Remensibus Archiepiscopis secundum traditionem Flodoardi, quomodo unus post alium surrexit, narrationem digessimus. Nunc vero de cæteris, qui post Flodoardi decessum extiterunt, secundum quod a majoribus audivimus, seu quod in antiquis chartis reperimus, opitulante Deo, prælibato operi adnectemus. Præfatus Artoldus, de cujus decessu in libro Flodoardi nihil habetur, Ab-

A batiam S. Timothei, quæ usque ad illud tempus Remensium Episcoporum extiterat, S. Remigio, de cujus cœnobio assumptus fuerat, contulit. Hic autem cum per triginta annos in multa adversitate, & aliquando in tranquillitate, Remensem dioecesim gubernasset, universæ carnis viam sine bono ingressus est. Quo defuncto, domnus Odalricus, vir nobilis & honestus, Pontificale onus suscepit: de cujus operibus pauca apud nos monumenta habentur. Liquet tamen, quia ipse Ecclesiæ Remensi villam Vindenissam dedit, pro cujus largitione beneficii in conventu Remensi memoria ejus annuatim recolitur. Ipso etiam die, pro animæ B ejus remedio, viginti quatuor pauperibus singuli panes, totidemque vini metretæ, singuli etiam denarii distribuuntur. Prædicta vero villa in terra Comitis Registestensis sita est, quam modo Comes, Guiterus nomine, sub trecensu triginta solidorum tenet. Porro antecessorum suorum tempore, pro commutatione ejusdem villæ, plurima bona Ecclesiæ Remensi collata fuerunt: quod in subsequentibus plenius exponemus. At vero præfatus Antistes Oldaricus pro utilitate commissæ sibi Ecclesiæ fideliter laboravit, maximeque pro restitutione vallis Rodigionis, quam Hugo filius Rogeri Comitis Ecclesiæ Remensi donaverat: sed quidam malefactores de stirpe ejus illam pervaserant, & hæ C reditatis jure illam sibi vendicare volebant. Quorum nisui venerabilis Archipræsul Odalricus, ut vir nobilis & potens, viriliter restitit, & prædictam vallem ad jus Ecclesiæ Remensis liberam revocavit. Quod ut posterorum notitiæ manifestius fiat, prædictæ vallis donationem, & rei gestæ scriptum memoriale huic paginæ assignemus.

Universis pene totius Franciæ primatibus liquet, Hugonem nobili prosapia genitum, in primo flore juventutis, cum sciret sibi supervenisse ab hoc sæculo diem egressionis, licet suæ conditionis plurimos invenire posset heredipetas, Deum tota mentis conamine, ejusque sanctas ex patri D *monia fecisse hæredes. Qui in primo suæ dispositionis exordio beatæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, Dominæ ac Dominatricis nostræ præsidium invocans, tradidit ad mensam fratrum, Deo ejusque intemeratæ Matri in Ecclesia Remensi devote famulantium, potestatem quamdam vallis Rodigianis a rivulo per medium decurrente vulgo nuncupatam, ut in eadem Ecclesia ipsius bonæ indolis viri haberetur memoria. Unde & post ejus exitum grandis altercatio habita est inter ipsam Ecclesiam & quosdam præfati illustris viri parentum. Quibus vehementer resistente domino ac venerabili Odalri* E *co Antistite, eorum controversia ad nihilum redacta in nullo potuit proficere. Quapropter non immerito fieri debet censeri, si illius cujusquam propagants petitionibus accommodatur auris.*

Idcirco notum sit omnibus præsentibus scilicet ac futuris sanctæ Remensis Ecclesiæ Canonicis, Monachis, Laicis, vel Nobilibus, quia ipsius venerandi Episcopi Neptis, nomine Emma, adiens præsentiam prædictorum fratrum, petiit sibi dari eandem potestatem sub censu decem solidorum denariorum in Assumptione S. Mariæ persolvendorum, duobus necne filiis Araulfo & Odalrico, ut quisquis eorum affectu dilectionis

illis amicabiliùs obtemperaverit diebus vita sua, in hareditate succedere debeot, bis ad indominatum prædictorum fratrum retentis, mansionile Sevivaldi Curtis nuncupato, cum sylvo & dimidio brolio ad ipsum aspiciente; ita duncaxat, ut porci in eodem marsionile degentium, & illi qui cum porcis Canonicorum Remensium, qui sunt tamen familiarium eorum, illuc ducti fuerint, fructus sylva depascant, hominibus quoque extra potestotem degentibus: de reliquo verolicenter salvu potestate faceret veluti de proprio. Cujus voluntas cum io nullo rotionobiliter refragari possit, quod postulabat obtinuis, factum vero literis memoria tradidit: Actum Remis, anno XIV. Lothario Rege, Episcopatus domni Odalrici Archiepiscopi sexto. Sancti Odalrici Archiepiscopi, cujus licentia atque coosensu hoc scriptum factum est, quod & ipse manu propria firmavit, manibusque nobilium virorum corroborari fecit.

Præfato Odalrico post septem suscepti regiminis oonos ad potres suos apposito, domnus Adelbero Henrici Comitis frater de terra Lotharieasium, od Pootificalem Cathedram, favore & providentia Lotharii Regis, assumptus est Qui siquidem vir oobilis, honestate morum conspicuus, & Ecclesiasticis disciplime instructuo, religionem Remensis Ecclesiæ oimis tepefactam in bonum reparovit statum, & otilitatibus inibi Deo servieptium instantem operam dedit & impensom. Hic etiam Mosomense Cœnobium a priori dignitate prolapsum in monasticum ordinem reformovit, ejusdemque reformationis tenoiem, ne per succedentia tempora immutoretur, hujusmodi auctoritotis suæ privilegio confirmovit.

Adelbero divino propitiaote clementia sanctæ Remensis Ecclesiæ Archiepiscopus. Notum fiat universis, tum præsentibus, tum etiam futuris fidelibus, quondom nobis Episcopio gratia Dei ac benignitate regia controdito, Sanctorum quoque loca quædom honore integro reperisse plurimum valentia, quædam vero pristinæ dignitatis flotu deficiente prorsus neglecta. Inter quæ etiam ille Mosomi cænobialis locus, antiquitatis studio certatim constructus, ab exordio scilicet sanctimonialium vita aptatus, postmodum vero Canonicorum ordine ab Heriveo prædecessore nostro melius informotus, atque in hooore sanctæ Dei Genitricis Mariæ digne consecratus, sed nefandis usibus, utrobique negligenter incultus, rebus quidem partim subtractis, partim vero intercurrentibus malis sinistra cessit fortuna. Quo igitur comperto, manus nostra, adhibito fidelium nostrorum diligenti consilio, liquido perpendens eundem locum, pro mundi infelicitate, in Canonicali ordine stare non posse, æternorum spe prous opportunum extitit, ibidem monasticæ religionis vitam, ordinato Abbote Ledaldo, constitui: ut ejusdem loci Religiosi cultores tam rebus delegatis, quom etiam forte delegandis utentes, continua vota Deo solveotes, sint pro nobis, pro posteris nostris, cæterisque ordinibus jugiter orantes.

Quo circa paternitatem loco nostri subrogaodorum in ista caritate Dei enixius imploramus, quo sub divini amoris respectu, hujus rei gesta conducibili negotio consentaneæ pietatis faveant zelo, idque liberalis auxilii indeficienti base diguentur curriculis consolari atque fulcire, ut ex eo gratiam Dei feliciter adipiscentes, hujus præstontioris emolumenti mereantur fore consortes. Sed & hoc ex decretis sanctorum Patrum sub auctoritate Pastorali omnimodis inhibemus, immo etiam cum divini nominis obtestatione omnino interdicimus, ne unquam hujuscemodi statutum qualibet temeritate ab ullo nostri ordinis violetur: quin potius in reliquum stobile, & inconcussum jure perpetuo idipsum venerabiliter conservetur. Si per laicos in rem hanc injuria arvebotur, io eos proculdubio excommunicationis jaculum cum anathemate intorquetur. Anno igitur Incarnationis Jesu Christi Domini nostri DCCCCLXXXIII. Provinciali Synodo mense Majo generaliter congregata apud Montem sanctæ Mariæ, in pago Tardonensi, hoc decretum solemniter recitatum est coram venerandis Episcopis, Abbatibus, ceterisque nonnullis fidelibus huic nostræ institutioni pio assensu faventibus, immo etiam collaudaotibus, atque confirmantibus. Quorum videlicet primus ego Adelbero jam præscriptus Archipræsul, eidem Concilio, Deo auctore, Pontificali aoctoritate præsidens, manu nostra subscribens idem corroboravi. Sed & cæteri non secus senserunt manibus impositis solidari.

Hujos etiom Adalberonis tempore de villa Vindenisso iotet Mooossem Gumitem, & Canonicos Remenses conventoio tolis facta fuit.

IN nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Notum fiat omnibus tam præsentibus, quom etiam futuris fidelibus, quod Manasses miles potestotem illam, quæ dicitur Vindenissa, a Canonicis Remensis Ecclesiæ, favente quoque domno Adalberone Archipontifice, totam sibi, suæque conjugi Oidelæ, exceptis etiom Ecclesiis Canonicorum usibus jure dominii reservatis, salva rerum commutatione, per præcariam efficaciter obtiuuerit. Dedit itaque contra idem Manasses competenti modu Canonicorum parti quicquid possidebat in villo Tencanda: hoc est mansos ix. & molendinum, & in Verniaco viii, mansos & dimidium, & in villa Columnis adas duas in Comitatu Remensi, Aliam autem villam nomine Loejum, in quo continentur mansi vii. & dimidius, & quorta una, excepto indominicato manso, & quarta pars Ecclesiæ. Pratum, molendinus, & sylva cum mancipiis utriusque sexus numero lxxi. in Comitatu Custricensi super fluvium Bair. Sed & in villa quæ dicitur Escleis, duas partes de Ecclesio, & quidquid juris habetur in ea, mansi scilicet v. pratum unum, cum terris & mancipiis utriusque sexus in Comitatu Porcensi: ea videlicet rotione altrinsecus stabilita hujusmodi præcaria, ut iidem Canooici pro respectu, & vestitura Tencandam & Verniacum manu sua teneant, cetera vero tam ipse, quam sua conjux prædicta, cum eadem potestate Vindenissa, in sua tantummodo vita libera focultote sibi teneant atque possideant. Ubi vero rebus humanis excesserint, totum illud ex integro prædium, precaria datis scilicet rebus, inviolabili jure sorti Canonicorum jugiter adhærentibus, in manus eorum pro debito legibus ad possidendum redeat. Si quis vero, quod fore non creditur, præcariæ istam in posterum ullatenus adversari tentaverit, illi temeritas stulta prorsus existat inanis & irrita, & sic hæc eadem præcaria, majorum auctoritate constituta legaliter.

maneat stabilis & firma: tali videlicet conditione, si ille Manasses omnes res illas e contra redditas jure quieto stabiliter Canonicis solidaverit; alioquin aut his similia reddat, aut Remensis Ecclesia quod suum est juste recipiat.

Actum Remis in sede viii. Idus Novembris anno xx. regnante domno Lothario Rege Francorum D. Episcopatus autem domni Adalberonis iv. Domnus Adalbero Archipræsul subscripsit, & firmavit.

Alia quoque conventio de villa Virtutis inter Heribertum Comitem, & Canonicos Remenses tempore præfati Adalberonis stabilita fuit, cujus rei memoria, ne senio temporum obliteraretur, tali scripto roborata fuit.

IN nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis, ego Leudo S. Remorum Ecclesiæ Præpositus, omnisque ejusdem loci Canonicorum congregatio. Nolumus latere omnium tam præsentium, quam futurorum industriam, quoniam Heribertus Comes nostræ humilitatis adiens conspectum, petiit dari a nobis sibi nostri juris eam quæ dicitur villa Virtutis, quam ipse sibi ex pervasione vendicabat; ea videlicet ratione, ut pro vestitu nobis ad præsens ex ea retineremus mansos duos ingenuiles & vestitos, & pro respectu annuatim persolvere libram unam denariorum Remensis monetæ festivitate sancti Remigii Kalend. Octobris in diebus tantum vitæ suæ, seclusis uxore sua, & infantibus, cunctisque hæredibus suis. Cujus petitioni faventes, cum omni consilio & voto, concessimus illi præfatam villam, secundum præscriptam ab eoque determinatam rationem. Quod si de censu negligens extiterit, & emendare renuerit, usumfructum amittat. Et ut securius in diebus vitæ suæ præfatas res possidere valeat, post discessum vero ejus prænominatam villam cum omni integritate nostris usibus recipere valeamus, sancitum est non solum a nobis, verum etiam ab illo, ut super hoc negotio faceremus cum chirographo mentionis decretum, addentes insuper, ut si qualibet persona post vitæ suæ terminum aliquam nobis inferre conatus fuerit inquietudinem vel injustitiam, sub maledictionis, & anathematis excommunicatione insolubiliter adstrictus damnetur, fiat, fiat, fiat. S. signum Domini Adalberonis Archiepiscopi confirmantis, & consentientis.

Cum igitur præmemoratus Adalbero Remensem diœcesim per decem & novem annos viriliter gubernasset, & honestæ conversationis ejus bona opinio circumquoque diffunderetur, ad ultimum confectus senio fine bono diem ultimum clausit, corpusque ejus in Ecclesia majori, sub altari, quod in honore sanctæ Crucis consecratum est, sepulturæ traditum fuit: cujus Epitaphium in tabula ærea literis aureis descriptum, tale adhuc permanet,

Contulerat natura parens, quæ summa putavit.
Ad meriti cumulum tibi, Præsul Adalbero, cum te
Præstantem cunctis mortalibus abstulit orbi.
Quinta dies fuodentis aquat cum pondere rerum.

Nec prætereundum reor, quod omni anno dies defunctionis ejus venerabiliter recolitur, & eleemosyna panis, & vini copiosa pauperibus distribuitur, quæ etiam eleemosyna mandatum Adalberonis nuncupatur. Sciendum quoque est, quomodo istius eleemosynæ sumptus præparetur: videlicet de domo, quæ vocatur Hospitale pauperum annonæ sextarii iv. de camera frumenti iv. de borreo Indominicato annonæ modius unus, & vinum quod sufficiat.

Plura non erant in Codice Igniacensi, unde hæc excerpta sunt.

FINIS.

INDEX.

A

B

F

G

Ka-

L

M

N

S

T

INDEX

V

X

Z

F I N I S.